ANGELO MARIA BANDINI

CATALOGUS CODICUM MANUSCRIPTORUM BIBLIOTHECAE MEDICEAE LAURENTIANAE

accedunt

SUPPLEMENTA TRIA

AB E. ROSTAGNO ET N. FESTA CONGESTA

necnon

ADDITAMENTUM

EX INVENTARIIS BIBLIOTHECAE LAURENTIANAE DEPROMPTUM

accuravit

FRIDOLF KUDLIEN

VOLUMEN SECUNDUM

LIPSIAE MCMLXI

ZENTRAL-ANTIQUARIAT DER DEUTSCHEN DEMOKRATISCHEN REPUBLIK

CATALOGI CODICUM GRAECORUM
LUCIS OPE REIMPRESSI

LIPSIAE MCMLXI

ZENTRAL-ANTIQUARIAT DER DEUTSCHEN DEMOKRATISCHEN REPUBLIK



Mit Unterstützung des Akademie-Verlages, Berlin W 8, Leipziger Straße 3-4
herausgegeben
vom Zentral-Antiquariat der DDR

Ag 730/03/61/DDR
Satz: IV/2/14 · VEB Werkdruck Gräfenhainichen · 1593
Druck: III/29/2 · F. Ullmann KG, Zwickau
Einband: H. Sperling, Leipzig
Printed in Germany
ES 7 M

CATALOGVS
CODICVM GRAECORVM
BIBLIOTHECAE LAVRENTIANAE
TOMVS SECVNDVS.

CATALOGVS
CODICVM GRAECORVM
BIBLIOTHECAE LAVRENTIANAE
SVB AVSPICIIS

PETRI LEOPOLDI

REGI PRINCIPIS HVNGARIAE ET BOIOHEMIAE

ARCHIDVCIS AVSTRIAE

MAGNI ETRVRIAE DVCIS

ANG. MAR. BANDINIVS I. V. D.

EIVSDEM BIBLIOTHECAE REGIVS PRAEFECTVS

RECENSVIT, ILLVSTRAVIT, EDIDIT.

TOMVS SECVNDVS

IN EO ASTRONOMI, MATHEMATICI, POETAE, PHILOLOGI, ORATORES ET HISTORICI VETERIS AC RECENTIORIS AEVI, QVI IN SINGVLIS CODICIBVS CONTINENTVR QVAM DILIGENTISSIME RECENSENTVR.

Operum Singulorum Notitia Datur, Vetustiorum Specimina Exhibentur, Edita Supplentur Et Emendantur.

PLVRA ACCEDVNT ANECDOTA.

FLORENTIAE TYPIS REGIIS

ANNO CIↃ. IↃ. CC. LXVIII.

PRAESIDIBVS ADNVENTIBVS.

TIBI . SERENISSIME . ARCHIDVX

ET . MARIAE . ALOYSIAE

CONIVGI . INCOMPARABILI

OMNI . LAVDE . MAIORI

AD . AETERNITATEM . ET . GLORIAM

ETRVSCAE . GENTIS . PROPAGANDAM

TVENDAM . EXORNANDAMQVE . DIVINITVS . DATAE

FELICIA . OMNIA . TEMPORA . AETERNVM

VOVEO

VESTRIS . GLORIOSIS . NOMINIBVS

ET . MERITORVM . PERENNITATI . CONSONA

TVQVE . PETRE . LEOPOLDE

VIVAS . VALEAS . FLOREAS

REGNES . TRIVMPHES . FELICITER

ET . SIQVID . OTII . ALIQVANDO . ERIT

AD . HAEC . ET . QVAE . IN . POSTERVM

TE . AVSPICE . IN . LVCEM . PRODIRE . GESTIVNT

CATALOGI . MEI . VOLVMINA

OCVLOS . PAVLLISPER . DEMITTERE

NE . DEDIGNARE .

PETRO LEOPOLDO
REGIO PRINCIPI HVNGARIAE ET BOIOHEMIAE
ARCHIDVCI AVSTRIAE
MAGNO ETRVRIAE DVCI
PIO FELICI SAPIENTI
PATRI PATRIAE

ANG. MAR. BANDINIVS
PERENNEM FELICITATEM.



Ibliothecae Laurentianae Catalogum dudum votis omnibus expetitum, iubente FRANCISCO ROMANORVM IMPERATORE, *eodemque Magno Etruriae Duce, a me improbo quidem & numquam intermisso labore novem ante annis inceptum, in dies faustis ominibus progredi,* PETRE LEOPOLDE, AR-

ARCHIDVX AVSTRIAE, ETRVRIAE MAGNE DVX SERENISSIME, *summopere laetabar*.

Ac licet in hac tam gravi provincia obeunda, in qua de reconditis alte, longoque annorum intervallo sepultis Graecorum & Latinorum thesauris, quasi è profundissimis latebris eruendis, & in eruditorum conspectum, deterso squalore producendis agebatur, ardua mihi res, & vix optanda videretur, vota litteratorum omnium explere, ac suffragia promereri; deficientem tamen animum meum erigebat hinc rei litterariae incrementum, illinc publicae utilitatis studium, hinc exterorum desideria, & consilia. Praecipue vero animos addebat, vires, ingenium, doctrinam quodammodo ministrabat memoriae numquam interiturae Augustissimus Parens Tuus, a quo, quum fuissem iam a teneris annis in Pisana Academia innutritus, ac postmodum celeberrimae totius Orbis Laurentianae Magnorum Etruriae Ducum Bibliothecae, quae scientiarum omnium altrix, & custos iure merito nuncupatur, Regii Praefecti titulo insignitus, mihi temperare non potui, quin effusissimae in me optimi Principis obsequerer voluntati, ut quot, & quantae in Laurentianis Codicibus occulerentur litterariae divitiae in propatulo collocarem.

Itaque auctore & auspice CAESARE, *Catalogi mei primo Volumine, in quo Graecae Ecclesiae Scriptores paene innumeri continentur, in lucem emisso, quum maxima ex eo voluptate perfusus, mihi quodammodo gratularer, quod tam magnificum opus, & aleae plenum periculosae, a multis duobus ante saeculis frustra tentatum, ad optatum finem deducere datum esset; quae rerum humanarum vicissitudo est, repente ego totus immutatus sum, sensique omne meum gaudium, in acerbissimum dolorem luctumque conversum. Accidit enim, ut paullo post, dum uberrimos laborum & vigiliarum mearum fructus percipere me posse tuto confiderem,* FRANCISCVS AVGVSTVS *nobis heu nimium acerbo funere praeripere-*

tur,

tur, ingenti cum dolore ac fletu totius orbis, Etruriae, meoque potissimum, qui communis Parentis iacturam, interrupta per aliquot menses Operis impressione, effusis lacrymis sum persequutus; neque umquam maerori finem imposuissem, nisi Te, SERENISSIME PETRE LEOPOLDE, *illi successorem divinitus nobis concessum esse vidissem, qui nullam earum virtutum, quae in Augustissimo Patre mirabili quadam consensione eminebant, desiderari in Te passus es.*

In tantis igitur rerum angustiis constitutus, quum animus meus maxime fluctuaret, ad Regiam Tuam Celsitudinem confugere, Tibique sapientissimi CAESARIS *consilium de Bibliothecae Laurentianae Catalogo contexendo aperire in animum induxi. Quo Tibi vix cognito, statim pro incredibili Tuo, & Maiorum Tuorum erga litteras amore, mihi adflicto & iacenti dexteram porrigere, Opusque meum a morte ad vitam, a desperatione ad spem, ab exitio ad salutem revocare non es dedignatus.*

En igitur Tuis sub auspiciis, SERENISSIME MAGNE DVX, *in publicum prodire gestit secundum hoc Catalogi mei Volumen, Graecos profanos Scriptores ab interitu & oblivione vindicatos exhibens, Tibi iure-merito nuncupatum, qui petitis ab omni antiquitate, fortitudinis, iustitiae, Regiarumque omnium virtutum exemplis, id es assequutus, ut Patriae nostrae Pater uno omnium ore dicereris, & esses; adeo ut si omnia vindicat sibi Patria, prima quidem animi mei officia, Tibi Patriae Patri, & Principi artium & litterarum fautori maximo debeantur.*

Florentia siquidem expulsas ab omni Graecia litteras & extorres, amplissimis propositis praemiis, olim excepit; & QVONIAM FLORENTINIS INGENIIS NIL ARDVI EST, *prima veterum Poëtarum tentamina ex Laurentianis hisce Codicibus expressa, nitidissimis typis in lucem protulit. Erant enim Graecae litterae apud Latinos a septingentis & amplius annis inter-*

termortuae, quum eas maiores nostri saeculo decimoquinto feliciter excitarunt, unde Lutetiam primum Parisiorum, deinde in omnem late Europam diffusae sunt ac propagatae; &, quemadmodum eaedem Athenis iampridem exstinctae, sic Florentiae ad novam quodammodo vitam sunt revocatae. Haec autem rei litterariae pro viribus promovendae & exornandae gloria, tamquam pretiosissima quaedam hereditas, Magnis Etruriae Ducibus relicta est, ut eam pro se quisque certatim augeret & amplificaret, donec ipsa tandem, veluti per manus tradita, ad Te pervenit, SERENISSIME PETRE LEOPOLDE, ut in aemulandis, & si fieri umquam potest, in superandis etiam clarissimis Praedecessorum Tuorum exemplis, nervos omnes ingenii atque industriae contendas.

Prima quidem propensissimae Tuae ad bene de litteris sperandum voluntatis signa nobis omnibus sustulisti, quum non modo Graecorum Laurentianae Tuae Bibliothecae Scriptorum, qui olim magno studio collecti, atque è Graeciae ruinis incendiisque erepti sunt, & quovis pretio comparati, aliorumque etiam pretiosissimorum Codicum, qui ibidem religiosissime custodiuntur, exactissimam notitiam me ad usus eruditorum vulgare iussisti; verum etiam alteram celeberrimam manuscriptorum supellectilem in hanc nuper inferri voluisti. Quo quidem pro beneficio quantas Tibi studiosorum caetus universus referre gratias, & quam arctis benevolentiae vinculis obstrictos Tibi animos exhibere debeat, nemo non videt.

Nam si superiores Tui summam inde laudem adepti sunt, quod immanibus sumtibus has veluti tabulas ex ingenti omnium bonarum artium naufragio collectas compararunt, & domi clausas habuerunt; quanto maiore Tu gloria dignus eris, qui per omnes terras ipsas disseminaveris; ut eodem pacto & studiosorum utilitati, & eorum Codicum dignitati atque aeternitati consulatur!

Quot igitur novos aetas nostra Scriptores in hoc Opere in-

inveniet! quot rara & incognita ſcripta, Orientis praeſertim ſub caelo nata! quam incredibiles dialectorum divitias, innumeras Poëſeos veneres, luculenta Oratorum exempla! quam ignota, ſive matheſeos, ſive phyſices arcana, & inventa; inauditas ſuperiorum temporum hiſtorias! quam dives Civilium & Eccleſiaſticarum legum promtuarium! quot, uno verbo, variarum artium auſus, quanta certamina, triumphoſque mirabitur!

Nova profecto Litterarum Reſpublica, immo novus ecce panditur ſcientiarum orbis, primum Auguſtiſſimi Patris Tui providentia & auctoritate tentatus, nunc Tuo propagatus auſpicio, Tuo nobilitatus nomine, SAPIENTISSIME PETRE LEOPOLDE, *quem pietas & religio mirifice commendat, tum maxime obvia comitas, cunctiſque expoſita manſuetudo atque clementia. Tu egenos & miſeros aeque ac divites & beatos; infimos aeque ac ſummos, ſemel in hebdomada comiter excipis, neminem deſpicis, neminem abigis: omnium preces, querelas, expoſtulationes, ſine faſtidio, ſine ſatietate, patienter audis; perfugium, portus, praeſidium, levamen miſerorum, qui Te, veluti numen e caelo delapſum devoti Maieſtati Tuae venerantur & colunt.*

Quid Tuam in conſiliis de optimo ſtatu Reipublicae capiundis alacritatem, in periculis propulſandis providentiam, in ſententia ſimpliciter dicenda ingenium, in perferendo labore fortitudinem, in populorum commodis augendis induſtriam, in ſumma denique poteſtate rerum omnium modum, ingrato ſilentio praeteream?

Neminem profecto latet graviſſimas inter occupationes & curas, quibus praegravaris, nec ultimum ſibi locum vindicare, ſtudium illud Viro Principe dignum, ac prope divinum, promovendae ſcilicet arvorum ubertatis, rei frumentariae in maxima caritate, qua per tres annos adfligimur, ſuſtentandae, commercii propagandi, artificum induſtriae exercendae, e qui-

bus Reipublicae salus atque opulentia dimanat; ut non immerito Te unum, veluti publicae salutis auctorem, & generis humani delicias, & ornamentum certatim universa Etruria undequaque summis laudibus efferat.

Sentit iam Senensis ille, & Volaterranus ager contumaci morbo oppressus, remediis olim a viris clarissimis indicatis, morbosum habitum se tandem exuere; eamque gloriam SVO POTISSIMVM PETRO LEOPOLDO *acceptam refert, qui tutissimam iniri posse viam monstravit, qua haec squallida Etrusci agri pars, non uno tempore, sed paullatim ad eum statum reduci possit, ut ibi non minus, quam Florentiae saluberrimo caelo homines perfruantur.*

Gaude igitur Tuis hisce tam excellentibus bonis, & fruere cum fortuna & gloria, tum etiam natura & moribus Tuis, ex quo quidem maximus est fructus utilitasque sapienti; nam illud a Platone monimentis proditum non ignoras, fortunatam esse beatamque Civitatem illam, quae iustum bonumque Principem, qualis nobis divinitus obtigit, nacta est.

Vtinam vero in privatae Tuae Bibliothecae forulis postremum angulum haec Volumina obtineant, quae, sive Paternae hereditatis, sive Regiae dignitatis iure, tum quibus prodeunt auspiciis, & quo superbiunt inscripta nomine, Tua sunt: sic enim Te quam diutissime incolumi, semperque florente, studiorum meorum fautore clementissimo, quod valde in votis est, perpetuoque erit, Tuum astris omnibus sidus longe auspicatius ac felicius mihi gratulabor benefico lumine micantissimum adfulsisse.

bus Reipublicae ſalus atque opulentia dimanat; ut non immerito Te unum, veluti publicae ſalutis auctorem, & generis humani delicias, & ornamentum certatim univerſa Etruria undequaque ſummis laudibus efferat.

Sentit iam Senenſis ille, & Volaterranus ager contumaci morbo oppreſſus, remediis olim a viris clariſſimis indicatis, morboſum habitum ſe tandem exuere; eamque gloriam SVO POTISSIMVM PETRO LEOPOLDO *acceptam refert, qui tutiſſimam iniri poſſe viam monſtravit, qua haec ſquallida Etruſci agri pars, non uno tempore, ſed paullatim ad eum ſtatum reduci poſſit, ut ibi non minus, quam Florentiae ſaluberrimo caelo homines perfruantur.*

Gaude igitur Tuis hiſce tam excellentibus bonis, & fruere cum fortuna & gloria, tum etiam natura & moribus Tuis, ex quo quidem maximus eſt fructus utilitaſque ſapienti; nam illud a Platone monimentis proditum non ignoras, fortunatam eſſe beatamque Civitatem illam, quae iuſtum bonumque Principem, qualis nobis divinitus obtigit, nacta eſt.

Vtinam vero in privatae Tuae Bibliothecae forulis poſtremum angulum haec Volumina obtineant, quae, ſive Paternae hereditatis, ſive Regiae dignitatis iure, tum quibus prodeunt auſpiciis, & quo ſuperbiunt inſcripta nomine, Tua ſunt: ſic enim Te quam diutiſſime incolumi, ſemperque florente, ſtudiorum meorum fautore clementiſſimo, quod valde in votis eſt, perpetuoque erit, Tuum aſtris omnibus ſidus longe auſpicatius ac felicius mihi gratulabor benefico lumine micantiſſimum adfulſiſſe.

Specimen Cod. XVIII. Plut. XXVIII. qui Theonis in magnam Ptolemaei Construct. Comment. continet.

θέωνος ἀλεξανδρέως τῆς παρ' αὐτοῦ
γεγενημένης ἐκδόσεως εἰς τὸ β' τῆς συν
τάξεως πτολεμαίου: ΓΤΙ: —

Διεξελθόντες ἐν τῷ πρὸ τούτου ...
... καθόλου ...

Fasti Consulares ex Cod. XXVI. Plut. XXVIII. Saec. IX.

✠ ὕπατοι ῥωμαίων

ἔτη ἀπὸ ἀλεξάνδρου	ἔτη ἀπὸ αὐγούστου	ἐπακταὶ ἤτοι ἐμβόλιμοι	τετραετηρίδες		
ΥΞΑ	ΡΞΖ	Μ	Β	ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΕΥΣΕΒΗΣ	ΚΑΙ ΚΑΡΜΕΡΙΝΟΣ
ΥΞΒ	ΡΞΗ	Μ	Γ	ΑΝΤΩΝΙΟΣ Β	ΚΑΙ ΠΡΕΣΕΝΤΙΟΣ
ΥΞΓ	ΡΞΘ	ΜΑ	Δ	ΑΝΤΩΝΙΟΣ	ΚΑΙ ΑΥΡΙΛΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ
ΥΞΔ	ΡΟ	ΜΑ	Α	ΣΙΛΟΓΑΣ	ΚΑΙ ΣΕΥΗΡΟΣ
ΥΞΕ	ΡΟΑ	ΜΑ	Β	ΡΟΥΦΙΝΟΣ	ΚΑΙ ΚΟΥΑΔΡΑΤΟΣ
ΥΞΣ	ΡΟΒ	ΜΑ	Γ	ΤΟΡΚΟΥΑΤΟΣ	ΚΑΙ ΑΤΤΙΚΟΣ
ΥΞΖ	ΡΟΓ	ΜΒ	Δ	ΜΑΞΙΜΟΣ	ΚΑΙ ΑΟΥΪΤΟΣ
ΥΞΗ	ΡΟΔ	ΜΒ	Α	ΑΝΤΩΝΙΟΣ	ΚΑΙ ΑΥΡΙΛΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΤΟ Β
ΥΞΘ	ΡΟΕ	ΜΒ	Β	ΚΛΑΡΟΣ	ΚΑΙ ΚΛΑΥΔΙΟΣ
ΥΟ	ΡΟΣ	ΜΒ	Γ	ΛΑΡΓΟΣ	ΚΑΙ ΜΕΣΣΑΛΙΝΟΣ

Manethonis Apotelesmata ex Cod. XXVII. Plut. XXVIII. Saec. XI.

ΜΑΝΕΘΩΝΟΣ ἈΠΟΤΕΛΕΣΜΑΤΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ

χαῖρε σοι ὦ πτολεμαῖε ...
...
...

Aristophanis in Sophoclem argumentum ex Cod. IX. Plut. XXXII. Saec. X.

ἀριστοφάνους ...

Theonis in promtos Ptolemaei Canones Commentarius ex Cod. XXVI. Plut. XXVIII. Saec. XIV.

✠ θέωνος ὑπόμνημα εἰς τοὺς προχείρους κανόνας τοῦ πτολεμαίου: —

Ἡ μὲν ...

Hipparchi in Aratum et Eudoxum Commentarius ex Cod. XXXIX. Plut. XXVIII. Saec. XI.

✠ ἱππάρχου βιθυνοῦ τῶν
ἀράτου καὶ εὐδόξου φαινομέ
νων ἐξηγήσεων τὸ α': —

Ἵππαρχος αἰσχρίωνι χαίρειν. ἡδέως ἔγ
νων διὰ τῆς ἐπιστολῆς τὸ ἐπίμονόν σου
τῆς πρὸς φιλομάθειαν οἰκειότητος ταύτ

Homeri Ilias cum glossa interlin. a Theodoro Gaza exarata. Cod. I. Plut. XXXII. Saec. XV.

Ὣς ἔφατ' ἔδδεισεν δ' ὁ γέρων καὶ ἐπείθετο μύθῳ

Insignis Collectio Tacticor. Cod IV Saec. X. Plut. LV.

+ λέοντος ἐν Χ(ριστ)ῷ βασιλεῖ αἰωνίῳ βασιλέως ῥωμαίων.

πῶς δεῖ Σαρακηνοῖς μάχεσθαι :—

Ἐπεὶ δὴ διαφόρων ἐθνικῶν παρατάξεων τῆς διαθέσεως ἐμνημονεύσαμεν. ὁ ἐπὶ τοῖς τούτων ἐποχλοῦντος τὴν ῥωμαϊκὴν ἡμῶν πολιτείαν ἔθνους τῶν σαρακηνῶν ἐστὶ μὲν ποιησόμεθα κατάδειξιν ὅπως τε ἔχουσι ... ὅπως τοῖς τε ὅπλοις ἐν ταῖς στρατείαις χρῶνται καὶ τοῖς

Euseb. Pamphili Histor Eccles. Cod. VII. Saec. X. Plut. LXX.

Ἐγράφη μὲν δὴ κατὰ ἰουδαίους ἐν τούτοις· τὰ μὲν δὴ ἐν τούτους ... ὑπὸ τῶν ἀποστόλων τοῦ ματθαίου ... ἐπὶ πᾶσαν κατασπαρέντων

Ioseph. de Antiquit. Iudaic. Cod. XXII. Saec. XI. Pl. LXIX.

+ φλαυίου ἰωσήπου περὶ ἀρχαιότητος ἰουδαίων λόγος πρῶτος:—
Ἱκανῶς μὲν ὑπολαμβάνω καὶ διὰ τῆς περὶ τὴν ἀρχαιολογίαν συγγραφῆς κράτιστε ἀνδρῶν ἐπαφρόδιτε τοῖς ἐντευξομένοις αὐτῇ πεποιηκέναι φανερὸν περὶ τοῦ γένους

Thucydidis Historia Cod. II. Saec. X. Plut. LXIX.

Ἄρχεται δὲ ὁ πόλεμος ἐνθένδε ἤδη ἀθηναίων καὶ πελοποννησίων καὶ τῶν ἑκατέροις ξυμμάχων· ἐν ᾧ οὔ

Philonis Iudaei Opera Cod. XI. Saec. XI. Plut. LXIX.

περὶ τοῦ βίου μωϋσέως λόγος α

+ ΦΙΛΩΝΟΣ

Μωϋσέως τοῦ κατὰ μέν τινας νομοθέτου τῶν ἰουδαίων κατὰ δέ τινας ἑρμηνέως νόμων ἱερῶν· τὸν βίον ἀναγράψαι διενοήθην· ἀνδρὸς τὰ πάντα μεγίστου καὶ τελειοτάτου· καὶ γνώριμον τοῖς ἀξίοις μὴ ἀγνοεῖν

Philostrati Vita Apollonii Tyanei. Cod. XXXIII. Saec. XI. Plut. LXIX.

+ φιλοστράτου τῶν εἰς τυανέα ...
περὶ τοῦ ἱεροῦ ... καὶ ὅπως τὴν ἰνδικὴν διαφ... χει· καὶ ὅτι περὶ αὐτὸν θαῦμα, τάδε χ...

Alexiados Libri XIV. Cod. II. Plut. LXX. Saec. XII.

ἀλεξιὰς ἄννης βιβλίον α

Ὅθεν μὲν οὖν ὁ αὐτοκράτωρ ἀλέξιος ... καὶ ἐξ οἵου γένους ... τοῦ μικροῦ καὶ ὁ ... συγγραφή ... παραπέμπομεν· ἀλλὰ δὴ ... περὶ τοῦ βασιλέ

BIBLIOTHECAE

MEDICEAE LAVRENTIANAE CATALOGVS.

PLVTEVS XXVIII.

QVI CONTINET GRAECOS CODICES MSS. XLIX.

CODEX I.

ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΜΕΓΑΛΗ ΣΥΝΤΑΞΙΣ.

PTOLEMAEI MAGNA CONSTRVCTIO.

Ac praeterea

Theonis in ipsam Commentariorum Libri II. & Euclidis Elementorum Libri XIII. & Data.

I. p. 1. Raecedunt Προλεγόμενα τῆς μεγάλης συντάξεως. *Prolegomena Magnae Constructionis*, & quidem sine nomine auctoris. Inc. Τὴν ἀστρονομίαν ἐν τοῖς πρὸς Σύρον γενεθλιαλογικοῖς τέτρασι βιβλίοις ὁ Πτολεμαῖος ὕτως ὡρίσατο. Des. τότε δὲ πλεῖστον διεστῶτες ὤφθησαν. Theoni & aliis tribuuntur in Cod. CCCX. Bibl. Venetae ad D. Marcum, Catalog. pag. 145. In nostro vero, Theonis, & Pappi nomen nonnullis prope finem Capitibus praefigitur. Pag. 15. *b.* occurrit Titulus Libri I. deinde Capitum Tabula, quae sunt XV. Inter Tabulam vero, & initium Libri, quod incidit in pag. 23. inserta sunt plurima alia Geometrica, & Astronomica (1), diversa, ut videntur, manu conscripta; ac praeterea Tabulae celebriorum Europae, Libyae, atque Asiae urbium nomina exhibentes. Tandem pag. 23. occurrit ipsum Ptolemaei Opus in Libros XIII. divisum. Prooemium Libri I. inc. Πάνυ καλῶς οἱ γνησίως φιλοσοφήσαντες, ὦ Σύρε, κ. λ. Vltimi Libri finis est: ᾗ σύμμετρον εἰλήφει τὸ τέλος ἡ παροῦσα πραγματεία. Concordat cum edit. Graec. Basil. apud Io. Valderum MDXXXVIII. fol. Pauca quae obiter deprehendimus discrimina, haec sunt. Deest in edit. Tabula Capitum Libri I. Post Tabulam Capitum Libri V. adnotantur in Cod. Empedoclis & Eratosthenis sententiae de Solis, ac Lunae distantia a Tellure, quae in editione desiderantur. In calce Libri VII. Codex illis quatuor versibus caret, in quibus astrorum Borealis hemisphaerii, eorumque magnitudinis summa adfertur. Notandum, tam Ptolemaei Opus, quam Prolegomena, figuris geometricis, & mathematicis ad rei demonstrationem pertinentibus esse instructa, iis quidem summa diligentia delineatis.

II. pag. 168. Κλαυδίυ Πτολεμαίυ σαφήνεια ᾗ διάταξις τῶν προχείρων κανόνων τῆς ἀστρονομίας, ᾗ ὅπως χρηστέον αὐτοῖς, μέθοδος ἐναργής. *Claudii Ptolemaei declaratio & ordinatio expeditorum Canonum Astronomiae, & quomodo iis utendum sit, methodus perspicua* (2), ad Syrum. Inc. Ἡ μὲν σύστασις, ὦ Σύρε. Des. διὰ τῶν ἐν τῷ τρίτῳ σελίδῳ παρακειμένων. Subiicitur deinde titulus · Κλαυδίυ Πτολεμαίυ προχείρων κανόνων διάταξις ἢ σαφήνεια, quo indicatur, Opus in mox adlatis verbis absolvi. Exstat etiam in Cod. Reg. Parisiensis Bibliothecae MMCCCXC. ubi in Capita dividitur viginti. Sequuntur deinde a pag. 171. ad pag. 177. alia Astronomica, suis distincta laterculis ac figuris, quae videntur ex Theonis Alexandrini in expeditos Ptolemaei Canones Astronomiae Commentario (3) desumta. Horum initium est: Ἵνα δὲ καὶ ἐπὶ ὑποδείγματος φανερὰ ἡμῖν γένηται. Des. ἐὰν δὲ ἀφαιρετική, ἀφαιρεῖ.

III. pag. 177. *b.* Τῦ αὐτῦ ὑπόθεσις τῶν πλανωμένων ἀστέρων. *Eiusdem Hypothesis stellarum errantium*, ad Syrum. Inc. Τὰς ὑποθέσεις, ὦ Σύρε, τῶν ὐρανίων φωτῶν. Des. περὶ τὸ κέντρον αὐτῦ ἰσοταχῶς. Liber hic Latina versione, & formis mathematicis illustratus a Io. Bainbridge

A

(1) Capitum Astronomicorum tituli sunt:
Ὅρια τῶν πέντε πλανωμένων κατὰ Πτολεμαῖον.
Ἀπόδειξις δι' ἐπιλογισμῦ τῦ λόγυ τῆς ἐκκεντρότητος τῶν τῦ Πτολεμαίυ τριῶν ἐκλείψεων.
Ἀπόδειξις τῦ λόγυ τῆς ἐκκεντρότητος τῆς σελήνης δι' ἄλλων τριῶν νεωτέρων ἐκλείψεων.

(2) Titulum tum huius, tum sequentis Operis ex aliis Codicibus mutuati sumus, quum in hoc anepigrapha essent.

(3) Intellige secundum Theonis in expeditos Ptolemaei Canones Syntagma, quale habetur in Cod. VII huius Plutei §. I. & alibi.

bridge prodiit Lond. MDCXX. 4. teste Fabric. B. G. Vol. III. pag. 449. §. X.

IV. pag. 180. *b.* Τῦ αὐτῦ φάσεις ἀπλανῶν ἐπισημασιῶν. *Eiusdem apparentiae stellarum fixarum, earumque significationes* iuxta menses Alexandrinorum. Inc. Μὴν Θωθ, ἤτοι Σεπτέμ- ... α΄. ὥρα ιδ΄. ὁ ἐπὶ τῆς ἐρᾶς, κ. λ. Des. Αἰβριος α΄. ὥρα ιδ΄. ὁ ἐπὶ τῆς ἐρᾶς, κ. λ. Des. Αἰγυπτίοις ζέφυρος ἀργέςης. Sequuntur deinde Epagomena, & de stellis primae & secundae magnitudinis &c. quorum postrema sunt: διατείνει τὸ μέγεθος τῶν μεγίςων ἡμερῶν. Est autem haec longioris Ptolemaei παραπήγματος posterior tantum Pars Gr. & Lat. edita a Dionysio Petavio S. I. in Vranologio Antuerpiae, seu potius (ut adfirmat Fabric. loc. cit. pag. 421.) Amstelodami MDCCIII. fol. Tom. III. pag. 42. seqq. Primam partem integram Gr. & Lat. ex versione Friderici Bonaventurae Vrbinatis (1) prior edidit Fabric. loc. cit. pag. 422. seqq. ex Cod. Saviliano descriptam: alterius vero partis ea tantum loca ex eodem Codice adnotavit ibid. pag. 432. seqq. quibus Petaviana ἔκδοσις vel emendari, vel suppleri possit.

V. pag. 184. *b.* Τῦ αὐτῦ περὶ κριτηρίου, καὶ ἡγεμονικῦ. *Eiusdem de iudicandi facultate, & animi principatu*. Inc. Τὸ κριτήριον τῶν ὄντων ἐφοδεύσαιμεν ἄν. Des. αἱ κυριώταται τῶν αἰσθήσεων. Graece cum versione, & notis edidit primus Ismaël Bullialdus Paris. MDCLXIII. 4.

VI. pag. 187. Θέωνος Ἀλεξανδρέως. *Theonis Alexandrini*, scilicet *in Ptolemaei Magnae Constructionis Libros duos priores Commentarius ad Epiphanium filium*. Inc. Συνεχέςερον προτρεπόμενος παρὰ τῶν ἀκροατῶν. Des. καὶ ἔςιν ἡ ἔκθεσις τῶν κανονίων τοιαύτη. Exstat Graece tantum in cit. Ptolemaei edit. Basil. MDXXXVIII. a pag. 1. ad pag. 130. cum qua concordat, si divisionis discrimen excipias. Etenim Commentarius in Librum I. (quemadmodum etiam exhibetur in Cod. XVIII. huius Plutei, vetustissimo) duas partes complectitur; quarum prior desinit in verbis: συνάγεται ὁ ,αφιε΄ κ΄. ιε΄. ἔγγιςα, (2) adiecto propterea in fine titulo: Θέωνος Ἀλεξανδρέως εἰς τὰ τῆς μαθηματικῆς Πτολεμαίου συντάξεως τῶν εἰς δύο τὸ πρῶτον. Pars altera; sine alio titulo incipit a verbis immediate sequentibus, Διαλαβόντες ἐν τῷ πρὸ τύτυ βιβλίῳ περί τε τῶν καθόλυ, κ. λ. & progreditur usque ad verba mox relata, καὶ ἔςιν ἡ ἔκθεσις τῶν κανονίων τοιαύτη, in qua propterea comprehenditur etiam Commentarius in Librum Ptolemaei secundum, incipiens a verbis: Διεξελθὼν ὁ Πτολεμαῖος ἐν τῷ πρώτῳ τῆς συντάξεως, κ. λ. quae incidunt in Cod. pag. 221. *b.* nullo novi libri signo apposito.

VII. pag. 245. *Euclidis Elementorum Matheseos purae Libri XIII.* Concordant cum edit. Graec. Basil. apud Io. Hervagium MDXXXIII. fol. curante Simone Grynaeo (3) e duobus Codd. Mss. Veneto altero, altero Parisiensi. Primus Liber inscribitur: Εὐκλείδυ ςοιχείων α΄ ἀπὸ συνυσιῶν τῦ Θέωνος. *Euclidis Elementorum Primus* (Liber) *ex Confabulationibus Theonis*. Quartus in fine quatuor circiter versus longior est in Cod. quam in edit. Scholia praeterea Anonymi, quae in editione V. & VI. praemittuntur Libro, in nostro desiderantur.

VIII. p. 326. *b.* Εὐκλείδυ Δεδομένα. *Euclidis Data*, sive Theoremata Geometrica XCIII. Inc. Δεδομένα τῷ μεγέθει λέγεται, κ. λ. Des. δοθὲν ἄρα ἐςὶ τὸ ὑπὸ τῶν αδ εζ. In fine repetitur titulus hoc pacto: Εὐκλείδυ δεδομένα τῆς Θέωνος ἐκδόσεως. *Euclidis Data ex Theonis traditione*. Horum Theorematum non in omnibus Codicibus idem numerus est; modo enim ex uno plura, modo ex pluribus unum factum esse animadvertimus, quod parvi refert.

Codex Graecus membranaceus Ms. in fol. Saec. XIII. nitidissimus, optimeque servatus, ac figuris geometricis, ubicumque res postulet, diligentissime in margine delineatis instructus. In primo folio legitur: *Iste liber est* (deinde substitutum *erat*) *Demetrii Chidoni Greci, & est Astronomica*. Constat fol. scriptis 337.

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΣΤΟΙΧΕΙΑ.

EVCLIDIS ELEMENTA.

Ac praeterea

Eiusdem Data.

I. pag. 1. *Evclidis Elementorum Lib. XV*, cum Scholiis marginalibus vetustis. Concordat initium & finis singulorum Librorum cum cit. edit. Basil. Primus inscribitur: Εὐκλείδυ ςοιχείων πρῶτον ἀπὸ συνυσιῶν τῦ Θέωνος. *Euclidis Elementorum I. ex confabulationibus Theonis*. XIV. titulus est. Ὑψικλέυς τὸ εἰς τὸν Εὐκλείδην ἀναφερόμενον. *Hypsiclis* (Liber) *in Euclidem* (sive inter Euclidis Opera) *relatus*. Ex quo titulo patet, Libros duos posteriores, nempe XIV. & XV. auctorem Euclidem non habere, sed Hypsiclem Alexandrinum. Ac profecto Praefatio XIV. Libro praemissa, quae inc. Βασιλείδης ὁ Τύριος, ὦ Πρώταρχε, κ. λ. ac refertur a Fabric. Bibl. Graec. Vol. II. pag. 371. seq. Isidori, Hypsiclis magistri, mentio quae fit in Propositione V. Lib. XV. & alia multa Hypsiclem magis, quam Euclidem respiciunt. Adde, quod in hisce duobus Libris eadem quinque corpora solida conferuntur in se, de quibus COD. II.

(1) Huius Latina versio totius Operis prodiit cum notis Vrbini MDXCII. 4. Ad rem facit Suidas, qui inter Ptolemaei scripta memorat, Περὶ φάσεως καὶ ἐπισημασιῶν ἀςέρων ἀπλανῶν βιβλία β΄.

(2) Incidunt haec verba in edit. pag. 42. vers. 39.

(3) Adiecit Grynaeus item Graece ex Cod. Oxoniensi, sed admodum inemendate, Commentariorum Libros IV in primum Elementorum Librum, auctore Proclo Philosopho, qui Euclidem perinde ut Pappus, laudat sub nomine γεωμέτρυ, vel ςοιχειώτυ, & Lib. III. pag. 55. ait se ex antiquioribus Euclidis Commentatoribus, Gemino, aliisque, τὰ γλαφυρώτερα collegisse, eorumque ἀπέραντον πολυλογίαν in compendium redegisse. Hosce Procli Commentarios Latine vertit edid.tque cum scholiis ac figuris Franc. Baroccius Patricius Venetus, Patavii MDVI. fol.

bus agunt Libri XI. XII. e XIII. cuius postremi Propositio ultima, veluti colophonem operi imponit. Non sine ratione igitur tredecim tantum Στοιχείων libros agnoscit Marinus protheoria ad Data, & in Arabica versione Nasiridini Tusini Persae, Romae MDXCIV. fol. ex typogr. Medicea, duosque praedictos Libros sub Hypsiclis nomine Latine verterunt Georgius Valla, & Barptolemaeus Zambertus Venetus. Vid. Fabric. loc. cit. Confirmatur ulterius opinio ex eo, quod in hoc nostro Codice XIII. & XIV. Libri, ita sunt invicem disiuncti, ut inter illos inserta fuerint Euclidis Data, quae sequuntur.

II. pag. 245. Εὐκλείδου Δεδομένα. *Euclidis Data*, sive Theoremata Geometrica XCIV. ut in Cod. I. superiori. Heic tamen parvus praecedit Prologus quatuor versuum, cuius initium: Τῶν δεδομένων τὰ μὲν θέσει, κ. λ. plurima praeterea adiecta sunt scholia marginalia anonymi, quorum illa, quae habentur post ultimum Theorema, incipiunt: Πόθεν ὅτι ἡ πρὸς ὀρθὰς αὐτῇ ἀγομένη, κ. λ. & desinunt: τουτέστι τὸ ὑπὸ αβζ, τουτέστι τὸ ὑπὸ αβγ, Occurrunt etiam infra in Cod. X. sed ita cum ipso Textu coniuncta, ut ad eumdem Euclidem videantur pertinere. Circa finem huius Operis duo folia praepostere a bibliopego compacta fuerunt. In fine Codicis Epigramma legitur hexastichum in Euclidis laudem, quod est sequens:

Εὐκλείδης νόον ὀξύν' ἀειζώοις γραμμαῖσι,
Πάντα τε ἀτρεκέως ἐξερέεινε βροτοῖς,
Ὁππόσα μήσατο τηλεθόωσα φύσις συμβαίνειν,
Σχήμασιν, ἠδ' ὄγκοις, θειμέλιόν γε τόδε
Πάσης μὲν τεκτηνάμενος σοφίης, κόσμῳ δὲ
Παντὶ ἑῆς προλιπὼν σύμβολον εὐμαθίης.

Cod. Graecus bombycinus Ms. in fol. Saec. XIV. Constat fol. scriptis 328. quorum postrema duo manu recentiori suppleta sunt.

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΣΤΟΙΧΕΙΑ.

EVCLIDIS ELEMENTA.

Seu potius

Matheseos Elementorum Libri XV. Optica, & Phaenomena.

COD. III. I. pag. 1. Elementorum Euclidis Libri XV. ut in cit. edit. Basileensi. Titulus primi est: Εὐκλείδου Στοιχείων α' τῆς Θέωνος ἐκδόσεως. Decimiquarti vero: Εὐκλείδου ιδ'. Ὑψικλέους τὰ εἰς Εὐκλείδου ἀναφερόμενα. Haec Elementa Scholiis instructa sunt marginalibus antiquissimis, rarioribus tamen, quam quae in Codice superiori exhibebantur. Accedit in fine Epigramma in laudem Euclidis.

II. pag. 189. Εὐκλείδου ὀπτικοὶ ὅροι. *Euclidis Optica Elementa* (1). Inc. Ὑποκείσθω τὰς ἀπὸ τοῦ ὄμματος, κ. λ. Des. καθάπερ καὶ ἐν τοῖς κύκλοις.

III. pag. 209. Τοῦ αὐτοῦ Φαινόμενα. *Eiusdem Phaenomena*, sive *Principia Astronomiae* (2). Inc. Ἐπειδὴ ὁρᾶται τὰ ἀπλανῆ ἄστρα. Des. τὸ φανερὸν ἡμισφαίριον ἤπερ ἡ κλ.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saec. XI. pluribus in locis refectus, & a manu Saec. XVI. suppletus, ac praecipue a pag. 65. ad pag. 87. inclusive, in quibus incidit initium Libri VIII. & IX. & a pag. 145. usque ad finem. Constat foliis 223.

ΑΡΧΙΜΗΔΟΥΣ ΠΕΡΙ ΣΦΑΙΡΑΣ ΚΑΙ ΚΥΛΙΝΔΡΟΥ.

ARCHIMEDIS DE SPHAERA ET CYLINDRO.

Seu potius

Archimedis Opera varia, Eutocii Ascalonitae in ipsum Commentarii, & Heronis Excerptum de Mensuris.

I. pag. 1. Archimedis Opera sunt I. *De Sphaera & Cylindro* Libri II. ad Dositheum, quorum secundus incipit p. 28. *b.* COD. IV.

II. pag. 38. *De Dimensione Circuli* Liber.

III. pag. 39. *b. De figuris Conoidibus, & Sphaeroidibus* Liber ad eumdem Dositheum, qui in edit. Francisci Maurolyci Nobilis Siculi Panormi MDCLXXXV. in duos dividitur, contra veterum editionum, & Codicum Mss. fidem.

IV. pag. 71. *b. De lineis Spiralibus* ad eumdem Liber. In fine huius Libri pag. 92. adiicitur Scholium in XIX. Propositionem.

V. pag. 92. *b. De planis aequiponderantibus, sive de centris gravium planorum* Libri II. quorum secundus incipit pag. 98.

VI. pag. 104. *Arenarius*, sive *de numero arenae* ad Regem Gelonem Liber.

VII. pag. 111. *b. De quadratura parabolae* Liber ad Dositheum. In fine Libri post tituli repetitionem, quod huic Codici solemne est, subiungitur: Εὐτυχοίης Λέον γεώμετρα.

Πολλοὺς ἐς λυκάβαντας ἴοις πολυφίλτατε μούσαις.

Sis felix Leo Geometra.

In multos vivas annos carissime Musis (3).

Edita fuerunt Archimedis Opera Graece & Latine (Latinis tamen separatim in calcem voluminis reiectis) Basileae primum typis Io. Hervagii (4) MDXLIV. fol. quibus adiecti sunt etiam Eutocii Ascalonitae in eadem Commentarii; Parisiis deinde apud Claudium Morellum MDCXV. fol. curante Davide Rivalto (5), fine

(1) Edidit haec Euclidis Optica Ioannes Pena Parisiis typis Dionysii Duvalli A. MDCIV 4. sed latine tantum, possetque ea editio ope huius antiquissimi Codicis non mediocriter locupletari.

(2) Graece & Latine, at sine demonstrationibus in turbam dedit Conr. Dasypodius inter cetera Euclidis scripta Argentorati MDLXXI 8.

(3) Nullum Leonem Geometram, Fabricius memorat in Diatriba de Leonibus B. G. T. VI. pag. 379. & X. pag. 526.

(4) Hanc rarissimam editionem ad Kal. Decembris A. MDXLIII. dicavit amplissimo Senatorum Ordini Reip Norimbergensis Thomas Gechauff cognomento *Venatorius*, qui haec Opera latinitate iam olim donata, prior in lucem extulit IV. Kal. Febr. MDXLIV.

(5) Hunc Rivaltus Scriptorem in levioribus quibusdam emendavit, ubi tamen erat nodus vindice dignus, nihil est molitus. Quae mutavit, id fecisse videtur, non auctoritate Codicis alicuius fide dignioris, sed ex coniectura sua, eaque non in omnibus, ne quid gravius dicam, satis felici.

fine praedictis Commentariis . quae vero recensuimus habentur in prima edit. a pag. 1. ad pag. 139. in altera vero a p. 1. ad pag. 472.

VIII. pag. 121. Sequuntur *Eutocii Ascalonitae*, Isidori (1) Milesii Mechanici discipuli, in *Archimedis Opera quaedam Commentaria*, ac primo quidem in duos *de Sphaera, & Cylindro* Libros, ad Ammonium.

IX. pag. 158. Eiusdem in Librum *de Circuli dimensione*.

X. pag. 162. Eiusdem in Libros duos *de planis aequiponderantibus*, ad Petrum quemdam.

XI. pag. 171. Ἥρωνος περὶ μέτρων. *Heronis de mensuris* Excerptum. Inc. Τῶν στερεῶν ἐστιν εἴδη, γ'. Des. ἡ ἄκενα ἔχει π. ιβ'. Est fortasse pars integrae Heronis Geometriae, quae habetur in Cod. Reg. 2724. cuius excerpta G. L. cum versione Bernardi de Montfaucon ediderunt Monachi Benedictini S. Mauri Tom. I. Analect. Graecor. Continentur autem in hisce Excerptis rationes variarum rerum dimetiendarum, putei nimirum, lapidis, columnae, turris, navis &c. In fine pag. 176. *b.* subiunguntur alia quaedam de ponderibus, & mensuris, fortasse eiusdem Heronis. Inc. Τάλαντον τοῦτο ρκε'. Des. τὴν ὁμοουσιότητα.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. maiori Saec. XIII. fine accentis exaratus; figuris vero geometricis, suis locis instructus. Constat fol. scriptis 177.

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΑ.

STRABONIS GEOGRAPHICA.

COD. V. CONtinet Strabonis Rerum Geographicarum Libros primos X. quos cum editione G. L. Amstel. MDCCVII. concordes reperimus, exceptis iis, quae sequuntur. Liber V. desinit in verbis, Γάσονος ἵδρυμα, quae paullo post initium Libri V. reperies; quaeque deinde habet etiam suo loco. Idem fit in fine libri VI. Septimus autem argumentum habet, nimirum: Τὰ ἐκτὸς Ἴστρου ἀπὸ Γερμανίας μέχρι Ταναΐδος, καὶ τὰ ἐντὸς ἀπὸ Ἀδρίου μέχρι Μακεδονίας καὶ Προποντίδος καὶ τῶν ἀριστερῶν τόπων τοῦ Πόντου. Liber VIII. antiquitus incipiebat a verbis: Ἀποδώσωμεν νυνὶ τὰ λοιπὰ, κ. λ. quae deerant tamen, posterius ad marginem sunt adiecta: desinebat autem in verbis: Ἄργους δὲ Τήμενον. sed postea, quae deerant, suffecta sunt. X. tandem Libro sequens praecedit σύνοψις: Τὸ δέκατον τὰ περὶ Αἰτωλίαν καὶ τὰς παρακειμένας νήσους, ἔτι δὲ Κρήτην πᾶσαν, ἣ καὶ μάλιστα ἐγχρονίζει, νόμιμά τε αὐτῆς διηγούμενος, καὶ τῶν Κουρήτων, πρός γε καὶ τῶν Ἰδαίων διδασκάλων τὴν ἐν αὐτῇ γένεσιν καὶ τιμὴν καὶ ὄργια ἐπεξιὼν, καὶ τὸ ἴδιον γένος Στράβων ἀπὸ Κρήτης λέγει. ἔτι δὲ καὶ τὰς περὶ Κρήτην νήσους, πολλὰς οὔσας περὶ τὸ βυβλίον, ἐν αἷς εἰσι καὶ αἱ Σποράδες καὶ τῶν Κυκλάδων ἔνιαι. VIII. & IX. multis olim defectibus scatebant, qui deinde ab eadem manu recentiori suppleti sunt.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saec. XIV. Constat foliis scriptis 293.

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΣΤΟΙΧΕΙΑ.

EVCLIDIS ELEMENTA.

EVclidis *Elementorum Libri XV.* cum Epigrammate in fine, *Optica Elementa, & Phaenomena*, ut in Codice III. huius Plutei, omnia cum Scholiis marginalibus ab eadem manu, charactere minuto exarata. COD. VI.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saec. XIII. Constat foliis 335.

ΘΕΩΝΟΣ ΕΙΣ ΑΣΤΡΟΝΟΜΙΑΝ ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

THEONIS EXPOSITIO IN ASTRONOMIAM.

Adde

Claudii Ptolemaei, Procli Diadochi, Paulli Alexandrini, & aliorum Astronomorum Opera varia.

I. p. 1. ΘΕωνος Ἀλεξανδρέως εἰς τοὺς προχείρους κανόνας τῆς ἀστρονομίας ἐξήγησις, ἢ παράδοσις. *Theonis Alexandrini* (2) *in promtos Ptolemaei Canones expositio, seu traditio*, ad Epiphanium filium. Prooemium inc. Ἡ μὲν λογικωτέρα ἔφοδος τῆς διὰ τῶν προχείρων κανόνων ψηφοφορίας τῶν ἀστέρων, τέκνον Ἐπιφάνιε, γέγονεν ἡμῖν δι' ἀκριβείας ἐν πέντε βιβλίοις ἐν ἑτέρῳ συντάγματι. Ἐν τούτῳ δ' ἐπειδὴ οἱ πλεῖστοι τῶν προσιόντων ἡμῖν πρὸς τὴν τῆς τοιαύτης διδασκαλίας μάθησιν, μετὰ τοῦ μηδὲν τοῖς πολλαπλασιασμοῖς, ἢ μερισμοῖς τῶν ἀριθμῶν ἱκανῶς παρακολουθεῖν δύνασθαι, ἔτι τε καὶ ἀμύητοι παντάπασι τῶν γραμμικῶν ἀποδείξεων τυγχάνουσιν, ἐσπουδάσαμεν καὶ πρὸς τούτους κατὰ τὸ δυνατὸν μεθοδικώτερον ὑπομνηματίσασθαι ψιλὰς τὰς ἐφόδους παρατιθέντες πρὸς τὸ καταδηλοτέραν αὐτοῖς τὴν ἔκθεσιν τῆς διδασκαλίας καταφαίνεσθαι, κ. λ. Sequitur p. 3. Opus, cuius Capita sunt: Περὶ τῆς κατὰ μῆκος τοῦ ἡλίου ψηφοφορίας. Περὶ τῆς τῶν ὡρῶν διακρίσεως. Πῶς ἂν τὰς ἐν ἑτέρᾳ οἰκήσει διδομένας ἀπὸ μεσημβρίας ὥρας ἰσημερινὰς μεταλάβωμεν πρὸς τὰς ἀπὸ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μεσημβρίας. Περὶ τῆς πρὸς τὰ ὁμαλὰ νυχθήμερα διακρίσεως. Περὶ ὡροσκόπου. Περὶ μεσουρανήσεως. Περὶ τῆς κατὰ μῆκος σεληνιακῆς ψηφοφορίας. Περὶ τῆς διορθώσεως τῶν ἐκ τῶν ε'. κεφαλαίων συναγομένων ἀνωμάλων κινήσεων ἡλίου καὶ σελήνης. Περὶ τῆς τῶν πέντε πλανωμένων κατὰ μῆκος ψηφοφορίας. Περὶ τῆς διορθώσεως τῶν ἐκ τῶν ε'. κεφαλαίων συναγομένων ὁμαλῶν παρόδων τῶν ε'. πλανωμένων. Περὶ τροπῆς. Περὶ τῆς τοῦ ἡλίου λοξώσεως. Περὶ τῆς πρὸς τὸ διὰ μέσον τῶν ζωδίων κατὰ πλάτος τῆς σελήνης ἀποστάσεως. Περὶ τοῦ

(1) In fine enim singulorum Commentariorum post tituli repetitionem legitur: Ἐκδόσεως παραναγνωσθείσης τῷ Μιλησίῳ μηχανικῷ Ἰσιδώρῳ ἡμετέρῳ διδασκάλῳ. Adiecto insuper ad finem Commentarii in Lib. II. de *Sphaera &c.* disticho illo, quod refert Fabric. Bibl. Graec. Vol. 2. pag 561. in not.

(2) Theon Alexandrinus vixit sub Imperatore Theodosio Magno, sive seniore, qui imperare coepit A. C. CCCLXXIX.

τοῦ ἀναβιβάζοντος, καὶ καταβιβάζοντος. Περὶ τῶν κατὰ πλάτος ἀπὸ τοῦ διὰ μέσων τῶν ζωδίων ἀποστάσεων τῶν έ. πλανωμένων. Περὶ στηριγμῶν. Περὶ φάσεων. Περὶ τῶν τῆς σελήνης παραλλάξεων. Περὶ συνόδου καὶ πανσελήνων. Περὶ τῶν σεληνιακῶν ἐκλείψεων. Περὶ τῶν τῆς σελήνης προσνεύσεων. Περὶ τῶν τοῦ ἡλίου ἐκλείψεων. Περὶ τῶν τοῦ ἡλίου προσνεύσεων. Περὶ τῆς τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων ἐποχῆς. Primum Caput inc. Ἐπεὶ δὲ τῶν ἀναδιδομένων χρόνων. Vltimum des. ὅταν ἐπὶ τὰ αὐτὰ τυγχάνωσιν. Quamvis vero alia sequantur item Astronomica (1); quum tamen in allatis verbis desinant alia huius Commentarii exemplaria, ac praecipue antiquissimum Codicis XXVI. huius Plutei, & nos eumdem cum illis finem statuimus. Duo igitur exstant Theonis syntagmata εἰς τοὺς προχείρους Πτολεμαίου κανόνας, ut ex allato Prooemii principio colligitur, & quidem inedita. Prius constat Libris V. & habetur infra Cod. XII. §. II. Posterius est, quod mox recensuimus; cuius etiam meminit Fabricius B. G. Vol. VIII. pag. 212. §. 2. ubi ait; *Theonis Commentarius in Canones Ptolemaei ad Epiphanium filium Ms. exstat in Bibl. Laurentiana Florentiae in Codice Sec. XIV.* Habes hoc syntagma secundum etiam in Veneta ad D. Marcum Bibliotheca Cod. CCCXV. ut ex eiusdem Catalogo eruitur pag. 146. ubi accensetur inter inedita; & in Bibl. Caesarea Vindob. duo exemplaria, de quibus vide Nesselii Catal. T. IV. p. 12. & 91.

II. p. 33. *Claudii Ptolemaei declaratio, & ordinatio promtorum Astronomiae Canonum, & quomodo iis utendum sit, methodus perspicua* (2). Vt in Cod. I. huius Plutei §. III. Sequuntur & in hoc, pag. 40. *b.* alia pauca astronomica ex pluribus illis, quae in dicto Codice legebantur a pag. 171. ad pag. 177. Inc. Ἐὰν τὸ κέντρον τὸ κεκαθαρμένον διὰ τοῦ τρίτου σελιδίου. Des. ὁρῶ τὴν ἀπειλημμένην μοῖ. τοῦ. (sic)

III. p. 41. *b. Eiusdem Hypothesis Stellarum errantium.* Vt in dicto Cod. I. §. IV. Sequuntur deinde quaedam de positione Solis, & Lunae, quorum initium est: Ὁ ἥλιος κατὰ μὲν τὸ πρῶτον ἔτος Ναβονασσάρου ἐπεῖχε μέσως τῶν ἰχθύων. Des. ὡς καὶ παρέθηκεν ὁ Πτολεμαῖος τῷ α' στίχῳ τοῦ τῶν κε' ἐτηρίδων κανόνος κατὰ τὸ οἰκεῖον αὐτοῦ σελίδιον, quae unius paginae spatium occupant, & ad explanationem fortasse pertinent quarumdam ex subiectis Tabulis Astronomicis, quae a pag. 50. usque ad p. 109. progrediuntur, & vulgo dicuntur Canon Mathematicus, vel Astronomicus, cuius recensionem vide inferius Codice XXVI. huius Plutei, omnium exemplarium vetustissimo; ubi singularum Tabularum titulos exposuimus. Id vero in aliis minus vetustis Codicibus praestare supersedimus, quum & immensi temporis, ac laboris provincia sit, & a nostro abhorrens instituto; quare Tabularum eiusmodi discrimina, si quae fuerint, novus aliquando editor, si quis futurus est αὐτόπτης poterit animadvertere. In hoc aliqua identidem Scholia in margine apposita leguntur.

IV. pag. 110. Πρόκλου Διαδόχου Πλατωνικοῦ ὑποτύπωσις τῶν ἀστρονομικῶν ὑποθέσεων. *Procli* (Lycii) *Diadochi Platonici Hypotyposis Astronomicarum positionum.* Inc. Πλάτων ὁ μέγας, ὦ ἑταῖρε, τόν γε ὡς ἀληθῶς φιλόσοφον ἀξιοῖ. Des. ἵνα γένηται καταληπτὸν τὸ μέτρον τῶν ἐν αὐτοῖς (3). Est compendium praecipuorum traditorum ab Hipparcho, Aristarcho, & a quo interdum dissentit Claudio Ptolemaeo, Graece editum Basileae MDXL. 4. Latine verterat Georgius Valla, eiusque versio prodiit Venetiis cum Psello *de victus ratione*, & aliis, MCCCCIIC. fol. & iterum una cum Ptolemaei magna Syntaxi Basileae MDXLI. fol. Huius Libri pars, quae agit περὶ τοῦ ἀστρολαβικοῦ ὀργάνου, *de fabrica & usu astrolabii*, seorsim quoque vulgata est Latine Venet. MCCCCXCI. & Paris. MDLVII. 8. cum Nicephori Gregorae Astrolabio. Vide plura apud Fabric. B. G. Vol. VIII. pag. 518.

V. pag. 142. *b.* Ἐκ τῶν Γεμίνου περὶ ἐξελιγμοῦ. *Ex Gemini scriptis de exeligmo*, seu *evolutione*, Excerptum. Inc. Ἐξελιγμός ἐστι χρόνος ἐλάχιστος περιέχων ὅλους μῆνας, καὶ ὅλας ἡμέρας, κ. λ. Des. τετραγωνικὴν πλευρὰν τοῦ δοθέντος ποιεῖ. Est fortasse desumtum ex eius insigni libello, inscripto, Εἰσαγωγὴ εἰς τὰ φαινόμενα, sive *Elementa Astronomiae*, cum versione Edonis Hilderici, ac Petavii notis in Vranologio Petaviano edito Paris. MDCXXX. & Amstelod. MDCCIII. fol. (4)

VI. pag. 144. *b.* Leguntur versus quidam iambici in laudem Deiparae Virginis, posterius ab alia manu in duabus paginis, quae vacuae inter superiorem, ac sequentem Tractatum supererant, exarati. Inc.

Σοὶ τῷ στρατηγῷ, τῶν βροτῶν ὑπερμάχῳ.

Des. Ὦ χαῖρε νύμφη γαμικῶν ἔργων δίχα.

VII. pag. 146. Παύλου Ἀλεξανδρέως εἰσαγωγὴ εἰς τὴν ἀποτελεσματικήν. *Paulli Alexandrini Introductio in Apotelesmaticen* ad Cronamonem. Prooemium inc. Πάνυ καλῶς, ὦ φίλε παῖ Κρονάμων. Des. ἐν ταῖς τῶν ζωδίων ἀναφοραῖς. Liber inc. Ὁ ζωδιακὸς κύκλος κινεῖται λοξῶς, διῃρημένος εἰς τμήματα ιβ'. Des. ὅθεν καὶ οἰκητήρια αὐτῶν, αὐτὰ τὰ ζώδια κατωνόμασται. Editus Graece cum versione Andreae Schatonis Witebergae MDLXXXV. ex Biblioth. illustris Henrici Ranzovii Serenis. Danorum Regis per Holsatiam & Dithmarsiam tum Legati. Multa autem in margine anonymi scholia rubris litteris sunt exarata. Fabricius Bibl. Graec. Vol. II. pag. 504. integrum adtulit Prooemium, pluribusque de hoc Paulli ope-

(1) Istorum Capitum tituli sunt:
Τρόπος ἐξαναλόγου πρὸς τὰς τῶν ἀστέρων ἐπισκέψεις.
Περὶ τοῦ ἐξαναλόγου τῆς τῶν ὁριζόντων κύκλων καταγραφῆς.
Ὅπως διὰ τοῦ κανόνος τοῦ ἐξάρματός ἐστιν εὑρίσκειν ἑκάστου τόπου τὸ μέγεθος τῆς μεγίστης ἡμέρας.
Ὅπως εὑρίσκειν δεῖ ἑκάστην τοῦ μηνὸς ἡμέραν ποία ἡμέρα τῆς ἑβδομάδος ἐστίν.

(2) Vid. Fabric. Tom. III. p. 420. § 6. & p. 449. Vixit sub Marco Aurelio Antonino maximam partem Alexandriae. Consule Iac Bruckeri Hist. Critic Phil. T. II. p. 629.

(3) Huius praestantissimi Operis Capita duo Περὶ τοῦ ἀστρολαβικοῦ ὀργάνου, & Ἐπανάληψις τῆς καθόλου πραγματείας inscripta, exstant etiam in Bibl. Caesar. Vindobon. Nessel. teste Catalog. P. IV. pag. 91.

(4) Vid. Fabric. B. G. Vol. II. pag. 98.

opere edisserit; scholiorum vero auctorem vel Apomasarem, vel Stephanum Atheniensem esse suspicatur.

VIII. pag. 170. Ῥητορίȣ ἔκθεσις ϗ ἐπίλυσις περί τε τῶν προειρημένων δώδεκα ζωδίων, ϗ περὶ ἑτέρων διαφόρων, ἐκ τῶν Ἀντιόχȣ θησαυρῶν. *Rhetorii expositio, & solutio de praedictis XII. signis, & de variis aliis, ex Thesauris Antiochi* (1). Inc. Τίνος ἕνεκα τῶν ιβ' ζωδίων κυκλοειδῶς τετυχηκότων. Des. τὰ ἐν ἀνθρώποις ἀποτελȣ́μενα βίαια πράγματα. Inter Astrologos ineditos accensetur a Fabric. loc. cit. pag. 515. Huius autem Excerpta ex Antiochi Thesauris Apotelesmatum Mss. exstant in Bibl. Caesarea. Sequuntur p. 175. duo laterculi diligentissime elaborati, menses Romanorum, & Arabum inter se collatos exhibentes, ad inveniendum quo hebdomadis die incidat Novilunium: & ead. pag. *b.* regulae quaedam ad inveniendos quolibet die gradus solis elevationis &c.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saec. XIV. Constat fol. scriptis 176.

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΣΤΟΙΧΕΙΑ.

EVCLIDIS ELEMENTA.

COD. VIII. ET quidem initio mutila; incipiunt enim a verbis... τετραπλεύρων σχημάτων τετράγωνον μέν ἐστιν, κ. λ. quae pertinent ad Definitiones Libri I. quare videtur deesse folium unum. Reliqua cum Cod. II. huius Plutei concordant, si illud excipias, *Euclidis Data*, quae in illo inter XIII. & XIV. Elementorum Libros erant inserta, in hoc postremum locum obtinere. Deest praeterea Epigramma in laudem Euclidis, quod supra retulimus. Scholia tandem marginalia rariora sunt in hoc, quam in aliis Codicibus. In primis tamen septem paginis fragmenta quaedam habentur Geometrica ἀκέφαλα & ἀτελῆ, quae unde fuerint excerpta, nondum comperimus: nonnullis pag. 3. adscriptum legitur nomen Maximi Planudis. Pag. 5. de colore quaedam traduntur, iuxta Aristotelis sententiam.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 8. Saec. XIV. Constat fol. scriptis 228.

ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΗ ΥΦΗΓΗΣΙΣ.

CLAVDII PTOLEMAEI GEOGRAPHICA SVB FIGVRA.

Seu potius

Claudii Ptolemaei Geographicae Enarrationis Libri VIII. sine tabulis.

COD. IX. INitium, & finis singulorum Librorum concordant utplurimum cum editione G. L. Amstelodam. MDCV. cum notis Gerardi Mercatoris (2). Discrimen aliquod occurrit in Indice Capitum, seu locorum, secundo Libro praemisso; qui ibi fusior aliquanto est, quam in Codice. Tum in fine libri V. desideratur in Codice ultima vox Ῥάττα. Tandem post ultima Libri VIII. verba ἕως τῶν πόλων ἀμφοτέρων τȣ̃ Ζωδιακȣ̃, in quibus desinit editio, alia subiunguntur in Codice, in quibus agitur de Zodiaco, de Gange, insula Taprobana, Monte Sardonycho &c. trium circiter paginarum, quorum initium est: Ἰούνιος ἥλιος καρκίνῳ, κ. λ. Finis: ἠδὲ ϗ αὐτῆς αἰνομόρȣ Σκυθίης χαλεπὸν γένος ἄχρις (lacuna duarum vocum) Σηρῶντε, τὸ γὰρ πέρας ἀνατολικῆς γῆς.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori Saec. XIV. binis columnis exaratus. Constat foliis scriptis 132.

ΕΥΚΛΕΙΔΗΣ ΑΚΕΦΑΛΟΣ.

EVCLIDES SINE PRINCIPIO.

Titulus reddendus

Euclidis Data, Optica, & Phaenomena.

I. p. 1. E*Vclidis Data* anepigrapha. Horum initium concordat cum illis Codicis I. huius Plutei §. VIII. (3) Finis vero diversus est, quum desinant in verbis, τȣτέστι τὸ ὑπὸ αϛγ. ut innuimus supra in Codice II. §. II. COD. X.

II. pag. 40. *Eiusdem Optica*, sive *Perspectiva*, item anepigrapha. Inc. Ὑποδεικνὺς τὰ κατὰ τὴν ὄψιν, κ. λ. Des. καθάπερ ϗ ἐν τοῖς κύκλοις. Longiora sunt in principio iis, quae habentur in Codd. III. & VI. ubi incipiebant a verbis: Ὑποκείσθω τὰς ἀπὸ τȣ̃ ὄμματος, κ. λ. quae post duas circiter paginas in hoc occurrunt. Id occasionem dedit Montfauconio adfirmandi, eiusmodi Optica esse sine principio; quod tamen falsum.

III. pag. 60. *Eiusdem Phaenomena*, item anepigrapha. Concordant cum dictis Codd. III. & VI.

Codex Graecus membranac. Ms. in 4. Saec. XV. scholiis heinc einde in margine adspersus. Constat fol. scriptis 83.

ΜΑΝΟΥΗΛ ΒΡΥΕΝΝΙΟΥ ΜΟΥΣΙΚΗ.

MANVEL BRYENNII MVSICA.

Ac praeterea

Michaëlis Pselli opuscula quaedam.

I. pag. 1. M*Anuelis Bryennii Harmonicorum Libri III.* Primus τμήματα, seu sectiones continens novem, inc. COD. XI.

Ἐπει-

(1) Hunc eumdem Tractatum habet Biblioth. Caesarea Vindobon. Vid Nessel. IV pag 103.

(2) Huius Operis celeberrimus exstat Codex in Veneta Bessarionis Bibliotheca, Catalog pag 185. Alterum servat plane egregium Coisliniana, cuius variantes lectiones Clariss. Montfauconius edidit Catalog. p. 611.

(3) Lucas Holstenius non satis recte in prima pagina αὐτοχειρὶ adnotavit: *Euclidis Data sine principio: habentur integra in I. Codice huius Scamni*; eumque sequutus idem adseruit Montfauconius in suo Catalogo: initium enim huius concordat cum dicto Codice I finis vero ideo diversus, quod longius, quam ille progrediatur.

Ἐπειδήπερ ὁ χρόνος. Des. κὴ τὰ τούτοις ὅμοια. II. pag. 15. in sectiones XV. divisus inc. Ἐπειδήπερ περὶ τῶν θεωρουμένων μερῶν. Des. ὑποδείγματι δείκνυται. III. pag. 45. inc. Διαλαβόντες συντόμως. Des. τοῦτο γὰρ κὴ ἔδει ποιῆσαι. Quot Capita habeat tertius hic Liber, non satis apparet, quum non omnibus suus sit numerus, & inscriptio apposita. Exhibentur ubique diligentissime delineata schemata varia instrumentorum musicorum ad eorum, quibus de agitur declarationem. Habetur hoc Bryennii Opus etiam in Bibl. Vindobon. apud Nesselium Part. IV. pag. 47. & in Venet. Cod. CCCXXI. (1)

II. pag. 72. *b.* Τοῦ Ψελλοῦ εἰς τὴν ψυχογονίαν τοῦ Πλάτωνος. *Pselli de generatione animi apud Platonem*. Inc. Τὸ μὲν λεγόμενόν ἐστι. Des. ἐ τὴν ἀκρότητα. Inter inedita accensetur in Diatriba Leonis Allatii de Psellis in calce Vol. V. Bibl. Gr. Fabric. pag. 38. & 49.

III. pag. 78. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ παραδόξων ἀναγνωσμάτων. *Eiusdem de incredibilibus lectionibus*, sive libellus admirabilium lectionum medico-physicarum, Michaëli Caerulario Patriarchae Constantinopolitano dicatus. Inc. Μηδὲ καινῶν ἀναγνωσμάτων. Ἴσθι τοιγαροῦν, ὡς ὁ Ἐπιμενίδειος. Des. ἀντιλέγειν τοῖς χρωμένοις αὐτοῖς (2).

IV. pag. 80. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ὠμοπλατοσκοπίας, κὴ οἰωνοσκοπίας. *Eiusdem de Omoplatoscopia, & de Oeonoscopia*; sive Libellus ad eumdem Patriarcham de divinatione ex ossibus humerariis mactatorum animalium, & ex avibus. Inc. Ὁ Σωκράτης ἐκεῖνος ὁ σωφρονίσκου. Des. παρὰ τοῖς ἄνω θησαυροῖς ἔασον.

Cod. Graecus membranaceus Ms. Saec. XV. in fol. nitidissimus, in prima pagina, minio, auro, aliisque coloribus eleganter depictus, ac stemmate Mediceae gentis ornatus. Constat fol. scriptis 82.

ΘΕΩΝΟΣ ΣΜΥΡΝΑΙΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΟ ΜΑΘΗΜΑΤΙΚΟΝ ΧΡΗΣΙΜΩΝ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΑΝΑΓΝΩΣΙΝ.

THEONIS SMYRNAEI DE MATHEMATICIS VTILIBVS AD PLATONIS LECTIONEM.

Ac praeterea

Theonis Alexandrini, Claudii Ptolemaei, & Procli Diadochi Opera quaedam.

COD. XII. I. pag. 1. Θέωνος Σμυρναίου περὶ τῶν κατὰ τὴν μαθηματικὴν χρησίμων εἰς τὴν τοῦ Πλάτωνος ἀνάγνωσιν. *Theonis Smyrnaei Platonici de iis, quae in mathematicis utilia sunt ad Platonis lectionem*. Inc. Ὅτι μὲν οὐχ οἷόν τε συνιέναι τῶν μαθηματικῶν λεγομένων παρὰ Πλάτωνι μὴ κὴ αὐτὸν ἠσκημένον ἐν τῇ θεωρίᾳ ταύτῃ, πᾶς ἄν που ὁμολογήσειεν. Des. λείπεται δὲ μνημονεῦσαι στοιχειωδῶς κὴ τῶν κατὰ ἀστρονομίαν. Scripsit Theon de quatuor mathematicis disciplinis, Geometria, Arithmetica, Musica, & Astronomia Compendium in Platonis Libros. Ex hoc tamen ea tantum, quae sunt de Arithmetica, & Musica, Graece edidit e Codice Ms. Thuano (collatis quatuor Codd. Bibl. Reg.) ac versione Latina, notisque eruditis illustravit Ismaël Bullialdus, Paris. MDCXLIV. 4. Et haec eadem exstant in nostro Codice. De hoc Theone (3) vide plura apud Fabric. B. G. Vol. II. pag. 101.

II. pag. 40. *Theonis Alexandrini Commentarius in promtos Ptolemaei Canones*, Libris seu Tomis IV. digestus, ac figuris geometricis ubique instructus, ad Eulalium, & Origenem. Prooemium inc. Τὴν λογικὴν ἔφοδον τῆς τῶν προχείρων κανόνων πραγματείας ὁρίσασιν ὑμῖν διεξελθεῖναι, ἐμοὶ ἑταῖροι, Εὐλάλιέ τε κὴ Ὠρίγενες, ὡς ἔνεστιν ἐξεταστικώτερον ἐπελθὼν ὑπομνηματίσας, οὐ μικρὰν προσθήκην τῇ μαθηματικῇ θεωρίᾳ κὴ αὐτὸς τὴν τοιαύτην πραγματείαν εἰς ἐνέργειαν ἡγησάμην. πεποιήμεθα δὲ τὴν τῶν προκειμένων διδασκαλίαν ἐν πέντε βίβλοις, κ. λ. Libri I. Capita sunt: Περὶ τῆς ἐκθέσεως τῶν ἐπισήμων πόλεων κανόνων. Περὶ τῆς ἐκθέσεως τῶν ἐπὶ ὀρθῆς τῆς σφαίρας ἀναφορῶν. Περὶ τῶν καθ' ἕκαστον τῶν κλιμάτων συναφορῶν. Περὶ τῆς ἐκθέσεως τῶν ὁμαλῶν τοῦ ἡλίου παρόδων. Περὶ τῆς ἐκθέσεως τοῦ τῆς ἡλιακῆς ἀνωμαλίας κανόνος. Περὶ τῶν κατὰ τὰς μοίρας καὶ τὰ ἑξηκοστὰ πολλαπλασιασμῶν. Περὶ τῆς τοῦ ἡλίου ψηφοφορίας. Περὶ τῆς τῶν ὡρῶν διακρίσεως. Ὅτι οὐδὲν αἰσθητὸν διάφορον γίνεται τῷ χρόνῳ παρὰ τὸ ἐκ τῆς τοῦ καιρικοῦ χρόνου ψηφοφορίας παρειληφέναι τὴν τοῦ ἡλίου ἐποχήν. Περὶ Ὡροσκόπου. Περὶ μεσουρανήσεως. Περὶ τῆς ὑποθέσεως τοῦ τῆς δευτέρας καὶ καθόλου σεληνιακῆς ἀνωμαλίας κανόνος. Περὶ τῆς ἐκθέσεως τοῦ ἀπογείου ἐκκέντρου σεληδίου. Περὶ τῆς ἐκθέσεως τοῦ ἐκκέντρου τοῦ ἐπικύκλου σεληδίου. Περὶ τῆς ἐκθέσεως τοῦ κέντρου τῆς σελήνης σεληδίου. Περὶ τῆς ἐκθέσεως τοῦ βορείου πέρατος. Περὶ τῆς ἐκθέσεως τοῦ τῆς ἀνωμαλίας τῆς σελήνης κανόνος. Περὶ τῆς κατὰ μῆκος τῆς σελήνης ψηφοφορίας. Περὶ τῆς τοῦ ἡλίου λοξώσεως. Περὶ τοῦ καταβιβάζοντος κὴ ἀναβιβάζοντος. Inc. Πρὸ τῆς πραγματείας τῆς τῶν ἀστέρων κινήσεως, κ. λ. Des. τὴν κατὰ τὸ β' ἀναβιβάζοντα.

Libri II. (p. 59.) Capita sunt: Περὶ τῆς ἐκθέσεως τοῦ τῆς διορθώσεως τῶν παραλλακτικῶν κανόνων τῆς

(1) Bryennii Harmonica edere & illustrare Meibomius promiserat; sed quum in dies rem differret, laborem hunc Io. Vallisius, qui optime potuit, occupavit; edita igitur sunt ex tribus Codd. Mss. praestantissimo uno Magdalenensis Collegii Oxoniae, & aliis duobus Bibl. Bodleianae, Gr. & Lat. in Tom. III. Operum Vallisii Oxoniae MDCIC. fol. una cum Ptolemaei Harmonicis, & Porphyrii in eadem Commentariis.

(2) Est totus hic libellus publica luce dignus, ut ex ipso patet principio, quod valde notabile est propter *Epimenideos trochiscos alimos*, sive *Epimenideos pastillos contra famem*, quorum usus olim frequens erat in obsidionibus urbium, ut testatur Hero Tertius in prooemio Libri de Machinis bellicis iuxta Latinam Franc. Baroccii versionem; ipse enim Graecus contextus, quod sciam, nondum prodiit. Ceterum inter alia multa, quae in hoc libello observanda occurrunt, notandum in primis est, Sextum Iulium Africanum, ibi non solum nominatim citari, verum etiam ex illius Cestorum Enneabiblo varia arcana medica, physica, & magica summatim recenseri, quem locum integrum Graece exhibet Lambec. Lib. VII. Comment. pag 222. seq.

(3) Seniorem esse Theone Alexandrino pluribus probat laudatus Bullialdus in Praefat. citati Operis, eiusque verba refert idem Fabric. loc. cit. pag. 100. & Iac. Bruckerus Histor. Critic. Philosoph T. II. p. 164.

τῆς σελήνης. Περὶ τῆς ἐκθέσεως τοῦ τῆς διορθώσεως κανονος. Περὶ τῆς τῶν παραλλάξεων ψηφοφορίας. Περὶ τῆς τῶν συνόδων καὶ πανσελήνων ψηφοφορίας. Περὶ τῆς ἐκθεσεως τῶν παραλλακτικῶν τῆς σελήνης κανόνων. Inc. Διεξελθόντες ἐν τῷ α' τόμῳ. Deſ. τὴν τότε κατὰ μῆκος ὡριαίαν πάροδον.

Libri III. (pag. 70. *b.*) Capita ſunt: Περὶ τῶν σεληνιακῶν ἐκλείψεων ψηφοφορίας. Περὶ τῶν ἡλιακῶν ἐκλείψεων ψηφοφορίας. Περὶ προσνεύσεως. Περὶ τῆς ἐκθέσεως τῶν εἰς τὰς προσνεύσεις συντελούντων κανόνων. Περὶ τῆς τῶν προσνεύσεων ψηφοφορίας. Ἀρχὴ τοῦ τῆς καθάρσεως χρόνου. Inc. Διεξελθόντες ἐν τῷ δευτέρῳ τόμῳ. Deſ. ἤτοι ἀνέλθεν καταλαμβάνονται.

Libri IV. (p. 87.) qui inſcribitur, Περὶ τῆς τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων πραγματείας, & in quo Epiphanium filium adloquitur, Capita ſunt: Περὶ τῆς ἐκθέσεως τοῦ ἐπὶ τῆς καρδίας τοῦ λέοντος ἀστέρος τοῦ ἐπικύκλου σελιδίου. Περὶ τῆς ἐκθέσεως τοῦ Κρόνου ἀστέρος τοῦ κέντρου τοῦ ἐπικύκλου σελιδίου. Περὶ τῆς ἐκθέσεως τοῦ κέντρου τοῦ Κρόνου ἀστέρος σελιδίου. Περὶ τῆς ἐκθέσεως τοῦ Διὸς ἀστέρος τοῦ ἐπικύκλου σελιδίου. Περὶ τῆς ἐκθέσεως τοῦ κέντρου τοῦ τοῦ Διὸς ἀστέρος σελιδίου. Περὶ τῆς ἐκθέσεως τοῦ τοῦ κέντρου τοῦ ἐπικύκλου τοῦ Ἄρεως σελιδίου, καὶ τοῦ αὐτοῦ ἀστέρος. Περὶ τῆς ἐκθέσεως τοῦ τοῦ κέντρου τοῦ ἐπικύκλου τῆς Ἀφροδίτης σελιδίου καὶ ἔτι τοῦ αὐτοῦ ἀστέρος. Περὶ τῆς ἐκθέσεως τοῦ κέντρου τοῦ ἐπικύκλου τοῦ Ἑρμοῦ τοῦ ἀστέρος σελιδίου, καὶ ἔτι τοῦ αὐτοῦ ἀστέρος. Περὶ τῆς τῶν ἀνωμαλιῶν τῶν ε' πλανωμένων ἐκθέσεως. Inc. Διεξελθόντες ἐν τοῖς πρὸ τούτου τρισὶ τόμοις, τέκνον Ἐπιφάνιε, περί τε τῆς τῶν ε' ἀστέρων διακρίσεως καὶ τῶν συνόδων ἡλίου καὶ σελήνης, κ. λ. Deſ. οἷων ἡ ὑπεροχὴ πρὸς τῇ μέσῃ παρόδῳ μεγίστη (1) . . . . πρὸς τῷ κατὰ τὸ ἀπόγειον . . . . . Videntur mutila tum hic quartus Liber, tum πραγματεία tota, quam libris quinque conſtare debuiſſe, tum ex Prooemii fragmento ſupra relato didicimus, tum ex initio alterius eiuſdem Theonis ſyntagmatis in Promtos Ptolemaei Canones ad Epiphanium filium, quod protulimus ſupra Cod. VII. §. I. & occurrit etiam paullo poſt in hoc ipſo Codice. Ineditum igitur eſt & hoc Opus Theonis de quo ne verbum quidem apud Fabricium. Sparſae vero ſunt ubique figurae geometricae; variae referuntur obſervationes; epochae quaedam ſtabiliuntur a Nabonaſſare ad Philippum, a Philippo ad Auguſtum, & ad Antoninum. Nemo praeter Ptolemaeum, quod viderim, citatur. Dictio ſimplex, & qualis Geometram decet.

III. p. 95. *Claudii Ptolemaei expoſitio promtarum Aſtronomiae Canonum ad Syrum*, ut in Cod. I. huius Plutei §. II. Sequuntur deinde & heic eadem prorſus illa, quae habebantur in illo a pag. 171. ad pag. 177. cum hoc tamen diſcrimine, quod ibi ut plurimum Capita ſuis erant inſtructa titulis, ac laterculis, ſeu figuris aſtronomicis ad rem melius ob oculos ponendam interſerta; heic vero nihil eſt huiuſmodi.

IV. pag. 113. *Eiuſdem de iudicandi facultate, & animi principatu*, ut in dicto Codice, §. V.

V. pag. 121. *Eiuſdem Hypotheſis Stellarum errantium ad Syrum*. Ibid. § III.

VI. pag. 130. *Theonis Alexandrini in promtos Ptolemaei Canones*, Syntagma alterum ad Epiphanium filium, cum ſcholiis marginalibus. Initium & finis concordat cum Cod. VII. huius Plutei §. I. Sequuntur deinde Tabulae, ſeu Canones Aſtronomici, & ipſi uberrimis ſcholiis, inſtructi; quibus etiam variae identidem inſertae ſunt explanationes. Occurrit itaque primo Geographicarum Ptolemaei Tabularum brevis ſynopſis, continens ſingularum extenſionem, & fines, quibus unaquaeque concluditur. Decem numerantur tabulae Europae, quatuor Libyae, duodecim Aſiae: quibus ſubiiciuntur ſcholia circa rectam χρονογραφίαν. Sequitur deinde enumeratio inſigniorum Europae, Libyae, & Aſiae urbium iuxta praedictas tabulas cum gradibus ipſarum longitudinum, & latitudinum. Tum laterculi Regum Perſarum, Macedonum, & Aegyptiorum; Imperatorum Romanorum, & Conſulum uſque ad ἔτη ἀνύπατα, & alia deinceps omnia, ut in Codice XXVI. huius Plutei, Theonis Commentarios continente, cum quo partim conveniunt, partim differunt, ac praecipue Menologium variarum gentium; in hoc enim ſunt menſes quoque Gazaeorum, Aſcalonitarum, & Seleuciorum, qui in illo deſunt. Inſuper Tabula quaedam exhibet menſes Aegyptiorum cum Romanis menſibus collatos &c. Vltima Tabula ſphaerae rectae delineationem exhibet.

VII. pag. 293. Μέθοδος ἀπλουστέρα, δι' ἧς εὑρίσκεται σύνοδος καὶ πανσέληνος. *Methodus ſimplicior inveniendi interlunia, & plenilunia*, Auctore Anonymo. Inc. Ἀπογραφόμεθα κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς συνόδου ἢ πανσελήνου τὰ δ' κεφάλαια, κ. λ. cum aliis in fine laterculis εἰκοσιπενταετηρίδων Solis, & ἐννεαδεκαετηρίδων Lunae &c.

VIII. pag. 335. Περὶ τῶν κατὰ μέρος ταῖς ἀναφοραῖς παρακολουθούντων. *De iis, quae particulatim collationes temporum conſequuntur*, ſive continuatio ſuperioris Chronologicae expoſitionis, Auctore Anonymo. Inc. Ο . . . τῶν ἀναφορικῶν χρόνων τὸν προκείμενον τρόπον ἡμῖν ἐκτεθειμένων, κ. λ. Deſ. καὶ τὰς ἐσχάτας τῶν ἐκλείψεων καὶ τῶν ἀναπληρώσεων ἐπισημασίας.

IX. pag. 347. *Procli Diadochi Hypotypoſis Aſtronomicarum poſitionum*, cum figuris. Concordat cum Cod. VII. huius Plutei §. IV. Nonnulla ſunt ad marginem ſcholia ab eadem manu exarata.

X. pag. 383. Occurrunt tandem fragmenta nonnulla Anonymi de phaſibus, ſive apparitionibus planetarum, de epochis, ſive poſitionibus ſtellarum fixarum, de exaltationibus Solis, ſideribus fixis, & eorum ſignificationibus, & aliis rebus Aſtronomicis Inc. . . . . ὁ στίλβων τὰς φάσεις οὕτως, πρώτην μὲν τὴν ἑσπερίαν ἀνατολὴν, κ. λ. In fine nonnulla adiiciuntur de annis Diocletiani &c.

Co-

(1) Vbi puncta illa appoſuimus, lacuna eſt in Codice, cuiuſmodi plures ſunt ſub finem huius quarti Libri.

Codex Graecus bombycinus Ms. in 4. min. Saec. XIV. diverſa manu exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 399.

ΠΑΡΑΔΟΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟΤΣ ΠΕΡΣΙΚΟΤΣ ΚΑΝΟΝΑΣ ΑΣΤΡΟΝΟΜΙΑΣ.

TRADITIO IN PERSICAS REGVLAS ASTRONOMIAE.

Adde

Iſaaci Argyri, Hephaeſtionis Thebani, Mercurii Triſmegiſti, Galeni, ac Stephani Alexandrini Opuſcula varia.

COD. XIII. IN prima pagina occurrit Θεμάτιον γεγονὸς μηνὶ Σεπτεμβρίῳ κε'. τοῦ ϛωπβ'. ἔτυς ἐπ' αὐτῆς τῆς μεσημβρίας, *Thematium factum menſe Septembri, die XXV. anno* 6882. (Chriſti MCCCLXXIV.) *ſub ipſo meridie*: cui ſubiicitur explicatio. In averſa vero huius paginae parte legitur: *Olim Petri de Medicis, repertus inter libros Comitis Iohannis Mirandulani*: ac tandem Latinus Opuſculorum huius voluminis index.

I. pag. 2. Παράδοσις εἰς τὺς Περσικὺς κανόνας τῆς ἀςρονομίας. *Traditio in Perſicos Canones Aſtronomiae*. Inc. Η' τῶν Περσικῶν κανόνων σύςασις γέγονε τοῖς ἐκεῖσε μαθηματικοῖς, κ. λ. Deſ. ϗ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. Canones iſti, ut in Prooemio dicitur, compoſiti ſunt ab illius regionis Mathematicis, Iaſdagerdae Sarier filii Maſtrè Regis Perſarum anno primo, qui incidit in annum exactum 6139. (Chriſti DCXXXI.) Sequitur p. 17. Caput de praenotionibus ἀπὸ τῶν ἐν τῇ παλάμῃ γραμμῶν, *a lineis, quae ſunt in palma*. Inc. Τί ὁρίζειν χρὴ καὶ καλεῖν τὸ ἀπὸ τῶν γραμμῶν μέρος. Deſ. εὐχερῶς ἀπατώμενοι ὑπὸ γυναικῶν. Tandem pag. 20. ſuccedunt Canones ipſi Perſici Aſtronomici, longitudinis nimirum, & latitudinis inſigniorum urbium; menſium, dierum Perſicorum, &c. qui ad paginam uſque 89. progrediuntur. Exſtat etiam in Bibliotheca Veneta Cod. CCCXXIII. Catalog. p. 148. & alibi.

II. pag. 90. Ἰσαὰκ μοναχῦ τοῦ Ἀργυροῦ τῷ Οἰναιώτῃ κυρῷ Ἀνδρονίκῳ μεθόδυς αἰτήσαντι λογικὰς ἐκθέσθαι ἡλιακῶν ϗ σεληνιακῶν κύκλων, ϗ τῶν τύτοις ἑπομένων. *Iſaaci monachi Argyri ad Oenaeoten Dominum Andronicum, qui ratione traditas methodos poſtularat Solis, ac Lunae cyclorum, & eorum, quae ex his conſequuntur*. Prooemium inc. Ἐπειδὴ τὺς ἄλλυς. Deſ. ἀξίυς τοῦ πράγματος κέκρικας. Cap. I. Περὶ τῶν ἡλιακῶν κύκλων, *De cyclis Solaribus*, inc. Ἔςι δὲ πρῶτον ἡμῖν. Vltimum Περὶ τῆς τοῦ κανονίυ σφαλερότητος, *De laterculi defectu*, ſive *de correctione Paſchatis*, deſ. τὸ παῤῥησιάζεσθαι παραιτήσωνται. Exſtat G. & L. hic Iſaaci Argyri Computus in Dionyſii Petavii Opere *de Doctrina Temporum*, edit. Antuerp. MDCCIII. fol. Tom. III. a pag. 194. ad pag. 205. Aliquod tamen diſcrimen identidem adnotavimus, tum in diviſione, tum in titulis Capitum, quemadmodum etiam nonnullos in Codice defectus: primo enim ex Cap. IV. deſideratur paragraphus ille, qui inc. Αἱ μὲν ὖν νυμηνίαι, κ. λ. uſque ad verba: Τὰ μὲν δὴ περὶ τῶν ἡλιακῶν κύκλων, κ. λ. Tum integra Capita VIII. & XIV. tabulaeque omnes Capitibus interſertae, praeter duas illas, quae incidunt in cit. edit. pag. 201. Tandem poſt ultima verba, ἐν πολλοῖς ἔτεσιν ἀξιόλογον ἀπεργαζομένης, in quibus editio deſinit, Codex alia pauca ſubiungit, quorum initium: Σοὶ δ' αὐτῷ συνετῷ γε ὄντι, ϗ κρίνειν ὀρθῶς εἰδότι τά τ' εὖ ἔχοντα τῶν τοιούτων, κ. λ. Finis idem, quem mox dedimus.

III. pag. 98. Ἐκ τῶν Ἡφαιςίωνος τοῦ Θηβαίυ ἀποτελεσματικῶν ϗ ἑτέρων παλαιῶν. *Ex Hephaeſtionis Thebani & aliorum antiquorum apoteleſmaticis*, Excerpta. Caput I. περὶ τῆς τῶν ιβ' μοιρῶν ὀνομασίας ϗ δυνάμεως, inc. Τὸν ζωδιακὸν οἱ παλαιοὶ εἰς ιβ' τμήματα διεῖλον. Vltimum eſt περὶ δραπετῶν. Deſ. τύτων ἡ σύνθεσις σημαίνει μετὰ πόσας ἡμέρας εὑρεθήσεται ὁ δραπέτης. Inſeruntur Excerpta quaedam aliorum apoteleſmatica, nimirum p. 143. Θεοφίλυ περὶ καταρχῶν, pag. 147. *b.* Περὶ μηνὸς κατὰ τὸν Νεχεψὼ, pag. 148. *b.* Περὶ καταςημάτων τῶν ζ' ἀςέρων, Ἰυλιανοῦ, pag. 149. *b.* Περὶ ὑετῶν ἀπὸ φωνῆς Σύρυ τινὸς, &c. Excerpta ex Hephaeſtione, & aliis veteribus Scriptoribus de XII. caeli ſignorum appellationibus, & adfectionibus, exſtant in Collect. Ioachimi Camerarii, Norimbergae MDXXXII. 4. ut ex Catalogo Bibl. Venet. pag. 149. eruitur, Cod. CCCXXIV. & pag. 154. Cod. CCCXXXV.

IV. pag. 220. Ἰατρομαθηματικὰ Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίςυ πρὸς Ἄμμωνα Αἰγύπτιον. *Medicomathematica Mercurii Triſmegiſti ad Ammonem Aegyptium*. Inc. Τὸν ἄνθρωπον, ὦ Ἄμμον, κόσμον φασὶν οἱ σοφοί· ἐπειδὴ ἀφομοιοῦται τῇ τοῦ κόσμου φύσει. Deſ. χωρὶς γὰρ τῆς κοσμικῆς συμπαθείας τοῖς ἀνθρώποις ὐδὲν ἐπιγίνεται. Hunc librum ſub titulo, *Mercurii Triſmegiſti de decubitu infirmorum*, primus Latine edidit Andreas Wechelus Pariſ. MDLV. 4. Graece primus Ioachimus Camerarius Norimb. MDXXXII. 4. Graece vero, & Latine emendatiorem plenioremque poſtea cum notis ex Ms. Auguſtano vulgavit David Hoeſchelius Auguſtae Vindel. MDXCVII. 8.

V. pag. 224. Γαληνοῦ περὶ κατακλίσεως νοσύντων προγνωςικὰ ἐκ τῆς μαθηματικῆς ἐπιςήμης. *Galeni de decubitu infirmorum prognoſtica ex mathematica diſciplina*, ſeu *praenotiones aſtrologicae*, ad Aphrodiſium. Inc. Περὶ μὲν τῦ ὑπαρκτικὴν εἶναι τὴν μαθηματικὴν ἐπιςήμην. Deſ. ςρόφυς γὰρ ποιεῖ τῷ κάμνοντι. Exſtant Tom. IV. Baſil. edit. p. 473. & T. VIII. Pariſ. pag. 901.

VI. pag. 232. *b.* Παγχαρίυ περὶ τῶν αὐτῶν. *Pancharii de iiſdem rebus*, ſcilicet *de decubitu infirmorum prognoſtica*. Inc. Σκεπτόμενος περὶ νοσημάτων. Deſ. νοσεῖν παρασκευάζει. Inter deperditos recenſet Fabric. Vol. II. p. 517.

VII. pag. 237. *b.* Ἡφαιςίωνος περὶ τῦ αὐτῦ. *Hephaeſtionis de eodem argumento*. Inc. Γςέον

ὅτι οἱ ἀρξάμενοι νοσεῖν. Deſ. σημαίνει οὖν κινδυνῶδες εἶναι τὸ νόσημα· ἔςι δὲ τὸ κανόνιον τόδε. Tum ſubditur tabella numerica. Vid. Fabric. B. G. T. II. p. 506.

VIII. pag. 239. Στεφάνου Ἀλεξανδρέως φιλοσόφου ϗ οἰκουμενικοῦ διδασκάλου ἀποτελεσματικὴ πραγματεία πρὸς Τιμόθεον τὸν αὐτοῦ μαθητὴν, πρόφασιν μὲν ἔχουσα τὴν νεοφανῆ ϗ ἄθεον νομοθεσίαν τοῦ Μωαμὲδ, πολλὰ δὲ ϗ ἄλλα τῶν μελλόντων προαγορεύουσα. *Stephani Alexandrini philoſophi, & oecumenici magiſtri Tractatus apoteleſmaticus ad Timotheum eius diſcipulum, compoſitus quidem occaſione recens natae & impiae ſectae Mohamedis, verum & multa alia futurorum praedicens*. Inc. Τοῖς ἤδη πεπονημένοις τῶν πάλαι σοφῶν βιβλίοις. Deſ. διὰ τὴν τῶν καιρῶν μεταβολὴν, ϗ τὴν τῶν κρατούντων ὠμότητα. Inter Aſtrologos ineditos accenſet Fabricius B. G. Tom. II. p. 515.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XIV. Conſtat fol. ſcriptis 246.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΡΙΓΩΝΩΝ ΤΩΝ ΙΒ′ ΖΩΔΙΩΝ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΥΨΩΜΑΤΩΝ ΑΥΤΩΝ.

INTERPRETATIO TRIANGVLORVM XII. SIGNORVM, ET EORVM ELEVATIONIS INCERTI AVCTORIS.

Seu potius

Syntagma ex variis Aſtrologiae Iudiciariae Scriptorum Excerptis contextum.

COD. XIV. I. pag. 1. OCcurrit Index Latinus Operum, quae in hoc Codice continentur; tum folio verſo duo Circuli, duodecim Zodiaci ſigna, ac Solis, Lunae, aliorumque planetarum varias coniunctiones exhibentes; pag. vero 2. *b.* Ἑρμηνεία περὶ τῶν τριγώνων τῶν ιβ′ ζωδίων, ϗ τῶν ὑψωμάτων αὐτῶν. *Explicatio triangulorum XII. ſignorum Zodiaci, & elevationum ipſorum*, Anonymi; tum p. 3. alia pauca περὶ ὡροσκόπου, *de Horoſcopo*.

II. pag. 3. *b. De Aſtrologia Poëma iambicum* valde longum, abſque ullo titulo; quod tamen eſſe Ioannis Camateri ad Manuelem Porphyrogenitum, ex initio deprehenditur. Inc.

Ἐξ οὐρανίων ἀντύγων σοι βιβλίον
Γράψας προσάγω, δέσποτα ςεφηφόρε,
Ἄναξ Μανουὴλ, πορφυροβλάςε κλάδε,
Ὁ Καματηρὸς ἐκ γένους Ἰωάννης,
Τῷ σῷ δὲ κράτει πιςότατος οἰκέτης, κ. λ.

Integrum Prooemium ſpeciminis loco exhibetur Biblioth. Taurin. Catalog. Part. I. pag. 315. Cod. CCXXIX. quem vide. Interim notandum, in noſtro Codice Poëma iſtud fuiſſe recentius exaratum in iis foliis, quae tum in principio, tum in fine vacua ſuperfuerant. Poſtrema ſunt:

Συσχηματισθεὶς κακοποιῷ Ζεὺς πάλιν
Ἤμειψεν αὐτῷ τὴν φύσιν εἰς βελτίω·
Ἡ δ' Ἀφροδίτη τοῦτο δρᾶν οὕτω σθένει.

quae tamen imperfecta videntur, Codice in fine mutilato.

III. pag. 9. Incipit Tabula argumentorum, quae in toto pertractantur Volumine, Capita continens CCCCLXV. quorum primum eſt: Μέθοδος συνόδων ϗ πανσελήνων, ὧν ἡ ἀρχὴ, μέθοδος τῶν συζυγιῶν. *Methodus coniunctionum, & pleniluniorum: quorum initium*, μέθοδος, κ. λ. Vltimum eſt: Περὶ τῆς δηλώσεως τῶν σεσημειωμένων ςοιχείων. *De ſignificatione ſubſcriptarum notarum.*

IV. pag. 17. Incipit Syntagma ipſum Aſtrologicum, omnium, quae in hoc Aſtronomorum Pluteo occurrunt, uberrimum. Primis XXV. huius collectionis Capitibus praecedit titulus valde longus, cuius propterea partem tantummodo proferimus. Ita vero habet: Διὰ συντόμων εὕρεσις κατὰ τὸν ζητούμενον Ῥωμαϊκὸν μῆνα τοῦ ἐνιςαμένου ἔτους, τοῦ τε τόπου ϗ τοῦ χρόνου τῶν συνόδων ϗ τῶν πανσελήνων διὰ κανονίων νέων μεταποιηθέντων ἀπὸ τῶν ἐν τῇ μεγάλῃ τοῦ Πτολεμαίου συντάξει ἐν ταῖς συνόδοις ϗ πανσελήνοις, ϗ διὰ κανονίων τῆς ἀνωμαλίας ἡλίου τε ϗ σελήνης, κ. λ. *Brevis modus inveniendi ſecundum quaeſitum menſem Romanum currentis anni, locum & tempus coniunctionum & pleniluniorum per novos canones translatos a magna Ptolemaei Conſtructione in coniunctionibus & pleniluniis, & per canones inaequalitatis Solis ac Lunae &c.* Incipit primum Caput: Ἡ σύνοδος ϗ πανσέληνος ἤτε ὁμαλὴ ϗ ἡ ἀκριβὴς ἐκτέθειται ἐν κανονίοις, κ. τ. λ. XXV. inſcribitur: Αἱ ἐκλείψεις, & eſt eclipſium Solis ac Lunae ſui temporis hiſtoria, incipiens ab illa Solis, quae incidit anno ,ςωπδ′ 6884. (Chriſti MCCCLXXVI.) die XVII. Iulii, uſque ad illam pariter Solis, quae incidit anno ,ςωϙδ′ 6894. (1) (Chriſti MCCCLXXXVI.) die I. Ianuarii. Huic manus poſterior alias adiunxit inſequentium annorum eclipſes.

V. pag. 33. Ἐκ τῶν Ἡφαιςίωνος τοῦ Θηβαίου ἀποτελεσματικῶν, ϗ ἑτέρων παλαιῶν. Excerpta *ex Hephaeſtionis Thebani, & aliorum antiquorum apoteleſmaticis*. Haec iuxta continuationem Operis incipiunt a Capite XXVI. & deſinunt in Capite CCXXIV. (2) Illud igitur inſcriptum, Περὶ τῶν ιβ′ μορίων ὀνομασίας καὶ δυνάμεως, inc. Τὸν ζωδιακὸν οἱ παλαιοὶ εἰς ιβ′ τμήματα διεῖλον. Hoc Περὶ τῶν ζ′ ἀςέρων, deſ. ποιεῖ κατὰ οἶκον ἡμέρας β. . ἀγαθοποιόν. Heic vero magnus Codicis defectus intercedit, duorum ſcilicet quaternionum, ut ex vetere ipſorum numeratione colligitur, in quibus ex indice Capitum praemiſſo apparet fuiſſe Mercurii Triſmegiſti *Iatromathematica*, Galeni *de decubitu infirmorum prognoſtica*, Pancharii, & Hephaeſtionis *de eodem argumento &c.* quae a numero CCXXV. ad CCXLIII. incluſive progrediebantur: & quae in Codice ſuperiore eadem ferme continente habentur a §. IV. ad §. VII. incluſive.

VI.

(1) Corrige Montfaucon, Biblioth. Bibliothecar. Tom. I. pag. 294. litt. B qui annum 6891. ponit pro anno 6894.

(2) Male igitur Montfaucon. qui loc. cit. litt. C. ait eiuſmodi Hephaeſtionis, & aliorum excerpta Capitibus CCXXIV. eſſe comprehenſa; ſi enim ex hoc numero, Capita demas XXV. reliqua erunt CIC.

VI. pag. 153. Ἀςραμψύχȣ Αἰγυπτίȣ πρὸς τὸν βασιλέα Πτολεμαῖον περὶ προῤῥήσεως διαφόρων ζητημάτων. *Astrampsychi Aegyptii ad Regem Ptolemaeum de praedictione ad varias quaestiones*. Prooemium, seu introductio inc. Ὅτι μηδὲν ὤφειλέ σε τῶν καλῶν λανθάνειν, κ. λ. Des. ἀδιάλειπτον ἕξεις τὸ κλέος ἐν ἅπασιν ἀνθρώποις. Ἔῤῥωσο. Sequitur Oratio quaedam brevis dicenda, tum ab eo, qui quaestionem proponit, tum ab eo, qui illam soluturus est; ac deinde canones, seu regulae proponuntur. Et haec quidem duobus Capitibus, nimirum CCXLIV. & CCXLV. continentur (1).

VII. p. 162. *Stephani Alexandrini philosophi Tractatus Apotelesmaticus ad Timotheum eius discipulum, compositus quidem occasione recens natae, & impiae sectae Mohamedis, sed & multa alia futurorum praedicens*. Vide in Codice XIII. §. VIII. Vnico autem Capite continetur.

VIII. pag. 169. Caput CCXLVII. inscribitur: Πῶς δεῖ σκέπτεσθαι τὰς μεταφορὰς τῶν χρόνων, ϗ τὰ συμβαίνοντα ἐν αὐτοῖς κατὰ τὰς τέσσαρας τροπὰς τȣ ἐνιαυτοῦ. *Quomodo considerare oporteat annorum translationes, quaeque in iis accidant iuxta quatuor anni conversiones*. Inc. Ἐπειδήπερ ἡ ἀρχὴ τοῦ χρόνου γίνεται τοῦ ἡλίȣ ὄντος ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ κριοῦ. Des. ϗ αὐτὸς ὁ ἀγαθὸς, τὰ αὐτὰ ἔσεσθαι δηλοῖ.

IX. p. 172. *b*. Sequuntur Theophili quaedam, nimirum, περὶ καταρχῶν, περὶ βασιλικοῦ κλήρου, περὶ τοῦ ἐνιαυσίου δεσπότου. Tum adiungitur pag. 176. *b*. Caput Περὶ μηνὸς κατὰ τὸν Νεχεψώ. Horum initium est: Τὴν τοῦ ἔτους ἀρχὴν οἱ παλαιότατοι τῶν Αἰγυπτίων ϗ σοφώτατοι ἀςεροσκόποι ἐκ τῆς τοῦ κυνὸς ἐπιτολῆς ὥρισαν εἶναι. Finis: ἐὰν δὲ μείῃ τὴν ἡμέραν, κακόν. Duos Theophilos accenset inter Astrologos ineditos Fabric. B. G. Vol. II. pag. 515. Alterius memorantur ad Deucasionem filium Prognostica ex Astrologia (Vid. Lambec. VII. p. 256.) Alterius (Alexandrini) Introductio ad Apotelesmaticen laudatur a Cangio Glossar. in Προτοςάσιον, & alibi. Vtri vero adiudicandum sit nostri Codicis Excerptum Περὶ καταρχῶν &c. prorsus ignoramus.

X. pag. 177. Ἀποτελεσματικὰ ἐκ τῶν εἰς τὸν Παῦλον ἐξηγητικῶν Ἡλιοδώρȣ ϗ ἑτέρων ἀςρονόμων. *Excerpta apotelesmatica ex libris exegeticis Heliodori in Paullum, & aliorum Astronomorum*, Capitibus XXIII. comprehensa; nam a CCLII. ad CCLXXIV. inclusive progrediuntur. Primum Caput est Περὶ τριγώνȣ καὶ ἑξαγώνȣ σχήματος ϗ τῶν λοιπῶν, & inc. Τὸ ἑξάγωνον σχῆμα, ἀγαθόν ἐςι. Vltimum Περὶ οἰκοδεσποτίας ϗ χρόνων ζωῆς. Des. αὐτῷ προσνεμητέον τὴν οἰκοδεσποτίαν τῶν τῆς ζωῆς χρόνων.

XI. pag. 212. Ἐκ τῶν τοῦ Ἡφαιςίωνος ἀςρονομικῶν. *Ex Hephaestionis Astronomicis Excerpta*. Prooemium inc. Τῆς ȣ̓ρανίας διαθέσεως. Des. ὃ οἱ πολλοὶ θεμάτιον ὀνομάζȣσι λέξομεν. Primum Caput, quod iuxta operis continuationem est CCLXXVI. (suus enim est etiam Prooemio numerus) inscribitur: Περὶ τοῦ θεματίȣ, ὅπως σχηματίζηται. Inc. Θεμάτιον τοίνυν λέγεται ἡ ὅλη ȣ̓ρανία διάθεσίς τε ϗ περιφορά. Vltimum περὶ ἐπεμβάσεως, des. ἤτοι τῶν μοιριαίων ἐποχῶν αὐτῶν τῶν χρονοκρατόρων. Procedunt ad Caput usque CCCXCVII. Vtrum autem omnia ad Hephaestionem pertineant, non ita facile dignosci potest.

XII. pag. 249. Sequuntur alia Astrologica sine titulo, atque initio, in quibus agitur de apparitionibus stellarum, de significationibus XII. signorum, apotelesmata solarium ac lunarium eclipsium, de variis operibus faciendis secundum Lunam; pag. 274. Canon, & Ephemeris stellarum fixarum exposita anno ab Adamo 6854. (Christi MCCCXLVI.) Persarum DCCXV. & tabulae quaedam Astronomicae: tum pag. 286. alia subiiciuntur, in quibus Psellus, Blemmydes & Ptolemaeus laudantur. Hisce autem admiscentur pag. 289. Ψηφοφορία γεγονυῖα ἐπὶ τοῦ διὰ Βύζαντος παραλλήλου τῷ ͵ϛωξ' ἔτει ἐν μηνὶ Ἰαννȣαρίῳ ιζ'. ὥρᾳ μετὰ μεσημβρίαν ια'. *Calculatio facta sub parallelo Byzantino, anno 6860.* (Christi MCCCLII.) *Mense Ianuario die XVII. hora post meridiem XI.* Pag. 290. Θεμάτιον ἐκλείψεως γεγονυίας σεληνιακῆς ἐν ἔτει ͵ϛωπβ'. Αὐγȣ́ςῳ κβ'. ὥρᾳ γ'. τῆς νυκτὸς. *Thematium Eclipsis Lunaris factae anno 6882.* (Chr. MCCCLXXIV.) *Augusti die XX. hora noctis III.* Pag. 291. Θεμάτιον γενεθλιαλογικὸν γεγονὸς ἐπί τινι ἐνδόξῳ ἀνδρὶ ἀπὸ τῶν βενετικῶν ἐν ἔτει ͵ϛωνγ' Φεβρȣαρίῳ δ'. ὥρᾳ κβ' ἀπὸ μεσημβρίας. *Thematium genethliacum factum propter inclytum quemdam virum Venetum anno 6853.* (Christi MCCCXLV.) *Febr. IV. hora XXII. post meridiem*. Haec autem omnia Capitibus XXVI. continentur: ultimum enim est CCCCXXIII.

XIII. p. 296. Anonymi item alia Astronomica Capita XII. de sphaera nimirum secundum Chaldaeos, de eclipsibus, de horoscopis &c. quorum primum inc. Διήγησις σοφωτάτȣ ἀνδρὸς περὶ ποικίλης ϗ πολυμόρφȣ σφαίρας. Vltimum des. εἰ δὲ εἰς τὸ ἀςραγάλιν, ἀπρόσωπον τὸν ἄνδρα ἀπὸ τῆς ἔξω βίας καθίςησιν.

XIV. pag. 301. Αὐτολύκȣ περὶ ἐπιτολῶν ἀςέρων. *Autolyci de ortibus stellarum*. Inc. Τῶν ἀπλανῶν ἄςρων αἱ ἐπιτολαί τε καὶ δύσεις, κ. λ. Sequuntur alia Capita, quorum ultimum quod est CCCCXLII. περὶ ὡροσκόπȣ, des. ἔςι βόρειον ἀνατολικόν. His pag. 302. quaedam alia succedunt e Persica Astrologia de eodem argumento. Plura habes exemplaria in Bibliotheca Regia Parisiensi. Vid. Catalog. p. 487. Libros II. de vario ortu & occasu siderum inerrantium Graece & Latine edidit Dasypodius Argentorati MDLXXII. 8. Vid. Fabric. T. II. p. 89.

B 2 XV.

(1) Vid. Catalogum Biblioth. Regis Galliae pag. 499. ubi adseritur opus hoc esse ineditum. Adservatur etiam in Veneta ad D. Marcum Bibliotheca, ut ex Catalogo eruitur pag. 149. inscribiturque, Ἱερὸν Ἀςραμψύχȣ ποίημα. Habentur prius quaesita plura in diversas materias, quibus subiiciuntur responsa in decades CCII distributa, praemittuntur preces & modus responsa inveniendi, vulgo *Cabalam* appellant. Astrampsychi ad Ptolemaeum sors, qua interrogati, vel interrogantes divinant, Ms. fuit in Bibliotheca Cardinalis a S. Angelo, teste Labbeo p. 168. Bibl. Novae Ms. Ex praemissis precibus auctor Christianus fuisse arguitur.

XV. p. 302. *b. Excerpta ex Critodemo*, περὶ ἐχθρῶν τόπων κ̀ ἀφέσεων, περὶ κρύψεως σελήνης, κ. λ. Capitibus XII. quorum ultimum, nempe CCCCLXI. est περὶ τοῦ ἐν ποίῳ μηνὶ ὁ γεννηθεὶς τελευτήσει. Vid. Fabricium B. G. T. II. pag. 511.

XVI. pag. 305. Vltima quatuor Capita ita sunt inscripta: I. περὶ ἁλλομένων μελῶν, II. περὶ ἐνυπνίων, III. Ὑπόδειξις διαλύσεως τῶν μελῶν τοῦ ἀνθρώπυ ἀλλοιυμένων (1), IV. Ἡ δήλωσις τῶν ζωδιακῶν σχημάτων, κ̀ ἑτέρων τινῶν σεσημειωμένων, quibus conficitur numerus Capitum CCCCLXV. (2)

XVII. pag. 309. Tabula dierum utilium ad sanguinis emissionem, purgationem, & vomitum, & fragmenta quaedam Genethliaca, & Medico Astrologica.

XVIII. pag. 314. *b.* Occurrit reliquum Poëmatis Ioannis Camateri ad Manuelem Porphyrogenitum de Astrologia, de quo diximus supra §. II. quodque incipit a versu:

Ὁ δωδέκατος ἀπόκλιμα τυγχάνει, κ. λ.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XIV. Constat foliis scriptis 320.

ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΙΒΛΙΑ ΙΑʹ.

GEOGRAPHIAE PTOLEMAEI LIB. XI.

Titulus corrigendus

Strabonis Geographicarum rerum pars altera, incipiens a Lib. XI. usque ad totum XVII.

COD. XV. Concordat prorsus cum editione citata. Singulis autem libris Hypotheses praemittuntur, quas vide in calce editionis Tom. II. pag. 1199. Heic notandus est error typographi in Montfaucon. Catalogo Biblioth. Bibliothecar. P. I. pag. 295. litt. A. ubi hunc Codicem describens ait: *Codex Strabonis rerum Geographicarum pars secunda incipiens a libro XI. & finiens in XIII. &c.*

Codex Graecus papyraceus Ms. in 4. Saec. XIV. brevibus quibusdam adnotationibus adspersus. Constat foliis 233.

ΚΑΝΟΝΕΣ ΑΣΤΡΟΝΟΜΙΚΟΙ.

CANONES ASTRONOMICI.

Scilicet

Aliud Syntagma Astrologiae Iudiciariae Scriptorum.

COD. XVI. Continet hoc etiam Volumen rerum Astronomicarum collectionem ex variis Auctoribus excerptam, & CCLXV. Capitibus digestam, quorum indicem primae duae exhibent paginae. Indicem vero excipiunt versiculi decem, nimirum:

Ἀβράμοιο πάϊς γράφεν τήνδε βίβλον ἑῇ χειρὶ,
Ἣ τέρμα εἴληφεν αἰῶνος (3) ἐφ᾽ ἑβδομάτοιο,
Ἀριθμοῖο δέοντος ἐτῶν δέκα κ̀ ἑκατόνγε,
Λῆξιν λαβεῖν μερόπων ἅπαν φῦλον ὃν ἐπὶ γαίης·
Ἣ πυκνὰς ἀμφιδρόμυς ἕλικας μαςεύυσα πλανήτων
Μυθέεται μερόπεσσιν ἀψευδῆ ἔπεα πάντα,
Ἠδὲ καλά τε (4) φαῦλ᾽ ὅσα τοῖςδε πρόκειται πρὸς θεοῖο
Ἀθανάτοιο ἑζομένυ εὐρὺν ἐς ὐρανὸν αἰεί·
Ἧς ἔπεα μελιηδέα χρυσοῖο πολλοῦ κρείττω,
Ὧν τε διὰ μερόπων ποθέοντες κλεινοὶ δείκνυνται.
Abraami filius scripsit hunc librum sua manu,
Qui finem accepit septimo saeculo,
Demto numero annorum decem & centum,
Ex quo exordium sumsit universum hominum genus, quod est super terram.
Qui crebras hinc inde planetarum revolutiones indagans
Loquitur hominibus verba omnia sine mendacio,
Et pulcra, & bona, quotquot hisce continentur per Deum
Immortalem spatioso in caelo semper sedentem.
Cuius verba mellita multo auro praestantiora sunt,
Quae qui diligunt, inter homines inclyti demonstrantur.

I. pag. 3. Παράδοσις εἰς τὺς Περσικὺς κανόνας τῆς Ἀςρονομίας. *Traditio in Persicos Canones Astronomiae* Capitibus XVIII. comprehensa, quorum ultimum est Προγνωςικὸν ἀπὸ τῶν ἐν τῇ παλάμῃ γραμμῶν, *Prognosticum a lineis, quae sunt in palma.* Habes in Codice XIII. huius Plutei, §. I.

II. pag. 23. *b.* Capite XIX. continetur Μέθοδος κυροῦ Δημητρίυ τοῦ Χλώρυ περὶ τοῦ, τί ποιῶν τις εὑρίσκει τὸν ὡροσκόπον, ἤτοι τὴν ἀνατέλλυσαν μοῖραν ἀπταίςως. *Methodus D. Demetrii Chlori* (5), *qua ratione inveniatur Horoscopus, seu pars oriens sine errore.* Inc. Αἱ λεγόμεναι καιρικαὶ ὧραι πῆ μὲν κοινωνοῦσι ταῖς μεσημβριναῖς, κ. λ. Des. εὑρήσομεν κ̀ ὕτω τὴν πρώτην τοῦ ζυγοῦ ἀνατέλλυσαν. Sequuntur duo Thematia, primum factum *in creatione Domini Manuelis filii Imperatoris Ioannis Palaeologi anno* 6882. (Christi MCCCLXXIV.) *mense Septembri, die XXV. in ipso meridie*, (6) cum sua expositione. Alterum *in ingressu Constantinopolim Imperatoris Domini Andronici Palaeologi, quum possessionem Imperii caperet, mensis Augusti die XII. hora III. diei ab ortu Solis anno* 6884. (Christi MCCCLXXVI.) In eodem Capite continetur pag. 35. *brevis methodus ad inveniendum, in quo signo, & quali portione & minuto Sol exsistat*, composita a quodam Eleu-

(1) Huius tamen Capitis praeter titulum, nil aliud exscripsit calligraphus

(2) Vbi notandus error in Catalogo Montfaucon. loc. cit. pag. 295. litt. A. ubi omnium summa Capitum centenario maior innuitur, dum caput CCCCLXII. *de palpitatione membrorum*, numero 562. & penultimum *de membrorum dissolutione* numero 564. denotatur.

(3) Nempe anno ab O. C. 6890. (Christi MCCCLXXXII.) ubi vox αἰὼν, Latine *Saeculum*, pro *mille annorum spatio* accipienda est, ut vera scriptionis epocha statui possit.

(4) Vt ita explicem vocem φαῦλα, movet me Eustathius, qui ἀντ᾽ ἀγαθῦ usurpari aliquando adnotat, & Laërtius apud Platonem ἀντὶ καλῦ, sic tamen ut utriusque exemplum desideretur, nam hic quidem nullum adfert, ille autem eiusmodi, quod non valde satisfaciat.

(5) Nihil de hoc Demetrio Chloro occurrit apud Fabricium; nam quem citari subinde in scholiis Graecis Nicandri adfirmat B. G. Vol. II. pag. 620. & Vol. XIII. pag. 137. Medicus potius, quam Astronomus habendus est.

(6) Hoc idem Thematium appositum erat in prima pagina Codicis XIII. huius Plutei.

Eleutherio, Scriptoris ut apparet magistro. Ad finem vero nonnulla sunt de stellis adiecta. Tandem occurrunt Canones Persici Astronomiae Tabulis CXL. comprehensi.

III. pag. 107. *Isaaci Argyri ad quemdam suorum amicorum, qui petierat ab illo ratione traditas methodos solarium, & lunarium circulorum, & quae ex iis consequuntur*. Habes in Cod. XIII. huius Plutei §. II. Heic tamen additur in fine computus Paschalis.

IV. pag. 116. Excerpta *ex Hephaestionis Thebani Apotelesmaticis, & aliorum veterum*, quae a Capite XXI. usque ad CCXXXIII. inclusive progrediuntur. Eadem vero sunt, atque illa, quae habentur in dicto Codice XIII. §. III. excepto ultimo Capite περὶ δραπετῶν, quod in hoc desideratur, qui propterea desinit in verbis: ὁμοίως λαμβάνονται, καὶ ὁ κατὰ τὸ ἀνάπαλιν.

V. p. 236. *Medicomathematica Mercurii Trismegisti ad Ammonem Aegyptium*, unico Capite CCXXXIV. comprehensa. In memorato Codice XIII. §. IV.

VI. pag. 240. *b. Galeni de decubitu infirmorum prognostica ex mathematica disciplina*; tum alia omnia, quae loc. cit. recensuimus §. V. Heic tamen post tabulam numericam, alia duo Capita sequuntur de eodem argumento, quorum ultimum iuxta continuationem operis est CCLVIII.

VII. pag. 258. Capite CCLIX. continetur *Stephani philosophi, & oecumenici magistri Alexandrini Tractatus apotelesmaticus ad Timotheum discipulum occasione recens natae, & impiae sectae Mohamedis &c.* Ibid. §. VI. Adiecta heic tamen est quaedam Appendicula cum tabula, *quantum moveantur singuli planetae noctis unius, & diei spatio*.

VIII. p. 268. Caput CCLX. exhibet *Canones aliquot longitudinis, & latitudinis insignium Civitatum*; Caput CCLXI. tabulas longitudinis, & latitudinis stellarum; Caput CCLXII. Canones stellarum XXX. lucidarum, quae in apotelesmaticis assumuntur; Caput CCLXIII. membra signorum, & planetarum coniunctiones.

IX. pag. 279. *Ioannis (Philoponi) Grammatici Alexandrini de usu Astrolabii, & quid singula in ipso descripta significent*. In Codice XXI. huius Plutei §. I. cum quo concordat.

X. pag. 290. Ἰσαὰκ τοῦ Ἀργυροῦ μέθοδος κατασκευῆς ἀστρολαβικοῦ ὀργάνου. *Isaaci Argyri methodus faciendi Astrolabicum instrumentum*. Prooemium inc. Ἐπεὶ καθάπερ ἀρχελύτους πίνακας χρεὼν, κ. λ. Des. ἔχει δὲ ὧδε τὰ τῆς ὑποσχέσεως. Opus in quinque Capita distributum inc. Τὸ μὲν οὖν ἐξωδοχεῖον, ὃ τὰ τύμπανα περιέχει. Des. εἰδότας ὡς ἀγαπητὸν, καὶ τὸ ἐφοσονοῦν τῶν τοιούτων ἐπιτυχεῖν. In fine adiicitur schematismus descriptionis circulorum parallelorum. Exstat nondum editus Romae in Bibl. Vaticana, teste Gesnero. Notandum in titulo tum huius, tum alterius Operis, quod mox innuimus §. III. expunctam fuisse vocem μοναχοῦ verbis Ἰσαὰκ & Ἀργυροῦ interiectam.

XI. pag. 297. Κλαυδίου Πτολεμαίου τῆς πρὸς Σύρον συμπερασματικῆς τετραβίβλου, τὸ πρῶτον. *Claudii Ptolemaei Symperasmaticorum ad Syrum Tetrabibli* (quod vulgo dicitur *Quadripartitum*) *Liber I.* Post indicem Capitum XXIII. Prooemium inc. Τῶν τὸ δι' ἀστρονομίας προγνωστικὸν τέλος παρασκευαζόντων. Des. καὶ πρῶτον τοῦ δυνατοῦ. Liber inc. Ὅτι μὲν τοίνυν διαδίδοται. Des. ἀδύνατοι παντελῶς τυγχάνουσιν. Liber II. pag. 311. praevio indice Capitum XIV. inc. Τὰ μὲν κυριώτατα. Des. κατὰ τὴν προσήκουσαν ἀκολουθίαν ἐφοδεύσομεν. Liber III. pag. 323. praevio indice Capitum XIV. inc. Ἐφωδευμένην ἡμῖν. Des. καὶ εὐπροσκοπώτερον. Liber IV. pag. 337. *b.* item cum indice Capitum IX. inc. Τὰ μὲν οὖν πρὸ τῆς γενέσεως. Des. καὶ τῆς αἰτίας τῆς ἐκ τῆς συγκράσεως. In fine: Τέλος τοῦ δ' βιβλίου καὶ τῆς καθόλου πραγματείας τῶν πρὸς Σύρον συμπερασματικῶν. *Finis IV. Libri, ac totius Tractatus Symperasmaticorum ad Syrum*.

XII. pag. 347. Περὶ τῶν καλουμένων κέντρων, ἐπαναφορῶν τε καὶ ἀποκλιμάτων καὶ τῆς ἑκάστης τῶν ιβ' τόπων ὀνομασίας καὶ δυνάμεως. *De iis, quae vocantur centra, de adscensionibus & declinationibus, & de singulis XII. locorum appellationibus & adfectionibus*. Inc. Τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου παρὰ τοῖς ἀστρονόμοις εἰς ιβ' μέρη διαιρουμένου, ἕκαστον τῶν τοιούτων ιβ' τμημάτων καλεῖται μὲν κοινῷ ὀνόματι ζώδιον. Des. ἐπὶ τὸ προγνωστικὸν τέλος ἐρχόμεθα. Opus Anonymi.

XIII. pag. 350. *b.* Κλαυδίου Πτολεμαίου βιβλίον ὁ Καρπὸς ἐν κεφαλαίοις ρ'. *Claudii Ptolemaei Liber, qui inscribitur* Καρπὸς, *seu fructus librorum suorum, centum constans Capitibus, seu Aphorismis, ad Syrum*. Inc. Προεκθέμενοι, ὦ Σύρε, τὰς ἐνεργείας τῶν ἀστέρων. Des. εἰ δὲ οὐ κινεῖται, ἐγχώριος ἔσται ὁ ἐχθρός. Gr. & Lat. ex versione Iov. Pontani edidere Ioachimus Camerarius & Phil. Melanchthon cum Tetrabiblo eiusdem Ptolemaei, Norimb. MDXXXV. 4. Vid. Fabr. Bibl. Graec. Vol. III. pag. 420. In fine legitur nomen Scriptoris, nimirum Ἰωάννης ὁ Ἀβράμιος, *Ioannes Abraami filius*.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 8. Saec. XIV. Constat foliis 356.

ΠΕΡΣΙΚΗ ΣΥΝΤΑΞΙΣ ΑΣΤΡΟΝΟΜΙΑΣ.

PERSICA CONSTRVCTIO ASTRONOMIAE.

I. pag. 1. Post titulum exteriori prorsus consimilem, Opus inc. Τὸ βιβλίον τόδε καθ' Ἕλληνας μὲν σύνταξις λέγεται, κατὰ δὲ τὴν τῶν Περσῶν διάλεκτον ζῆζι. Ἀπὸ φωνῆς τοίνυν τοῦ Σαμψπουχάρης ἀνδρὸς τὸ γένος Πέρσου πᾶσαν λογικὴν παιδείαν εἰς ἄκρον ἐξησκημένου ταύτην περὶ τῆς ἐπιστήμης τῆς κρείττονος τῶν ἄλλων ταύτης τὴν διδασκαλίαν ἀκήκοα. Des. οὕτω δὲ ἀριθμοῦνται, λαγὼς, κῆτος, ὄφις, ἵππος, πρόβατον, μαιμοῦ, ὄρνις, κύων, χοῖρος. In fine adnotatur ἔτος ςωλα', ἀπ' Ἀλεξάνδρου ,αχλδ'. *Anno* 6831. (Christi MCCCXXIII.) *ab Alexandro* 1634. (error in numeris.) Tandem sequuntur Tabulae Astronomicae. COD. XVII.

Co-

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. min. Saec. XIV. Constat foliis scriptis 243.

ΘΕΩΝΟΣ ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΣΥΝΤΑΞΕΩΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ.

THEONIS EXPOSITIO MAGNAE CONSTRVCTIONIS PTOLEMAEI.

COD. XVIII. I. p. 1. ΘΈωνος Ἀλεξανδρέως τῆς παρ' αὐτῷ γεγενημένης ἐκδόσεως εἰς τὸ Α' τῆς συντάξεως Πτολεμαίου Ὑπόμνημα. *Theonis Alexandrini ex traditione ab ipso facta in I. Librum Ptolemaei Constructionis Commentarius*, & quidem in duas partes divisus. Prima pars inc. Συνεχέστερον προτρεπόμενος. Des. συνάγεται ὁ αφιε' κιε'. ἔγγιστα. In fine repetitur titulus hoc pacto: Θέωνος Ἀλεξανδρέως ὑπόμνημα εἰς τὸ α' τῆς μαθηματικῆς Πτολεμαίου συντάξεως τῶν εἰς τὸ β' τὸ α'. *Theonis Alexandrini Commentarii in primum Librum Mathematicae Ptolemaei Constructionis, in duas partes divisi, pars prima*. Exstat in Ptolemaei edit. Graeca Basil. MDXXXVIII. supra cit. a pag. 1. ad pag. 42. Altera Pars, nullo titulo praemisso, inc. pag. 35. Διαλαβόντες ἐν τῷ πρὸ τούτου βιβλίῳ. Des. ἰσοδυναμεῖν τῷ ἐπ' ὀρθῆς τῆς σφαίρας ὁρίζοντι. Titulus huius secundae partis in fine ponitur hoc pacto: Θέωνος Ἀλεξανδρέως τῆς παρ' αὐτοῦ γεγενημένης ἐκδόσεως εἰς τὸ α' τῆς συντάξεως Πτολεμαίου Ὑπόμνημα τὸ β'. *Theonis Alexandrini expositionis ab ipso factae in primum Librum Ptolemaei Constructionis Commentarius secundus*. Ibid. a pag. 42. ad pag. 78.

II. pag. 70. Θέωνος Ἀλεξανδρέως τῆς παρ' αὐτοῦ γεγενημένης ἐκδόσεως εἰς τὸ β' τῆς συντάξεως Πτολεμαίου ὑπόμνημα. *Theonis Alexandrini ex traditione ab ipso facta in Librum II. Constructionis Ptolemaei Commentarius*. Inc. Διεξελθὼν ὁ Πτολεμαῖος ἐν τῷ πρώτῳ τῆς συντάξεως, κ. λ. Des. καὶ ἔστιν ἡ ἔκθεσις τῶν κανονίων τοιαύτη. In fine: Τέλος τοῦ ὑπομνήματος εἰς τὸ β'. Ibid. a pag. 79. ad pag. 130.

III. pag. 126. *b*. Θέωνος Ἀλεξανδρέως εἰς τὸ γ' τῆς μαθηματικῆς Πτολεμαίου συντάξεως ὑπόμνημα ἐκδόσεως παραναγνωσθείσης τῇ φιλοσόφῳ θυγατρί μου Ὑπατίᾳ. *Theonis Alexandrini in Librum III. mathematicae Ptolemaei Constructionis Commentarius ex traditione praelecta philosophae filiae meae Hypatiae* (1). Inc. Διεξελθὼν ὁ Πτολεμαῖος ἐν τῷ α' καὶ β' βιβλίῳ, κ. λ. Des. διὰ τὸ τῆς κινήσεως αὐτῆς, ὡς ἔφαμεν, τάχος. In fine repetitur titulus: Θέωνος Ἀλεξανδρέως εἰς τὸ γ' τῆς μαθηματικῆς Πτολεμαίου συντάξεως. Pro hoc Theonis Commentario, exstat in cit. edit. a pag. 131. ad pag. 194. alter Nicolai Cabasilae. Hic Theonis Commentarius in tertium Librum latuit profecto Fabricium, quum Nicolai tantum Cabasilae in eumdem enarrationem exstare confirmet B. G. Vol. VIII. duobus in locis, nimirum pag. 208. §. IV. ubi praeterea verba haec adfert: Τοῦ Θέωνος τὸ τρίτον λείπει, καὶ οὐδὲ εὑρίσκεται τὸ σύνολον, & pag. 212. §. IV.

IV. pag. 165. *b*. Θέωνος Ἀλεξανδρέως εἰς τὸ τέταρτον τῆς μαθηματικῆς Πτολεμαίου συντάξεως. *Theonis Alexandrini in Librum IV. Mathematicae Ptolemaei Constructionis*. Inc. Διεξελθὼν ὁ Πτολεμαῖος ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ κ. λ. Des. οὐκέτι συμφώνως τοῖς τοῦ Πτολεμαίου ἐπιλογισμοῖς. In fine: Θέωνος Ἀλεξανδρέως ὑπόμνημα εἰς τὸ δ' τῆς μαθηματικῆς Πτολεμαίου συντάξεως. Ibid. a pag. 195. ad pag. 230.

V. p. 204. Θέωνος Ἀλεξανδρέως εἰς τὸ ς' τῆς μαθηματικῆς Πτολεμαίου συντάξεως. *Theonis Alexandrini in Librum VI. Mathematicae Ptolemaei Constructionis*. Inc. Διεξελθόντες περὶ τῶν ἐν τῷ ε' βιβλίῳ ἐκτεθειμένων. Des. καὶ ἐπὶ τὴν τῶν ἀπλανῶν τε καὶ πλανωμένων ἀστέρων πραγματείαν. Ibid. a pag. 273. ad pag. 352.

VI. pag. 259. Πάππου Ἀλεξανδρέως εἰς τὸ ε' τῶν Κλαυδίου Πτολεμαίου μαθηματικῶν σχόλιον. *Pappi Alexandrini in Librum V. Mathematicorum Claudii Ptolemaei Scholion*. Inc. Διεξελθὼν ὁ Πτολεμαῖος καὶ ἐν τῷ δ' βιβλίῳ τῶν μαθηματικῶν, κ. λ. Des. διὰ τοῦ τῶν γωνιῶν κανόνος, καὶ τῶν ἐν κύκλῳ εὐθειῶν. Ibid. a pag. 231. ad pag. 272. Desunt in Codice, quae ibi adferuntur ex Theone a pag. 237. ad pag. 244.

VII. pag. 305. Πάππου Ἀλεξανδρέως εἰς τὸ ς' τῶν Κλαυδίου Πτολεμαίου μαθηματικῶν σχόλιον. *Pappi Alexandrini in Librum VI. Mathematicorum Claudii Ptolemaei Scholion*. Inc. Ἐν τῷ ε' βιβλίῳ τῶν μαθηματικῶν ὑπὸ τοῦ Πτολεμαίου, πρώτῳ κεφαλαίῳ, κ. λ. Des. . . . . . (2) ζοντος ἀντὶ τῆς ὑπὸ βρθ γωνίας. In fine repetitur titulus hoc pacto: Πάππου Ἀλεξανδρέως εἰς τὸ ς' τῶν Κλαυδίου Πτολεμαίου μαθηματικῶν σχόλιον. In dicta editione non apparet. Hic quoque Pappi Commentarius in Librum VI. latuit hactenus bibliographos, ac Fabricium praecipue, qui loc. cit. Commentariorum in magnam Ptolemaei Syntaxin suos cuique ἑρμηνευτῇ libros adiudicans, ait: *in quinti initium, & partem Pappo debetur*: idemque paullo ante pag. 208. §. IV. post adlatum Suidae testimonium de Pappi in Libros IV. Ptolemaei Constructionis Commentario, subdit, *sed hodie sub Pappi nomine habemus tantummodo Commentarium in libri V. partem*: illam nimirum, quam mox recensuimus §. VI. & paullo post ait „ si Codicum Mss. auctoritas ipsi suffragaretur, se in eam sententiam iturum, ut arbitraretur, etiam Commentarium in I. II. & IV. Librum Pappo tribuendum, ita ut Pappus libros quatuor primores (ex quibus perditus sit tertius) illustrarit, & quinto fuerit immortuus &c. „ quod quidem nostri Codicis auctoritate falsum esse deprehendimus.

Codex Graecus membranaceus Ms. in fol. Saec. X. cuius venerandam vetustatem litterae grandiores, quibus est exaratus, ac maximam partem accentibus, ac spiritibus destitutae, ti-

(1) Fuit Isidori philosophi coniux, sed ita ut coniugii usu abstineret, doctissima femina, e cuius scriptis nihil aetatem tulit. Vide quae de ea tradit Iac. Bruckerus in Hist. Critic. Phil. T. II. p. 351.

(2) Puncta illa marginis externi lacerationem innuunt, quae in postremis quatuor huius Codicis paginis miserrime iniuria temporis contigit.

tituli etiam Librorum charactere vere quadrato conscripti, ceterisque ut plurimum ornamentis instructi, quae Saeculo X. ineunte apud calligraphos erant in usu, apertissime demonstrant. Hunc Langius *optimum, rarum & insignem*, Holstenius vero *insignem librum ob scripturam, & antiquitatem* appellarunt; quorum postremus in schedis suis haec praeterea de ipso memoriae tradit: *Codex omnium quotquot vidi mathematicorum antiquissimus & pulcherrimus, ex quo editi exemplaris errores innumeri corrigi possent*. Fuit autem Angeli Politiani, ut in Codicis integumento interiori αὐτοχειρὶ adnotavit. Aliquot etiam scholia ad oram libri exhibet eiusdem vetustatis, sed ob recisos margines miserrime detruncata. Constat foliis scriptis 347.

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΟΥ ΒΙΒΛΙΑ Η'. ΑΠΟ ΤΟΥ Ι'. ΠΡΟΣ ΤΟ ΙΖ'.

STRABONIS GEOGRAPHI LIBRI VIII. A X. VSQVE AD XVII.

COD. XIX. Continet Strabonis Rerum Geographicarum postremos libros VIII. cum argumentis, primo quidem initio Voluminis coniunctim appositis, iterum vero singulis distincte libris praefixis. Eorum, quae prima exhibet pagina, nonnulla longiora sunt in fine iis, quae in calce Strabonis Geographicor. cit. edit. adferuntur, nimirum XIII. XIV. & XVI. Primum enim desinit: ἐκ τοῦ πολέμου εἶτα Αἰολίδα, Λέσβον, Μυλιάδα, Κιβυράτιδα, Συλίαν, Μυσίαν κατακεκαυμένην. Secundum: Ἰωνίας λεγομένης, ἐ Καρίας, Σάμου, Χίου, Ῥόδου, Κῶ κ Κύπρου. Tertium: καὶ τῇ ἐρυθρᾷ, ἐν οἷς ἔθνη, Ἐλυμαῖοι, Παραιτάκαι, Χαλωνῖται, Δολομηνοὶ, Καλαχηνοὶ, Χαζηνοὶ, Γορδυαῖοι, Μυγδόνες, κ τὰ συνάπτοντα τῇ Ἀραβίᾳ κ τῷ Νείλῳ. Quae vero unicuique libro praevia sunt, ea cum editis ad amussim concordant: quemadmodum etiam librorum initium, & finis. In fine Libri XIII. haec leguntur: Τὸ γοῦν τρισκαιδέκατον περιέχει Τρωάδα, Αἰολίδα, Λέσβον, Μυσίαν κατακεκαυμένην, Κιβυριάτιδα, Μυλιάδα. In fine XIV. haec alia: Ἐν τῷ ιδ' βιβλίῳ λέγει περὶ Ἰωνίας, κ Σάμου, κ Χίου, καὶ Καριας, κ Ῥόδου, κ Κῶ, ἐ Λυκίας, κ Παμφυλίας, ἐ Κιλικίας, ἐ Κύπρου. In fine tandem XVI. ita habet: Τὸ ις' βιβλίον περιέχει περὶ τῆς Βαβυλωνίας, ἐ Ἐλυμαΐδος, κ Παραιτακηνῆς μέχρι τῆς Ἀδιαβηνῆς, κ Μεσοποταμίας, κ τῆς ἐντὸς Εὐφράτου Συρίας, κ Φοινίκης, κ τῶν συνέθνων τῶν συναπτόντων τῇ Ἀραβίᾳ κ τῷ Νείλῳ. Quae, ut unusquisque videt, sunt veluti brevissima eorum, quae in ipsis libris aguntur, ἀνακεφαλαίωσις.

Codex Graecus papyrac. Ms. in 4. Saec. XIV. Constat foliis 240.

(1) Illum intellige Antiochum Astrologum, cuius Apotelesmatica, seu Thesauri Apotelesmatum Mss. in variis occurrunt Bibliothecis.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΕΙΣΑΓΩΓΗ ΕΙΣ ΑΠΟΤΕΛΕΣΜΑΤΑ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ.

PORPHYRII INTRODVCTIO IN APOTELESMATA PTOLEMAEI.

Ac praeterea

Claudii Ptolemaei, Procli Diadochi, & Anonymi Varia.

I. pag. 1. Πορφυρίου φιλοσόφου εἰσαγωγὴ εἰς τὴν ἀποτελεσματικὴν τοῦ Πτολεμαίου. *Porphyrii Philosophi introductio in Apotelesmaticen Ptolemaei*, cum figuris geometricis ad marginem. Prooemium inc. Ἐπειδὴ τὰ περὶ τῆς συγκριτικῆς θεωρίας. Des. κ τοῖς λόγων ἀμυήτοις εὐσύνοπτον. Primum Caput, Περὶ τῶν ἀπὸ τοῦ ἡλίου κ τῆς σελήνης κ τῶν ἀστέρων ἐν τοῖς παρόδοις γινομένων ἐπισημασιῶν, inc. Ὁ ἥλιος τοίνυν καθάπερ τις κράτιστος. Vltimum, Περὶ τῶν ἀκτίνων τῶν πλανητῶν, des. ἔμπροσθεν ζ'. κ ὄπισθεν ζ'. Hanc Isagogen alii ad Antiochum (1) referunt, ut Petrus Petitus p. 133. Observationum, & Thomas Gale ad Iamblichum de Myster. Aegypt. pag. 304. Prodiit Graece & Latine cum Hieron. Wolfii versione Basil. MDLIX. fol. ante scholia Demophili, & Hermetem de revolutionibus nativitatum. COD. XX.

II. pag. 19. *b. Claudii Ptolemaei Liber*, qui inscribitur Καρπὸς, seu *fructus librorum suorum*, centum constans Aphorismis astrologicis, ad Syrum. Concordat cum illo Cod. XVI. huius Plutei §. XIII. quem vide.

III. pag. 25. *b. Anonymi Commentarius in Aphorismos praedictos*. Inc. Ἡ πρόγνωσις διχῶς νοεῖται, μία μὲν ἀπὸ τῆς γνώσεως, κ. λ. Des. αἱ μὲν σύνοδοι τῶν β' ἀστέρων γίνονται κα'. Imperfectus est. Habetur & in Bibl. Veneta Cod. CCCXIV. Catalog. pag. 146.

IV. pag. 58. *Claudii Ptolemaei Quadripartitum*, sive, *Apotelesmatum ad Syrum Libri IV.* Concordant cum Codice XVI. huius Plutei, §. XI. exceptis titulis; in illo enim inscribuntur Συμπερασματικὰ, in hoc Ἀποτελέσματα.

V. p. 115. Sequitur Ἐξήγησις εἰς τὴν τετράβιβλον Πτολεμαίου. *Enarratio in Tetrabiblon Ptolemaei*, seu in praedictos IV. Apotelesmatum Libros, auctore Anonymo. Primi Libri Enarratio inc. Τὰ προοίμια ποιεῖται ὁ Πτολεμαῖος πρὸς τοὺς τὴν ἀστρονομίαν μὴ οἰομένους τέχνην. Des. δηλοῖ ψύξιν κ ἐμποδισμὸν τῆς συνουσίας. Libri II. pag. 155. *b.* inc. Τὰ μὲν οὖν καιριώτατα τῶν πινακικῶς ἐκτεθειμένων πάντων. Des. τοῦτον καταπαύει τὸν λόγον. Libri III. pag. 181. *b.* inc. Ἐφωδευμένης ἡμῖν. Σκοπός ἐστιν αὐτῷ ἐν τοῖς προοιμίοις τοῦ γ' βιβλίου. Des. αἴτιος πάντων τῶν εἰρημένων καθίσταται. Quarti denique pag. 223. inc. Τὰ μὲν οὖν πρὸ τῆς γενέσεως ἐπλήρωσα κατὰ τὸ γ' βιβλίον. Des. ἔγνωμεν ὅτι ἡ σελήνη ἀναβαίνει τὰ βόρεια παρὰ βαθμὸν τοῦ ἀνέμου (2)... Hanc ἐξήγησιν sine auctoris nomine, una cum Por-

(2) Desinit in quadam numericae notae figura, quam adsequi minime potuimus.

Porphyrii, seu Antiochi potius, (ut supra diximus) in Tetrabiblum Isagoge, sed admodum corrupta, scholiis e Demophilo collectis, librisque duobus Hermeti tributis de revolutionibus nativitatum &c. edidit Henricus Petri Basil. MDIC. fol. eamque nonnulli perperam cum Procli Lycii in idem Ptolemaei Opus paraphrasi confundunt, quam Graece edidit Philippus Melanchthon Basil. MDLIV. in 8.

VI. pag. 258. *Anonymi quaedam Apotelesmatica*. Inc. Ὁ μὲν ὖν παντεπόπτης ἥλιος πυρώδης ὑπάρχων ϗ φῶς νοερὸν, ψυχικῆς αἰσθήσεως ὄργανον. Des. πρόῤῥησις συνόδου ϗ πανσελήνυ πρὸ μιᾶς ἡμέρας. Simile initium videre est & in Bibl. Venet. Cod. CCCXIV. Catalog. pag. 146.

VII. pag. 266. Ἐκ τῆς εἰς Τιμαῖον Πρόκλου ἐξηγήσεως. *Ex expositione Procli in Timaeum*, Excerptum Arithmeticum. Inc. Ιςέον, ὅτι ἀριθμητικὴ μεσότης ἐςὶν, ἐφ' ἧς ὁ μέσος ἴσως κατὰ τὸ πόσον ὑπερέχει καὶ ὑπερέχεται. Des. αἱ ἄρα δύο μεσότητες περιέχονται ὑπὸ τῆς γεωμετρικῆς, ϗ ἀντιςρέφουσιν ἀλλήλαις. Quinque exstant Procli in Platonis Timaeum Commentariorum Libri, opus vere insigne, & admirandum, quibus tamen quum non integer Timaeus, sed vix eius tertia pars explicetur, suspicari quis merito possit multo plures in illum Dialogum libros fuisse elucubratum, eosque deinde temporis iniuria intercidisse.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XIV. in cuius prima pagina legitur: *Olim Laurentii de Medicis, repertus inter libros Comitis Iohannis Mirandulani*. Constat foliis scriptis 267.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΟΠΟΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΣΤΡΟΛΑΒΙΟΥ ΧΡΗΣΕΩΣ.

IOANNIS PHILOPONI DE VSU ASTROLABII.

Nec non

Theonis Alexandrini, Claudii Ptolemaei, & Anonymi Varia.

COD XXI. I. pag. 1. Ἰωάννου Ἀλεξανδρέως τοῦ Φιλοπόνυ περὶ τῆς τῦ Ἀςρολάβυ χρήσεως, ϗ τί τῶν ἐν αὐτῷ καταγεγραμμένων σημαίνει ἕκαςον. *Io. Alexandrini Philoponi* (1) *de usu Astrolabii, & quid singula in ipso descripta significent*. Post tabulam Cap. XIV. prooemium inc. Τὴν ἐν τῷ ἀςρολάβῳ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας. Des. ἕκαςον ἐροῦμεν. Cap. I. inc. Αἱ μὲν ὖν ἐν τῷ ἐπιπέδῳ. Vltimum des. διέςηκεν ἐπὶ θάτερα. Inter inedita recenset Fabric. B. G. Vol. IX. pag. 367. Habetur etiam Ms. in Bibl. Regis Galliae Tom. II. pag. 419. & in Bibl. Caesarea apud Nessellium Tom. IV. p. 63.

II. pag. 15. Ὑπόθεσις τοῦ ἀςρολάβυ. *Methodus Astrolabii*. Inc. Εἰ βόλει γινώσκειν τὴν τοῦ ἀςρολάβυ μέθοδον, μετέρχυ ταύτην τόνδε τὸν τρόπον. Des. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς μεθόδυ τοῦ ἀςρολάβυ. Est Ammonii Philosophi, ut apparet infra ex Cod. XXXI. huius Plutei §. III. ubi inscribitur: Ἀμμωνίυ (2) φιλοσόφυ περὶ τῦ ἀςρολάβυ χρήσεως. *Ammonii Philosophi de usu Astrolabii*.

III. pag. 17. *b*. Ψηφοφορία κατ' Ἰνδὺς ἡ λεγομένη μεγάλη. *Calculatio secundum Indos, dicta magna*, auctore Anonymo. Inc. Εἴπωμεν δὲ ϗ περὶ τῶν ψήφων τῆς ἀςρονομίας. Ἴσθι, ὡς ὁ ἀριθμὸς ἐπεὶ ἔχει, κ. λ. Des. ὃ τὴν πλευρὰν ἐζήτεις εὑρεῖν. Inter hoc, & sequens opus multa videntur deesse in Codice plurium paginarum abscissione.

IV. pag. 31. *Theonis Alexandrini in promtos Ptolemaei Canones Commentarius ad Epiphanium filium*. Concordat cum Cod. VII. huius Plutei, §. I. Sequuntur deinde p. 64. *b*. alia Astronomica Capita anepigrapha, quorum tituli sunt: 1. Πῶς αἱ καιρικαὶ ὧραι ὀφείλυσι μεταβληθῆναι διὰ μιᾶς μεθόδυ πρὸς τὰς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μεσημβρινὰς, καὶ πρὸς ἰσημερινὰς ὥρας, ϗ πρὸς ὁμαλὰ νυχθήμερα. 2. Μέθοδος εἰς τὸ ψηφίσαι τὸν ἥλιον ἐν ποίᾳ μοίρᾳ τῦ ζωδίυ ἐςίν. 3. Ψῆφος τῆς κατὰ μῆκος ψηφοφορίας τῆς σελήνης. 4. Ἑρμηνεία τῦ ἐξαναλόγυ. 5. Περὶ ὧν ποιῦνται φάσεων πρὸς τὸν ἥλιον οἱ ε' ἀςέρες. 6. Περὶ συνοδοπανσελήνων. 7. Μέθοδος ἁπλυςέρα, δι' ἧς εὑρίσκεται ἡ σύνοδος καὶ πανσέληνος. 8. Ἡλίου ἐποχή. Primum inc. Ὀφείλομεν ἐν τῷ ζητυμένῳ κλίματι, κ. λ. ultimum des. ϗ εἰς ἣν καταλήξῃ μοῖραν ὁ ἀριθμὸς, ἐκείνην ἐπέχει ὁ ἥλιος. Tandem pag. 74. succedunt Tabulae Astronomicae, cuiusmodi in aliis etiam occurrunt Codicibus, ac praecipue in XXVI. ubi singularum titulos protulimus. Prima heic est Συνόδων ϗ πανσελήνων κανόνιον. Inter hanc, & secundam, quae inscribitur, Πόλεις ἐπίσημοι Εὐρώπης, inseritur Caput, cui titulus, Περὶ μηνιαίων ἀποτελεσμάτων, *De mensium apotelesmatibus*, cuius initium est: Ὁσάκις ὖν ἐὰν προαιρώμεθα. Finis: τόν τε ἀέρα ϗ τὸ ὕδωρ μεταβάλλειν πέφυκεν. Tum alia manu nomina mensium apud Athenienses & Graecos. Nonnulla praeterea scholia marginalia in secundam, & tertiam Tabulam *de mensibus variarum gentium*, sunt adscripta. Vltima exhibet Horizontum delineationes per VII. climata, Meroës, Soënes &c. quales innuuntur infra Cod. XXVI. §. XXX. & XXXI.

V. pag. 154. Πτολεμαίυ μαθηματικῶν ἕκτον. *Ptolemaei Mathematicarum rerum, seu Mathematicae Constructionis Liber VI.* Capita continens XIII. quorum praecedit index. Concordat cum cit. edit. Basil. a pag. 135. ad p. 164. Accedunt scholia marginalia non pauca.

VI. p. 183. Ἐκ τῶν εἰς τὴν Πτολεμαίυ μαθηματικὴν σύνταξιν ἐπιςασιῶν. *E meditationibus*, seu *Commentariis in Mathematicam Ptolemaei Constructionem* Excerpta, auctore Anonymo. Sunt autem in primum, secundum, tertium, quartum, & sextum Librum. Inc. Ὅτι τότε ἀκριβὴς ἰσημερία γίνεται. Des. πληρυμένης δηλονότι ϗ ὕσης ϗ ἐπιφωσκύσης. Postrema duo fo-

(1) Vixit saeculo post Christum natum sexto.
(2) Hic Ammonius est Hermeae F. praeceptor Ioannis Philoponi.

folia manu diverſa ſunt exarata, ſed penultimum non ſuo loco poſitum ante tres paginas invenies.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saec. XIV. Conſtat fol. ſcriptis 203.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΓΕΩΜΑΝΤΙΚΗ ΒΙΒΛΟΣ.

LIBER GEOMANTICVS INCERTI AVCTORIS.

Scilicet

Liber Geomantiae cum punctis & figuris Geomanticis Pythagorici Laxeuterii, ſive Rhabolii, ita vocati Perſice, in quo plurimae leguntur voces, ut arbitror, Perſicae.

COD XXII. I. pag. 1. PRaemittuntur initio LXX. ſententiae ad excitandam fiduciam in Deum, circa futurorum eventus. Inc. Μεγάλη χαρὰ καὶ εὐφροσύνη ἀνατέλλει σοι. Deſ. καὶ ὅσα ἂν βούλεται τῇ αὐτοῦ χάριτι. Ἀμήν. Pag. 10. deſcripta ſunt XII. Zodiaci ſignorum, ac planetarum figurae cum ſuis explicationibus, & punctis, quibus haec verba leguntur adſcripta: Μιχαῆλος Ἀποστόλης Βυζάντιος ἐμετρίασεν. *Michaël Apoſtolius Byzantius dimenſus eſt:* cuius manu exaratus videtur hic Codex. Pag. 11. ſequitur Liber ipſe Geomantiae, cum punctis & figuris Geomanticis, cui titulus: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τοῦ Πυθαγορικοῦ Λαξευτηρίου, ἤτοι τοῦ Ῥαβολίου (1), οὕτω πως λεγομένου Περσιστί. *Initium cum Deo Pythagorici Laxeuterii, ſive Rhabolii, ita vocati Perſice.* Inc. Τὸ εἶδος τόδε τὸ ὄνομά ἐστι τοῦ λαχιάμ, ὅς ἐστι κύριος τοῦ πρώτου οἰκήματος. Deſ. καὶ ἀγαθὸν ἀπὸ τῶν σκλάβων. Adiiciuntur in fine, pag. nimirum 57. *b.* tabulae XII. locorum, & explicationes notarum aſtronomicarum, de planetis; pag. 58. nomina Cometarum iuxta Ariſtotelem, & Apuleium; pag. ead. *b.* virtutes quorumdam lapidum, arborum, herbarum, & animalium; pag. 61. alia pauca aſtronomica de Lunae cyclo, & ſeptem planetarum ſignificationes per totidem hebdomadae dies.

II. pag. 62. Ἀρχὴ τῆς ἀστρονομίας. ἄρχεται μὲν ἐκ τοῦ Μωϋσέως τοῦ προφήτου. *Initium aſtronomiae; exorditur autem a Moyſe Propheta.* Inc. Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Deſ. ϛ τὰ ζώδια εἰς ιβʹ. Eſt Tractatus Anonymi Aſtrologicus, & Apoteleſmaticus; in principio tamen nonnulla traduntur de capite, vertebris, humeris, pectore, & aliis membris terrae; in fine vero tabula quaedam aſtronomica delineata eſt.

III. pag. 81. Ἐρωταποκρίσεις φιλοσόφου τοῦ Ἀριστοτέλους. *Interrogationes, & reſponſiones Philoſophi Ariſtotelis* de rebus aſtronomicis &c. Inc. Ἐρώτησις. Τί ἐστιν ὁ οὐρανός. Deſ. τῆς τῶν τόπων ἐξαλλαγῆς.

IV. pag. 83. Ἀποφθέγματα σοφῶν ῥητόρων περὶ φύσεως. *Sententiae ſapientum Rhetorum de natura.* Inc. Ὁ οὐρανὸς, λέγει ὁ μέγας Βασίλειος, καπνοειδής ἐνι. Deſ. οὐ πιάνεται ἡ σελήνη.

V. pag. 86. Modus inveniendi Paſcha, litteram dominicalem, & aureum numerum cum ſuis tabulis, in quibus nonnulla leguntur Graece quidem, ſed ſine accentibus; alia Italice, & alia Italice quidem, ſed litteris Graecis exarata: prorſus autem exilia mihi videntur.

VI. p. 95. *b.* Περὶ προγνώσεων πραγμάτων, μέθοδος προγνωστικὴ τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου, καὶ τοῦ ψαλτηρίου. Ποίημα κυρίου Λέοντος τοῦ σοφοῦ. *De praedictionibus rerum, methodus prognoſtica a S. Evangelio, & Pſalterio. Opus Domini Leonis Sapientis.* Inc. Λαβὼν τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον. Deſ. ἀπὸ ἐναντίου μετατρέπει. Nihil de hoc Leonis Opuſculo apud Fabricium.

VII. pag. 97. *b.* Aſtrologica quaedam, ſeu potius Cabaliſtica, ad inveniendum ſignum Zodiaci, in quo quis natus eſt; pag. 98. *Preces quaedam ad Deum Laxeuterii;* pag. ead. *b.* *Interpretatio XII. figurarum;* pag. 99. alia pauca de ſtellis, & poteſtatibus ipſarum; tandem pag. 101. *b.* de inveniendo theſauro &c.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. min. Saec. XV. Conſtat fol. ſcriptis 101.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ ΤΩΝ ΩΡΩΝ.

PROGNOSTICA TEMPORVM ANNI INCERTI AVCTORIS.

Seu potius

Eclogae Geoponicae in Libros XX. diſtributae

I. pag. 1. MVtila eſt initio haec Geoponicorum Collectio: deſideratur enim Praefatio ad Conſtantinum Porphyrogenitum, cuius iuſſu & auſpiciis fuiſſe compoſitam patet ex elogio, quo illum Auctor proſequitur, dum vocat τερπνὸν τῆς πορφύρας ἀπάνθισμα; quibus verbis ad Porphyrogeniti appellationem aperte alludit. Operis initium fit a Capite, cui titulus: Προγνωστικὰ μακροτέρου χειμῶνος. *Prognoſtica longioris hyemis.* Inc. Πρῖνοι, καὶ δρύες τὸν καρπὸν πολὺν φέρουσαι, κ. λ. Finis vero in illo, quod inſcribitur, Σύνθεσις δελέατος, *Compoſitio eſcae;* cuius ultima verba ſunt: καὶ πλάσας κολλύρια ὡς τὰ θυμιάματα, ξήραινε ἐν σκιᾷ. Auctor huiuſmodi γεωπονικῶν συναγωγῆς incertus. Varias hac ſuper re variorum Scriptorum ſententias vide apud Fabric. B. G. Vol. VI. pag. 501. qui praeterea pag. 506. ſeqq. Scriptorum nomina, quorum excerpta leguntur, aut qui laudantur in Geoponicis, ordine alphabetico depromit. COD. XXIII.

II. pag. 119. *b.* In fine quaedam pauca Aſtrologica de diebus & horis, diverſa manu ſunt exarata, in quibus primus anni menſis ponitur Martius. Haec quum minuto, atque evaneſcente charactere fuiſſent exſcripta, iterum alia manus eadem ad verbum exaravit.

C Co-

(1) In Cod. Colbert. MMCCII. appellatur ῥαμπλίου (al. ῥαβουλίου) Vide Cangii Gloſſarium ad Scriptor. med. & infim. Graecit. in voce Λαξευτήριον, & Ῥάμπλιον.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 8. Saec. XIII. Hoc exemplar *antiquum* vocat Holstenius in schedis Mss. Constat foliis 121.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΕΚΑΤΟΥ ΑΡΙΘΜΟΥ.

DE DECENNARIO NVMERO INCERTI AVTHORIS.

Titulum corrige

Manuelis Moschopuli Erotemata emendata.

COD. XXIV. I. pag. 1. OCcurrit in primis sex foliis fragmentum Grammaticum, initio & fine mutilum, cuius prima verba sunt . . . . . . μετρεῖς γὰρ ἀπὸ τοῦ πρώτου ἕως τοῦ τετάρτου, καὶ τελειῦται ὁ δέκατος ἀριθμὸς, κ. λ. postrema vero: τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ φωνήεντα εἰ καὶ δύνανται καθ' ἑαυτὰ . . . . . Agitur autem in hoc de accentibus, apostrophis &c. In summo vero primi folii margine leguntur ista: περὶ τοῦ δεκάτου ἀριθμοῦ. Ταῦτα ἀκριβεστέρως ἐστὶν εὑρεῖν παρὰ Πλουτάρχῳ ἐν τῷ περὶ τῶν ἀρεσκόντων φιλοσόφοις. *De decennario numero. Haec accuratius licet invenire apud Plutarchum in libro de Placitis Philosophorum.* Ex quibus verbis exteriorem Codici titulum apponendi occasio data est.

II. pag. 7. Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῶν ἐρωτημάτων τῶν διορθωθέντων παρὰ τοῦ κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Μοσχοπούλου. *Initium cum Deo Erotematum emendatorum per Manuelem Moschopulum.* Ὅρος προσῳδίας, *Definitio Prosodiae.* Inc. Τί ἐστι προσῳδία; ποιὰ τάσις ἐγγραμμάτου φωνῆς ὑγιοῦς κατὰ τὸ ἐπαγγελτικὸν τῆς λέξεως ἐκφερομένη. In calce huius paginae legitur: Τοῦτο τὸ σύγγραμμα ἐν μέν τισι διαφέρει κομιδῇ ἀπ' ἄλλου τοῦ Μοσχοπούλου γνωριμωτέρου συγγράμματος, ἐν δὲ τοῖς πλείοσιν κατὰ τὰ αὐτά ἐστιν ἐκείνῳ . . . . . (1) *Hoc Opus in quibusdam valde differt ab alio notiore Opere Moschopuli, in pluribus vero convenit cum illo* . . . . . . Des. τοῦ δὲ ἑτέρου τὴν περισπωμένην ἀπέλειψεν τὸ ὑποτακτικόν (2). In fine subscriptio legitur ita perplexe exarata, ut vix haec coniiciendo exsculpere potuerimus, de quibus tamen adhuc dubitamus. Ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς ἐμοῦ ὁμοφοίτου μεγάλου Γεωργίου τοῦ Λασκάρεως, μηνὶ Ἰουλίῳ λα'. ἰνδ. θ'. ἔτους ,ϛωξδ'. *Completus est praesens liber manu mea condiscipuli magni Georgii Lascaris, mense Iulio, die XXXI. indict. IX. anno* 6864. (Christi MCCCLVI.) (3).

III. pag. 121. Sequitur Declinatio nonnullorum nominum, & coniugatio primae barytonorum.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XIV. Constat foliis 133.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ.

DIONYSII TERRAE HABITABILIS DESCRIPTIO.

Ac praeterea

Aeschyli, & Sophoclis Tragoediae.

I. pag. 1. PRaecedunt prolegomena de Dionysii patria, genere, & operibus; de discrimine Geographiae a Chorographia; de ventis, de oceano, de insulis, de praecipuarum regionum, puta Aegypti, Alexandriae, Italiae figura, &c. e quibus tamen multa propter primi folii lacerationem, perierunt. Inc. Διονύσιος ὁ περιηγητὴς γέγονεν υἱὸς Δίωνος Ἀλεξανδρέως, κ. λ. Des. ἡ δὲ Ἰταλία ξύσσω, ἡ μέν τοι Νάξος φύλλῳ ἀμπέλου. Pag. ead. *b.* incipit *Dionysii Orbis Descriptio*, cuius paraphrasis marginalis, auctore Anonymo, inc. Τὰ περὶ τὴν γῆν καὶ τὸν μέγαν πόντον ᾄδειν ἀρχόμενος. Des. ὧν τινων ἕνεκα ἐκ τῶν μακαρίων καὶ ἀθανάτων Θεῶν ἡ ἀμοιβὴ, ὡσανεὶ ἡ ἀνταπόδοσις ἀνταξία γένοιτο. In fine legitur: Τέλος σὺν Θεῷ τῆς Διονυσίου οἰκουμένης περιηγήσεως, ὁμοῦ στίχοι χίλιοι ρπε'. *Finis cum Deo Dionysii Orbis Descriptionis, simul versus MCLXXXV.* Hoc Dionysii Periegetae Opus editum est G. & L. inter Geographiae Veteris Scriptores Graecos Minores Oxoniae e Theatro Sheldon. MDCCXII. in 8. Vol. IV. a p. 2. ad p. 199. Paraphrasis vero in calce eiusdem Tomi a pag. 1. ad pag. 33. Pauca, quae sequuntur in editione de duodecim ventis, eadem Codex habet in praedictis Prolegomenis. COD. XXV.

II. pag. 39. *Aeschyli Tragoediae III.* cum scholiis marginalibus. Prima est: *Prometheus Religatus* cum argumento, & Aeschyli vita. Illud inc. Προμηθέως ἐν Σκυθίᾳ δεδεμένου. Des. ἔξεστι συμβαλεῖν. Haec vero: Αἰσχύλος ὁ τραγικὸς γένει μὲν ἦν Ἀθηναῖος. Des. αἰετοῦ ἐξ ὀνύχων βρέγμα τυπεὶς ἔθανεν. Longior est in fine, quam in edit. Graec. MDLVII. ex officina Henr. Stephani. Scholia inc. Τηλουρὸν διὰ τὸ πολὺ τοῦ ὄρους ἐκάλεσεν αὐτὸ τηλουρόν. Des. ὦ μήτηρ ἐμὴ ὦ Θέμις. Habentur & haec in dicta edit. a pag. 5. ad pag. 64. In fine Epigramma iambicum decastichon legitur de monte Aetna, nimirum:

Αἴτνη τίς ἐστιν Ἰταλῶν ὄρος μέγα,
Ἐξ ἧς καταρρεῖ παμφάγου πυρὸς νᾶμα
Μέχρι πολίχνης Κατάνης λεγομένης·
Ῥοιβδεῖ δὲ δεινῶς, ὡς ποταμὸς ἐκρέων·
Πνεῦμα γὰρ ἐκ γῆς ἐκπεσὸν ταῖς κοιλάσι
Κισσήρεως νάφθης τε πεπληρωμένης
Χωροῦν σοβαρῶς ἐκπυροῦται τῇ βίᾳ·
Εὐρὸν δὲ ταῖς σήραγξιν ὕδωρ ἐκρέον
Τὸ πνεῦμα παντάπασιν ἠρτωμένον
Ἀναφλογωθὲν ἐξανάπτει πῦρ ῥέον.

Tum

(1) Alia erant exarata, sed reciso margine exciderunt.

(2) Duo fuere Manueles Moschopuli, unus Cretensis, clarus circa A. C. MCCCXCII. alter huius patruelis, Byzantinus qui post captam Constantinopolim una cum aliis Graecis in Italiam profugus venit. Priori tribuuntur haec Erotemata in Cod. Barocciano XXXV. posteriorem auctorem habet liber de Vocibus Atticis in Philostrati Imaginibus &c. Vid. Fabric. Bibl. Graec. Vol. VII. pag. 37.

(3) Montfauconii error corrigendus, qui pro 6864. supponit 6874. Biblioth. Bibliothecar. Tom. I. pag 296. litt. C.

Tum alii versus iambici in Prometheum, & Aeschylum, qui sunt eiusmodi:

Α᾽νθ᾽ ὧν τὸ πῦρ δέδωκας ἀνθρώπων γένει,
Τρύχῃ βίᾳ φάραγγι προσπεπηγμένος.
Τὸ πῦρ, Προμηθεῦ, ὃ βροτοῖς ἐχαρίσω,
Υ῞λη πρὸς ἀκάματον εὑρέθη φλόγα
Ο᾽ργῆς κατά σε πρὸς θεῶν πυρσουμένης.
Αἰσχύλε, τί φής; τοὺς θεοὺς σὺ προσφέρεις
Πάσχοντας αἰσχρῶς ἐκ θεῶν ὁμοτρόπων,
Καὶ πῶς ἄρα λέληθας σαυτὸν εἰς τέλος
Θεοὺς σεβάζων τοὺς παθητοὺς τὴν φύσιν,
Καὶ μὴ δυνατοὺς ἐκφυγεῖν τιμωρίαν;
Οὐαὶ Προμηθεῦ κρώζων, οὐαί σοι μέγα·
Χάριν βροτῶν γὰρ ἠπάτησας τὸν Δία,
Καὶ λάθρα τούτου πῶς τὸ πῦρ ἐκεκλόφεις·
Εἶτ᾽ οὐδ᾽ ἐπείσθης ὢν περ ἐσταυρωμένος
Τὸν ἐκβαλόντα τὸν θρόνον εἰπεῖν Δία·
Τῷ τοι κεραυνὸς ἐκ πολλοῦ κατηγμένος
Ε῎ργον τίθησι συντριβῆς σε τὸν τάλαν.
Αἴαζε τοίνυν, τοῦτο γὰρ πάρεστί σοι.

III. pag. 72. *Eiusdem septem Duces adversus Thebas* cum argumento, quod inc. Λάϊος ἐβασίλευσεν ἐν Α᾽θήναις, ἔσχε δὲ τὴν Ι᾽οκάστην γυναῖκα. Des. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα Θήβα ἐν Αἰγύπτῳ ἡ λεγομένη ἑκατοντάπυλος. Aliquantum differt ab edito. Scholia inc. Κάδμου πολῖται. Ο῾ Ε᾽τεοκλῆς προλογίζει. Des. τῷ κύματι, καὶ τὸ κατακλυσθῆναι τροπῇ ἐπήνεγκε. Ibid. a pag. 68. ad pag. 123. In fine versus iambici IX. in hanc Tragoediam leguntur, qui sunt:

Α῎νθρωπε, ζητεῖς, τίνες οὗτοι οἱ δύο
Οἱ πατράδελφοι καὶ ταχύμοροι τάχα
Οἰδίποδος φεῦ τοῦ πανοικτίστου γόνοι.
Πληροῖ κατάρας πατρικὰς πεπρωμένη
Αἵματι κληρώσασα Λαΐου δόμον
Τοῖς πατραδέλφοις συγγόνοις Λαβδακίδαις,
Οἷς οἶκος ᾅδης, Α᾽χέρων, λίμνη, Χάρων,
Καὶ τὸ στυγητὸν τῆς Στυγὸς σκηπτὸν νᾶμα·
Κτανθεῖσι καὶ κτείνασιν ἀλλήλους ξίφει.

IV. pag. 94. *Eiusdem Persae*. Argumentum inc. Γλαῦκος ἐν τοῖς περὶ Αἰσχύλου μύθοις. Des. Δαρεῖον εἶναι γράφουσιν. Scholia inc. Τάδε μὲν Περσῶν. Τοῦτο δεικτικῶς. Des. ἀπὸ τῆς βάρεως ναυσὶ τριστάλμοις. In fine legitur notatum. Ω῏ Χριστὲ βοήθει τῷ δούλῳ σου Νικολάῳ τῷ Περδικάρῃ. *O Christe, auxiliare servo tuo Nicolao Perdicario*. Tum versus IV. in Darium, nimirum:

Ο῾ γαυριῶν μέγιστα Περσικῷ ξίφει,
Καὶ Βόσπορον πλοῦν ξηρὸν δείξας καθάπερ
Ξέρξης βασιλεὺς, Δαρίου παῖς Α᾽τόσσης,
Α῎θυρμα ἰοὺ δείκνυται Ι᾽αόνων.

V. pag. 127. *Sophoclis Tragoediae III.* cum scholiis item marginalibus. Prima est *Aiax flagellifer*, cum Auctoris Vita, cuius initium: Ο῾ Σοφοκλῆς τὸ μὲν γένος ἦν Α᾽θηναῖος. Des. κατέμιξε. Exstat in Graeca Sophoclis edit. Genev. MDLXVIII. 4. curante Henrico Stephano. Pag. 128. *b.* Prolegomenon περὶ κωμῳδίας, *De Comoedia*. Inc. Ο῞τι ὁ γέλως τῆς κωμῳδίας ἔκ τε λέξεων καὶ πραγμάτων ἔχει τὴν σύστασιν. Des. ὡς ὁ Ξάνθος εἰς Η῾ρακλέα. Deest in cit. edit. Pag. ead. Argumentum inc. Τὸ δρᾶμα τῆς Τρωϊκῆς ἐστι πραγμάτων. Des. τὸ δὲ μὴ καλυφθὲν τρωτὸν ἔμεινεν. In fine aliquantum differt ab edito. Scholia marginalia inc. Α᾽εὶ μὲν, ὦ παῖ. Κτητικὸν ἀντὶ τοῦ κυρίου. Το δὲ ἑξῆς, ἀεὶ δρῶ σε, ὦ Ο᾽δυσσεῦ, πείρᾳ καὶ δόλῳ μετιόντα τοὺς ἐχθρούς, κ. λ. Des. ὅθεν καὶ πολυτελὴς τράπεζα, καὶ τὸ τελούμενον δημόσιον. Et haec ab editis differunt, utpote in Codice pauciora, ac breviora. Clauditur Drama versibus quibusdam ἡρωελεγείοις, qui, ob marginem blattis corrosum, pessime sunt detruncati.

VI. pag. 166. *Eiusdem Electra* cum hypothesi, & scholiis. Illa inc. Υ῾πόκειται ὧδε τροφεύς. Des. δείκνυσιν αὐτῷ τὰ ἐν Α῎ργει. Haec inc. Ω῏ τοῦ στρατηγήσαντος. Πολλάκις παρατηροῦμεν, ὅτι οἱ παλαιοὶ, κ. λ. Des. μὴ πέρα λέγειν. Περισσὴ γὰρ ἡ ἀπίθανος διατριβὴ πρὸς τῷ τέλει ἐκτείνειν λόγους. Legitur in fine sequens iambicum octastichon:

Λέαιναν, ἢ δράκαιναν, ἀλλ᾽ οὐ μητέρα,
Καὶ τὸν σύνευνον ἄνδρα τὸν πατροκτόνον,
Ο῾ τοῦ πατρὸς τιμωρὸς ἐκτελῶν ὄπα
Τὴν τοῦ θεοῦ κράτιστον ἄσκευον μένην
Κτανὼν ἔθαλλεν, ὡς ὀνείροις τοῖς πάλαι
Εἶδε θανοῦσα πρὶν θάνῃ τελεσφόρα.
Η῾ δ᾽ αὐταδέλφη χαρμονῆς πεπλησμένη
Α᾽φῆκε λυπρὸν πένθος, ἄστεγες δάκρυ.

VII. pag. 195 *Eiusdem Oedipus*, cui praecedit Hypothesis ἔμμετρος, & alia prolegomena, quae habentur in dicta edit. p. 145. praeter Caput illud, quod inc. Ο῾ τύραννος Οἰδίπους πρὸς ἀντιδιαστολὴν, κ. λ. Scholia inc. Ω῏ τέκνα. Φιλότιμον καὶ προνοητικὸν τὸ τοῦ Οἰδίποδος ἦθος. Des. καλῶς γὰρ τοῖς λέκτροις ἐπεμπίπτει. δι᾽ αὐτὰ γὰρ ἀπόλλυται, quae pertinent ad versum, Πύλας δ᾽ ὅπω, κ. λ. Mutila est enim in fine Tragoedia, ac desinit in versu: Μνήμην παλαιῶν, κ. λ. quod incidit in cit. edit. pag. 201.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 12. Saec. XIV. tineis multis corrosus. Constat foliis 221.

ΘΕΩΝΟΣ ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΚΑΝΟΝΑΣ ΤΟΥ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ.

THEONIS EXPOSITIO IN CANONES PTOLEMAEI.

Hic vetustissimus Codex continet Theonis COD. XXVI.
Alexandrini Commentarium in promptos Ptolemaei Canones ad Epiphanium filium, qualis in Cod. VII. huius Plutei §. I. descriptus est, una cum Tabulis Astronomicis. Theonis quidem Commentarius, qui primas 30. paginas occupat, videtur conscriptus ineunte saeculo XIV. charactere minuto, membranis recentibus: Tabulae vero Astronomicae, quae a pag. 33. *b.* ad finem usque Codicis progrediuntur, saeculo X. ineunte, uncialibus characteribus, aureis, quadratis; ita ut coniicere iure possimus, Commentarium ex antiquis membranis, laceris fortasse ac pereuntibus, fuisse restitutum, ac reliquis integris adhuc, ac superstitibus veteris calligraphi membranis adsutum: quod animadvertendum erat Langio & Montfauconio, testantibus hunc insignem Codicem scriptum circa an-

annos DCCCC. quibus praenotatis, recensionem adgrediamur.

I. pag. 1. Laterculi duo occurrunt recentissima manu descripti, quorum alter exhibet icosipentaëterides, seu. vigintiquinquennalia quinque astrorum, nimirum Saturni, Iovis, Martis, Veneris, & Mercurii, ab anno 1501. ad annum 1726. alter repraesentat vigintiquinquennalia Solis, & Lunae inter spatium praedictorum annorum. Pag. vero 2. incipit Θέωνος ἑρμηνεία εἰς τοὺς προχείρους κανόνας τοῦ Πτολεμαίου, *Theonis Commentarius in expeditos Canones Ptolemaei*, cuius initium & finis concordat cum illo dicti Codicis VII. Adiicitur statim, manu tamen diversa, sequens annorum computus: Τὰ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ κόσμου μέχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ Φιλίππου τοῦ διαδόχου Ἀλεξάνδρου ἔτη ,ερπε΄. μέχρι δὲ τοῦ πέμπτου ἔτους τοῦ Αὐγούστου ,ευπδ΄. καὶ μέχρι τοῦ Διοκλητιανοῦ ,εψϙβ΄. *Ab initio mundi usque ad regnum Philippi successoris Alexandri anni sunt 5185. usque ad quintum annum Augusti anni 5484. & usque ad Diocletianum anni 5792.* Sequuntur deinde alia quaedam de planetis; ac tandem alter annorum computus, ex quo, si esset Codicis scripturae synchronus, ipsius aetas statueretur. Ita vero habet: Συμπληρουμένης τῆς ιβ΄ ἰνδ. τοῦ ,ϛωκβ ἔτους παρῆλθον ἀπὸ μὲν ἀρχῆς τοῦ πρώτου ἔτους Φιλίππου τοῦ Ἀριδαίου βασιλείας ἔτη Ρωμαϊκὰ ,αχλη΄. ἀπὸ δὲ τῆς ἀρχῆς τῆς τοῦ Αὐγούστου βασιλείας ,ατμγ΄. ἀπὸ δὲ τῆς ἀρχῆς τοῦ Διοκλητιανοῦ ,αλ΄. *Exacta XII. indict. anni 6822.* (Christi MCCCXIV.) *elapsi sunt ab initio primi anni regni Philippi Aridaei anni Romani 1638. ab initio imperii Augusti anni 1343. ab illo vero Diocletiani anni 1030.*

II. pag. 34. *b.* Succedunt Tabulae Astronomicae, antiqua manu graphice depictae, nono scilicet exeunte saeculo, sub imperio Leonis Sapientis, quarum operae pretium ducimus, brevem indicem exhibere, titulos singularum proferendo. Hoc autem ordine procedunt:

I. Tabula pag. cit. Ὁριζόντων καταγραφὴ τοῦ διὰ Βυζαντίου, κ. λ. *Sphaerae delineatio cum circulis Finitoribus per quatuor partes, Signis Zodiaci, & Ventis.*

II. pag. 35. Κλίμα τοῦ διὰ Βυζαντίου παραλλήλου, κ. λ. *Clima paralleli Byzantii per Signa Arietis, Tauri, Geminorum, Cancri, Leonis, Virginis, Librae, Scorpii, Sagittarii, Capricorni, Aquarii, & Piscium.*

III. pag. 37. Παράλλαξις τοῦ διὰ Βυζαντίου παραλλήλου, κ. λ. *Parallaxis paralleli Byzantii per Signa Cancri, Leonis, Virginis, Librae, Scorpionis, Sagittarii, Capricorni, Aquarii, Piscium, Arietis, Tauri, & Geminorum.*

IV. pag. 38. Φάσις τοῦ διὰ Βυζαντίου παραλλήλου, κ. λ. *Phasis Paralleli per Byzantium ab Oriente, & ab Occidente*, deinde Φωσφόρου, & Στίλβοντος, *Luciferi, & Mercurii stellarum.*

V. pag. 39. Tabula continens Catalogum Imperatorum suis laterculis distinctum, cum annis, quibus regnarunt. A Nabonassare autem usque ad Alexandri mortem computantur anni CCCCXXIV. Primus igitur Catalogus est Aegyptiorum regum, a Philippo ad Cleopatram; secundus Romanorum, ab Augusto ad Constantinum Palaeologum, quatuor tamen diversis manibus exaratus. Prima manus ad Leonem usque Sapientem (1) pertingit; secunda ab Alexandro ad Constantinum Monomachum; tertia a Domina Theodora ad Alexium Comnenum seniorem; quarta tandem a Ioanne Comneno ad Constantinum Palaeologum: quorum postremis sex Imperatoribus nullus annorum numerus est adiectus. (2)

VI. pag. 40. Ὕπατοι Ῥωμαίων. *Consules Romanorum*, sive Tabula chronologica complectens fastos Consulares. Anni autem dupliciter computantur, ab Alexandro nempe, & ab Augusto. Primus laterculus est Consulum Antonii Pii, & Carmerini anno ab Alexandro CCCCLXI. ab Augusto CLXVII. (Christi CXXXVIII.) Postremus Modesti, & Arenthei Consulum anno ab Alexandro DCXCV. ab Augusto CCCCI. Christi vero CCCLXXII. quousque Theo fortasse vixerat. Quare habentur heic Consules per lapsum CCXXXV. annorum (3).

VII. pag. 43. *b.* Κανὼν σελήνης ἐκ συνόδου. *Canon Lunae ex coniunctione iuxta menses Romanorum, & Aegyptiorum.*

VIII. pag. 44. Ἡμέραι κατὰ σελήνην. *Dies Lunares.*

IX. pag. 45. Ἡμερολόγιον μηνῶν διαφόρων πόλεων. *Hemerologium mensium variarum urbium*, continens scilicet diversas mensium appellationes apud quatuordecim nationes, cum comparatione dierum per singulos singularum urbium menses. Nomina populorum sunt, Romanorum, Alexandrinorum, Graecorum, Tyriorum, Arabum, Sidoniorum, Heliopolitarum, Lyciae, Asiae, Cretae, Cypriorum, Ephesi, Bithyniorum, Cappadocum (4).

X. pag. 51. Tabula longitudinum, & latitudinum insignium urbium Europae, Libyae, & Asiae, manu recenti tota exarata, eadem nimirum, quae Theonis Commentarium ex membranis laceris restituit.

XI. pag. 55. Ὀρθὴ σφαῖρα σὺν μεσουρανήματι πανταχῆ. *Sphaera recta cum medio caeli in universum*: excurrit autem per XII. Zodiaci Signa.

XII. pag. 57. Tabula exhibens Climata VII.

(1) Leo Sapiens Imperator fuit ab anno DCCCLXXXVI. ad CMXI. ex quo Codicis vel IX. saeculo exeunte, vel X. ineunte exarati certissimum argumentum eruitur; eo enim imperante scriptum fuisse ex eo colligitur, quod annorum eius regni summa ab exscriptore omissa est, & ab altera manu, quae Catalogum continuavit, posterius suppleta.

(2) Totum hunc Catalogum edidit & illustravit Cl. Io. Lamius in Novellis Litterariis A. MDCCXLIX. die XX. Iunii N. XXV.

(3) Hadrianus Relandius ope Antonii Mariae Salvinii adsequutus apographum huiusce tabulae, adiici curavit Consularibus Fastis fratris sui Relandi. Vide eius Appendicem, & Praefationem editionis Amstelod. MDCCXL. 8. pag 515. seqq

(4) Hanc quoque Tabulam illustravit laudatus Io. Lamius in suis Litterariis Novellis A. MDCCXLVIII. die V. Ianuarii N. I. Idipsum praestitere Everardus Audrichius in suis Institutionibus ad Antiquitatis studium, Ioannes Massonius, & omnium primus Dodwellus.

VII. Regionum, scilicet Meroës, Soënes, τῆς κάτω χώρας (sc. Regionum Inferiorum), Rhodi, Hellesponti, Mesoponti, & Borysthenis.

XIII. pag. 71. Κανὼν εἰκοσιπενταετηρίδων ἡλίου καὶ σελήνης. *Canon vigintiquinquennalium Solis, & Lunae.*

XIV. pag. 72. Ἔτη ἁπλᾶ ἡλίου καὶ σελήνης. *Anni simplices Solis, & Lunae.*

XV. pag. ead. *b.* Μῆνες Αἰγύπτιοι ἡλίου καὶ σελήνης. *Menses Aegyptii Solis, & Lunae.*

XVI. pag. 73. Ἡμέραι Αἰγύπτιαι ἡλίου καὶ σελήνης. *Dies Aegyptii Solis & Lunae.*

XVII. pag. ead. *b.* Ὧραι ἀπὸ μεσημβρίας ἡλίου καὶ σελήνης. *Horae meridionales Solis & Lunae.*

XVIII. pag. 74. Κανὼν ἀνωμαλίας ἡλίου καὶ σελήνης. *Canon inaequalitatis Solis & Lunae.*

XIX. pag. 77. Κανὼν ἡλίου λοξώσεως, καὶ σελήνης πλάτους. *Canon Solis obliquitatis, & Lunae latitudinis.*

XX. pag. ead. *b.* Κανόνιον διορθώσεως, καὶ κανόνιον προσνεύσεων ἡλίου καὶ σελήνης. *Canonion rectificationum, & canonion inclinationum Solis, & Lunae.*

XXI. pag. 78. Ἡμερήσιον κίνημα· περὶ τῶν τῆς σελήνης μεταβάσεων. *Diurnus motus; de Lunae progressionibus.*

XXII. pag. ead. *b.* Κανόνιον σελήνης πλάτους. *Canonion Lunae latitudinis.*

XXIII. pag. 79. Ἡ ὥρα ἔχει λεπτὰ ἐννακόσια. *Hora habet minuta nongenta.*

XXIV. pag. ead. *b.* Κανόνιον ἡλίου ἀπὸ ἰσημερίας. *Canonion Solis ab aequalitate dierum.*

XXV. pag. 80. Κανόνιον μεγέθους ἡλίου καὶ σελήνης. *Canonion magnitudinis Solis, & Lunae.*

XXVI. pag. ead. *b.* Κανὼν ἡλιακῶν ἐκλείψεων. *Canon Solarium eclipsium.*

XXVII. pag. 81. Κανὼν σεληνιακῶν ἐκλείψεων. *Canon Lunarium eclipsium.*

XXVIII. pag. ead. *b.* Ἔξαρμα πόλου, καὶ ὡρῶν ὑπεροχή. *Elevatio poli, & horarum excessus.*

XXIX. pag. 82. Κανόνιον μεσημβρινῶν ὡρῶν καὶ παραλλήλων εἰς τὰς ἐκλείψεις. *Canonion meridionalium horarum, & parallelorum ad usum eclipsium* per XLVIII. varias regiones, nimirum

I. ἐπὶ τοῦ διὰ Τίγρεως.
II. ἐπὶ τοῦ δι' Ἄρβωνος.
III. ἐπὶ τοῦ διὰ Ῥώμης.
IV. ἐπὶ τοῦ διὰ Ἡλιδος.
V. ἐπὶ τοῦ δι' Ἀλεξανδρείας.
VI. ἐπὶ τοῦ διὰ Βαβυλῶνος.
VII. περὶ τὸν κατὰ βόριον ὠκεανόν.
VIII. περὶ μέσην τὴν Λουγδουνησίαν.
IX. περὶ τὴν ὑπὲρ Νώρικον Γερμανίας.
X. περὶ τὰ νότια τὰ ἐν τῇ Εὐρώπῃ Σαρματίας.
XI. περὶ τὴν Ταυρικὴν Χερσόνησον.
XII. περὶ τὰ νότια τὰ τῆς Σαρματίας.
XIII. περὶ τὰ βορρολιβικώτατα τῆς Ταρρακωνησίας.
XIV. περὶ μεθόριον Ἀκουτανίας καὶ Ταρρακωνησίας.
XV. περὶ μεθόριον Ἰταλίας καὶ Λιβυρνίας.
XVI. περὶ τ' ἄνω τῆς Δακίας.
XVII. περὶ μέσον τὸν Πόντον.
XVIII. περὶ μέσην τὴν Ἰβηρίαν.
XIX. περὶ τὴν παράλιον Μεσηλυτανίας.
XX. περὶ τὸν Γαλατικὸν κόλπον.
XXI. περὶ τὴν ὑπὸ τῆς Ῥώμης παράλιον.
XXII. περὶ τὰ βόρεια τῆς Μακεδονίας.
XXIII. περὶ τὸν μεθόριον Ἀσίας καὶ Βιθυνίας καὶ Γαλατίας.
XXIV. περὶ μέσην τὴν μεγάλην Ἀρμενίαν.
XXV. περὶ τὸν Ἡράκλειον πόρθμον.
XXVI. περὶ τὸ Σαρδόνιον πέλαγος.
XXVII. περὶ τὰ πέρατα τῆς Σικελίας.
XXVIII. περὶ τὰ δυτικὰ τῆς Πελοπονήσου.
XXIX. περὶ τὴν παράλιον τῆς Λυκίας.
XXX. περὶ μέσην τὴν Μεσοποταμίαν.
XXXI. περὶ τὴν παράλιον τῆς Πητάνης.
XXXII. περὶ μέσην τὴν Μαυριτανίαν.
XXXIII. περὶ μέσην τὴν Ἀφρικήν.
XXXIV. περὶ μέσην τὴν Κυρηνιακήν.
XXXV. περὶ τὰ μικρωνοτιώτερα τῆς Ἀλεξανδρείας.
XXXVI. περὶ τὰ νότια τῆς ἐρήμου Ἀραβίας.
XXXVII. περὶ τὴν παράλιον τῆς Γετουλίας.
XXXVIII. περὶ μέσην τὴν Γετουλίαν.
XXXIX. περὶ τὰ ἀνατολικὰ τῆς Γετουλίας.
XL. περὶ τὰ βόρεια τῆς Μαντικῆς.
XLI. περὶ τὴν δωδεκάσχοινον τῆς Θηβαΐδος.
XLII. περὶ μέσην τὴν εὐδαίμονα Ἀραβίαν.
XLIII. περὶ τὰς μακάρων νήσους.
XLIV. περὶ τὸν Τίγριν ποταμὸν τὸν ἔνδον Λιβύης.
XLV. περὶ τὰ δυτικώτερα τῆς Γαραμαντικῆς.
XLVI. περὶ τὴν κατὰ Μερόην Αἰθιοπίαν.
XLVII. περὶ τὰ νότια τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας.
XLVIII. περὶ τὰ ἀνατολικὰ τῆς Ἀδαμαντικῆς.

XXX. pag. ead. *b.* Delineâtio Horizontum per septem Climata, Meroës, Soënes, Aegypti, Rhodi, Hellesponti, Mesoponti, & Borysthenis.

XXXI. pag. 83. Ὁριζόντων καταγραφή. *Horizontum delineatio*, distinctius descripta per quatuor Mundi partes, cum ventis, & signis Zodiaci.

XXXII. pag. ead. *b.* Tabula exhibens Parallaxes Climatum VII. Meroës, Soënes, Regionum Inferiorum, Rhodi, Hellesponti, Mesoponti, & Borysthenis per XII. Zodiaci signa.

XXXIII. pag. 90. *b.* Κανὼν εἰκοσιπενταετηρίδων τῶν ε' ἀστέρων. *Canon vigintiquinquennalium quinque astrorum*, scilicet Saturni, Iovis, Martis, Veneris, & Mercurii.

XXXIV. pag. 92. *b.* Ἔτη ἁπλᾶ τῶν πέντε ἀστέρων. *Anni simplices quinque astrorum*, ut supra.

XXXV. pag. 93. *b.* Μῆνες Αἰγύπτιοι τῶν πέντε ἀστέρων. *Menses Aegyptii quinque astrorum.*

XXXVI. pag. 94. *b.* Ἡμέραι Αἰγύπτιαι τῶν πέντε ἀστέρων. *Dies Aegyptii quinque astrorum*

XXXVII. pag. 95. *b.* Ὧραι ἀπὸ μεσημβρίας τῶν πέντε ἀστέρων. *Horae meridionales quinque astrorum.*

XXXVIII. pag. 96. *b.* Tabula exhibens *Canones inaequalitatum quinque astrorum*, cum ipso-

ipsorum ἐπιλήψεσι, progrediturque ad paginam usque 111.

XXXIX. pag. 111. *b.* Tabula exhibens *Latitudines Boreales, & Australes eorumdem quinque astrorum.*

XL. pag. 116. *b.* Tabula exhibens stationes (ϛηριγμὸς) eorumdem quinque astrorum latentium in caeli altitudine.

XLI. pag. 119. Tabulae plures exhibentes eorumdem quinque astrorum apparentias hoc ordine:

Κρόνȣ Φάσεις ἑῴας ἀνατολῆς ἀπὸ α' ἕως ρπ'. *Saturni apparentiae matutini ortus a I.* (intellige *gradu*) *ad CLXXX.*

Κρόνȣ Φάσεις ἑσπερίας δύσεως ἀπὸ ρπα' ἕως τξ'. *Saturni apparentiae vespertini obitus a CLXXXI. ad CCCLX.*

pag. ead. *b.* Διὸς Φάσεις ἑῴας ἀνατολῆς ἀπὸ α' ἕως ρπ'. *Iovis apparentiae matutini ortus a I. ad CLXXX.*

Διὸς Φάσεις ἑσπερίας. δύσεως ἀπὸ ρπα' ἕως τξ'. *Iovis apparentiae vespertini obitus a CLXXXI. ad CCCLX.*

pag. 120. Ἄρεως Φάσεις ἑῴας ἀνατολῆς ἀπὸ α' ἕως ρπ'. *Martis apparentiae matutini ortus a I. ad CLXXX.*

Ἄρεως Φάσεις ἑσπερίας δύσεως ἀπὸ ρπα' ἕως τξ'. *Martis apparentiae vespertini obitus a CLXXXI. ad CCCLX.*

pag. ead *b.* Ἀφροδίτης Φάσεις ἑσπερίας ἀνατολῆς ἀπὸ μοίρας α' ἕως ρλζ'. *Veneris apparentiae vespertini ortus a gradu I. ad CXXXVII.*

Ἀφροδίτης Φάσις ἑῴας δύσεως μετὰ σκγ' ἕως τξ'. *Veneris apparentia matutini obitus post CCXXIII. ad CCCLX.*

pag. 121. Ἀφροδίτης Φάσεις ἑῴας κρύψεως ἀπὸ ρπα' ἕως σκγ'. *Veneris apparentiae matutinae occultationis a CLXXXI. ad CCXXIII.*

Ἀφροδίτης Φάσεις ἑσπερίας κρύψεως ἀπὸ ρλη' ἕως τξ'. *Veneris apparentiae vespertinae occultationis a CXXXVIII. ad CCCLX.*

pag. ead. *b.* Ἑρμȣ̃ Φάσεις ἑσπερίας ἀνατολῆς ἀπὸ μ. α' ἕως ριβ'. *Mercurii apparentiae vespertini ortus a gradu I. ad CXII.*

Ἑρμȣ̃ Φάσεις ἑῴας ἀνατολῆς ἀπὸ ρπα' ἕως σμζ'. *Mercurii apparentiae matutini ortus a CLXXXI. ad CCXLVII.*

pag. 122. Ἑρμοῦ Φάσεις ἑῴας κρύψεως ἀπὸ σμθ' ἕως τξ'. *Mercurii apparentiae matutinae occultationis a CCXLIX. ad CCCLX.*

Ἑρμοῦ Φάσεις ἑσπερίας κρύψεως ἀπὸ ριγ' ἕως ρπ'. *Mercurii apparentiae vespertinae occultationis a CXIII. ad CLXXX.*

XLII. pag. ead. *b.* Φάσεων ἀποϛάσεις πρὸς τὸν ἥλιον, κ. λ. *Apparentiarum distantiae a Sole, &c.* eorumdem quinque astrorum per XII. Zodiaci signa.

XLIII. p. 123. *b.* Μέγιϛαι ἀποϛάσεις. *Maximae distantiae*, Veneris tantum, & Mercurii.

XLIV. pag. 124. *b.* Ἐποχαὶ ἀπλανῶν ἀςέρων. *Gradus fixarum stellarum* cum longitudine, latitudine, & magnitudine per XII. signa, eorumque singulas partes, incipiendo a medio signo Leonis (καρδία).

XLV. pag. 127. *b.* Περὶ μελῶν ζωδίων. *De singulis singulorum Zodiaci signorum partibus.* In fine Codicis manu recentiori adscriptum est parvum fragmentum, cuius titulus: Ἑρμηνεία τȣ̃ ἐξαναλόγȣ. Tum Catalogus Regum Asyriorum & Medorum a Nabonassare ad Nabonadium, Persarum a Cyro ad Darium tertium, Graecorum ab Alexandro Macedone ad alium Alexandrum. Tandem alia pauca item astronomica, quae tamen ob evanidum characterem vix legi possunt; videntur autem ab eadem illa manu, quae Theonis Commentarios, uti diximus, supplevit, exarata.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. min. Saec. IX. quoad Tabulas Astronomicas, Saec. XIV. quoad Theonis Commentarium. Constat fol. scriptis 129.

ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ ΑΠΟΤΕΛΕΣΜΑΤΑ.

MAXIMI POETAE APOTELESMATA.

Titulus restituendus.

Maximi Philosophi carmen de Electionibus, & Manethonis Poëtae Apotelesmatum Libri VI.

I. pag. 1. MVtilum initio est Maximi philosophi (1), quem Iulianus audivit, & magni fecit, Carmen, Suidae itidem memoratum, *de Electionibus, sive Auspiciis actionum.* Incipit enim a versu: COD. XXVII.

Εἰ δὲ νεμειήταο μέσην κατὰ μοῖραν ὁδεύοι.

Des. Ἠδὲ ϛ ὠκυδρόμοιο Φερεπτέρȣ Ἑρμάωνος.

E Lunae igitur cursu per signa Zodiaci, vel vario respectu ad alias stellas errantes, diiudicatur in hoc Poëmate, quodnam sit auspicatissimum tempus suscipiendi itineris, vel nuptiarum contrahendarum; vel qui futurus sit eventus morbi, vel quando sectio venae, aut alia chirurgica operatio optime institui queat, quando auspicato conducantur servi, pueri optime instituantur, ager colatur; quando sit speranda e vinculis & captivitate liberatio, vel restitutio rei furtivae, &c. Sunt autem versus hexametri plures sexcentis, quos ex hoc ipso exemplari vetustissimo sibi descriptos publici iuris fecit Io. Albertus Fabricius Graece & Latine Vol. VIII. p. 415. Bibl. Graecae.

II. pag. 8. *b.* Sequitur *Manethonis* ἀποτελεσματικῶν, seu *de viribus & effectis astrorum* Poë-

(1) Maximum hunc Byzantinum, sive Epirotam, ab alio Maximo philosopho Ephesio, Iuliani itidem magistro, distinguunt Socrates III. 1. & Nicephorus X. 1. Eius scripta, teste Suida, sunt περὶ ἀριθμῶν, in Aristotelem ὑπόμνημα, nec non quaedam Iuliano inscripta, περὶ ἀλύτων ἀντιθέσεων, quae in lucem G. & Lat. edidit Fabric. B. G. Vol. IX. pag. 570. & περὶ καταρχῶν.

Poëma Libris VI. comprehensum; quorum primo praecedit index Cap. LXX. quae etiam suis locis in progressu poëmatis ad marginem repetuntur, ac desiderantur in editione, de qua mox dicemus. Pag. 9. *b.* incipit Liber I.

Χαίροις, ὦ Πτολεμαῖε, λαχὼν βασιληΐδα τιμήν.
Liber VI. & ultimus des.

Ἵλατε, καὶ κλέος αἰὲν ἐμῇ πορσύνετ' ἀοιδῇ.
Initia, & fines cuiuscumque libri dare supersedemus, quum ex hoc ipso Codice adornata fuerit elegantissima huius Poëtae editio G. L. quae prodiit curante Iacobo Gronovio Lugduni Batavorum apud Fredericum Haaring MDCXCVIII. in 4. cuius consulenda est Praefatio, ex qua patet hunc Poëtam a clarissimo Luca Holstenio indicatum, Gronovium integra fide descripsisse, deinde numerum versuum ad Ms. exegisse, postea vero, ne vel suspicio erroris ulla remanere posset, apographum cum ipso archetypo diligentissime contulisse (1).

III. pag. 46. *b.* Manu recentiori adscribitur Ioannis Damasceni fragmentum de VII. Planetis; mox versiculi Latini VIII. de ratione numerandi usque ad mille decies centena millia, quibus subscribitur *Anno Domini* MCCCCIIII. Adcedunt tabulae quatuor astronomicae de XII. Zodiaci signis, & notae quaedam marginales de caelestium siderum in singulas corporis partes influxu, quas tamen Latinus somniator conscribillavit.

Codex Graecus membranaceus Ms. insignis in 4. maiori, Saec. XI. minuto, sed perspicuo charactere exaratus. Constat foliis scriptis 47.

ΠΡΟΚΛΟΥ ΥΠΟΤΥΠΩΣΙΣ ΤΩΝ ΑΣΤΡΟΝΟΜΙΚΩΝ ΥΠΟΘΕΣΕΩΝ.

PROCLI SVBFIGVRATIO ASTRONOMICARVM SVPPVTATIONVM.

COD XXVIII. I. pag. 1. PRocli Lycii Diadochi Platonici Hypotyposis astronomicarum positionum. Concordat cum Codice VII. huius Plutei §. IV. quem vide.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saec. XV. nitidissimus. Constat fol. scriptis 33.

ΠΛΗΘΩΝΟΣ ΤΩΝ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΤΟΥ ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΕΠΙΔΙΟΡΘΩΣΕΙΣ.

PLETHONIS DIRECTIONES GEOGRAPHICORVM STRABONIS.

Scilicet

Strabonis Excerpta de magnitudine & figura terrae; Platonis opera varia, & Iosephi historici de Iudaeorum antiquitate Excerptum.

COD. XXIX. I. pag. 1. EXcerptum primum inscribitur: Στράβωνος περὶ μεγέθους καὶ σχήματος γῆς. *Strabonis de magnitudine & figura terrae*. Inc. Ἡ γῆ κέντρου λόγον ἐπέχει πρὸς τὴν σφαῖραν τοῦ στερεώματος. Des. ὡς ἔγγιστα τριπλασιεφέβδομον. Agitur autem de sola terrae magnitudine.

II. pag. 6. *b.* Secundum inscribitur: Ἐκ τῶν τοῦ Στράβωνος γεωγραφικῶν περὶ τοῦ τῆς γῆς τῆς οἰκουμένης σχήματος. *Ex Strabonis Geographicis de universae terrae figura*. Inc. Τὸ τῆς γῆς τῆς οἰκουμένης σχῆμα χλαμυδοειδές τί ἐστιν. Des. τοσαῦτα καὶ περὶ τῶν ἠπείρων.

III. pag. 19. Ὅροι Πλάτωνος. *Platonis definitiones*. Inc. Ἀΐδιον τὸ κατὰ πάντα χρόνον καὶ πρότερον ὄν. Des. ἰσχὺς κατὰ φύσιν σώζειν, τὸ περιποιεῖν εὐλαβῆ (2). Inter eius Opera edit. Francofurt. apud Claudium Marnium MDCII. fol. pag. 1337.

IV. pag. 25. *b.* Τοῦ αὐτοῦ ἐπιτάφιος εἰς τοὺς τελευτήσαντας ἐν τῷ τῶν Πελοποννησίων πολέμῳ. *Eiusdem funebris Oratio in eos, qui in bello Peloponnesiaco occubuerant*. Inc. Ἔργῳ μὲν ἡμῖν. Des. ἀπολοφυράμενοι ἄπιτε. Ibid. pag. 516. ex Dialogo, qui inscribitur *Menexenus*, desumta; eius autem initium incidit in p. 517. v. 45. finis vero in pag. 526. v. 22.

V. pag. 37. *b.* Ὁ νοθευόμενος τοῦ αὐτοῦ λόγος Κλεινίας, ἢ περὶ θανάτου. *Adulterinus eiusdem Sermo, qui inscribitur Clinias, sive de morte*. Inc. Ἐξιόντι μοι. Des. δεῦρο μετεκλήθην. Ibid. pag. 1303.

VI. pag. 45. Τιμαίου τοῦ Λοκροῦ λόγος περὶ κόσμου καὶ φύσεως. *Timaei Locri Oratio de mundo & natura*. Inc. Τίμαιος ὁ Λοκρὸς τάδε ἔφα. Des. ἀγεννάτω καὶ αἰωνίω. Ibid. p. 1089.

VII. pag. 56. Ἰωσήπου ἱστορικοῦ Ἰουδαίων ἀρχαιολογία. *Iosephi Historici de Iudaeorum antiquitate*. Inc. Μανεθὼν ἦν τὸ γένος ἀνὴρ Αἰγύπτιος. Des. ταῦτα μὲν καὶ τὰ τοιαῦτα Μανεθὼν συνέγραψε, παραπλήσια δὲ τούτοις περὶ τῶν λεπρῶν καὶ λελωβημένων καὶ μιαρῶν, καὶ περὶ Μωσέως συνέγραψε καὶ Χαιρήμων, καὶ Λυσίμαχος, καὶ Μόλων, καὶ Ἀπίων. Sunt excerpta ex eius contra Apionem Libro I. Operum edit. G. & L. Amstelaed. MDCCXXVI. fol. Tom. II. pag. 437. Prima autem huius fragmenti verba incidunt in pag. 444. v. 40. ultima vero in pag. 462. v. 9. Ex interiectis vero multa desunt in Codice, ac praecipue totus paragraphus XXII. XXIII. XXIV. & XXV.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. min. Saec. XV. Constat fol. scriptis 66.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΠΕΡΙ ΥΨΟΥΣ.

DE ALTITVDINE INCERTI AVCTORIS.

Titulus ita restituendus.

Dionysii Longini de sublimi genere dicendi Liber.

I. pag. 1. HVius opusculi, vere aurei, Holstenii manus rubris litteris titulum reddidit: Λογγίνου περὶ ὕψους λόγου. *Longini de sublimi genere dicendi* ad Postumium COD. XXX.

(1) Huius praestantissimi Codicis meminit Ant. Magliabechius in Ep. ad Panciatichum *Prose Fior Par. IV. Vol. II.* p. 231.
(2) In edit. legitur: ἢ περιποιεῖν ἀβλαβῆ.

mium Terentianum. Inc. Τὸ μὲν τῦ Κεκιλίυ συγγραμμάτιον. Des. κ̕ αὐτῦ τοῦ ὕψους μοίρας ἐπεχόντων, ὡς ἡμῖν τέλος. Hic libellus omni laude maior, magna sui parte mutilatus ad nos pervenit; primusque illum e bibliothecarum latebris eduxit Franc. Robortellus Vtinensis Basileae typis Io. Oporini A. MDLIV. 4. Pulcerrima omnium editio ea est, quae Veronae prodiit cum Latina, Italica, & Gallica versione typis Io. Alberti Tumermani MDCCXXXIII. in 4. Nostrum tamen exemplar rudi calamo exaratum videtur, quum plurimis orthographiae erroribus scateat.

Codex Graecus chartac. Ms. in 8. Saec. XV. variis lacunis interruptus, ac correctionibus in margine adspersus. Constat foliis scriptis 46.

ΚΑΝΟΝΕΣ ΑΣΤΡΟΝΟΜΙΚΟΙ.

CANONES ASTRONOMICI.

Seu potius

Theonis Alexandrini, Ammonii philosophi, Io. Philoponi, & aliorum Opuscula.

COD. XXXI. I. pag. 1. *Theonis Alexandrini in promtos Ptolemaei Canones syntagma secundum ad Epiphanium filium*, una cum Tabulis Astronomicis in principio, quae ad paginam usque 84. progrediuntur, ubi Commentarius ipse incipit, praevio Capitum XXV. indiculo: suus enim prooemio quoque titulus est additus, qui sequens est: Ὅσα δεῖ προειδέναι τὺς ἀρχομένυς τοῦ κανόνος, κ̕ περὶ τῶν πέντε κεφαλαίων τῆς κατὰ μῆκος ἡλίυ, κ̕ σελήνης, κ̕ τῶν πέντε πλανωμένων ψηφοφορίας. In reliquis concordat cum Codice VII. huius Plutei, §. I. Brevia identidem scholia margini sunt adspersa.

II. pag. 116. *Anonymi Capita quaedam Astronomica*, eadem nimirum, atque illa, quorum titulos protulimus supra in Cod. XXI. §. IV. Vltimum tamen, inscriptum Ἡλίυ ἐποχὴ, longius aliquanto est in hoc, quam in illo; tum manu diversa aliud brevissimum Caput adiectum est, Περὶ ἀνέμων ἀπὸ χειρὸς, cuius ultima verba sunt: ἀπὸ δὲ ιε΄. ἕως κη΄. νότον ἀναβαίνει.

III. pag. 125. *Ammonii philosophi de usu Astrolabii*. Vide in dicto Cod. XXI. §. II.

IV. p. 127. *b. Io. Philoponi Alexandrini de usu Astrolabii, quidque singula in ipso descripta significent*. Ibid. §. I. Sequitur heic diversa item manu exaratum Caput, Περὶ τῆς τῦ κυνὸς ἐπιτολῆς ὑπόδειγμα. *De ortu Canis demonstratio.*

V. pag. 140. *b. De Mensium apotelesmatibus* Caput illud, auctore Anonymo, quod innuimus ibidem sub finem §. IV. Tandem pag. 141. *b.* alia pauca occurrunt astronomica, quorum finis deest.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 8. Saec. XIV. Constat fol. scriptis 142.

ΙΣΑΑΚ ΜΟΝΑΧΟΥ ΑΣΤΡΟΝΟΜΙΚΑ.

ISAAC MONACHI ASTRONOMICA.

Ac praeterea

Pollucis Onomasticon Libris X.

I. pag. 1. *b. Isaaci monachi Argyri ad Oenaeoten Dominum Andronicum, qui ratione traditas methodos postularat Solis, ac Lunae cyclorum, & eorum quae ex his consequuntur*. Concordat in omnibus cum Codice XIII. huius Plutei, §. II. quem vide. COD. XXXII.

II. pag. 11. *b.* Sequuntur alia Capita Anonymi auctoris, quorum titulos, prout in Codice iacent, in medium proferre lubet: sunt autem sequentes, I. Μέθοδος, δι' ἧς εὑρίσκονται αἱ καθ' ἑκάςην νύκτα ὑπὸ τῆς σελήνης φωτιζόμεναι τῆς νυκτὸς ὧραι. II. Περὶ διαφορᾶς ἀνέμων, κ̕ ὅτι καθολικοὶ ἄνεμοι τέσσαρές εἰσιν. III. Παρασημειώσεις προγνωςικαὶ περὶ τῆς μελλέσης τῦ ἀέρος καταςάσεως. IV. Ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν σελήνην. V. Ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν ὀυρανὸν συμβαινόντων. VI. Τί σημαίνυσιν αἱ μείζυς ἀςραπαὶ τῶν βροντῶν. VII. Ἀπὸ τῶν κατὰ τὰς ἀςραπὰς ἢ τὺς ἀνέμυς. VIII. Παρασημειώσεις ἀπὸ τῆς τῶν ἀλόγων ζώων διαθέσεως. IX. Περὶ τοῦ ἐρχομένυ ἔτυς, εἰ πρώϊμον ἔςαι, ἢ ὄψιμον. X. Περὶ τῶν ἐξ ἑκατέρας τῶν ἀπὸ τῆς γῆς ἀναφερομένων δύο ἀναθυμιάσεων ἀποτελυμένων, ἤγυν νεφέλης, καὶ ὄμβρυ, βροντῆς τε καὶ ἀςραπῆς, κ̕ τῶν ἄλλων τῶν τοιύτων. Horum omnium initium est: Ἡ σελήνη γεννηθεῖσα αὔξει καθ' ἑκάςην λεπτὰ δ΄, ἃ εἰσιν ε΄ εἰς τὴν ὥραν κ. λ. Finis: ὐδέποτε γάρ τι τύτων ἀεὶ φανερὸν ἱςόρηται κατεςηριγμένον.

III. pag. 19. *Pollucis Onomastici Libri X.* Praecedit primo Epistola, Ἰυλλίῳ Καίσαρι Πολυδεύκης χαίρειν. *Iulio Caesari Pollux salvere*. Inc. Ὦ παῖ πατρὸς ἀγαθῦ. Des. ὡς ἂν ἕκαςον ἐπέλθῃ, τάξομεν. Ἔῤῥωσο. G. & L. in edit. Amstelaed. MDCCVI. fol. Tom. I pag. 1. Tum Capita Libri, quibus cum edito collatis, comperimus deesse in Codice Caput VIII. Caput itaque primum, Ὀνομασίαι Θεῶν, *Deorum appellationes*, inc. Θεὸς κ̕ Θεοὶ, κ. λ. Vltimum περὶ μελισσῶν *de apibus*, des. εἰσὶ δὲ σχαδόνε ἢ ἐδώδιμοι. Quae sequuntur in cit. edit. pag. 151. desunt in Codice, qui ita primum Librum concludit: Τυτὶ τὸ πρῶτον βιβλίον ἐκ θεῶν ἀρξάμενον, εἰς τὴν ἱερὰν γεωργίαν παύεται. *Liber II.* pag. 59. *b.* caret Praefatione: Capitum vero Tabulae haec subiungit: Ἐπεὶ δὲ τὸ πρῶτον βιβλίον ἀπὸ θεῶν ἔχει τὴν ἀρχὴν, ἀπὸ ἀνθρώπων ἄρα τὸ δεύτερον ἄρχεται. Liber incipit a verbis, Ἐρεῖς ὧν τὸ σύνηθες ἄνθρωπος, κ. λ. ex quo vides desiderari Capitis primi Sectionem primam, *de hominum aetatibus & nominibus*. Des. τὸ δὲ ἐναντίον τῇ αἰσθήσει, ἀναισθησία. Ibid. a pag. 153. ad pag. 266. *Liber III.* pag. 90. Praefationem habet, cuius initium: Οἷς μὲν τῶν ὀνομάτων. Finis: μαρτύρων ἀρκεῖ. Caret tamen Capitum Tabula, Caput I. continens, Γένυς κ̕ συγγενείας ὀνόματα

ματα, *Generis, & adfinitatis nomina*, inc. Ἑπόμενον δ᾽ ἂν εἴη. Vltimum περὶ γυμναστικοῦ χωρίου, γυμναστοῦ, ϗ τῶν περὶ αὐτὰ, *De gymnasii loco, praeside, & quae circa haec sunt*, des. ϗ ἔστω τέλος τοῦ βιβλίου. Ibid. a p. 267. ad p. 351. *Liber IV.* pag. 103. *b.* cum Tabula Capitum XXVII. & Praefatione. Caput VI. περὶ σοφιστοῦ, καὶ ἔργα σοφιστοῦ, in alia duo dividitur, nimirum VII. περὶ τῶν φοιτητῶν αὐτοῦ, & VIII. ψόγοι σοφιστοῦ. XXIV. vero & XXV. sub unico numero comprehenduntur. Praefatio, sive Epistola ad Commodum inc. Οἶμαι καὶ σὲ, κ. λ. Des. ἔῤῥωσο, κύριε. Liber inc. Περὶ τοίνυν. Des. ὀμφαλιστήρ. Ibid. a pag. 352. ad pag. 474. *Liber V.* pag. 121. *b.* Praefatione caret. Tabula vero Capitum eadem cum illa est, quae adfertur in notis num. 7. loc. cit. pag. 476. Liber inc. Θῆρα λέγοιτ᾽ ἂν ϗ ἄγρα. Des. ὁ Καρπάθιος τὸν λαγωὸν, quae pertinent ad Cap. XII. περὶ διαφόρων θηρίων, *de diversis animalibus;* incidunt autem in pag. 516. v. 22. *Liber VI.* item pag. 132. *b.* Capitum tantummodo Tabulam habet. Prima Libri verba usque ad illa, Χρὴ λέγειν τὸ συμποσικὸν χωρίον, κ. λ. recentiori manu sunt adiecta. Des. φορτικὸν δὲ τὸ σιγηλῶς. Ibid. a pag. 564. ad pag. 683. *Liber VII.* pag. 149. *b.* est anepigraphus, quemadmodum & reliqui omnes. Huic praeterea, & sequenti desunt Praefatio, & Capitum series. Incipit a verbis: Εἴποις ἂν, τέχναι βάναυσοι, ἀγοραῖοι, ἀνελεύθεροι, κ. λ. Des. ἐπὶ ἀγράφου τὸ βιβλίον εἴρηκεν Ἡρόδοτος εἰπὼν, Γράψας ἐν βιβλίῳ. Desunt in fine nonnulla. Ibid. Part. II. a pag. 689. ad pag. 851. *Liber VIII.* pag. 162. *b.* inc. Δικαστικὰ ὀνόματα εἴη ἂν, ὡς ἐγῷμαι. Des. συνεισφορὰ, ἔρανος. Ibid. a pag. 854. ad pag. 973. *Libro IX.* pag. 181. *b.* Epistola tantum praecedit ad Commodum, cuius initium. Ὀνομαστικόν τι πεποίηται. Finis: ἀκοῦσαι ποθεῖν. Liber inc. Ἵν᾽ οὖν ϗ περὶ πόλεώς τι. Des. ἀπ᾽ ἐνίων σχηματισμοί. Ibid. a pag. 977. ad pag. 1145. *Liber X.* pag. 199. *b.* habet Capitum summarium, ab editione maxime diversum, & Praefationem, quae inc. Ἐνέτυχόν ποτε. Des. ἀλλὰ ϗ τῶν ἰδεῶν ἔδει. Libri Caput I. περὶ σκευοθηκῶν, ϗ αὐτῶν τῶν σκευῶν ὀνόματα, κ. λ. inc. Τὸ μὲν ὄνομα τῆς σκευοθήκης εὕροις ἂν ἐν τοῖς Αἰσχύλου ψυχαγωγοῖς. Vltimum, cui nullus titulus, des. κιβωτὸν, λύχνον. Ibid. a pag. 1146. ad pag. 1388. Magna pars huius libri, nempe a verbis, εὐξέστας λύσαντο, κ. λ. quae incidunt in edit. pag. 1224. v. 4. in Codice vero prima sunt paginae 215. usque ad finem, diversa manu ac recentiori est exarata, nulla Capitum divisione facta. Nullae praeterea Capitum inscriptiones in Libris VII. VIII. & IX. occurrunt, in reliquis vero margini sunt adscriptae. Lectio Codicis valde discrepat ab edita, eaque multo contractior appareret, ita ut interdum integra Capita desiderentur, alia vero confusa mirum in modum sint, atque transposita.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. min' Saec. XV. in cuius pag. 18. *b.* legitur: Ἡ βίβλος αὕτη Φραγκίσκου τοῦ Φιλέλφου ἐστὶ καὶ τῶν αὐτοῦ φίλων. *Hic liber est Francisci Philelphi, & amicorum eius*. Constat fol. scriptis 234.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΟΣΜΙΚΩΝ ΑΠΟΤΕΛΕΣΜΑΤΩΝ ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΜΑΣΑΡ.

DE MVNDANIS APOTELESMATIBVS EXCERPTVM EX LIBRO ALBVMASARIS.

Corrige.

Ex Apomasare Excerpta Libris III. & alius Liber Apotelesmaticus, qui inscribitur Palch.

I. pag. 1. Liber primus inscribitur: Ἀποτελεσματικὴ βίβλος τῶν μυστηρίων τοῦ Ἀπομάσσαρ. *Liber Apotelesmaticus mysteriorum Apomasaris;* (1) & Capita continet CLXIV. quorum praecedit Index. Primum est περὶ κοσμικῶν ἀποτελεσμάτων. Inc. Ἴδε τὸν Κρόνον, ϗ τὸν Ἄρεα. Vltimum περὶ ὑετῶν. Des. τύχωσιν ἀμφότεροι. Liber II. pag. 67. *b.* Τῶν μυστηρίων τῆς ἐπιστήμης τοῦ Ἀπομάσσαρ, *Mysteriorum Scientiae Apomasaris* inscriptus, Capitibus constat CCXXI. Primum Περὶ τοῦ πότε μήτε ἀνέτου, μήτε ἀφέτου εὑρεθέντος ἐν τῷ γενεθλίῳ γίνονται οἱ ἄνθρωποι πολυχρόνιοι, κ. λ. inc. Εἶπεν ὁ Σαδᾶν, ὅτι ἤκουσα τοῦ Ἀπομάσαρ λέγοντος, κ. λ. Vltimum περὶ φήμης, des. ἢ ἐφορᾷ αὐτοῦ. Liber III. pag. 137. Εἰσαγωγῆς τοῦ Ἀπομάσσαρ, *Introductionis Apomasaris*, habet Capita LXVI. Primum περὶ τοῦ, ὅτι διαδίδοταί τις δύναμις ἀπὸ τῶν οὐρανίων ἐπὶ τὰ ἐπίγεια. Inc. Ὅτι μὲν διαδίδοται, κ. λ. Vltimum iuxta indicem praemissum est περὶ τῶν κλήρων τῶν μὴ ἀναφερομένων μήτε εἰς τοὺς ζ′ πλανήτας, μήτε εἰς τοὺς ιβ′ τόπους, & des. κακῶς δὲ ψευδεῖς. In contextu vero alia duo subnectuntur Capita, Περὶ ἀγορᾶς δούλων, & περὶ ἀποδημίας, quorum postrema verba sunt: ϗ ἐπὶ πόλεμον ϗ κυνηγέσια. COD. XXXIII.

II. pag. 191. *Liber Apotelesmaticus*, qui inscribitur Πάλχ, Capitibus constans CXLVIII. Primum Περὶ τῶν ιβ′ ζωδίων ϗ τῶν δ′ καιρῶν. Inc. Δέον τιθέναι τὰ ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἔτη. Vltimum περὶ δεξιῶν ϗ εὐωνύμων σχημάτων. Des. εὐώνυμον δὲ τὸ τοῦ ζυγοῦ. Tum rubris litteris haec subscriptio sequitur: Τῷ ἀπὸ Χριστοῦ ͵αφμβ′. μηνὶ Φευρουαρίῳ ιϛ′. παρασκευῇ, ϛ′ ὥρῃ τῆς νυκτὸς τέλος εἴληφεν ἡ παροῦσα βίβλος. Τῷ συντελεστῇ τῶν καλῶν Θεῷ χάρις. *Anno a Christo nato* MDXLII. *mense Februario, die XVI. feria VI. hora VI. noctis absolutus est praesens Liber. Perfectori bonorum operum Deo gratia.*

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XVI. Constat foliis scriptis 312.

(1) Vid. Fabric. Vol. III. pag. 408. & Catalogum Bibliothecae Regiae T. II. pag. 501.

ΕΡΜΟΥ ΙΑΤΡΟΥ ΜΑΘΗΜΑΤΙΚΑ.

HERMI MEDICI MATHEMATICA.

Seu potius

Syntagma Astrologicum ex variis collectum Astrologiae Iudiciariae Scriptoribus.

COD. XXXIV. I. pag. 1. *Mercurii Trismegisti Medicomathematica ad Ammonem Aegyptium*. Vide in Cod. XIII. §. IV.

II. pag. 5. *Galeni de decubitu aegrorum*. Ibid. §. V.

III. pag. 15. *Pancharii Epitome de eodem argumento*. Inc. Σελήνη πρὸς Α'ρεα, ἢ ἥλιον παρῦσα. Des. ϗ εἰς χρόνια πάθη.

IV. pag. 17. Alia Anonymi *de eodem argumento*. Inc. Σκεπτόμενος περὶ νοσημάτων. Des. συνδέσμῳ. Concordant ferme cum illis, quae recensuimus in dicto Codice, §. VI. & VII. Inseritur pag. 20. *b*. Κανόνιον Πετοσείρεως, *Canon Petosiridis*. (1)

V. pag. 25. Brevis Tractatus Astronomicus, *Quomodo oporteat considerare translationes annorum, & quae contingunt in quatuor anni versionibus*. Exstat & in Cod. XIV. huius Plutei, §. VIII.

VI. pag. 28. *b*. Εἰς τὰ Πτολεμαίυ ἀποτελέσματα. *In Ptolemaei Apotelesmata* Commentarius Anonymi, & quidem, ut videtur, in duos libros priores. In primum inc. Τὰ προοίμια ὁ Πτολεμαῖος ποιεῖται πρὸς τὺς τὴν ἀςρολογίαν, κ. λ. Des. λέγει διὰ τὸν ἕβδομον, ἢ ἔνατον τόπον. In secundum pag. 51. *b*. inc. Τὰ μὲν δὴ κυριώτερα τῶν πινακικῶν. Des. εἶναι τὸν χρόνον τῆς κολλήσεως.

VII. pag. 58. *b*. Τοῦ Θεοφίλυ ἐπισυναγωγὴ περὶ κοσμικῶν καταρχῶν. *Theophili Collectio de mundanis principiis*. Inc. Τὴν τῦ ἔτυς ἀρχὴν οἱ παλαιότατοι ϗ Αἰγυπτίων. Des. καθὼς συνέβη ϗ ἐν τῇ ἐξορίᾳ Φωτίυ τῦ πατριάρχυ. Heic quaedam inseruntur e Petosiride ad Regem Nechepsum (2) περὶ μηνὸς ἀγαθῦ ϗ φαύλυ, Iuliano περὶ τῶν καταρχῶν, & Valente (3) περὶ τῆς τῶν ιβ΄ τόπων διακρίσεως. Exstat etiam in Biblioth. Regis Galliae Cod. 1405. 1991. 2139.

VIII. pag. 84. Ἐκ τῶν Α'ντιόχυ θησαυρῶν ἐπίλυσις ϗ διήγησις πάσης ἀςρονομικῆς τέχνης. *Ex Antiochi Thesauris resolutio & enarratio totius Astronomicae facultatis*, auctore Rhetorio. Inc. Τινος ἕνεκα τῶν δώδεκα ζωδίων. Des. ἀλλὰ διὰ μέσυ τῶν ἀνέμων ὑπάρχων. Inter ineditos Astrologos recensentur Antiochus & Rhetorius apud Fabric. B. G. Vol. II. pag. 510. & 515. Vid. Nessel. P. IV. pag. 63. 103. 104.

IX. pag. 93. Tractatus Apotelesmaticus valde longus, auctore Anonymo, cui sequens titulus: Τὰ σημαινόμενα ἐνταῦθα ἔσεσθαι, ἄνεμοι, βροχαὶ, βρονταὶ, πρηςῆρες, αὐχμοὶ, λιμοὶ, λοιμοὶ, σεισμοί. Χαλδαίων, ἢ Αἰγυπτίων περὶ τῶν κυριευόντων τῶν ὁρίων τῆς συζυγίας τῶν ἀςέρων· τίνα ἀποτελῦσιν· ϗ περὶ μεταβάσεως ἀςέρων κατὰ τὸν ζωδιακὸν, ϗ ἰδιοτήτων αὐτῶν τε ἢ τῶν ἀπλανῶν· ϗ περὶ τροπῶν, ἐκλείψεων, ϗ σεισμῶν. *Quae heic designantur futura, sunt venti, pluviae, tonitrua, fulmina, siccitates, fames, pestilentiae, terraemotus. Chaldaeorum, & Aegyptiorum* (doctrina) *de dominantibus terminis coniunctionis astrorum; quaenam praenuncient; de transitu astrorum iuxta Zodiacum, & de proprietatibus tum errantium, tum fixarum; & de conversionibus, eclipsibus, & terraemotibus*. Inc. Κρόνος κυριεύσας τῶν ὁρίων τῆς συζυγίας τῶν φωςήρων ἐν κριῷ, κ. λ. Des. ἐν ᾧ ὁ κύριος τῆς συζυγίας ἔτυχεν ἀποφαίνυ, quae sunt extrema scholii cuiusdam excepti ab ore Symeonis monachi, cognomento Chrysographi (4).

X. pag. 113. *b*. Περὶ καθολικῶν ἐπισκέψεων ϗ ἀποτελεσμάτων. *De universalibus disquisitionibus & apotelesmatis*. Inc. Τύτων ὕτως προεκτεθειμένων ἀκόλυθος ἦν, κ. λ. Des. ἢ τῶν ἀγαθοποιῶν μαρτυρύμενα. Videtur continuatio superioris Tractatus Apotelesmatici.

XI. pag. 124. Περὶ ἐπιτελόντων ϗ δυόντων ἀςέρων, ϗ ἐφημερίδων καλυμένων, ϗ ἐν ταῖς ἀνατολαῖς, ϗ δύσεσιν αὐτῶν ποιύντων ἀνέμυς, ταραχὰς, ϗ βίας θαλάσσης, ὄμβρυς τε ϗ εὐδίας, ἢ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. γίνονται δὲ ταῦτα ἐκ τῶν φαινομένων ἀςέρων. *Ephemerides, seu de orientibus & occidentibus stellis, & quam quaeque ipsarum in ortu, & obitu mutationem in aëre efficiat, nimirum, ventos, turbines, procellas maris, pluvias, & serenitates, & quae sunt alia huiusmodi: fiunt autem haec ex apparentibus stellis*. Incipiunt a mense Ianuario, hoc pacto: Α΄. Κάλανδες μακραὶ ἡμέραι ἄρχονται, κ. λ. Desinunt in die V. Decembris, in verbis, καὶ πολὺς βορρᾶς . . . . . . Heic, ut ad paginae calcem Graeca manu recentiori adnotatum est, desunt duo folia.

XII. pag. 130. Sequuntur alia item Astrologica *de sortium inventione, ac de virtute XII. Zodiaci signorum, &c.* ob praedictum defectum mutila in principio, quorum prima verba sunt . . . , μέθοδον τῆς τῶν κλήρων εὑρέσεως, κ. λ. Vltima vero: ὁδεύοντας πραγματευομένυς.

XIII. p. 134. *b*. Περὶ τῶν παρανατελλόντων τοῖς ιβ΄ ζωδίοις κατὰ Τεῦκρον. *De iis, quae una cum XII. Zodiaci signis exoriuntur iuxta Teucrum*. Inc. Τῷ κριῷ παρανατέλλυσιν ἁλιεὺς, κ. λ. Des. κληρονόμων δηλοῖ. Labbeus Bibl. Nova Mss. pag. 277. narrat in Biblioth. Regis Galliae Cod. DLIX. exstare inter alia, astrologica quaedam ex Teucro, sive Zeucho, teste Fabric. B. G. Vol. II. pag. 510. Subnectitur pag. 136. *b*. observatio horarum uniuscuiusque diei, & dierum ipsorum secundum septem planetas.

XIV.

(1) De Petosiride, eiusque aequali Rege Aegypti Nechepso, antiquissimis Astrologiae Iudiciariae scriptoribus, multa erudite collegit Marshimus in Canone Chron. pag. 477.

(2) Eius Epistolam vide apud Lambec. VI. 94. & 105. VII. 118.

(3) De Valente vid. Fabric. B. G. Vol. II. pag. 506.

(4) Memorat hoc idem scholion Allatius in Diatriba de Symeonibus edit. Paris. MDCLXIV. pag. 194. teste Fabric. B. G. Vol. X pag. 297.

XIV. pag. 137. Ἡμεροδρόμιον Πάππυ τῶν διεπόντων καὶ πολευόντων. *Hemerodromium Pappi de iis, quae res gubernant, & administrant.* Inc. Εβδόμῃ ἡμέρᾳ Κρόνυ, κ. λ. Des. ἄχρι τῶν κδ' ὡρῶν. Tum alia multa eiusdem generis cum tabulis planetarum in fine.

XV. pag. 144. Καθολικὴ παραγγελία περὶ κατασημάτων, Σύρυ. *Vniversalis praeceptio de aëris qualitate, Syri.* Inc. Τὴν ἀρχὴν τῆς παρατηρήσεως, κ. λ. Des. εἰ δὲ μετὰ καιρὸν ὄψιμον. Sequuntur septem planetarum nomina epitheta, & alia de tropicis, & aequinoctiis, de astrorum elevationibus, figuris, &c.

XVI. pag. 153. Καθολικὴ ἐπιτήρησις πρὸς σελήνης περὶ κεραυνῶν ϗ ἄλλων κατασημάτων, ἐκ τῶν Λαβέωνος καθ' ἑρμηνείαν παρὰ λέξιν. *Vniversalis observatio ex Luna de fulminibus, & aliis aëris adfectionibus, ex Labeone iuxta interpretationem ad verbum.* Inc. Εἰ κατὰ τὴν α' τῦ καρκίνυ μοῖραν σελήνη εἴη. Des. καὶ ὅσοι θαλάσσης ἔξω μειωθήσονται. Sequuntur alia de electionibus, de regionibus XII. signorum Zodiaci, eorumque significationibus, & dominiis, de eclipsium signis, de annis climactericibus iuxta philosophum Heliodorum (1), & alia apotelesmatica.

XVII. pag. 164. Μαξίμυ περὶ καταρχῶν μεταφρασθὲν πεζῇ λέξει ἐκ τῶν ἡρωϊκῶν μέτρων. *Maximi de Electionibus* (Carmen) *ex heroico metro in pedestrem dictionem translatum.* Praecedunt tres hexametri, nimirum:

Εἰ δ' ἄγε μοι κύρη Πιμπληΐας ἔννεπε μῦσα
Μήνην ἱερόφοιτον, ὅπως ἄνδρεσσιν ἕκαςα
Σημαίνει, σκολιωπὸν ἐπισίχυσα κέλευθον.

quibus fortasse Maximus suam invocationem, & propositionem complexus fuerat. Metaphrasis inc. Πῶς ὁ τεχθεὶς ἄνθρωπος αὐξιφωτύσης τῆς σελήνης ἔμπρακτος ἔςαι, κ. λ. Primum Caput est Περὶ κτήσεως δύλων, secundum Περὶ πλῦ ϗ ἐμπορίας, tertium Περὶ ὁδοιπορίας, quod Fabricius inscribit Περὶ ξενιτείας, & unde incipit Poëma ab ipso editum, de quo egimus supra in Cod. XXVII. §. I. Reliquorum Metaphrasis Capitum tituli, cum illis dicti Poëmatis concordant; ultimum Περὶ κλοπῆς, des. ἀνεύρετον ποιεῖ τὸ ἀπολόμενον. Gaudendum igitur est, quod duobus, vel tribus Capitibus mutilo Maximi Carmine, eius saltem metaphrasis integra ad nos pervenerit. Haec Montfauconii diligentiam effugit.

XVIII. pag. 167. Sequuntur alia Anonymi auctoris Astrologica Περὶ τῶν ιβ ζωδίων (2), Περὶ ὧν ποιῦνται φάσεων οἱ ε' ἀςέρες πρὸς τὸν ἥλιον, Περὶ πολιορκυμένων πόλεων, Περὶ ἐπιςρατείας, Πρὸς τὸ πολιορκῆσαι πόλιν, Εἰς τὸ πῆξαι κορτίναν, &c. Horum omnium prima sunt: Ὁ ζωδιακὸς κύκλος κινεῖται λοξῶς. Vltima vero: ἐκ πολέμυ ἢ πυρὸς κίνδυνον φέρῃ.

Mutilus est in fine Codex; ultimus enim versus ita habet: Ἐκ τοῦ ί κεφαλαίυ τῆς ιβ' τροπ... τῶν καταρχῶν ἐὰν γίνῃ . . . . Ex praefixo autem Codici indiculo manu, ut videtur saeculi XV. colligimus, quod sequi debuerat *Prophetia de fine Machumeticae sectae, quo anno erunt quinque planetae in Leonis signo, quae est ad chartas huius libri* 171. *idest* ροα'.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saec. XI. Scriptor huius Codicis adhibet passim η pro ει, & vicissim ει pro η. Constat fol. scriptis 170.

ΕΙΣΑΓΩΓΗ ΕΙΣ ΑΡΙΘΜΗΤΙΚΗΝ ΕΠΙΣΤΗΜΗΝ

INTRODVCTIO IN ARITHMETICAM SCIENTIAM.

Seu potius

Nicomachi Geraseni de Arithmetices Introductione Libri II. cum scholiis marginalibus.

I. pag. 1. PRaecedunt Prolegomena ad Arithmeticae definitionem, divisionem, & scopum pertinentia: tum pag. 2. Νικομάχυ Γερασηνοῦ ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς τῶν εἰς δύο τὸ πρῶτον. *Nicomachi Geraseni Arithmetices introductionis duorum librorum primus.* Inc. Οἱ παλαιοὶ ϗ πρῶτοι μεθοδεύσαντες. Des. τετράγωνος αὐτός ἐςιν. Liber II. p. 31. *b.* inc. Επειδὴ δὲ ςοιχεῖον λέγεται ϗ ἐςίν. Des. τὺς αὐτὺς ἀπαραλλάκτυς λόγυς διατηρήσυσι . . . . . . Imperfectum est Opus. Scholia marginalia incipiunt: Διὰ δύο συλλογισμῶν δείκνυσιν ὁ Νικόμαχος. Des. αἵ τε ἄλλαι πᾶσαι καὶ παντες οἱ ἁρμονικοὶ ἐνθεωρῦνται λόγοι. Graece duos hosce libros excudit Christianus Wechelus Paris. MDXXXVIII. 4. Latine verterat Apuleius; sed eius versio intercidit. Ex Graecis in hanc Arithmeticam ἑρμηνεῦσι nominantur Heronas, Proclus Laodicenus, Asclepius Philosophus Trallianus, & Io. Philoponus, quorum scholia adhuc supersunt in variis Bibliothecis Angliae, Italiae, Galliae, Germaniae &c. Vid. Fabric. B. G. Vol. IV. pag. 5. COD. XXXV.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saec. XIV. non satis emendate scriptus; saepe enim η pro ε usurpatum notavi. Constat foliis 50.

ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΑΠΟΤΕΛΕΣΜΑΤΑ.

PTOLEMAEI APOTELESMATA.

EVmdem prorsus Tractatum continet, quem Codex XXXIII. huius Plutei, nisi quod heic desinit in primis verbis Capitis LXXXII. Libri II. quae sunt ista: Εἶπεν ὁ Απομάσαρ· ἐνδυναμοῦνται αἱ ἡμεριναὶ γενέσεις διὰ τοῦ ἡλίυ, ὅτε συσχηματίζεται . . . . . COD. XXXVI.

Codex Graecus chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. in fine mutilus. Constat foliis scriptis 102.

(1) Forte idem est cum illo, cuius Excerpta ex libris exegeticis in Paulli Alexandrini doctrinam Astrologicam innuimus supra in Cod. XIV. §. X.

(2) Hoc tamen primum Caput *de XII. Zodiaci signis* desumtum est ex Paulli Alexandrini Introductione in Apotelesmaticen, cuius primum Caput eodem modo inscribitur: περὶ τῶν ιβ' ζωδίων, de quo quidem Opere vide supra Cod. VII. §. VII.

ΑΡΑΤΟΥ ΦΑΙΝΟΜΕΝΑ.

ARATI APPARENTIA.

Adde

Cum Prolegomenis, & Commentariis Variorum.

COD. XXXVII. I. pag. 1. Τῶν Α'ράτυ φαινομένων προοίμιον. *In Arati Phaenomena Prooemium*. Inc. Τὴν μὲν δεῖξιν τῶν φαινομένων. Def. ὅπως μηδέν σε λανθάνῃ τῶν παρ' αὐτοῦ εἰρημένων. Est Dissertatio quaedam in Aratum, quam sub Eratosthenis, alias Hipparchi nomine edidit primus Graece Petrus Victorius Florentiae MDLXVII. fol. pag. 117. (1) deinde Gr. & Lat. Dionysius Petavius in Vranolog. Paris. MDCXXX. fol. recuso postea Antuerp. (2) MDCCIII. fol. Tom. III. pag. 142. quam nos editionem prae manibus habuimus; progreditur autem usque ad Caput, quod inscribitur, Περὶ μεταρσίων.

II. pag. 4. Γένος Α'ράτυ. *Arati Vita*. Inc. Α'ρατος πατρὸς μὲν ἐςιν Α'θηνοδώρυ, κ. λ. Def. καὶ περὶ μὲν τύτυ τοσαῦτα. Differt ab edita citatis locis, ac multo brevior est.

III. pag. 5. Α'ςροθεσίαι ζωδίων. *Constellationes signorum caelestium*. Prima est Α'ρκτυ μεγάλης, *Vrsae maioris*. Inc. Ταύτην Η'σίοδός φησι Λυκάονος θυγατέρα. Vltima Γαλαξίας, *Circulus lacteus*. Def. ἀποτελεσθῆναι τὸν γαλαξίαν κύκλον. Est Anonymi historicomythica enarratio singularum caeli Constellationum, quae desideratur in citatis editionibus.

IV. pag. 18. *b*. Α'ράτυ φαινόμενα (3). *Arati Phaenomena* cum scholiis uberrimis. Arati textus initium & finis concordat cum edito. Scholia inc. Ε'κ Διός. Πάνυ πρεπόντως ὁ Α'ρατος τὴν τῶν ἄςρων μέλλων διεξιέναι θέσιν, τύτων τὸν πατέρα ϗ δημιυργὸν Δία ἐν πρώτοις προσφωνεῖ, κ. λ. Def. Οὐδέποτε σχεδίως. Οὐδέποτε σχεδιάσεις τὰ περὶ τῦ ἀέρος, ἀλλ' ἀκριβώσεις. Haec scholia, auctoris nomine heic destituta, in Cod. XLIV. huius Plutei §. V. Theoni Alexandrino adiudicantur. Grotius tamen ad Aratum, ait, *non esse unius Theonis, sed & aliorum: nam & saepe idem iteratur, quod Scholiastae facere non solent, & contrariae sententiae inferuntur*. In fine legitur sequens amanuensis subscriptio: Τέλος τῶν φαινομένων Α'ράτυ. Ε'γράφη διὰ χειρὸς Ι'ωάννυ Θετταλοῦ τοῦ Σκυταριώτυ ἐν Φλωρεντίᾳ (4) . . . . . . ἐν ἔτει ἀπὸ Χριςοῦ γεννήσεως ,αυξδ'. μηνὶ Ι'αννυαρίῳ ις'. ἡμέρᾳ σεληνιακῇ. *Finis Phaenomenorum Arati. Scriptus est (Liber) manu Ioannis Thessali Scutariotae Florentiae . . . . anno a Christi nativitate MCCCCLXIV. mensis Ianuarii XVI. die Lunae*. Multos Ioannem hunc Codices scripsisse anno MCCCCLII. & sequentibus testatur in Palaeogr. Graec. p. 101. Montfaucon. hanc tamen subscriptionem omittit.

Codex Graecus membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidissimus, in cuius postremo folio Angelus Politianus αὐτοχειρὶ adnotavit: Emi eGo hunc librum AnGelus Politianus de heredibus Pauli Medici Astronomi Florentini (5). Constat fol. scriptis 62.

ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΓΕΩΓΡΑΦΙΑ.

PTOLEMAEI GEOGRAPHIA.

Eadem prorsus, atque illa, quae exhibetur in Codice IX. huius Plutei. COD. XXXVIII.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. min. Saec. XIV. nitidissimus, optimeque servatus. Constat fol. scriptis 177.

ΙΠΠΑΡΧΟΥ ΤΩΝ ΑΡΑΤΟΥ ΚΑΙ ΕΥΔΟΞΟΥ ΦΑΙΝΟΜΕΝΩΝ ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

HIPPARCHI EXPOSITIO APPARENTIVM EVDOXI ET ARATI.

I. pag. 1. *Hipparchi Bithyni Enarrationum ad Arati & Eudoxi Phaenomena Libri tres*. Primus inc. Ι'ππαρχος Αἰσχρίωνι χαίρειν. Η'δέως, κ. λ. Vltimus des. ποσὶ λαμπρός. Graece edidit primus ex hoc ipso Codice Petrus Victorius Florentiae apud Iuntas MDLXVII. fol. (6) deinde Gr. & Lat. Dionysius Petavius in Vranologio citatae superius edit. Tom. III. pag. 97. seq. COD. XXXIX.

II. pag. 98. Ε'κθεσις τοῦ κατὰ τὸ βόρειον ἡμισφαίριον ἀςερισμῦ. *Expositio Asterismi secundum Septentrionale hemisphaerium*. Inc. Α'ρκτου μικρᾶς ἀςερισμός. Ο' ἐπ' ἄκρας τῆς ὐρᾶς. Des. ὁ ἑπόμενος τῶν γ' ζυγῷ ε'.

III. pag. 115. *b*. Ε'κθεσις τοῦ κατὰ τὸ νότιον ἡμισφαίριον ἀςερισμοῦ. *Expositio Asterismi secundum Meridionale hemisphaerium*. Inc. Χηλῶν ἀςερισμός. Τῶν ἐπ' ἄκρας τῆς νοτίας. Des. ὁ βορειότερος αὐτῶν αἰγόκερως ιγ'. Sunt duo Excerpta ex Claudii Ptolemaei Magnae Constructionis Libro VII. & VIII. quae perperam Petrus Victorius Hipparcho Bithyno tribuit, & sub eius nomine cum supra memoratis ipsius genuinis Commentariorum libris edidit loc. cit. Subiicitur deinde in Cod. manu diversa sequens subscriptio: Η' βίβλος αὕτη τοῦ χαρτοφύλακος τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας Νικήτα τοῦ Κυπριανοῦ. *Hic liber est Chartophylacis sanctissimae magnae Dei Ecclesiae Nicetae Cyprii*.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. insignis, Saec. XI. Constat fol. scripris 130.

ΣΤΡΑ-

(1) Haec rarissima editio in publica adservatur Magliabech. Bibl. Operum vero, quae in ipsa continentur, catalogum vide apud Fabric. B. G. Vol. II. pag. 96. in nota secunda, qui tamen male ait, prodiisse MDLXI. Laudatur in Epist. Nuncupat. Cosmus I Magnus Etruriae Dux ob eius industriam in conquirendis Codicibus. In Epist. vero ad Lectores agitur de fragmento Theonis Alexandrini, & de versione Latina Hipparchi Bithyni in Aratum, quam Petrus Victorius se brevi editurum adfirmat. Nos quoque de eadem editione egimus in Vita P. Victorii, editioni eius Epistolarum praemissa T. I. pag. 61.

(2) Seu potius Amstelodam. ut contendit Fabric. Bibl. Gr. Vol. II. pag. 105.

(3) Arati Phaenomena suis se explicasse discipulis Petrus Victorius testatur Epp. Lib. VI. pag. 136 & 150. seqq.

(4) Litura est in Codice.

(5) De Paulo Astrologo Florentino consule quae diximus Tom. I. p. 52. Speciminis Histor. Litterar. Florent.

(6) Vide supra Cod. XXXVII. in not. 1.

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΑ.

STRABONIS GEOGRAPHICA.

Scilicet

Libri primi X.

COD. XL. I. pag. 1. COncordant cum editis. In fine Libri V. & VI. repetuntur aliqua ex initio ſequentium librorum, ut in Codice V. Argumenta item libris VII. & X. praecurrunt, ut in dicto Codice.

Codex Graecus papyrac. Ms. in 4. Saec. XIV. eleganter ſcriptus, optimeque ſervatus. Conſtat fol. ſcriptis 207.

ΦΡΑΓΚΙΣΚΟΥ ΤΟΥ ΚΡΗΤΟΥ ΛΟΓΟΣ.

FRANCISCI CRETENSIS SERMO.

COD. XLI I. pag. 1. SIne alio titulo interiori inc. Γέγραπται ἔκπαλαι ἐπ' ἀληθείᾳ ἱεροῖς ἐν θεοπνεύστοις δέλτων ῥήσεσιν, ὁσιώτατε πατερ πατέρων, παντὸς ἱερωτάτου τάγματος καὶ ἀξιώματος, τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ ἐλέει, νεύσει τε προνοίας θείας, καὶ τανῦν τελειοτάτῃ χάριτι καθηγεμὼν μακαριώτατε, ὡς ἐχρημάτιστό ποτε ἀνδρὶ θεοσεβεῖ πρεσβυτάτῳ Συμεῶνι, θανάτου οὐ μὴ γεύσασθαι, ἕως ἂν εἴδῃ τὸ σωτήριον κυρίου. προσέτι ἐν ἑτέροις, ὡς ἐχάρη ἂν Ἀβραὰμ εἰδεῖν τὴν τοτε ἡμέραν, ἣν μετὰ πολὺ τῶν χρόνων ἄλλοι θεωροῦντες τὴν ἐκεῖσε χάριν πλήν τινων οὐκ ἔγνωσαν. Διὸ ἡ μὴν κᾀμοὶ περισκοποῦντι τὸ ἐνδιάλλακτον περιδρομῆς τῶν χρόνων, καὶ θείας νέας ἐκλογῆς τὸ ἀρχιερατικὸν τῆς ἀκροτάτης ἐπὶ γῆς δυνάμεως καὶ ἐξουσίας ἐν τῇ σῇ ἀποτελεσθὲν μακαριότητι, τίς εἶδεν εἰ ἔμελλε γενέσθαι τοιαύτη χρησμωδία, ὅπου τὰ πάντα ἐν ἀποκρύφοις προδιώρισται, καὶ χαρίσομαι κᾀγὼ εἰδεῖν ἡμέραν τὴν ἐκ λυπηρῶν πολλῶν σωτήριον, κ. λ. Def. Δίοι οὖν Θεὸς τῶν πάντων ἀγαθῶν ἀξιέπαινος δοτὴρ εἰδεῖν τὸ περιπόθητον ἐν σῇ μακαριότητι, καὶ τότε εἴποιμι εὐκταίως καὶ ἡδέως, Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, δέσποτα, κ. τ. λ. Καὶ τότε ὄφελον χαρήσομαι ὡς Ἀβραὰμ, εἰ θεωρῶν ἔσομαι ἡμέραν ἐκείνην τὴν χαρμόσυνον. Ἐλάχιστος δοῦλος δούλων σεβασμίας σῆς μακαριότητος Φράγκισκος ὁ ἐκ Πόρτου τὸ ἐπίκλην, τῇ δὲ πατρίδι Κρὴς, δεόμενος τὰ εὐάρεστα ἀεὶ Θεῷ τῷ παναγάθῳ. De auctore huius Sermonis, ſive Epiſtolae ad quemdam Pontificem, Lucas Holſtenius in prima Codicis pagina, ut adſolet, αὐτοχειρὶ ita adnotavit: *Hic eſt Franciſcus Portus, qui apoſtata & haereticus Genevae obiit.* Fortaſſe ille eſt, cuius exſtant Commentarii in Thucydidis Opera edit. Graec. Lat. Francof. MDIC. fol. per Aemilium Portum, ut habet Fabric. B. G. Vol. I. pag. 876. N. 2. itemque in varia Xenophontis Opuſcula Morgiis MDLXXXVI. 4. teſte eodem Fabric. B. G. Vol. II. p. 78. in not. fuitque praedicti Aemilii Porti pater.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. min. Saec. XVI. Conſtat fol. ſcriptis 5.

ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΓΕΩΓΡΑΦΙΑ.

PTOLEMAEI GEOGRAPHIA.

I. pag. 1. EAdem cum illa Codicis IX. huius Plutei. In fine ipſius Calligraphi manu ſcriptum legitur: Τέλος τῆς Γεωγραφικῆς Πτολεμαίου. Ἐγράφη δὲ χειρὶ Δημητρίου 1445. μηνὶ Μαΐῳ ιθʹ. Ἤδη τέλος πέφυκεν ἡ βίβλος αὕτη. *Finis Geographicae* (Enarrationis) *Ptolemaei. Scripta autem eſt manu Demetrii 1445. menſe Maio, die XIX. Finem iam accepit hic liber.* Haec ſubſcriptio memoratur a Montfauconio in Palaeographia Graeca pag. 79. COD. XLII.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saec. XV. Conſtat folĳs 147.

ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΣΥΜΠΡΑΓΜΑΤΙΚΗΣ ΠΡΟΣ ΣΥΡΟΝ.

CLAVDIVS PTOLEMAEVS DE SYMPRAGMATICE AD SYRVM.

Scilicet

Claudii Ptolemaei Quadripartitum, & Procli Diadochi Hypotypoſis Aſtronomicarum poſitionum.

I. pag. 1. C*Laudii Ptolemaei Tetrabiblos ad Syrum*, vulgo *Quadripartitum*, ut in Cod. XVI. huius Plutei §. XI. COD. XLIII.

II. pag. 42. Sequuntur Tabulae quaedam Aſtronomicae iuxta Perſas, praevia ipſarum brevi explanatione.

III. pag. 44. *Procli Diadochi Platonici Hypotypoſis Aſtronomicarum poſitionum*, ut in Cod. VII. §. IV.

IV. pag. 66. *b.* Subnectitur fragmentum Aſtronomicum, Ὅτι ἡ λʹ τοῦ Σεπτεμβρίου ἐστὶ κυρίως ἀρχὴ τοῦ ἔτους, καὶ οὐχ ἑτέρα παρὰ ταύτην. *Quod trigeſima dies Septembris eſt proprie initium anni, & non alia praeter ipſam.*

Cod. Graec. papyraceus Ms. in 4. Saec. XV. Conſtat fol. ſcriptis 66.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΠΕΡΙ ΚΛΙΜΑΤΩΝ ΤΗΣ ΓΗΣ.

DE CLIMATIBVS TERRAE INCERTI AVCTORIS.

Ac praeterea

Adamantii Sophiſtae de ventis, ac variorum in Aratum Commentarii.

I. pag. 1. ΠΕρὶ τῶν κλιμάτων τῆς Γῆς, ἐν οἷς συμβαίνει αὔξησις καὶ μείωσις τοῦ νυχθημέρου ἐναλλάξ. *De Climatibus terrae, in quibus mutatis vicibus contingit auctio & decretio noctis ac diei*, auctore Anonymo. Inc. Κλίματα ἑπτὰ τῆς ὅλης ὑπάρχει γῆς. Def. καὶ τοῖς βορείοις μέρεσιν. COD. XLIV.

II.

II. pag. 2. *b.* Ἀδαμαντίυ σοφιςῦ περὶ ἀνέμων. *Adamantii Sophistae de ventis*. Inc. Ἐπειδὴ ἐκ τῶν τῆς γῆς ἀναθυμιάσεων οἱ ἄνεμοι γεννῶνται. Des. ἢ οἰκειότεροι μᾶλλον τοῖς σώμασιν ἡμῶν. Exstat Ms. etiam in Regia Paris. Biblioth. Cod. MCCXIII. teste Fabric. B. G. Vol. II. pag. 171. in not.

III. pag. 5. Ἐκ τῶν Ἀχιλλέως πρὸς εἰσαγωγὴν εἰς τὰ Ἀράτυ φαινόμενα. *Ex Achille* (Tatio) *Isagoge, seu introductio in Arati Phaenomena*. Inc. Μισῶ μὲν ὅς τις ἀφανῆ, κ. λ. Des. ᾗ τῦ τρυγητοῦ ἐσημειοῦντο. In fine repetitur titulus. Graece primus edidit Petrus Victorius Florentiae MDLXVII. fol. (1) deinde Gr. & Lat. Dionys. Petavius in Vranologio cit. edit. Tom. III. pag. 73.

IV. pag. 35. *Ex tertio Libro Hipparchi in Arati & Eudoxi Phaenomena de astris una cum duodecim Zodiaci signis exorientibus* Excerptum. Incipit a verbis: Ἐπειδὴ τῶν ἐκτὸς τῦ ζωδιακῦ κύκλυ, κ. λ. usque ad finem Libri. Ibid. p. 136. seqq.

V. p. 43. Ἐκ τῆς εἰς τὰ τῦ Ἀράτυ φαινόμενα Θέωνος ἐξηγήσεως ἐκλογαὶ διορθωθεῖσαι παρὰ τοῦ σοφωτάτυ μοναχοῦ κυρίυ Μαξίμυ τοῦ Πλανύδη. *Excerpta e Theonis Enarratione in Arati Phaenomena, digesta a sapientissimo Monacho D. Maximo Planude*. Inc. Πάνυ πρεπόντως, κ. λ. Eadem sunt cum scholiis, de quibus supra in Cod. XXXVII. §. IV. egimus.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. maiori, Saec. XV. nitidus. Constat foliis scriptis 79.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΜΗΧΑΝΙΚΑ.

ARISTOTELIS MECHANICA.

Adde etiam

Theophrasti Metaphysica, & Michaëlis Pselli de Daemonum operatione Dialogum.

COD. XLV. I. pag. 1. Ἀριςοτέλυς μηχανικά. *Aristotelis Mechanica* cum mathematicis figuris in margine minio expressis. Inc. Θαυμάζεται μὲν κατὰ φύσιν. Des. ἀθροίζεσθαι. Inde legitur haec subscriptio: Ἐγράφη ἐν Μεδιολάνῳ τῇ Ἰαννυαρίυ ιγ'. ἔτει ἀπὸ τῆς τῦ κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριςοῦ γεννήσεως ͵αυμέ. *Scriptus est Mediolani XIII. Ianuarii, Anno a D. N. I. C. Nativitate* MCCCCXLV. Exstant inter Aristotelis Opera Tom. I. a pag. 1183. ad 1200. edition. Paris. Guillelmi Du-Val A. MDCXIX. fol.

II. pag. 54. Θεοφράςυ μετὰ τὰ φυσικά. *Theophrasti Metaphysica*. Inc. Πῶς ἀφορίσαι δεῖ. Des. πρὸς ἄλληλα. Exstant haec Theophrasti Eresii, discipuli & successoris Aristotelis, Metaphysica Graece in Friderici Sylburgi editione Graeca Operum Aristotelis Wecheliana Francofurti A. MDLXXXVII. in 4. & quidem in Tomo antepenultimo a pag. 252. usque ad 262. ubi inscribitur: Τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ, ita ut subintelligatur βιβλίον, seu ἀπόσπασμα.

III. pag. 71. Τὸ περὶ ἐνεργείας δαιμόνων. *De operatione Daemonum* Dialogus, auctore Michaële Psello, qui circa annum Christi MLXXVIII. obiit. Vide in Codice XXXII. Pluteo IX. Catalogi nostri pag. 444. §. XVIII. & Not. 2. Adponuntur in margine brevia scholia, seu potius summa eorum, quae pertractantur in Dialogo. Subiicitur notula insequens: Ἐγράφη ἐν Μεδιολάνῳ τῇ Ἰαννυαρίυ κβ'. *Scriptus est Mediolani, Ianuarii die XXII.*

Codex Graec. chart. Ms. in 8. maior. Saec. XV. nitidus. Constat foliis scriptis 111.

ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΠΛΑΝΩΜΕΝΟΥΣ ΥΠΟΘΕΣΕΩΝ.

PTOLEMAEI DE SVPPOSITIONIBVS SECVNDVM ERRANTES STELLAS.

Adde

Theonis Alexandrini, & Theodori Metochitae Astronomica.

I. pag. 1. Ex huius Codicis mutilatione, quae pluribus in locis contigit, nonnullorum Operum, quae inibi continentur, initia, ac proinde auctorum nomina desiderantur. Prima septem folia continent duo fragmenta Ptolemaei Operis, quod inscribitur, *Hypothesis Stellarum Errantium*. Primum ab initio incipiens, progreditur usque ad verba: τῶν περιεχυσῶν αὐτὺς σφαιρῶν . . . & est unius integrae paginae. Alterum a verbis. . . . ἐκβαλλομένην εὐθεῖαν ἀπολαμβάνειν, κ. λ. pergit usque ad illa τῶν κέντρων αὐτοῦ τε ᾗ τοῦ ἀπογειοτέρυ . . . , & sex reliquas paginas occupat: videntur autem inter primum & secundum fragmentum duo folia desiderari. Habes integrum Opus supra in Cod. I. §. III. & alibi. COD. XLVI.

II. pag. 8. Continet hoc folium unicum, fragmentum alterius Ptolemaei Operis, inscripti, *Declaratio, & ordinatio promtorum Astronomiae Canonum*, incipiens a verbis, καὶ τὰς ἐν δευτέρῳ σελιδίῳ τῶν παραλλάξεων, κ. λ. quae pertinent ad Caput, quod in Cod. I. inscribitur, Περὶ τῶν σεληνιακῶν προσνεύσεων, & desinens in illis, ἢ πρὸς μεσημβρίαν ἐξηκοςὰ μζ' ἐν ὐδενὶ τῶν ἐκ . . . . . . quae occurrunt paullo post initium sequentis Cap. Περὶ τῶν ἡλιακῶν ἐκλείψεων. Habes integrum in dicto Cod. I. §. II. & alibi.

III. pag. 9. Tractatus Anonymi de Astronomia valde longus, Capitibus constans XXXIII. Primi tamen Capitis initium deest, ob memoratum defectum. Secundi titulus est: Περὶ τῶν ε' κεφαλαίων τῆς κατὰ μῆκος ἡλίυ καὶ σελή-

(1) In praefat. ait: *Achillis itidem duo exemplaria nactus sum, non parum inter se multis locis discrepantia, quod facit tamen ad verba potius, & ipsorum seriem, quam ad sententiam auctoris magnopere variandam.*

σελήνης ϛ τῶν ε' πλανωμένων ψηφοφορίας. Initium vero: *Ε'πειδὴ ἐκ χρόνȣ τινὸς ϗ τόπȣ τὴν ἀςρῴαν κίνησιν ἀριθμεῖν ὡρίσθη ὑπὸ Κλαυδίȣ Πτολεμαίȣ τοῦ γράψαντος περὶ τῆς τῶν ἀςέρων κινήσεως, κ. λ.* Vltimum, quod eſt *Μέθοδος, δι' ἧς εὑρίσκεται τὸ πάσχα κατὰ τὴν ἐκκλησιαςικὴν παράδοσιν*, deſ. *χαίροντες ϛ συνδοξάζοντες τὸ πανάγιον αὐτοῦ ὄνομα σὺν τῷ ἀχράντῳ πατρὶ ϗ ζωοποιῷ πνεύματι, κ. λ.* Scriptus igitur apparet a quodam Chriſtiano, & quidem poſt annum Philippi DCCCCXLI. Indict. VI. nam mentio in eo fit coniunctionis eclipticae menſis Novembris, ſive ſecundum Alexandrinos Athyr, anno, & indictione ſupradicta. Innititur autem auctor ſuper Ptolemaei *προχείρȣς κανόνας*, quos in omni ferme paragrapho citat, & iuxta ipſius praecepta ſuas peragit Aſtronomicas obſervationes. In fine leguntur hi verſiculi:

Οὐρανίων ἄςρων πορείην ϗ κύκλα σελήνης
Ε'ξεθέμην σελίδεσσι πολύφρονα δάκτυλα κάμπτων.
Caeleſtem aſtrorum curſum, lunaeque meatus
Expoſui chartis digitos multa arte retorquens.

IV. pag. 142. *Theonis Alexandrini in promtos Ptolemaei Canones* Syntagma alterum ad filium Epiphanium, ut in Cod. VII. §. I. Sequuntur p. 190. alia Capita, quorum hi tituli:

Μέθοδος εἰς τὸ εὑρεῖν τὸν ἥλιον ἐν ποίᾳ μοίρᾳ τοῦ ζωδίȣ ἐςίν:
Ψῆφος τῆς κατὰ μῆκος σελήνης.
Ε'ρμηνεία τοῦ ἐξαναλόγȣ.
Περὶ ὡρῶν μεταβολῆς.
Περὶ τῆς τῶν ἐφημερίδων ἐκθέσεως.
Περὶ ἰσημερινῆς ὥρας ϗ τῶν ταύτης μορίων.

V. pag. 202. *Ε'κ τῆς ἀςρονομικῆς ςοιχειώσεως μεγάλȣ Λογοθέτȣ τοῦ Μετοχίτȣ. Ex Aſtronomica Inſtitutione Magni Logothetae Metochitae*, excerpta Capita. Inc. *Ε'ν μὲν ȣ̃ν τῷ πρώτῳ κανόνι τῷ τῶν ὀκτωκαιδεκαετηρίδων ἐπιγραφομένῳ*. Deſ. *ταὐτὸ δὲ εἰπεῖν ϗ Ρ'ωμαϊκόν*. Capitum, quae pertractantur, tituli ſunt:

Διασάφησις τῆς ἐκθέσεως τῶν ιη' ἐτηρίδων, ϗ τῶν λοιπῶν, ἤτοι ἁπλῶν ἐτῶν, μηνῶν, ϛ ἡμερῶν, ϗ ὡρῶν Αἰγυπτίων.

Περὶ τῆς τοῦ ἀνωμάλȣ τοῦ ἡλίȣ κινήσεως, καὶ ἔκθεσις κανόνος τῆς τοιαύτης κινήσεως.

Διασάφησις τοῦ κανόνος τῆς τοῦ ἡλίȣ ἀνωμάλȣ κινήσεως.

Κανόνιον τὸ λεγόμενον προκανόνιον.

Τίς ὁ καλȣ́μενος τοῖς μαθηματικοῖς ἐξαναλόγȣ ἀποδεικτικὸς τρόπος, ϗ πῶς ἐςιν αὐτῷ χρῆσθαι, ϗ κατὰ τίνα λόγον τὸ ἀληθὲς καὶ ἀσφαλὲς ἔχειν.

Παράδοσις, πῶς διὰ τῶν τοιȣ́των κανόνων ἕξεσιν ἀνευρίσκειν ἑκάςοτε συνοδικὰς ϗ πανσεληνιακὰς συζυγίας.

Huius Theodori Metochitae (1) Aſtronomicae Inſtitutionis Liber I. Capita continens XXXI. habetur in Venet. ad D. Marcum Bibl. Cod. CCCXXIX. Catalog. pag. 151. & inter inedita recenſetur. Eiuſdem praeterea tum Mathematica, tum in Ptolemaei Magnam Syntaxin Commentarios exſtare item ineditos, teſtatur Fabric. B. G. Vol. IX. p. 229. §. IV. Sequuntur deinde a pag. 222. uſque ad finem Tabulae Aſtronomicae, pauciores tamen, quam in aliis Codicibus; multae enim deſunt, mutilato in fine Codice.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 8. Saec. XV. Conſtat fol. ſcriptis 266.

ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΜΑΘΗΜΑΤΙΚΗ ΣΥΝΤΑΞΙΣ.

CLAVDII PTOLEMAEI MATHEMATICA CONSTRVCTIO.

Et alia eiuſdem Opera.

I. pag. 1. *Mathematicae, ſeu magnae Con- ſtructionis Claudii Ptolemaei* COD. XLVII.
Libri XIII. cum ſcholiis quibuſdam marginalibus, ut in Codice I. huius Plutei a pag. 23. ad pag. 168.

II. pag. 270. *Eiuſdem declaratio, & ordinatio promtorum Canonum Aſtronomiae &c.* cum aliquot aſtronomicis tabulis in fine. Ibid. §. II.

III. pag. 291. *b. Eiuſdem apparentiae ſtellarum fixarum, earumque ſignificationes, iuxta menſes Alexandrinos*, cum quibuſdam in fine de ſtellarum magnitudine. Ibid. §. IV.

IV. pag. 303. *b. Eiuſdem de iudicandi facultate, & animi principatu*. Ibid. §. V.

V. pag. 311. *b. Eiuſdem Hypotheſis ſtellarum errantium, ad Syrum*. Ibid. §. III. Interiecta ſunt autem in Codice quaedam ſcholia.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 4. Saec. XIV. tineis valde corroſus. Conſtat foliis 319.

ΠΡΟΚΛΟΥ ΔΙΑΔΟΧΟΥ ΥΠΟΤΥΠΩΣΙΣ ΤΩΝ ΑΣΤΡΟΝΟΜΙΚΩΝ.

PROCLI SVCCESSORIS DESIGNATIO ASTRONOMICORVM.

Inſuper

Theonis Alexandrini in promtos Ptolemaei Canones Commentarius.

I. pag. 1. *PRocli Lycii Diadochi Platonici* COD. XLVIII.
Hypotypoſis Aſtronomicarum Poſitionum, cum ſcholiis, & figuris mathematicis in margine. Vid. ſupra in Cod. VII. §. IV. Sequitur deinde Caput inſcriptum: *Πῶς δεῖ εὑρίσκειν τὰ τῆς ἀςρονομίας πέντε κεφάλαια.*

II. pag. 25. *Theonis Alexandrini in promtos Ptolemaei Canones Syntagma ſecundum* ad Epiphanium filium, cum Tabulis Aſtronomicis, (2) ut in dicto Cod. VII. §. I. Heic tamen interiecta ſunt quaedam ſcholia manus aeque antiquae. In fine Tabularum verſus iambici octo apponuntur. Ii vero ſunt:

E''ν-

(1) Hic Theodorus Metochita, Georgio Metochita paullo iunior, ſub Andronico Palaeologo ſeniore. ampliſſima Magni Logothetae dignitate functus eſt ab Anno Chriſti MCCCXIV. & filiam ſuam Irenem Ioanni Palaeologo panhyperſebaſto, Conſtantini Palaeologi filio, nuptui collocavit. Plura ſcripſit, partim edita, partim inedita, de quibus vid. Fabric. Bibl. Gr. Vol. IX. pag. 214. ſeqq.

(2) Placet heic adnotare, in Tabula annorum Romanorum Imperatorum ultimum poni Leonem, & ad Diocletiani annos adſcriptum eſſe, Pappum ſub illo ſcripſiſſe: in laterculo deinde Conſulum procedi a temporibus Antonini Pii uſque ad annum nonum poſt Conſulatum Mauricii Tiberii Auguſti ſolius.

Ε῎νθεν σελήνης ἀφθίτυ καθημέραν
Θεῖος δρόμος τάχιςος ἐξιχνεύεται,
Ε᾿ὰν μετρήσῃς ἡμέρας ὅσας ἔχει,
Α᾿φ᾿ ὗ προσῆλθεν ἡλίῳ τῷ παμφαεῖ,
Ταύτας δ᾿ εἰσάξας ἐν πρώτῃ θέσει ςίχυ
Ζῶον κατ᾿ ἰθὺ τῦ ζώυ τεταμένων
Δέδεξο νέρθεν ἡλίυ περισκοπῶν,
Ε᾿ν ᾧ περ αὐτὸς ἡνιοςροφεῖ παρών.

qui pertinent ad explanationem postremae Tabulae, Lunae cursum exhibentis.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 8. Saec. XI. Constat fol. scriptis 162.

ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΗ ΥΦΗΓΗΣΙΣ.

PTOLEMAEI GEOGRAPHICA NARRATIO.

COD. XLIX. COncordat cum edit. G. L. Amstelod. cit. superius in Cod. IX. Primis autem VII. Libris appositae sunt suis locis Tabulae Geographicae, diligentissime ab eadem manu depictae. In fine septimi Libri sequior manus nonnulla adiecit item Geographica, ita propere tamen ac negligenter exarata, ut vix legi possint. Octavus desinit, ut in dicto Cod. IX. apposita deinde subscriptione: Ε᾿κ τῶν Κλαυδίυ Πτολεμαίυ γὰρ γραφικῶν βίβλων ὀκτὼ τὴν οἰκυμένην πᾶσαν Α᾿γαθὸς Δαῖμον (2) Α᾿λεξανδρεὺς μηχανικὸς ὑπετυπώσατο. *Ex Claudii Ptolemaei Geographicis Libris VIII. orbem terrarum universum Agathos Daemon Alexandrinus Mechanicus delineavit*. Sequuntur tandem alia eiusdem recentioris manus, de qua supra, item Geographica, in quibus de longitudinum, ac latitudinum gradibus inveniendis agi videtur.

Codex Graecus membran, Ms. in fol. Saec. XIV. Constat fol. scriptis 111.

(1) Ita scriptum est in Codice disiunctim, non autem Α᾿γαθοδαιμων, ut legitur coniunctim in editione Bertiana. Haec vero nostri Codicis subscriptio adfertur a Montfauconio in Palaeogr. Gr. pag. 92. ubi Agathodaemon scriptum reperies.

Quum supra pag. 47. in not. 3. Hadriani Relandi mentio inciderit, qui Fastos Consulares ex Cod. XXVI. huius Plutei descriptos, typis excudit, placet heic ex eius Praefat. ad Appendicem, Theod. Iansonii ab Almeloveen Fastorum Romanorum Consularium Libris duobus Amstel. MDCCXL. in 8. subiectam, ea, quae ad hanc rem faciunt, pro Plutei coronide in medium adferre. Ita igitur incipit Praefatio:

HADRIANVS RELANDVS L. S.

POstquam Idus Februariae anni elapsi fratrem meum rebus humanis eripuerant, in bibliotheca ipsius codicem manu exaratum inveni hoc titulo: Catalogi duo Bibliothecae Florentinae, Langii alter, alter Holstenii, quibus etiam nonnulla Morus ab iis praetermissa suis adiecit locis. *Hunc versans deprehendi Holstenium* scamno 28. *mentionem libri facere, in quo exstabant* fasti Consulares ab Imperio Antonini incipientes, quos in principio Codicis legum olim exstitisse auctor testatur. *Suspicabar illico fastos illos, quoniam in usum iuris consultorum scripti erant, utiles futuros rei litterariae, si cum fastis fratris mei, qui & ipsi ex codice Imperatorum Theodosii & Iustiniani depromti erant, ederentur. Nec alios esse mihi persuadebam, quos vir eximius, Henr. Dodvvellus, in* Appendice ad dissertationes Cyprianicas *ediderat; quoniam uti Holstenius eos initium capere ab Imperio Antonini notaverat, utrique fasti, & quos Theonis, & quos Heraclianos vocat, ab Antonini consulatu inchoantur. Praeterea, quum Dodvvellus ex apographis Saviliano & Vossiano fastos descripserat, probabile mihi videbatur, illa apographa codicibus Bibl. Flor. ortum suum debere. Rogavi itaque per litteras virum humanissimum Antonium Magliabechium, quicum mihi erat amicitia, curaret mihi describi fastos illos in Bibl. Laur. latentes: verum dum aliquot mensium intervallo frustra responsum Florentia exspecto, nuncius ad nos defertur de obitu viri, quem respublica litterarum, cui multum profuit, exstinctum luget. Imploro protinus opem Ant. Mar. Salvinii, publici Graecarum litterarum Florentiae Professoris, cuius eruditio uti publicis monumentis testata est, ita de humanitate ipsius privatis mihi constabat testimoniis. Explevit ille exspectationem diuturni desiderii mei, & per eruditissimum iuvenem Io. Bottarium descriptos mihi fastos transmisit, quos collatione instituta deprehendi plane eosdem esse, ac illos, quos Theonis nomine ediderat Dodvvellus. Quare non dubitavi illos Florentinos minores appellare: atque ita in ipsis fastis consularibus fratris mei, pro eo quod ipse fastos Theonis memoraverat, Fastos Florentinos minores scripsi; ratus non sufficere ut Theonis foetus habeantur, quod in eodem Codice quo Theonis opuscula continerentur. Ceterum in hac opinione me confirmavit Io. Massonii, viri eruditissimi, & variis doctrinae atque ingenii monumentis editis notissimi, observatio, quam* Hemerologio mensium variarum gentium, *quod prelum exercet, pag. 6. & 7. inseruit, fastos illos consulares, qui manu exarati exstant in Bibliotheca Laurentiana Medicea Pluteo XXVIII. num. 26. & 12. esse eosdem, quos Dodvvellus publici iuris fecerat, quibusque nomen Theonis Heracliique praefixerat, & codicem Vossianum apographum esse codicis Medicei. Quod quidem gaudeo ab viro mihi amicissimo deprehensum, & variis argumentis demonstratum esse, quum ego ex lectione catalogi Holsteniani illud modo suspicatus fuissem. Quare, uti fastos, qui Theonis hactenus nomen praetulerunt, Florentinos minores appellavi; ita illos, qui temere nimis Heracliani crediti sunt, Florentinos nuncupavi maiores, Hi illi fasti sunt, quos primo loco in hac appendice exhibemus &c.*

FINIS PLVTEI XXVIII.

BIBLIOTHECAE

MEDICEAE LAVRENTIANAE CATALOGVS.

PLVTEVS XXXI.

CONTINENS GRAECOS CODICES MSS. XXXIII. EDITOS VI.


CODEX I.

ΑΙΣΧΥΛΟΣ.

AESCHYLVS.

Titulum corrige

Euripidis, Sophoclis, & Aeschyli Tragoediae.

I. p. 1. *Vripidis Tragoediae XI.* Prima est *Rhesus*, II. pag. 6. *b. Iphigenia in Tauris*, III. pag. 14. *Iphigenia in Aulide*, IV. pag. 22. *b. Pentheus*, V. p. 31. *Supplices*, VI. pag. 37. *b. Cyclops*, VII. pag. 41. *Heraclidae*, VIII. pag. 47. *Hercules furens*, IX. pag. 54. *Helena*, X. pag. 63. *Ion*, XI. pag. 70. *b. Electra*. Initium & finis singularum concordat cum edit. G. L. Genevensi A. MDCII. apud Paullum Stephanum, Part. II. Argumenta praeferunt prima, secunda, sexta, septima, octava, & decima, quae cum editis item concordant, praeter argumentum primae, quod in Codice longius aliquanto progreditur. In reliquis nulla hypothesis. Tragoediae IV. quae heic inscribitur *Pentheus*, in edit. titulus est *Bacchae*, cuius ferme dimidium recentiori manu suppletum fuit.

II. pag. 77. *Sophoclis Tragoediae VI.* cum argumentis. Prima est *Aiax Mastigophoros*, seu *Flagellifer*, II. pag. 85. *Electra*, III. pag. 93. *Oedipus Tyrannus*, IV. pag. 101. *Philoctetes*, V. pag. 109. *Antigone*, VI. pag. 116. *Trachiniae*. Initium & finis singularum concordant cum Graeca Sophoclis editione Genev. MDLXVIII. 4. curante Henr. Stephano. In argumentis tantum aliquod discrimen occurrit. Aiacis enim hypothesis inc. Αἴας ὁ Τελαμώνιος σὺν τοῖς ἄλλοις στρατηγοῖς τῶν Ἑλλήνων ἐπιστρατεύσας. Des. οὐκ ἀξίων ζῆν, ἐπεὶ τοιαῦτα ἔπραξεν. Electra, praeter hypothesim illam editam, quae inc. Ὑπόκειται ὧδε τροφεὺς, κ. λ. aliam praefert multo longiorem, cuius initium est: Τάνταλος ὑὸς Διὸς ἦν. Finis: καὶ τὸ λοιπὸν ἐν τῷ δράματι ζητῶν εὑρήσεις. Oedipo ἔμμετρον tantum Aristophanis grammatici argumentum praeit, quo caret Philoctetes. Antigones, & Trachiniarum argumenta, paucis exceptis, cum editis conveniunt. Trachinias praeterea tredecim versus heroici praecedunt, totidem Herculis labores exprimentes. Ii sunt:

Πρῶτα μὲν ἐν Νεμέᾳ βριαρὸν κατέπεφνε λέοντα.
Δεύτερον ἐν Λέρνῃ πολυαύχενον ἔκτανεν ὕδραν.
Τὸ τρίτον αὖτ' ἐπὶ τοῖς Ἐρυμάνθιον ἔκτανε κάπρον.
Τέτρατον δ' ἔλαφον μετὰ ταῦτ' ἤγρευσε τέταρτον.
Πέμπτον δ' ὄρνιθας Στυφηλίδων ἐξεδίωξεν.
Ἕκτον Ἀμαζονίδος κόμισε ζωστῆρα φαεινόν.
Ἕβδομον Αὐγείου πολλὴν κόπρον ἐξεκάθηρεν.
Ὄγδοον ἐκ Θρήκης Διομήδεος ἤλασεν ἵππους.
Ἔννατον ἐκ Κρήτης πυρίπνοον ἤλασε ταῦρον.
Γηρυόνος δέκατον βόας ἤλασεν ἐξ Ἐρυθείης.
Ἑνδέκατον δ' ἀνάγκει κύνα Κέρβερον ἐξ ἀΐδάω.
Δωδέκατον δ' ἤνεγκεν ἐς Ἑλλάδα χρύσεα μῆλα.
Θυστιέω θυγατρῶν τρισκαιδέκατος τέλεν ἆθλος.

Clauditur vero Tragoedia sequenti amanuensis nota: Τοῦ λογιωτάτου αὐθεντὸς κυρίου Φραντζίσκου τοῦ Φιλέλφου ἐστὶν ἡ βίβλος αὕτη. *Eloquentissimi auctoris Domini Francisci Philelphi est hic liber*; quam sequuntur versiculi tres, nimirum:

Οἱ δέλτον ἕξειν τήνδε μέλλοντες πόθῳ,
Σὺν τῷ ἐπιτάξαντι καὶ τοῦ γραφέως
Ἀναξίου μέμνησθε θύτου Ἀγγέλου.

Qui librum hunc estis cum adfectu complexuri,
Et eius, qui hunc scribendum iussit & scriptoris
Indigni recordemini sacerdotis Angeli.

III. pag. 124. *Aeschyli Tragoediae III.* sine argumentis. Prima est *Prometheus*, II. pag. 130. *Septem Duces adversus Thebas*, III. pag. 135. *Persae*. Concordant quoad initium & finem cum edit. Graeca MDLVII. ex officina Henr. Stephani.

Codex Graec. chartac. Ms. in folio Saeculi XV. ineuntis, cuius extrema pagina diversa manu est exarata. Constat foliis scriptis 140.

ΚΑΝΟΝΕΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΙ ΚΑΙ ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΤΡΑΓΩΔΙΑΙ Γ′.

REGVLAE GRAMMATICALES, ET AESCHYLI TRAGOEDIAE III.

Quibus adde

Theodori Prodromi Carmina quaedam, & alia.

COD. II. I. p. 1. MVtilum initio Codicem, primi Operis sequens titulus edocet: Τῦ αὐτῦ μονόςιχα εἰς τὰ τέλη τῶν ἑκάςης ἡμέρας μνημονευομένων ἐν ὅλῳ τῷ ἔτει, συνεφαινομένυ καὶ τῦ ἐπωνύμυ τῦ ποιητῦ τοῖς ἐν ἑκάςῳ μηνὶ ἀρκτικοῖς τῶν πρώτων ςίχων ςοιχείοις. *Eiusdem Monosticha* (iambica) *in festa Sanctorum cuiuslibet diei totius anni, primorum cuiusque mensis versuum initialibus litteris auctoris cognomen indicantibus*, quod est *Prodromus*, acrostichis enim est του Προδρομου. Incipit igitur Menologium istud iambicum a prima die Septembris, qua S. Symeonis Stylitae memoria colitur, hoc pacto:

Τον Συμεώνην ἐκ ςυλυ πόλος φέρει.

Desinit in trigesima prima Augusti, depositioni sacratissimae Zonae Mariae Virginis dicata, cuius hoc monostichum:

Ζωςὴρ κόρης σὸς, σὴν περισφρίγγει πόλιν.

Ex duobus Theodoris, qui hoc Prodromi cognomine sunt insigniti, ad iuniorem referenda esse haec Monosticha iambica arbitramur, ad eum scilicet, qui circa saeculi a Christo nato XII. initia, Alexio ac deinde Ioanne Comneno imperantibus, vixit. Inter eius tamen scripta, tam edita, quam inedidita, quae recenset Fabricius B. G. Vol. VI. pag. 815. seqq. non adparent.

II. pag. 6. *b.* Ὕμνος τῷ βασιλεῖ κυρῷ Ἰωάννῃ ἐπὶ τῇ γεννήσει Χριςῦ τοῖς δήμοις. *Hymnus ad Imperatorem D. Ioannem in Nativitate Christi ad populos*, versibus politicis. Inc.

Πάλιν γενέθλιον Χριςῦ κ̀ νίκη βασιλέως.

Des. Καὶ πολυχρόνιον ζωὴν βραβεῦσαί συ τῷ κράτει. Fortasse eiusdem Theodori Prodromi, qui expositionem in Cantica ecclesiastica composuit, in praecipuis sacris solemnitatibus cantari solita, quae exstant in Caesarea Bibl. teste Nessellio Catalog. P. I. pag. 200.

III. pag. 7. Ὕμνος τῷ βασιλεῖ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Κομνηνῷ ἐπὶ τῇ βαπτίσει Χριςῦ τοῖς δήμοις. *Hymnus ad Imperatorem D. Ioannem Comnenum in Baptismate Christi ad populos*, auctore, ut videtur, eodem, versibus item politicis, Inc.

Ἰδὲ διπλῆ πανήγυρις, διπλῆ χαρὰ Ῥωμαίοις.

D. Καὶ τῆς Τριάδος τῆς σεπτῆς τῶν σεβαςοκρατόρων.

IV. pag. ead. *b.* Τῦ αὐτοῦ πιττάκιον πρὸς τὸν Βαρδαχλᾶν κυρὸν Κωνςαντῖνον, ὡς ἀπὸ τῶν εὐχῶν τῆς μονῆς τῶν Πασχασιῶν. *Eiusdem* (nempe qui superiores hymnos composuit) *Breve, seu Epistola ad D. Constantinum Bardachlam, tamquam ab Orationibus Monasterii Paschasiorum* nomine universi Collegii Fratrum. Inc. Πανσεμνότατε, κ̀ ἐν ἁγίῳ Θεῷ ἀγαπητὲ ἡ̃ε τῆς κατ᾽ ἡμᾶς ἁγίας μονῆς κύριε Κωνςαντῖνε Βαρδαχλᾶ κ. λ. Des. ὅτε τὰς πρὸς Θεὸν ἱκετείας κ̀ περὶ τῦ μακαρίτυ ἐκείνυ αὐταδέλφυ συ ἀναφέρομεν.

V. pag. 8 *b.* Τοῦ ἀρχιδιακόνυ. *Archidiaconi*, nempe alia Epistola. Inc. Ἰδὲ κ̀ δευτέραν ταύτην γραφὴν δεήτως πρὸς τὸ σὸν ὕψος ἐπιςέλλειν κατατολμῶ. Des. ἀντιμισθία σοι ταμιευθήσεται ἀπὸ χειρὸς Θεοῦ παντοκράτορος.

VI. pag. 9. Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῶν συντάξεων. Ποίημα Χριςοδέλυ μαΐςρος τοῦ σοφοῦ. Τὸ α πρὸ τοῦ γάμμα. *Initium cum Deo Constructionum. Opus Christoduli Magistri sapientis: α ante γ.* Inc. Ἀγορανομῶ γενικῇ. Ἀγορανομῶν δὲ Ῥωμαίων ἐτελεύτησε Σέλευκος. Ἀγχιςεύω γενικῇ. Καὶ παραδώσυσιν αὐτὸν εἰς χεῖρας τῶν ἀγχιςευόντων τοῦ αἵματος, κ. λ. Desinit in littera Π, in verbo Παιδαγωγῶ, αἰτιατικῇ. Πάντα τὰ μέλη παιδαγωγήσατε . . . . reliqua desunt. Est Lexicon verborum iuxta ordinem litterarum, indicans casus, quibus iunguntur, & brevia exempla constructionum unicuique subiiciens. Habetur Ms. etiam in Codice Regio Paris. MDXXXVIII. teste Fabric. B. G. Tom. VII. pag. 48.

VII. pag. 26. *Aeschyli Tragoediae III.* cum argumentis, scholiis marginalibus, & glossis interlinearibus. Prima est *Prometheus Religatus*, cui praecedit fragmentum Aeschyli Vitae, desinens in verbis, καὶ πᾶσι τοῖς δυναμένοις, quae incidunt in pag. 1. vers. 15. editionis illius, quam citavimus in Codice XXV. Plut. XXVIII. §. II. Tum grammaticalia quaedam de variis poëtarum & poëmatum generibus, non illa quidem magni momenti: tandem versiculi quatuor iambici. Huius scholia ferme cum editis concordant. II. pag. 47. *Septem supra Thebas*, cuius argumentum, & scholiorum initium cum dicto Codice conveniunt: in fine vero, utpote rariora, ab ipso discrepant. Post argumentum huius Tragoediae, recentior Graecus, quaedam de nomine, ac potestate XXIV. Litterarum Graecarum adiunxit. III. pag. 67. *Persae*, in fine mutila; desinit enim in versu, Εἰ μὴ ςρατεύοισθ᾽ ἐς τὸν Ἑλλήνων τόπον, qui in editione incidit in pag. 163. Huius argumentum item cum memorato Codice concordat: scholia vero rarissima sunt.

VIII. pag. 75. *b.* Θεοδώρυ τοῦ Προδρόμυ τετράςιχα ἰαμβεῖα κ̀ ἡρῶα εἰς τὰ κεφαλαιωδῶς ῥηθέντα παρὰ τῶν δ′ εὐαγγελιςῶν. *Theodori Prodromi tetrasticha iambica & heroica* (LXXXXI.) *in Capita rerum, quae enarrantur a quatuor Evangelistis*. Primum est εἰς τὴν γέννησιν τῆς Θεοτόκυ, *in Nativitatem Deiparae*. Inc.

Ναὶ λυχνία πρόκεισο, ναὶ πλαςὰς πλέκυ.

Vltimum εἰς Ὀζᾶν τὸν ἁψάμενον τῆς κιβωτοῦ ἀναξίως, ἐ̃ ἀποθανόντα ἐκ τύτυ παραχρῆμα. *In Ozam, qui quum Arcam tetigisset indigne, proinde e vestigio occubuit*. Des.

Φρίξωμεν οἱ πρόσιμεν οὐκ ἀπαξίως.

Etenim praeter res ab Evangelistis enarratas, multa etiam alia inseruntur, quae ad alios

Sae

Sacrae Scripturae Libros pertinent, Actus nimirum Apostolorum, Libros Regum, &c. Edita autem sunt Graece, parum tamen emendate, una cum ceteris eiusdem Prodromi Poëmatiis ex Sym. Grynaei Codice ab Io. Hontero, & Hieronymo Guntio, Basileae MDXXXVI. in 8. cum Latina vero versione, argumentis, & notis Hieron. Erardi, Lypsiae MDXCVIII. 8. Prodierunt etiam separatim G. & L. Iuliomagi MDCXXXII. 4. sub titulo: *Cyri* (1) *Theodori Prodromi Epigrammata nunc primum* (2) *Latinitate donata, cura, & interpretatione Guidonis de Sovvigny Blaesensis, Congregat. Oratorii Domini Iesu presbyteri* (3). Haec autem tetrasticha in Codice nostro exarata fuerunt in ea paginarum parte, quae excipiendis scholiis in *Persas* vacua relicta erat; quemadmodum etiam sequens Epistola.

IX. pag. 80. *b.* Legitur Ἐπιστολὴ πρὸς ἐρωμένην γραμματικὴν, *Epistola ad amasium grammaticum*, auctore Niceta Eugeniano. Inc. Ἤτησας, ὦ χαρίεσσα, στίχους ἡμετέρους ἐρωτικοὺς, κ. λ. Des. τοῦτο τὰ κάλλη ταῖς γυναιξὶν ἐστι. In hac suam de Chariclis & Drosillae amoribus poësin commemorat, de qua vide Labbeum Bibl. Nov. Mss. p. 220.

Cod. Graec. papyr. Ms. in 4. Saec. XV. tineis valde corrosus. Constat fol. 80.

ΑΙΣΧΥΛΟΣ.

AESCHYLVS.

Titulum corrige

Oppiani Halieutica, & Cynegetica; Aeschyli Tragoediae II. & Anonymi quaedam.

COD. III. I. pag. 1. OPpiani de Piscatione Libri V. ad Antoninum Caracallam, quorum singulorum initium, & finis concordat cum editione Lugduni Batavorum ex officina Plantiniana apud Franciscum Raphelengium MDXCVII. 8. studio Conradi Rittershusii, quemadmodum etiam sequens auctoris Vita, quae inc. Ὀππιανὸς ὁ ποιητὴς πατρὸς μὲν ἦν Ἀγησιλάου. Des. τοῦτο δ' ἤδη δύο μὲν γενεαί. Hanc excipiunt nonnulla de variis heroicorum versuum speciebus. Primis tribus libris stichometria subscribitur. Primus habet στίχους ψϙζ΄. *versus DCCXCVII.* Secundus χϙ΄. *DCXC.* tertius χϙγ΄. *DCXCIII.* Primum Librum claudunt Epigrammata tria, nimirum

I. Εἰς τὸν ἀρχιστράτηγον ἑστῶτα πρὸ τῶν πυλῶν καὶ σπάθην ἐπιφερόμενον. *In militiae* (caelestis) *Principem stantem ante portas, & ensem inferentem.*

Ὁ ταξιάρχης στρατιωτῶν τῶν ἄνω
Ἐκ τῶν ἀδύτων οὐρανοῦ σφαιρωμάτων
Ἄρτι κατιὼν πτηνὸς αἰθεροδρόμος
Ἐδὲμ καθάπερ τοῦ ναοῦ τηρεῖ πύλας
Γυμνὴν ἀβάλε δεξιᾷ φέρων σπάθην.
Τί τοῦτο δηλῶν, ἢ τομὴν ὀλεθρίαν
Τοῖς μὴ καθαροῖς, μηδὲ χωρὶς σπιλάδων.
Προσχῶμεν οὐκοῦν μὴ διχασθῶμεν φίλοι.

II. Εἰς τὸν ἄγγελον. *In Angelum.*

Πρώτου φάους ὢν δεύτερον θεῖον σέλας
Τρίτου φωτὸς φώτιζε τὸν τριττὸν ζόφον
Καὶ τὴν τετρακτὺν τῶν θυρῶν τὴν πεντάδα
Τὴν μὲν, χαλίνου, τὴν δὲ, σωφρονῶν δίδου.
Τῆς ἑξάδος γοῦν τὴν διπλῆν ἀταξίαν
Μερῶν μελῶν τε μὴ δυσέβδομον θέσιν
Πρὸς τάξιν ἰθύνειας ἐν τῷ σῷ σθένει.

III. Εἰς γραμματικὸν κερατᾶν. *In Grammaticum cornutum.*

Ἔξω παιδεύεις Πάριδος κακὰ καὶ Μενελάου,
Ἔνδον ἔχων πολλοὺς σῆς Ἑλένης Πάριδας.

Praeter Librum primum, reliqui omnes praefixum habent Capitum indicem, varia piscium genera, de quorum piscatione agitur, complectentem. Scholiis undequaque marginalibus ambiuntur, quae incipiunt: Διὰ τί εἶπεν ἔθνεα, καὶ οὐκ εἶπε πλήθη, ἢ φῦλα; διὰ τὸ γινώσκειν τὰ θαλάττια ζῶα ἄλληλα ἐσθίοντες δίκην ἐθνῶν. Des. βροῦμα γὰρ παρὰ Λατίνοις ἡ πάχνη, ἢ ἡ χιών. ἐπίουν δὲ καὶ οὗτοι δεῖπνα κατὰ τὸν χειμῶνα διὰ τὸ συναγμένον εἶναι τὸν στρατόν. Haec quoque habentur edita in calce cit. edit. sed in fine aliquantum sunt diversa. Tum sequitur haec amanuensis subscriptio: Ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς ἐμοῦ Μανουὴλ τοῦ Σφηνέα κατὰ μῆνα Μάϊον ἰνδ. ιε΄. ἔτους ͵ϛψϙθ΄. *Absolutus est hic liber manu mei Manuelis Sphineae, mense Maio, indict. XV. Ann. 6799.* (Christi MCCXCI.) Scriptor ignotus Montfauconio in Palaeographia Graeca.

II. pag. 101. *Eiusdem de Venatione Libri IV. ad eumdem Antoninum Caracallam*, cum paraphrasi anonymi ad marginem. Oppiani textus concordat cum cit. edit. Paraphrasis, quae in ipsa desideratur, inc. Σοὶ τοὺς περὶ κυνηγεσίων ἀνατίθημι πόνους, θειότατε βασιλεῦ Ἀντωνῖνε. Des. οἷα φιλεῖ συμβαίνειν πολλάκις ἐν τοῖς τοιούτοις, ἔνθέν τοι καὶ ταχὺ τὴν ἄρκτον πεδήσαντες, οἴκαδε ἤγαγον. Forte eadem est, de qua Lambecius Bibl. Caesar. Lib. II. pag. 595. meminit, adfirmans exstare in ipsa Eutecnii Sophistae paraphrasin Graecam in Oppiani Ixeutica; tum in Halieutica eiusdem, & Cynegetica &c. teste Fabric. B. G. Vol. III. pag. 629. in not. Praecedunt iambici versus octo in ipsam Paraphrasim, qui ita habent:

Τὰς Ὀππιανοῦ τῆς κυνηγίας βίβλους
Ἐκ τῆς σκοτεινῆς τοῦ μέτρου δυσφωνίας
Εἰς πεζὸν εἶδος τοῦ λόγου μεθαρμόσας
Προὔθηκά σοι μέγιστε Καῖσαρ ἐνθάδε,
Θηρατικῆς μάθημα πάγκαλον τέχνης.
Ἐντυγχάνων οὖν εὐκόπως τὸ βιβλίον,
Καὶ τὴν ἀπ' αὐτοῦ συλλέγων εὐκαρπίαν
Πονῶν με πεῖθε μὴ κατοκνεῖν εἰς πόνους.

Tum alii hexametri quatuor in Oppiani laudem, nimirum:

(1) Illud *Cyri* non pro nomine proprio Theodori Prodromi accipias, quum honoris caussa *Cyrus*, hoc est κυρὸς, seu κύριος, *Dominus* Theodorus a Graecis dicatur.

(2) Non tamen primus haec Epigrammata Sovignius transtulit, nam multis ante annis Ioannis Ribitti versionem Geneavae excudisse traditur Crispinus, licet in hanc editionem numquam inciderimus.

(3) Eiusdem Prodromi Tetrasticha Sacra cum anonymi cuiusdam Commentario grammaticali exstant in Biblioth. Caesarea, ut habet Nesselius Catalog. P. II. p. 33. Cod. XV. §. 12.

Οὐδὲ σέθεν γεραρὴν ἴδ ἐρατὴν πυκτηίδα
Ἡ'μιτελῆ παρέθηκα σοφίης ὄρχαμε ὥσχε
Ο'ππιανὲ θρυλλέμενε κλυτῆς εἵνεκ' ἀοιδῆς
Α'λλ' ἀνύσας θησάμην σέο Καλλιέπειαν.

In fine vero nonnulla recentior manus adscripsit parvi quidem momenti, qua ratione nimirum sopor aegroto inducatur, ac dignoscatur, utrum moriturus sit, nec ne; de vino, merum ne sit, an aqua immistum, &c.

III. p. 145 *b*. Ε'τυμολογίαι καὶ ἀλλάττα τῦ πρώτυ δράματος τοῦ Εὐριπίδυς τοῦ περὶ τῆς Ε'κάβης. *Etymologiae, & alia quaedam primi Euripidis Dramatis de Hecuba*. Inc. Κευθμὼν ἐτυμολογεῖται ἀπὸ τοῦ κεύθω, κ. λ. Des. διατῦτο γῦν γινομένων ὑπὸ τῆς γῆς ἀναθυμιάσεων ..... Mutila videntur. Subiiciuntur his alia pauca de variis pedum metricorum generibus. Pag. 147. *b*. haec legitur nota: Α'ρχὴ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίυ ἡμῶν Ι'ησοῦ Χριστοῦ ἐγεννήθη ὁ μι... ἡμέραν ε'. ὥραν δ' τῆς ἡμέρας, ἐν μηνὶ Α'πριλλίῳ κ'. ἔτυς ἀπὸ τῆς ἐνσάρκυ οἰκονομίας ατνζ'. *Initium in nomine D. N. I. C. natus est..... feria V. hora IV. diei, mensis Aprilis XX. anno ab Incarnatione MCCCLVII.* In calce vero huius paginae alia curiosa leguntur de vino odorifero praeparando, eiusdemque acrimonia tollenda.

IV. pag. 148. Occurrunt Anonymi Excerpta quaedam ex Scripturis Sanctis, de creatione Mundi, de Hebraeis, eorumque Regibus, ac praecipue Salomone, cuius describitur opulentia. Ad Latinorum deinde descendit originem, multa de Remo ac Romulo narrans. Adferuntur septem mundi miracula versibus iambicis expressa; septem item mundi Aetates, usque ad Christi Adventum: tandem de Petro Apostolo nonnulla adtinguntur. Horum finis mutilus est.

V. pag. 152. *Aeschyli Tragoediae II.* cum Poëtae Vita in principio, scholiis marginalibus, & glossis interlinearibus. Vita longior est, quam in edito; post enim verba, νίκας ἀπηνέγκατο, sequitur, Πρῶτος Αἰσχύλου πάθεσι γεννικωτάτοις τὴν τραγῳδίαν, κ. λ. Finis: μικταὶ γάρ εἰσιν αἱ ποιήσεις αὐτῶν. Clauditur hisce verbis: Χριστὲ ἄναξ σαῖαν κάβαλες, ἄδω σοι δόξαν. Sequitur Ε'πίγραμμα γραφὲν εἰς τὸν τάφον Αἰσχύλυ. Αἰετοῦ δι' ὀνύχων βρέγμα τυπεὶς ἔθανεν. Prima Tragoedia est *Prometheus Religatus*, cui praevia hypothesis, desinens in verbis, Προμηθέως δέσις, ut in edit. Henr. Stephani, quam citavimus supra Cod. XXV. Plut. XXVIII. §. II. Clauditur vero versibus iambicis XVIII. *in Prometheum*, quos retulimus in dicto Codice XXV. Scholiorum initium differt aliquantum ab edito; finis concordat. II. pag. 181. *b*. ea est, cui titulus: *Septem supra Thebas*. Huius hypothesis aliquantum ab edita discrepans inc. Λάϊος ἐβασίλευσεν ἐν Α'θήναις, ἔσχε δὲ τὴν Ι'οκάστην γυναῖκα. Des. καὶ θάνατος Ε'τεοκλέους καὶ Πολυνείκους. In fine Tragoediae versus IX. iambici leguntur, ut in dicto Codice §. III. Scholia fere cum editis concordant.

VI. pag. 205. *b*. Hypothesis *Persarum*, editae prorsus adsimilis, in qua desinit Codex.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 4. Saec. XIV. tineis in marginibus praesertim corrosus. Constat foliis 205.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ.

ARISTOPHANES.

I. p. I. *Aristophanis Comoediae IV.* cum prolegomenis, argumentis, scholiis marginalibus, & glossis interlinearibus. I. est *Plutus*, II. pag. 46. *b. Nubes*, III. p. 99. *Ranae*, IV. pag. 145. *Equites*. Prolegomena sunt ex Hephaestione, Demetrio Triclinio, Platonio, & Thoma Magistro, ut in editione G. L. Amstelod. MDCCX. fol. a pag. IX. ad p. XV. ex quibus tamen in Codice desunt Capita illa, quae inc. Τὴν κωμῳδίαν, κ. λ. & Τὸ παλαιὸν, κ. λ. pag. XI. seq. ex Capite vero Ο''τι ὁ γέλως, κ. λ. pag. XIII. omnia illa a verbis, ὡς ὁ Διόνυσος εἰς Ξανθίαν, κ. λ. usque ad finem: tum Caput, cuius initium, Α'ριστοφάνης ὁ κωμῳδοποιὸς, πατρὸς μὲν ἦν Φιλίππυ, κ. λ. Hypothesis *Pluti*, prima est ex iis, quae sunt editae loc. cit. pag. I. Hypotheses *Nubium*, & *Ranarum* sunt illae, quae auctorem habent Thomam Magistrum, ibid. pag. 51. & 115. *Equitibus* vero triplex hypothesis praecurrit, ibid. pag. 172. seq. Scholia marginalia breviora quidem sunt editis, ex iis tamen contracta: nulla vero a versu 271. ultimae Comoediae usque ad finem; quum posteriori manu suppleta fuerit haec Comoediae pars. COD. IV.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saec. XV. Constat foliis 191.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΦΟΙΝΙΣΣΑΙ.

EVRIPIDIS PHOENISSAE.

Ac praeterea

Hesiodi, Pindari, Theocriti, & Homeri quaedam.

I. pag. I. *Evripidis Phoenissae* cum hypothesi, scholiis marginalibus, & glossis interlinearibus. Hypothesis, prima est ex illis tribus, quae habentur in editione, quam supra memoravimus in Codice I. huius Plutei, Part. I. pag. 268. Scholia vero marginalia rariora sunt, quam edita, ex iis tamen excerpta. COD. V.

II. pag. 45. *Hesiodi Opera & Dies*, cum Commentario ad marginem, & glossis interlinearibus. Hesiodi textus Graecus concordat cum editione G. L. Amstelod. MDCCI. 8. ex recensione Io. Clerici, a pag. 196. ad pag. 326. Commentarius vero, qui totum undequaque marginem ambit, inc. Ι'στέον, ὅτι οἱ Ε''λληνες οὐ δύναμιν ἔχοντα ἑώρων, οὐκ ἄνευ ἐπιστασίας θεῶν τὴν δύναμιν αὐτῶν ἐνεργεῖν ἐνόμιζον. Des. εὐδαίμων ἐστὶ καὶ ὄλβιος, ἤτοι μακάριος. Hu-

Huius Operis duodecim postremae paginae recentiori manu suppletae sunt, quemadmodum etiam Commentariorum pars illa, quae in inferiori margine incidit, utpote quae madore perfusa deperierat.

III. pag. 80. *Pindari in Olympionicas Odae XIV.* cum scholiaste perpetuo ad marginem. Initium & finis singularum Odarum concordant cum editis G. L. Heidelberg. apud Commelin. MDXCVIII. 8. ex recensione Aemilii Porti. Scholia in primam Odem inc. Α῎ριστον. τὰ μὲν ὑπὲρ . . . . . πρὸς δὲ τὴν ὑπέρθεσιν ἔχει πολλάκις λέγεται. In ultimam desinunt: κατ' αἰτιατὴν δὲ λέγεται ἐν τούτοις τοὔνομα. τὸ γὰρ λέγειν αἰτιατὴν ἀεὶ λαμβάνει, ὅτε πρὸς τὸ λεγόμενον ἀποτείνει.

IV. pag. 112. *Theocriti Idyllia XIII.* (1) Primum est *Thyrsis*, II. pag. 119. *Pharmaceutria*, III. pag. 124. *b. Amaryllis, vel Aepolus*, IV. pag. 126. *b. Pastores, Battus & Corydon*, V. pag. 128. *b. Viatores, vel bubulci, Comatas, & Lacon*, VI. pag. 133. *Bubulci, Damoetas & Daphnis*, VII. pag. 134. *b. Thalysia, seu vernum iter*, VIII. p. 139. *Pastores, vel bubulci, Daphnis, & Menalcas*, IX. pag. 142. *Pastor, seu bubulcus, Daphnis, & Menalcas*, X. pag. 143. *Operarii, vel messores, Battus, & Milon*, XI. pag. 144. *b. Cyclops*, XII. p. 147. *Aetas*, XIII. pag. 148. *Hylas*. Initium, & finis singulorum concordat cum Graeca edit. Venet. MDXXXIX. 8. Hypothesim habent omnia, praeter ultimum. Argumenta Idyllii IV. & VII. tribus aut quatuor versibus longiora sunt in fine, quam in dicta edit. Contra argumentum VIII. brevissimum est, idemque cum illo, quod editum est ibidem primo loco pag. 21. *b.* Argumentum XI. prorsus diversum: incipit enim: Υ῾πόκειται ὁ Κύκλωψ παρηγορῶν αὑτὸν τὸν ἐπὶ τῇ Γαλατείᾳ ἔρωτα. Des. Δωρίδι διηγηματικόν. Scholia vero marginalia (idem etiam de glossis interlinearibus intellige) desinunt in Idyllio VIII. quae ut plurimum cum iis, quae habentur edita loc. cit. post Theocriti Opera, concordant.

V. pag. 150. *Homeri Iliados Liber I. & pars secundi*, nimirum usque ad versum 494. ubi incipit navium, quae sub Ilium venerunt enumeratio, cum perpetua paraphrasi ad marginem, & scholiis uberrimis, auctore Anonymo. Paraphrasis Libri primi inc. Θεὰ Καλλιόπη, εἰπὲ ἀκριβῶς ἐν ἐμμελείᾳ ποιητικῇ τὰ κατὰ τὴν μῆνιν τοῦ Α᾽χιλλέως τοῦ υἱοῦ τοῦ Πηλέως. Scholia vero, seu adnotationes inc. Μῆνιν. Ο᾽ργίζεσθαι, θυμοῦσθαι, καὶ χολοῦσθαι ταὐτὸν, πλὴν ὅτι τα μέν εἰσι παρὰ τοῖς κοινοῖς ἐν χρήσει, τὸ δὲ χολοῦσθαι, ποιητικόν. Paraphrasis des. παρ' αὐτῷ δὲ ἀνεπαύσατο ἡ Η῞ρα ἡ τὴν λαμπρὰν ἔχουσα καθέδραν καὶ τιμίαν. Scholia vero des. ὅσα δὲ ἐνεστώτων εἰσὶ, καὶ ἀντὶ μελλόντων λαμβάνεται. Paraphrasis secundi p. 183. *b.* inc. Οἱ μὲν δὲ ἄλλοι θεοί τε καὶ οἱ ἄνδρες οἱ ἐφ' ἵππων ὁπλῖται διὰ πάσης τῆς νυκτὸς ὕπνωττον. Scholia vero p. 184. *b.* inc. Α῎λλοι μέν. Τῶν παραπληρωματικῶν μονοσυλλάβων συνδέσμων οἱ μὲν ἀπὸ φωνήεντος ἀρχόμενοι. Finis, uti iam dictum est, mutilus. Vid. Fabric. Bibl. Graec. Vol. I. pag. 292. seq.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XIV. tineis ac vetustate male redactus. Constat foliis 206. quorum postrema duo recentiori manu suppleta sunt.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΕΚΑΒΗ.

EVRIPIDIS HECVBA.

Adde

Orestem, & Phoenissas.

I. pag. 1. EVripidis *Tragoediae III.* quarum prima est *Hecuba*, II. pag. 48. *Orestes*, III. pag. 108. *Phoenissae*. Concordant cum cit. edit. G. L. Part. I. a pag. 4. ad p. 402. Hecuba nullam habet hypothesim. Orestes eamdem cum edita, excepto paragrapho illo, qui inc. Ο᾽ρέστης διὰ τὴν, κ. λ. qui deest: Phoenissae vero primam tantummodo ex tribus illis, quae sunt editae loc. cit. p. 268. Plurimis abundant glossis interlinearibus: scholia vero marginalia paullo sunt rariora, eadem tamen cum editis. COD. VI.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. min. Saec. XV. Constat foliis scriptis 170.

ΤΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΑΡΓΟΝΑΥΤΙΚΑ.

APOLLONII ARGONAVTICA.

Ac praeterea

Musaei, & Euripidis Carmina quaedam.

I. pag. 1. APollonii *Rhodii Argonautica* Libris IV. cum scholiis Graecis in margine per singulas paginas adiectis, & excerptis ex Lucillo Tarrhaeo, Sophocleio, & Theone. Praecedit Poëtae duplex vita. Prima vero poëmatis pagina litteris aureis, picturis, variisque coloribus ita est exornata, ut nihil hoc in genere pulcrius intueri possis. COD. VII.

II. pag. 174. *Sententiae monostichae*, ex diversis auctoribus collectae, & sub titulis iuxta litterarum ordinem digestae.

III. pag. 185. *b. Musaei Amores Herus, & Leandri.*

IV. pag. 192. *b. Euripidis Medea, Hippolytus, Alcestis, & Andromacha*, cum argumentis.

Codex Graecus membranaceus nitidissime elegantissimeque litteris quadratis, sive capitalibus impressus primum Florentiae Anno MCCCCXCVI. in 4. non in folio, ut habet Hallervordus. Constat foliis 289. de quo fusius loquitur Cl. Mattaire Annal. Typogr. Tom. I. pag. 101.

ΑΙΣ-

(1) Montfauconium corrige, qui in suo Catalogo pag. 303. litt. B. ait: *Theocriti Idyllia VI. cum schol. & gloss. interlin.*

ΑΙΣΧΥΛΟΣ ΚΑΙ ΣΟΦΟΚΛΗΣ.

AESCHYLVS ET SOPHOCLES.

Adde

Dionyſium Periegetem, & Lycophronem.

COD. VIII. I. pag. 1. IN primis duabus paginis, quae vacuae ſupererant, recentior manus compendium Vitae S. Martyris Georgii Cappadocis deſcripſit, cuius initium: Εἰκοσῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τοῦ ἐνεςῶτος μηνός. Α῎θλησις τῦ ἁγίυ μεγαλομάρτυρος Γεωργίυ τοῦ ἐκ Καππαδοκίας, ὃς ἔνδοξος ϗ θαυμαςὸς ἦν κατὰ τὺς χρόνους Διοκλητιανοῦ, κ. λ. Finis: ταῖς τοῦ σῦ ἀθλοφόρυ πρεσβείαις, Χριςὲ ὁ Θεος ἡμῶν, ἐλέησον ϗ σῶσον πάντας ἡμᾶς. Contractum fortaſſe eſt ex longioribus huius Sancti Martyris Actis, quae Graece adferuntur ad diem XXIII. Aprilis, apud Bolland. Tom. III. huius menſis in calce pag. IX. ſeqq.

II. pag. 3. *Aeſchyli Tragoediae V.* cum gloſſis interlinearibus, & ſcholiis marginalibus. Praecurrit Vita Poëtae, qualis eſt in cit. edit. pag. 1. Tragoediae vero ſunt, prima pag. 4. *Prometheus Religatus*, II. p. 28. *Septem ſupra Thebas*, III. pag. 49. *Perſae*, IV. pag. 71. *Agamemnon*, V. pag. 107. *Eumenides*. Hypotheſis primae diverſa eſt ab edita; incipit enim: Προμηθέως ἐκ Διὸς κεκλοφότος τὸ πῦρ. Deſ. βροντὴ καταῤῥαγεῖσα αὐτὸν ἀφανίζει. Secunda, & tertia carent. Quartae & quintae argumenta concordant cum editis: quemadmodum etiam ſcholia utplurimum marginalia, praeter pauca quaedam initio cuiuslibet Tragoediae appoſita de variis verſuum, quibus conſtat generibus, quae in edito deſiderantur. Gloſſae interlineares deſinunt in principio Agamemnonis. In fine Eumenidum leguntur Δίςιχα παλαιὰ εἰς τὰ τοῦ Αἰσχύλου δράματα. *Diſticha antiqua in Aeſchyli dramata*. Ea vero ſunt:

Εἰς τὸ Προμηθέως.

Ὁ μὲν Προμηθεὺς δὺς δίκην, καθὰ θέμις,
Δείκνυσιν ἡμῖν, ὡς κακὸν συλᾷν μέγα.

Εἰς τὸ τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις.

Δεινοπροσωπήσασα τέμνεται ξίφει
Δυὰς ἀδελφῶν ἡ μιαιφονωτάτη.

Εἰς τὸ τῶν Περσῶν.

Ξέρξης δὲ πάλιν δυσὶν ἡττηθεὶς μάχαις
Πέπεικεν ἡμᾶς ἀδικεῖν μὴ τὸν πέλας.

Εἰς τὸ τοῦ Ἀγαμέμνονος.

Σφραγεὶς Ἀγαμέμνων δὲ συζύγυ πάρα
Βοᾷ πρὸς ἡμᾶς, ὡς κακὸν γυνὴ μέγα.

Εἰς τὸ τῶν Εὐμενίδων.

Ὁ δ' αὖ Ὀρέςης τὰς φρένας βλαβεὶς ὅλος
Σαφῶς παραινεῖ μὴ καθάπτεσθαι φόνυ.

III. pag. 129. *Sophoclis Tragoediae II.* cum gloſſis interlinearibus, & ſcholiis marginalibus. I. eſt *Aiax Maſtigophoros*, II. pag. 160. *b. Electra*, quae tamen mutila eſt: deſinit enim in verſu:

Πηγὰς γάλακτος ϗ περιςεφῆ κύκλῳ,

qui incidit in edit. cit. pag. 121. Primae argumentum nullum; ſecundae aliquantum ab edito diſcrepans, inc. Ὑπόκειται ὧδε τροφεὺς δεικνὺς τῷ Ὀρέςῃ τὰ ἐν Ἄργει. Deſ. δείκνυσιν αὐτῷ τὰ ἐν Ἄργει. Scholia utplurimum cum edito concordant.

IV. pag. 181. *Dionyſii Periegeſis*, ſeu *Orbis deſcriptio*. Concordat initium, & finis cum editione, quam citavimus ſupra in Codice XXV. Plut. XXVIII. §. I.

V. pag. 208. Λυκόφρων. *Lycophron*, ſcilicet *Lycophronis Caſſandra*, ſeu *Alexandra*, cum gloſſis interlinearibus.

Inc. Λέξω τὰ πάντα νητρεκῶς ἅμ' ἱςορεῖς.

Deſ. Σώζων παλαιῶν Βεβρύκων παγκληρίαν.

Concordat initium & finis cum editione Graeca & Latina Oxonienſi e Theatro Sheldon. MDCCII. fol. Initio huius Poëmatis amanuenſis nomen apparet his verbis expreſſum: Γένυ βοηθὸς, Χριςὲ, τῷ Κωνςαντίνῳ. In fine vero ſtichometria adiecta, nimirum, ςίχοι ͵αυοθ'. *verſus* MCCCCLXXIX. Tum ab alia manu, eius fortaſſe, qui Codicem poſſedit, haec notula ſubſcripta eſt: τῷ ͵ςωπβ' τῆς ἰνδικτιῶνος δωδεκάτης, μηνὶ Ἰαννυαρίῳ εἰς τὰς ὀκτὼ, ἡμέρᾳ κυριακῇ ἐκοιμήθη ἡ ἀοίδιμος ...(1) μυ, ἐξέψυξεν ὥρᾳ τρίτῃ νυκτὸς, ἐτάφη δὲ ἡμέρᾳ δευτέρᾳ. Οἱ ἐντυγχάνοντες μέμνησθε Ἄννης συζύγυ .... *Anno* 6882. (Chriſti MCCCLXXIV.) *Indict. XII. menſis Ianuarii VIII. die Dominica decubuit celebris....... exſpiravit hora tertia noctis; ſepulta vero eſt feria II. Qui legitis mementote Annae coniugis....*

Codex Graecus papyraceus Ms. in 4. min. Saec. XIV. Conſtat foliis ſcriptis 244.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

EVRIPIDES.

Ac praeterea

Sophocles, & Nicephori Gregorae fragmentum.

I. pag. 1. E*Vripidis Tragoediae III.* cum gloſſis interlinearibus, ſcholiis marginalibus, & Poëtae vita in principio, quae inc. Εὐριπίδης Μνησάρχυ, ἢ Μνησαρχίδυ, ϗ Κλειτοῦς. Deſ. τελευτᾷ δὲ ἐπὶ τῆς ἐνενικοςῆς τρίτης Ὀλυμπιάδος. Prima eſt *Hecuba*, II. p. 45. *b. Oreſtes*, III. pag. 100. *b. Phoeniſſae*. COD. IX. Concordant cum cit. edit. Primae argumentum ab ipſa diſcrepans, inc. Μετὰ τὴν Ἰλίου πολιορκίαν οἱ μὲν Ἕλληνες, κ. λ. Deſ. ἐκρίθη γὰρ ὐκ ἄρχειν ὠμότητος, ἀλλ' ἀμύνασθαι τὸν κατάρξαντα. Secundae, & tertiae concordant cum Cod. VI. huius Plutei. Scholia marginalia breviora ſunt editis, ab ipſis tamen minime diverſa. In fine legitur amanuenſis ſubſcriptio characteribus ita perplexis, atque intricatis exarata, ut vix haec pauca exſculpere licuerit: Ἐτελειώθη ἡ παροῦσα βίβλος διὰ χειρὸς ἐμοῦ Ἰωάννυ τοῦ ..... μηνὶ Ἰυνίῳ κα'. ἡμέρᾳ παρα-

(1) Expunctum fuit nomen.

ρασκευῇ ἰνδ. ιά. . . . . *Absolutus est praesens liber manu mea Ioannis . . . . . . mense Iunio, die XXI. feria sexta, indict. XI.* . . . .

II. pag. 155. *Sophoclis Tragoediae III.* cum scholiis item ad marginem, & glossis interlinearibus. Prima est *Aiax Mastigophoros*, II. pag. 201. *Electra*, III. pag. 246. *b. Oedipus*. Harum initium & finis cum citata editione concordant. Scholia in Aiacem inc. Οἰκείως ἔχουσιν οἱ παρακείμενοι ἀντὶ ἐνεςώτων λαμβάνεσθαι, οὐ μὴν πάντες παρακείμενοι οὕτω λαμβάνονται, κ. λ. quae pertinent ad vocem δέδορκα. Des. μέλαν μένος. ἀντὶ τοῦ μέλαν αἷμα μετὰ ἰσχύος. In fine pentastichon iambicum in Aiacem, quod ita habet:

Ο' κλεινὸς Αἴας τῶν Α'χιλλείων ὅπλων
Χόλῳ βαρυνθεὶς, Ε'κτορος θνήσκει ξίφει.
Αἰσχμάτων ἄξιος Αἴας τυγχάνει·
Σκότῳ γὰρ ὄντως ἐκμελανθεὶς τὰς φρένας
Ε'αυτὸν ἀπέσφαξεν Ε'κτορος ξίφει.

Electrae praecedit hypothesis, ut in Cod. XXV. Plut. XXVIII. §. VI. & hexastichon elegiacum περὶ τῆς ἐνταῦθα ματαιότητος, *de vanitate huius vitae*, cuius initium: Εἴτε τοῦ ἢ χθὲς ἔβη. Des. καὶ ὅσα τις πονέει. Primum scholion in verba, τὸ γὰρ παλαιὸν Α'ργος, κ. λ. inc. Το παλαιὸν ἐνίοτε μὲν πρὸς ἕτερον λέγεται νέον Vltimum est: ὦ σπέρμ' Α'τρέως πλεῖςα παθὸν μόλις διὰ τέλους ἠλευθερώθης, κατὰ τὴν νῦν ἐπιχείρησιν. Scholia in Oedipum inc. Α'νατροφὴ, ἣν ἀνατρέφει τίς τινα, ἢ ἣν ἀνατρέφεταί τις ὑπό τινος. Des. μηδὲν δεινὸν πεπονθώς.

III. pag. 293. *b.* Τοῦ σοφωτάτου κυρίου Νικηφόρου τοῦ Γρηγορᾶ περὶ τῆς τῶν κανόνων ἀςασίας . . . . (1). *Sapientissimi Domini Nicephori Gregorae de regularum instabilitate* . . . . . . Excerptum. Inc. Ο'τι οὐ χρὴ ζητεῖν ἐν πᾶσι τοῖς ῥήμασιν ὁμοιότητας ἀςασιάςους. Des. ἐκ δὲ τοῦ ἑτέρου τὸ ἕπομαι, καὶ τὸ μέθεπε. Memoratur a Fabricio B. G. Vol. VI. pag. 306. in serie eius Operum Grammaticalium. Exstat & in Cod. Reg. MCCLXX. atque esse ineditum adfirmant in Catalogo T. II. pag. 271. His adcedunt alia quaedam pauca de pedibus, & mensuris versuum.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. min. Saec. XV. Constat foliis scriptis 294.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

EVRIPIDES.

Ac praeterea

Sophocles.

COD. X. I. pag. 1. E*Vripidis Tragoediae VIII.* quarum I. est *Hecuba*, II. p. 20. *b. Orestes*, III. p. 46. *Medea* (2), IV. p. 64. *b. Phoenissae*, V. pag. 87. *b. Alcestis*, VI. pag. 100. *b. Andromache*, VII. pag. 117. *Hippolytus*, VIII. p. 135. *Rhesus* (3), quae tamen mutila est in fine, desinit enim in versu 714. κρυφαῖος ἐν πέπλοις, edit. cit. Part. II. p. 269. Prima & ultima nullam habent hypothesim: secunda illam, quae edita est primo loco: tertia breviorem quam in edito; desinit enim in verbis, τὸν Γ'άσονα νέον ποιήσειεν. Quarta ultimam ex tribus editis, ac praeterea Sphingis Aenigma, quod inc. Ε'ςι δίπουν ἐπὶ γῆς, κ. λ. Quinta longiorem; post enim verba ἔδειξεν ἣν ἐπέλθη (4) sequuntur alia pauca, quorum initium: Α'λκηστις ἡ Πελίου θυγατὴρ, κ. λ. Sexta breviorem: desinit enim in verbis: τυχὼν δὲ αὐτῆς, εἰς Μακάρων νήσους ᾤκησεν. Septima ferme similem cum edito. Rara sunt in his Tragoediis scholia marginalia. Hecuba habet etiam interpretationem Latinam interlinearem, quae tamen desinit in versu 466. Η' Παλλάδος ἐν πόλει, edit. Part. I. pag. 42. In fine Euripidis Tragoediarum, unum folium male insertum est, quod videtur ad Sophoclis Electram pertinere.

II. pag. 143. *Sophoclis Tragoediae VII.* quarum prima *Aiax Mastigophoros*, II. pag. 160. *b. Electra*, III. pag. 178. *Oedipus Tyrannus*, IV. pag. 197. *b. Antigone*, V. pag. 212. *b. Philoctetes*, VI. pag. 228. *b. Oedipus Coloneus* (5), VII. pag. 250. *Trachiniae*. Electram praeit hypothesis, ut in Cod. XXV. Plut. XXVIII. §. VI. Oedipodem illa tantum, quae inc. Ο' τύραννος Οἰδίπους ἐπὶ διακρίσει. κ. λ. Antigonem pentastichon illud heroicum, Λάϊε Λαβδακίδη κ. λ. quod in edit. cit. praeponitur Oedipodi Tyranno; Philocteten hypothesis, quae inc. Α'παγωγὴ Φιλοκτήτου, κ. λ. Oedipus Coloneus, & Trachiniae omni carent hypothesi. Nonnulla autem habent scholia marginalia, & interlineares glossas, praeter Philocteten, & Oedipodem Coloneum, reliquae omnes.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 4. maiori, Saec. XIV. tineis male habitus. Constat foliis 265.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΑΡΓΟΝΑΥΤΙΚΑ.

APOLLONII ARGONAVTICA.

A*Pollonii Rhodii Argonauticorum Libri IV.* cum Apollonii vita, argumento, & scholiis ad marginem, quorum omnium initium & finis concordat cum editis Florentiae anno MCCCCXCVI. de quibus supra p. 82. ita ut ex hoc Codice profluxisse editionem illam elegantissimam opinemur. Praeter scholia marginalia, nonnullae etiam interlineares verborum explicationes leguntur, rubro charactere ab eadem manu conscriptae. COD. XI.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saec. XV. optimae, ac nitidissimae scripturae. Constat foliis 159.

API-

(1) Longiorem titulum Codex habet, sed reliqua prorsus evanida adsequi minime potuimus.
(2) Haec omissa est in Catalogo Montfaucon.
(3) Haec quoque praetermissa in Catalogo Montfaucon.
(4) In edit. legitur ἔδειξεν ἣ ἐπέλθοι.
(5) Haec omissa fuit in Catalogo Montfaucon.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ.

ARISTOPHANES.

COD. XII. COdex typis impressus, in quo continentur *Aristophanis Comoediae IX.* cum scholiis marginalibus antiquis, nempe *Plutus*, *Nebulae*, *Ranae*, *Equites*, *Acharnes*, *Vespae*, *Aves*, *Pax*, *Concionantes*. Praecedit in Aristophanem Epigramma Graecum; Aldi Manutii Romani ad Danielem Clarium Parmensem Epistola (1) Latina, Graeca Marci Musuri Cretensis ad lectores, ac Scipionis Carteromachi Pistoriensis Epigramma Graecum in laudem Aldi Manutii: tandem e Graecis Grammaticis Prolegomena (2).

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ.

ARISTOPHANES.

COD. XIII. I. pag. 1. A*Ristophanis Comoediae IV.* cum glossis interlinearibus, & scholiis marginalibus. Prima est *Plutus*, II. pag. 31. *Nubes*, III. pag. 64. *b. Ranae*, IV. pag. 98. *b. Equites*. Praecedit primae Aristophanis Vita, qualis in Prolegomenis legitur edit. Amstelaed. A. MDCCX. fol. pag. XIV. Thomae Magistro tributa, quae tamen desinit in versu:

Ζητῦσαι, ψυχὴν εὗρον Α'ρισοφάνυς.

Tum argumentum, cuius initium: Βυλόμενος Α'ρισοφάνης, κ. λ. ut loc. cit. p. 1. §. I. cui adnectuntur Dramatis personae, ac deinde §. V. qui inc. Ι'σέον δὲ, κ. λ. ibid. pag. 2. Secudae argumentum inc. Τὸ δρᾶμα τῶν Νεφελῶν κατὰ Σωκράτυς γέγραπται. Des. ὅτι δὲ τὸ δρᾶμα τῶν πάνυ δυνατῶς πεποιημένων. Est contextum ex tribus illis, quae leguntur loc. cit. pag. 50. Tertia duplicem habet hypothesim; prima inc. Μαθὼν παρ' Η'ρακλέυς, κ. λ. Des. ἀφικνεῖται Θησαῖον ὄντα, & cum illa ferme concordat, quae legitur in edito pag. 117. nisi quod in Codice nulla metri habetur ratio. Altera inc. Ο' Διόνυσος μετὰ θεράποντος Ξανθίυ, κ. λ. Des. in verbis: ὡς τὺς ζῶντας ἀνέρχεται. Legitur ibid. pag. 115. Vltimae vero nulla est hypothesis. Notandum, tam hypotheses omnes praeter illam in Plutum, quam scholia, & glossas manu multo recentiori fuisse adiectas; quemadmodum etiam totam ferme quartam Comoediam, alia tertia manu fuisse exaratam.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saec. XIV. Constat foliis 124.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΠΟΙΗΤΙΚΗΣ.

ARISTOTELIS ARS POETICA.

Ac praeterea

Eiusdem Aristotelis, & Hermogenis Rhetorica.

I. pag. 1. A*Ristotelis de Poëtica* Liber inc. Περὶ ποιητικῆς αὐτῆς τε ϗ τῶν εἰδῶν. Des. εἰρήσθω τοσαῦτα. Exstat in eius Operum edit. Paris. G. L. MDCXIX. fol. Tom. II. pag. 652. seqq. COD. XIV.

II. pag. 21. *Eiusdem de Arte Rhetorica* Libri IV. quorum primus inc. Η' Ρ'ητορικὴ ἐςιν ἀντίςροφος. Vltimus des. ἀκηκόατε, ἔχετε, κρίνατε. Ibid. a pag. 512. ad 607. (per errorem 606.) ubi sunt tantum Libri III. Primus enim Liber in Codice in duos dividitur.

III. pag. 106. *Eiusdem Rhetorica ad Alexandrum*. Inc. Ε'πέςειλάς μοι. Des. πλῆθος πολιτῶν. Ibid. pag. 608. seqq.

IV. pag. 144. *Hermogenis Rhetorica Libris IV.* Primus inscribitur Τέχνη ῥητορικὴ περὶ ςάσεων, *Ars Rhetorica de statibus, seu quaestionibus Oratoriis*. Inc. Πολλῶν. Des. τὰ χρυσία. Concordat cum edit. G. L. Colon. Allobr. MDCXIV. in 12. cum versione, & Commentariis Casparis Laurentii (3) a p. 1. ad p. 79. Secundus p. 168. Περὶ εὑρέσεως, *De Inventione*, in IV. sectiones divisus inc. Η' πρώτη. Des. περιςάσεων. Ibid. a pag. 81. ad pag. 236. Tertius pag. 216. Περὶ ἰδεῶν, *de Formis Oratoriis*, in sectiones IX. tributus inc. Εἴπερ ἄλλό τι. Des. τὸ πρᾶγμα φημὶ. Ibid. a pag. 237. ad pag. 516. Quartus pag. 297. Περὶ μεθόδου δεινότητος, *de methodo apti & ponderosi generis dicendi*, inc. Πᾶν μέρος. Des. δεδήλωκεν. Ibid. a pag. 517. ad pag. 567. Scholiis nonnullis marginalibus haec Hermogenis Opera sunt adspersa, quorum nonnulla nomen Syriani praeferunt.

Cod. Graec. chartac. Ms. in 4. maiori, Sec. XV. optime servatus. Constat foliis 308.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

EVRIPIDES.

Adde

Aristophanis Comoedias aliquot.

I. pag. 1. E*Vripidis Tragoediae IV.* cum scholiis marginalibus. Prima est *Hip-* COD. XV.

(1) Haec ex Aldi Epistola ad Clarium Parmensem excerpenda sunt: *Optime igitur Tu, mi Clari, in praestanti ista & opulenta Vrbe Ragusio iuventuti consulis, qui eam & Graece, & Latine simul, ut praecipit Quintilianus, summo studio ac fide, iam multos annos publico conductus stipendio doces; quod ut tibi factu facilius sit, mitto ad te Aristophanem, ut illum non modo legendum, sed ediscendum quoque discipulis praebeas tuis; quem in tuo nomine publicare voluimus, ut coniunctionem studiorum, amorisque nostri, quo possem munere, declararem &c.*

(2) Anno MCCCCXCVIII. ad Graecae Poëseos genus, adhuc apud typographos intentatum, & novum, nempe scenicum, Aldus se convertit: & novem has Aristophanis Comoedias Graecis scholiis illustratas excudit, Danieli Clario Parmensi nuncupatas, cum Graecis Marci Musuri Praefatione, & Scipionis Carteromachi Epigrammate. Ad calcem registrum: *Α'παντά ἐςι τετράδια, πλὴν τῶν δ. ο. π. πεντάδιων, ϵ τῶν Φ. Ζ. Τ. τριαδίων, ϵ τῦ Μ. διαδίυ. Omnes sunt quaterni, exceptis δ ο. π. quinternis, & Φ. Ζ. Τ. ternis, & M. duerno.* Venetiis apud Aldum M. II. D. non MCCCCXCIX. ut in Catalog. Montfaucon. perperam indicatur, Idibus Quintilis. In Aristophanis textu specimen Graecorum suorum maiorum (quantum adhuc videre contigit) ultimum dedit, in scholiis minorum, sed elegantia illis maioribus non absimilium, primum dedit; quibus uti in reliquis deinceps libris usque ad huius centuriae finem maluit.

(3) Hos Commentarios, qui in calce Operum Hermogenis leguntur in editione nostra, Fabricius Bibl. Graec. Vol. IV. p. 432 promitti quidem in titulo, sed nullos in libro ipso se vidisse confirmat.

Hippolytus, II. pag. 19. *b. Medea*, III. p. 39. *Alcestis*, IV. pag. 52. *b. Andromache*. Hypothesis primae aliquot versibus in fine longior est in Codice, quam in editione. Secunda habet duplicem hypothesim, ut in edito; sed primam aliquot item versibus longiorem. Tertiae & quartae similes sunt illis Codicis X. huius Plutei. Notandum paginam 32. fere totam abscissam, novo folio fuisse restauratam: inter Medeam vero, & Alcestidem duo folia esse inserta, quae quorsum pertineant, nondum comperimus.

II. pag. 67. *Aristophanis Comoediae VI.* item cum scholiis marginalibus. Prima est *Acharnenses*, II. pag. 83. *Concionantes*, quae tamen desinit in versu 1127. ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἔρχομαι. III. pag. 98. *b. Equites*, IV. pag. 118. *b. Aves*, & haec mutila in fine; desinit enim in versu 1419. Οἵ δὶ πάρεστιν· ἀλλ' ὅτυ δεῖ χρὴ λέγειν (1). V. pag. 138. *Vespae*, initio & fine mutila; incipit enim a versu 419. Οἷς γ' ἀπώλεσαν Φίλιππον, κ. λ. & desinit in vers. 1387. Οὔ τοι μὰ τὼ θεὼ καταπροΐξει Μυρτίας (2). VI. pag. 152. *Pax*, item initio ac fine mutila; incipit enim a vers. 377. Οὐκ ἂν σιωπήσαιμι, κ. λ. & desinit in vers. 1298. Εἰπέ μοι, ὦ πόσθων, εἰς τὸν σαυτοῦ πατέρ' ᾄδεις; Primae, duo praecedunt argumenta, ut in editione: duo item secundae, quorum primum metricum, in fine diversum sic habet:

Ἐκέλευσέ τε εἰς κοινὸν φέρων τὰ χρήματα,
Καὶ χρῆσθαι ἅπασιν ἐξ ἴσυ ταῖς ὀσίαις,
Καὶ ταῖς γυναιξὶ μετατίθεσθαι τὸς νόμυς.

Alterum est illud, quod inc. Αἱ γυναῖκες, κ. λ. Tertiae vero praeter ea omnia argumenta, quae leguntur in edit. sed diverso ordine disposita, praemissa sunt etiam σχόλεια τῆς ἐπιβάσης ἑρμηνείας, quae integram paginam occupant, minutissimo charactere exarata, & inc. Καὶ τελώνυ. Διεβέβλητο τὸ τῦ τελώνυ ὄνομα, ὡς κ τῦ Κλέωνος ὄντος, κ ὑπὲρ τὸ τέλος, κ. λ. Quartam quoque plures praeeunt hypotheses; prima est, quae inc. Τῆς τῶν Ἀθηναίων, κ. λ. desinit autem in verbis: πρὸς τὺς θεὺς περὶ τῆς ἀρχῆς. Huic adnectitur scholion in illam vocem, Ἐξηκεστίδης, quae incidit in Comoediae versu undecimo, suo loco editum in edit. pag. 382. Alia est metrica; tertia, quae inc. Δύο εἰσὶν Ἀθήνηθεν, κ. λ. ac desinit in verbis: τρίτος Φρύνιχος μονοτρόπῳ. Quinta propter memoratum defectum caret hypothesi. Sextae denique tres sunt, quarum tertia, cuius initium: Τρυγαῖος ἄγροικος κ. λ. desinit in verbis: μέχρι μέν τινος ἕνα .... Scholia in has Comoedias sunt uberrima, & fere editis similia; glossae item interlineares valde sunt spissae.

Codex Graecus papyraceus Ms. in fol. Saec. XIV. tineis ac vetustate valde consumtus. Constat foliis scriptis 162.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ.

ARISTOPHANES.

COD. XVI.

I. pag. 1. *Aristophanis Comoediae VIII.* sine ullis scholiis. Prima est *Plutus*, II. pag. 29. *Nubes*, III. pag. 62. *b. Equites*, IV. pag. 94. *b. Ranae*, V. pag. 128. *Acharnenses*, VI. pag. 155. *Aves*, VII. pag. 198. *b. Vespae*, VIII. pag. 235. *b. Lysistrata*. Primae deest hypothesis. Secundae illa est, quae in edit. nomen praefert Thomae Magistri. Tertiae, omnes illae praeeunt hypotheses, licet ordine immutato, quae leguntur in edito, praeter initium secundae, a verbis nimirum: Ὁ σκοπὸς αὐτῷ, κ. λ. usque ad illa, εἶτα προφανῶς αὐτῷ τὸ ἀνεδίδαξε τὸ δρᾶμα; quae omnino desiderantur in Codice. Quartam denique praecedit argumentum metricum, ac deinde illud, quod inc. Διόνυσος ἐςὶ μετὰ θεράποντος, κ. λ. desinit autem in illis: Φιλωνίδης ἐπεγράφη, ἐνίκα Φρύνιχος δύο Μέσαις. Reliquae carent omni hypothesi.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. min. Saec. XV. Constat foliis 259.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

EVRIPIDES.

COD. XVII.

I. pag. 1. *b.* *Evripidis Tragoediae II.* cum scholiis nonnullis marginalibus, & glossis interlinearibus, quarum prima est *Hecuba*, II. pag. 50. *Orestes*. Prima nullam habet hypothesim; secundae eaedem sunt, atque editae, praeter illam, cuius initium: Ὀρέςης διὰ τὴν τῆς μητρὸς σφαγὴν, κ. λ. quae in Codice desideratur. Scholia in hanc Tragoediam inc. Πάθος ἐπὶ σώματος τὸ τραῦμα κ ἡ πληγή· ὁ ξίφη τις ἐπλήγη, ἢ τοιύτῳ τινὶ, ὃ ἀπὸ μὲν τῦ ποιῦντος λέγεται πρᾶγμα κ πρᾶξις, ἀπὸ δὲ τῦ πάσχοντος πάθος. ὥσπερ τὸ λῆμμα ἀπὸ μὲν τοῦ λαμβάνοντος λέγεται λῆμμα, ἀπὸ δὲ τῦ διδόντος δῶρον. ἀπὸ τύτυ πάθος κ ἐπὶ ψυχῆς ἡ ἧττα, κ. λ. In calce Codicis, amanuensis sequens legitur subscriptio: Ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ταπεινῦ Ἰωάννυ κατὰ μῆνα Ἰούλιον, τῇ ε' τοῦ αὐτοῦ μηνὸς, ἐν ἔτει ϛϠλθ'. ἰνδ.... *Completus est praesens libellus manu mea Ioannis humilis mense Iulio, die V. eiusdem mensis, anno* 6939. (Christi MCCCCXXXI.) (3) *indict.*.... Hoc idem nomen adscriptum est etiam in fine primae Tragoediae pag. 48. ubi etiam folio verso hoc aliud legitur: Ὦ Χριςὲ, βοήθει τῷ σῷ δούλῳ Μανουὴλ τῷ Ξανθοπούλῳ. *O Christe, auxiliare servo tuo Manueli Xanthopulo.*

Codex Graecus bombycinus Ms. in 4. min. Saec. XV. cuius pagina prima, diversa manu suppleta est. Constat foliis scriptis 111.

ET-

(1) Inter hanc, & sequentem Comoediam in Catalogo Montfauc. reponitur *Lysistrata*, quam tamen non invenimus.

(2) E regione huius versus in margine ab alia manu, aeque tamen antiqua, adscriptum est sequens monitum: λείπει ἐγγὺς ϛ' στίχοι, μετὰ δὲ τούτους τὸ λοιπὸν ζήτει ὄπισθεν, ὅθεν ἄρχεται τοῖς ἡμετέροις.

(3) Hanc subscriptionem, sed non ut iacet in Cod. adfert Montfauc. Palaeogr. Graec. pag. 78.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

EVRIPIDES.

Ac

Theocriti Idyllia IV.

COD. XVIII. I, pag. 1. E*Vripidis Tragoediae III.* Prima est *Hecuba*, II. pag. 28. *Orestes*, III. pag. 61. *Phoenissae*. Sed Orestis finem (a versu nimirum 1666.) & Phoenissarum initium (ad versum usque 460.) require inter pag. 90. & pag. 101. integer enim quinternio, suo loco avulsus, inter Theocriti Idyllia perperam insertus est. Praecedit primae Euripidis Vita, & argumentum, ut in Cod. IX. huius Plutei. Secundae vero, & tertiae argumenta cum Codice VI. concordant. Scholia tantum in primis tribus paginis occurrunt.

II. pag. 87. *b. Theocriti Idyllia IV.* quorum primum est *Thyrsis*, II. pag. 90. *b. Viatores, vel bubulci, Comatas, & Lacon*, III. pag. 103. *b. Bubulci, Damoetas & Daphnis*, IV. p. 104. *b. Pastores, Battus, & Corydon*; quae in editione, quam innuimus in Codice V. sunt I. V. VI. & IV.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saec. XV. exeuntis, nitidissimus. Constat foliis 105.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΠΛΟΥΤΟΣ.

ARISTOPHANIS PLVTVS.

COD. XIX. A*Ristophanis Plutus* nullo argumento, nullisque marginalibus scholiis Graecis instructus. Concordat cum edit. cit.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saec. XV. nonnullis glossis interlinearibus Latinis initio adspersus. Constat foliis scriptis 46.

ΗΣΙΟΔΟΥ ΘΕΟΓΟΝΙΑ.

HESIODI THEOGONIA.

Ac praeterea

Phocylidis, Theognidis, Homeri & Pythagorae Carmina.

COD. XX. I. pag. 1. H*Esiodi Theogonia, sive Deorum Generatio*. Concordat cum editione G. L. quam citavimus supra in Cod. V. huius Plutei, a pag. 4. ad pag. 145.

II. pag. 22. *Eiusdem Scutum Herculis*. Ibid. pag. 150. In Codice praecedit hypothesis, cuius initium est: Τῆς ἀσπίδος ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ τετάρτῳ καταλόγῳ φέρεται. Finis: Μήςωρ, Τηλεβόας, Τάφιος. In fine legitur: ςίχοι υπ'. *Versus CCCCLXXX.*

III. pag. 30. Fragmentum quoddam *de speciebus tragicae poëseos*, auctore Anonymo. Inc. Τῆς τραγικῆς ποιήσεως εἴδη εἰσὶ δέκα. Des. ὅταν τῶν ὑποκριτῶν εἰς ᾠδὴν φέρηται. ἀμήν.

IV. pag. 31. *Phocylidis Carmina*, cum disticho in principio in laudem auctoris, quod sequens est:

Ταῦτα δίκης ὁσίοισι θεῶν βουλεύματα φαίνει
Φωκυλίδης ἀνδρῶν ὁσιώτατος ὄλβια δῶρα.

Exstant G. & L. inter Poëtas Graecos Veteres Iac. Lectii Aureliae Allobrog. MDCVI. fol. Tom. I. pag. 722. sub titulo *Poëmatis Admonitorii*.

V. pag. 35. *b. Theognidis Megarensis Carmen Elegiacum*. Ibid. pag. 704.

VI. pag. 57. *b. Homeri Batrachomyomachia*. Ibid. pag. 413. Heic iterum scriptor incoeperat Phocylidis carmina, superius relata, describere; sed errore animadverso, in octavo versu desiit.

VII. pag. 64. *Pythagorae Samii Carmina aurea*. Ibid. pag. 726.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saec. XV. Constat foliis 65.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΕΚΑΒΗ.

EVRIPIDIS HECVBA.

Seu potius

Tragoediae III.

I. pag. 1. E*Vripidis Tragoediae III.* cum scholiis marginalibus, & glossis interlinearibus. Prima est *Hecuba*, II. pag. 38. *b. Orestes*, III. pag. 83. *b. Phoenissae*. Praecedit primae Vita Euripidis, & argumentum, ut in cod. IX. huius Plutei. Secundae vero argumentum idem cum illo Codicis VI. Tertia tandem habet primam ex tribus hypothesibus; deinde sphingis aenigma, eiusque solutionem, quae uno tamen disticho auctior est: incipit enim: COD. XXI.

Λῦθι κ᾽ οὐκ ἐθέλουσα κακόπτερε μοῦσα θανόντων
Φωνῆς ἡμετέρας σὸν τέλος ἀμπλακίης.
Ἄνθρωπον, κ. λ.

tum dramatis personae sequuntur, aliaque pauca, quorum initium: Ἐπιγράφεται τὸ δρᾶμα Φοίνισσαι, κ. λ. Finis: ὑπηρετεῖν κατεςάθησαν. Scholia sunt quidem breviora, quam in edito; ab ipsis tamen minime diversa.

II. pag. 129. Ἀνδρονίκου Βυζαντίου ἐπίγραμμα ἐν ἑξαμέτρῳ εἰς τὸ Βησσαρίωνος καρδινάλεως καὶ πατριάρχου Κωνςαντινουπόλεως ὑπὲρ Πλάτωνος βιβλίον. *Andronici Byzantini Epigramma versibus hexametris in librum a Bessarione Cardinale, & Patriarcha Constantinopolitano pro Platone compositum*. Hic titulus margini est appositus: in medio vero ita legitur: Εὐτυχῶς τῷ δεσπότῃ.

Inc. Αἰγλήεις παράδεισος μουσῶν ἀγλαὸν ἄλσος.

Des. Ὄλβιον, ἄκρον ἀωτεῦντι σοφίης ἁγνὸν ἄνθος.

In fine: Εὐτύχει μουσηγέτα.

Hoc Carmen diversa, ac recentiori manu exaratum est.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. min. Saec. XV. Constat foliis scriptis 130.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΝΕΦΕΛΑΙ.

ARISTOPHANIS NEBVLAE.

COD. XXII. *Aristophanis Nubes* cum scholiis, glossis interlinearibus, & argumento, quod in edit. Thomae Magistro tribuitur. In fine legitur: Τὸ τέρμ' ὧδ' ἐςὶ δράματος τῦ δευτέρου. Scholia sunt uberrima, & ab editis minime diversa.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 4. Saec. XIV. cuius primae quatuor, totidemque postremae paginae manu recentiori suppletae sunt. Constat foliis scriptis 50.

ΗΣΙΟΔΟΥ ΕΡΓΑ ΚΑΙ ΗΜΕΡΑΙ.

HESIODI OPERA ET DIES.

Adde quaedam

Procli Diadochi, Maximi Planudis, Demetrii Melidonis, Isaaci Monachi, & aliorum.

COD. XXIII. I. pag. 1. *Hesiodi Opera & Dies* cum uberrimo Commentario; nec sine plurimis glossis interlinearibus rubrica conscriptis. Hesiodi textus cum edito, Commentarius cum illo Codicis V. huius Plutei concordat. In fine apposita sunt septem planetarum nomina, ac figurae: tum pag. 43. *b. Gregorii Theologi de decem Aegypti plagis* versus Elegi XII. ut in edit. eius Operum Billiana Tom. II. pag. 99. aliique eiusdem versus heroici XI. quorum initium quum inter eius Carmina non invenerimus, heic uti iacent in Codice proferimus.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὡς δ' ὅτ' ὁ λίγυσι περίγραπτος ἔπλετο φωναῖς,
Οὔτέ μιν ἠμάλδυνε ῥέων χρόνος οἷά τε καπνὸς,
Ἥρως ἐν λαγόνεσσιν ἀϊςωθέντα τάχιςα,
Τοῖος γὰρ ψαφαροῖο κλέος νόμος αὐτίκα πίπτειν·
Ἀλλ' αἰεὶ πάντεσσιν ἀοίδιμος εἰσέτι μᾶλλον
Αἰὲν ἐπερχομένοισιν ἀεξόμενος λυκάβασιν
Πείθομαι ὥς ποτε γαῖαν ὅλην δεσμοῖσι καθέξει.
Ὡς γὰρ θέσφατόν ἐςι, λόγος δ' ἐπὶ ἔργον ὁδεύει,
Ἀλλὰ τὸ μὲν μεγάλοιο θεῦ ἐν γούνασι κεῖσθω.
Αὐτὰρ ἐγὼ τά με Χριςὸς ἐμὸν φάος ἐξεδίδαξεν,
Ἐξερέω μύθοιο θεμείλια πάντ' ἀναφαίνων.

II. pag. 44. Συλλογὴ τῆς ἐξηγήσεως Πρόκλου τοῦ Διαδόχου τῆς εἰς τὰ ἔργα κ̀ εἰς τὰς ἡμέρας τοῦ Ἡσιόδου. *Collectio Expositionis Procli Diadochi in Hesiodi Opera & Dies*. Inc. Ὦ μοῦσαι αἱ ταῖς ὑμετέραις φωναῖς δοξάζουσαι ἡμᾶς τοὺς ποιητάς. Des. ὑπερβασίας δὲ, τὰς ὑπερβάσεις τῦ καλῶς ἔχοντος. τούτοις δὲ ἐπάγουσί τινες τὴν ὀρνιθομαντείαν, ἅ τινα Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἀθετεῖ. Quibus ultimis adscripta est vox, ἄλλως, ut coniiciamus non ex solo Proclo, sed ex plurium interpretum excerptis commentarium hunc esse contextum, de quo vide Fabric. B. G. Vol. VIII. p. 521.

III. pag. 75. Τοῦ Πλανούδη. *Planudis* (Maximi) *de verborum Constructione* Libellus, cum glossa interlineari. Inc. Τῶν ῥημάτων τὰ μὲν οὐδαμῆ μεταβαίνουσαν ἐν τῷ λόγῳ τὴν σύνταξιν εἰς ἕτερον πρόσωπον ἔχει. Des. τὰ δὲ ἐπὶ ὁράσεως μόνα αἰτιατικῇ. οἷον, βλέπω σε, ὁρῶ σε, ἀτενίζω σε. Inter Grammaticos ineditos recensetur Planudes a Fabric. B. G. Vol. VII. pag. 47. In fine hi versiculi leguntur, ad quemdam sacerdotem, nomine *Ioannem*, ut ex verbo χαριτώνυμε eruitur.

Παναγιῶτα χαριτώνυμε θύτα,
Ἀντωνίου μέμνησο συντεθεικότος
Κανόνα τόνδε τοῖς τρισὶ διδασκάλοις,
Ὅπως λάβοιμι πλημμελημάτων λύσιν.
Ἔχω τὸν οἶκον ἐξ ἐκείνου τὸν πέλας,
Ὃ δ' εἶπας ὕδωρ, οὐδαμῶς σοφὸν κάρα·
Καί μοι πέπονθεν ἧπαρ πῶς οἴει τάλαν,
Σὺ δ' ἀλλ' ὅπως ἴαμα σῷ πέμπῃς τέκνῳ.
Sanctissime, & gratiosi nominis sacerdos,
Antonii recordare, qui composuit
Canonem istum ex tribus doctoribus,
Vt recipiam meorum errorum veniam.
Mihi domus est ab illo proxima.
Quam vero mihi *promisisti aquam, nullatenus* habeo, *sapiens caput* (1).
Mihi autem dolebat iecur male misero.
Sed tu fac, ut medelam tuo porrigas filio.

IV. p 87. Ἀρχὴ σὺν θεῷ ἁγίῳ μερικῆς Ὁμήρου τεχνολογίας ἀπὸ φωνῆς κυρίου Δημητρίου τοῦ Μελιδόνη. *Initium cum Deo sancto particularis in Homerum grammaticalis explicationis, a voce Domini Demetrii Melidonis*. Inc. Μῆνις ἀπὸ τοῦ μένειν, ἡ ἔμμονος ὀργή. Ἀείδω, τὸ ἐμμελῶς λέγω, ἐξ οὗ ἡ ἀοιδὴ, ἡ ᾠδὴ, κ̀ ᾄδω. Des. Ἔκταν, κτῆμι, ὁ δεύτερος ἀόριςος ἔκτην, κ̀ τροπῇ τοῦ η εἰς α ἔκταν. Nihil de hoc Demetrio Melidone apud Fabricium occurrit.

V. pag. 103. Sequuntur Canones quidam Grammatici de dialectis Ionica, Attica, Dorica, Aeolica, & Boeotica, sine ullo titulo. Inc. Τὰς εἰς ας ληγούσας εὐθείας τὰς ὑπὲρ δύο συλλαβὰς, εἰς ης ἐκφέρουσιν οἱ Ἴωνες. Des. τὸ οὐχὶ, οὐκὶ λέγει, τὸ ἐτύφθησαν, ἐτύφθων.

VI. pag. 111. Ἰσαὰκ μοναχοῦ τοῦ Ἀργυροῦ περὶ μέτρων ποιητικῶν. *Isaaci Argyri Monachi de metris poëticis*. Inc. Μέλλοντες περὶ μέτρων τῶν ἐν ταῖς ποιητικαῖς βίβλοις ἐμφερομένων βραχεῖάν τινα πρὸς τοὺς νέους τὴν διδασκαλίαν ποιήσασθαι. Des. ὡς κ̀ ταύτας ταῖς κοιναῖς συναριθμεῖσθαι συλλαβαῖς. Agitur autem in hac brevi didascalia de pedum qualitate, & appellatione, de monometris, versibus dimetris, trimetris, tetrametris, pentametris, hexametris &c. Fuit idem opusculum etiam apud Ioannem Sambucum. Vide & Catalogum Mss. Angliae Tomo II. pag. 246. N. 8558.

VII. pag. 119. Agmen claudit Tractatus Latinus item *de Arte Metrica*, e Donato maiore, Beda, Isidoro, & Honorato cognomine Servio, ex libro, quem ipse scripsit ad Episcopum Aquilinum, compositus a Fratre quodam Ord. Praed. ut in fine eiusdem dicitur.

 Inc.

(1) Vt ita versum hunc explicem, Scholiastes monet, qui verbo εἶπας superscripsit ὑπέσχου μοι, & verbo οὐδαμῶς, ἔχω κατὰ κοινοῦ.

Inc. *Vltimo de arte metrica pauca ſubduntur imittando Donatum maiorem, & Bedam, qui ipſum ſequitur, & Yſidorum, &c.* Deſ. *clariſica dixit nomen tuum, magnaque celo. Haec ad laudem Dei, & utilitatem cuiuslibet in noſtro Praedicatorum Ordine ſotii ſunt compacta, excitante, dirigente, & perficiente Domino Ieſu Chriſto, a quo huius primordium, medium, & ultimum, cui eſt honor per infinita ſecula ſeculorum, amen.*

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. min. Saec XV. diverſa manu conſcriptus, cuius dimidia pars tineis corroſa aliquantum, ac madore corrupta eſt. Conſtat foliis ſcriptis 122.

ΗΣΙΟΔΟΥ ΕΡΓΑ ΚΑΙ ΗΜΕΡΑΙ.

HESIODI OPERA ET DIES.

Ac praeterea

Theogonia, ac Scutum Herculis, & in eadem Commentarii; tum Iuliani, & Phalaridis Epiſtolae quaedam.

COD. XXIV. I. pag. 1. *Heſiodi Opera, & Dies.* Exſtat in dicta Iac. Lectii Collectione Tom. I. pag. 445.

II. pag. 24. *Eiuſdem Theogonia.* Ibid. pag. 464. duobus in fine verſibus longior, qui in Codice deſiderantur.

III. pag. 51. *Eiuſdem Scutum Herculis.* Ibid. pag. 457. Haec autem omnia gloſſis interlinearibus ſunt adſperſa.

IV. pag. 64. Ἐκ τῆς Ἰωάννου τοῦ Τζέτζου ἐξηγήσεως. *Ex Ioannis Tzetzae enarratione* Excerptum de Differentia Poëtarum, & Vita Heſiodi. Inc. Περὶ τῆς τῶν ποιητῶν διαιρέσεως καὶ πρώην μέν μοι ἐξείργασται μικρὸν συγγραμμάτιον. Deſ. Ἡσίοδ' ἀνθρώποις μέτρον ἔχον σοφίης. Vide Fabric. B. G. Vol. X. p. 252.

V. pag. 67. Εἰς τὴν Ἡσιόδου Θεογονίαν σχόλιά τινα μερικὰ παλαιά. *In Heſiodi Theogoniam ſcholia quaedam particularia antiqua.* Inc. Ἰστέον, ὅτι ὁ περὶ τῆς Θεογονίας λόγος φυσικὴν διήγησιν τῶν ὄντων ὑπαγορεύει. Deſ. ἣν ὁ ἥλιος ἐπιλάμψας διασκεδάζει. Leguntur in Syntagmate Poëmatum Heſiodi cum variorum veterum auctorum ſcholiis Graecis a Daniele Heinſio Lugduni Batavor. apud Raphelengium A. MDCIII. 4. edito, pag. 233. Quae quidem ſcholia, non ſolius Tzetzae eſſe, ſed ex Tzetza, & antiquioribus excerpta putat idem Heinſius l. c. p. 225. Enimvero in Theogoniam exſtant Commentarii Graeci duplices, quorum unus inſcribitur: Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Ἰωάννου Διακόνου τοῦ Γαληνοῦ εἰς τὴν Ἡσιόδου θεογονίαν ἀλληγορίαι, alter vero, ut ex noſtro Codice patet, Σχόλια εἰς τὴν Ἡσιόδου θεογονίαν παλαιά, quorum auctorem Didymum exiſtimaſſe videtur Natalis Comes Lib. VI. Cap. XVIII. Mythologiae pag. 633. Ioannes Alexander Braſſicanus A. MDXXX. Praefatione ad Salvianum teſtatus eſt, ſe habere Ioannis Philoponi, cognomento Grammatici, Commentarios in Heſiodum, fortaſſis non alios intelligens, quam quos ſub Ioannis Galeni nomine habemus, vel Commentarios in ἔργα καὶ ἡμέρας, ſed qui Tzetzae ſunt, non Philoponi.

VI. pag. 88. Τοῦ Βουλγαρίας χαρτοφύλακος Πόθου (1), τοῦ καὶ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων κυροῦ Ἰωάννου διακόνου τοῦ Πεδιασίμου (2) τεχνολογία εἰς τὴν τοῦ Ἡσιόδου Ἀσπίδα. *Bulgariae Chartophylacis Pothi, & philoſophorum principis, D. Ioannis Diaconi Pediaſimi Commentarius Grammaticus in Heſiodi Scutum.* Inc. Οἵα ἢ ὁποία ἡ μεγάλη ὡς ἐνταῦθα, ὀξύνεται δὲ ὅτι τὸ α μακρόν ἐστι. Deſ. βροτόεντα δὲ, ἤγουν αἱματώδη, βρότος γὰρ τὸ μετὰ κόνεως αἷμα. Confer Lambecium VII. p. 233. quo iudice Ioannes Galenus Diaconus, cui Commentarius in Theogoniam tribuitur, idem eſt cum Ioanne Pediaſimo. In hoc Poëma habemus etiam Commentarios Graecos Ioannis Tzetzae.

VII. pag. 97. *Breviſſima Sylloge*, ſeu *Collectio fabularum poëticarum*, cui titulus eſt: Ἔν τινι ταῦτα εὑρέθη παλαιῷ βιβλίῳ. *In quodam veteri libro haec inventa ſunt.* Inc. Ταϋγέτη καὶ Ἠλέκτρα Ἄτλαντος ἐγένοντο θυγατέρες. Deſ. οἳ χρόνῳ βαρβαρωθέντες ἐλέγοντο σολοικίζειν, ἀφ' οὗ καὶ σολοικισμός. Auctor Anonymus. Habetur etiam in Bibl. Vindob. Neſſel. Catalog. Part. IV. pag. 21. §. VII.

VIII. pag. 98. Ἐκ τῶν σχολίων Πρόκλου ἐκλογὴ τῶν ἀναγκαιοτέρων. *Ex Procli ſcholiis ſelectio rerum magis neceſſariarum.* Inc. Ὁ σκοπὸς τοῦ βιβλίου παιδευτικός ἐστιν, ὅπως τὸν ἴδιον βίον κοσμήσαντες, οὕτω καὶ τῆς περὶ τὸ θεῖον γνώσεως μέτοχοι γενώμεθα. Deſ. καὶ τὴν τῶν ἡμερῶν ἐκλογήν. Hic ſcholiorum delectus in Heſiodi Opera & Dies auctorem habet Demetrium Triclinium, ut in ipſorum fine adnotatur hiſce verbis: Αἱ ἐκλογαὶ αὗται αἱ ἀπὸ τῆς ἐξηγήσεως τοῦ Τζέτζου τε καὶ τοῦ Πρόκλου, εἰσὶν ἐκλεγεῖσαι παρὰ Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου. Demetrii Triclinii Scholia in Theogoniam Heſiodi manuſcripta exſtare in Bibliotheca Vindobonenſi teſtatur Neſſelius loco ſupra citato. aliquantulum tamen videntur diverſa a noſtro Codice.

IX. pag. 136. Καὶ ταῦτα εἰς τὴν Ἀσπίδα τοῦ Ἡσιόδου. *Et haec in Herculis Scutum*, nimirum Excerpta breviſſima. Inc. Λιπὼν δ' ὅγε πατρίδα γαῖαν. Ὁ Ἀμφιτρύων ἀπέκτεινε τὸν πατέρα τῆς Ἀλκμήνας Ἠλεκτρυῶνα. Deſ. θαυμαστὸν γὰρ ἑκάτερον ἡ τῆς ἀσπίδος ἀπέδειξε ταύτης κατασκευή.

X. pag. 138. *Andronici Byzantini Epigramma verſibus hexametris in laudem libri Cardinalis Beſſarionis pro Platone.* Vide in Cod. XXI. huius Plutei §. II. cum quo concordat.

XI.

(1) Pothi fortaſſe cognomen inde habuit, quod Πόθοι, ſive Iambos *de muliere mala & bona* compoſuit, quos G. & L. vulgavit Holſtenius, cum Demophili & Democratis ſententiis Rom MDCXXXVIII. 12. & Thom. Galeus in Opuſc. Mythol. Cantabrig. MDCLXXI. 8.

(2) Ioannes Pediaſimus, ſive *aequanimus* a planitie πεδίου, idem etiam Ioannes *Galenus* a γαληνότητι, ſive mentis ſerenitate appellatus, Saeculo XIV. Primae Iuſtinianeae, & Bulgariae Chartophylax fuit, ὕπατος φιλοσόφων, & Diaconus.

XI. p. 139. *b.* Ἐπιςολαὶ τοῦ σοφωτάτυ κ̀ γαληνοτάτυ ϐασιλέως Ἰυλιανοῦ. *Sapientissimi, ac serenissimi Imperatoris Iuliani Epistolae*, numero XVIII. quae iuxta ordinem, quem obtinent in eius Operum edit. G. L. curante Ezechiele Spanhemio Lipsiae MDCXCVI. fol. Tom. I. pag. 372. seq. sunt, I. quae est ἀνεπίγραφος, II. III. XIV. XX. XVIII. (quae in Cod. inscribitur Εὐμενίῳ) XVI. IV. (quae in Cod. inscribitur Ἀρισοξένῳ φιλοσόφῳ) XXVI. VI. VII. (quae in Cod. inscribitur Ἀταρβίῳ ἰδιόγραφον) VIII. anepigrapha. IX. XXIII. XV. XII. LVIII. & LIX. sed ex hisce duabus postremis unam tantum facit Codex, ita ut extrema unius cum primis alterius in eadem linea coniungantur.

XII. pag. 147. Ἐπιςολαὶ Φαλάριδος τυράννυ Ἀκραγαντίνων. *Phalaridis Agrigentinorum tyranni Epistolae*, numero XCVII. Prima *ad Alcithoum* inc. Πολύκλειτος ὁ Μεσήνιος, ȣ̃ κατηγορεῖς παρὰ τοῖς πολίταις προδοσίαν, κ. λ. Vltima *ad Stesichorum* des. ἃ τὰς παρȣ́σας ἐπανήσει φροντίδας. Exstant omnes editae in Gr. Lat. Epistolarum Graecarum Collectione Cuiaciana Aurel. Allobrog. MDCVI. fol. a pag. 59. ad pag. 107. quae quidem usque ad trigesimam secundam inclusive eumdem ordinem in Codice, quem in editione obtinent, deinceps vero, quum multo pauciores sint editis, ab ipsa recedunt.

XIII. pag. 176. *b.* Epigramma quatuor versuum *in praesentis vitae brevitatem*, quod sequens est:

Καὶ τί μέγα ζώειν τὸν αὐτίκα νεκρὸν ἐόντα;
Ὁ χρόνος ἀπατέει. φύλλῳ ἔοικε φύσις.
Γαῖα βρότος κ̀ ὕδωρ· τὰ δ' ἀπ' αὐτῶν ἐς τάδε δύνει.
Ὥς τε μάτην ὁ ϐίος, κ̀ ὅσα τις πονέει.

Tum fragmentum historicum de Priamo, levis prorsus momenti.

Codex Graec. chartac. Ms. in 8. Saec. XVI. nitide conscriptus, optimeque servatus, in cuius pagina prima haec legitur epigraphe: Αὕτη ἡ βίβλος Πέτρυ ἐςὶ τȣ̃ Λαυρεντίυ ὑοῦ, τȣ̃ Μέδικος, Φλωρεντίνου, ἣν αὐτῷ ὁ αὐτὸς ἐδωρήσατο πατὴρ εὐφυίας τε κ̀ φιλομαθίας χάριν. *Hic liber est Petri F. Laurentii Medices Florentini, quem ipsi pater eius ob bonam indolem, ac discendi cupiditatem donavit*. Constat foliis scriptis 176.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΕΚΑΒΗ.

EVRIPIDIS HECVBA.

Et

Theocriti Idyllia IX.

COD. XXV. I. pag. 1. E*Vripidis Tragoediae duae*, quarum prima est *Hecuba*, II. p. 50. *Orestes* (1). Primae nulla hypothesis, secundae eaedem prorsus, quae in edito: illa pluribus, haec paucioribus scholiis adspersa est, cuius etiam fere dimidiam partem diversa manus exscripsit.

II. pag. 97. *Theocriti Idyllia IX.* quae sunt totidem prima ex XXXV. editis Venetiis apud Salamandram MDXXXIX. 8. ita tamen exarata, ut nullum versuum discrimen adpareat, sed pedestris orationis speciem praeseferant. Praecedit Poëtae Vita, ut in edit. cit. pag. 3. *b.* tum quaedam pauca de Dorica dialecto. In primo Idyllio scholia quaedam occurrunt, quae utplurimum cum editis loc. cit. in calce Operum, concordant. Glossas vero interlineares, duobus ultimis exceptis, reliqua habent. Argumenta nulla sunt.

Cod. Graec. chartac. Ms. in 4. min. Saec. XVI. in cuius pag. prima ita legitur: Αὕτη ἡ βίβλος ἐςὶν Ἁρμονίυ τοῦ Ἀθηναίυ. ἔχει φλορ. β'. *Hic liber est Harmonii Atheniensis, emtus florenis duobus*. Constat foliis scriptis 134.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΑΡΓΟΝΑΥΤΙΚΑ.

APOLLONII ARGONAVTICA.

A*Pollonii Rhodii Argonauticon Libri IV.* quorum initium & finis concordat cum nitidissima illa edit. Florentina, quam innuimus supra in Cod. VII. huius Plutei. Praecedit Libro I. duplex Poëtae Vita, ut in dicta edit. tum scholia in eumdem Librum, quae usque ad paginam 15. progrediuntur, unde Apollonii textus incipit. Reliquis tribus Libris argumenta praefixa sunt; secundi brevissimum inc. Ἄμυκος ἐβασίλευε Βεβρύκων τῆς Βιθυνίας, κ. λ. & est pars scholiorum, quae sub initium illius libri occurrunt. Tertii vero, & quarti concordant cum editis; quemadmodum etiam scholia utplurimum, tum quae supra memoravimus, tum alia, quae in margine adposita identidem leguntur. COD. XXVI.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saec. XV. exeuntis, cuius undecim paginae initium Libri primi continentes, recentissima manu, non satis perita, suppletae sunt. Constat foliis 225.

ΚΟΛΛΟΥΘΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ ΑΡΠΑΓΗ ΕΛΕΝΗΣ.

COLVTHI POETAE RAPTVS HELENAE.

Adde

Tryphiodorum, Dionysium Periegeten, & Oppianum.

COD. XXVII. I. pag. 1. C*Oluthi de Raptu Helenae Carmen* (2). Exstat inter Poëtas Graecos Veteres Heroici Carminis Scriptores, ex recensione Iac. Lectii, Aurel. Allobrog. MDCVI. fol. Tom. I. pag. 682.

II. pag. 8. *b.* *Tryphiodori de Troiae Eversione Poëma*. Ibid. pag. 688.

III.

(1) Male Montfauconius in suo Catalogo, tertiam quoque Tragoediam, nempe *Phoenissas*, adiungit: haec enim nulla est in Codice.

(2) Huius Codicis variantes lectiones excipit Coluthi editio curante Io. Daniele a Lennep Leovardiae typis Guil. Coulon MDCCXLVII. 8. necnon Coluthi ipsius, & Tryphiodori Florentinae editiones, quae cura nostra prodierunt A. MDCCLXV. 8. typis Caesareis.

III. pag. 21. *b. Dionysii Orbis descriptio*. Ibid. pag. 664.

IV. pag. 44. *b. Oppiani de Venatione Libri IV.* Ibid. Tom. II. pag. 87. seqq. In Codice vero praecedit Poëtae Vita, cuius initium: Ὀππιανὸς ὁ ποιητὴς πατρὸς μὲν ἦν Ἀγησιλάου. Finis: τέθνηκεν Ὀππιανὸς τριακονταετὴς ὤν.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. min. Saec. XVI. Constat foliis scriptis 86.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ,

EPIGRAMMATA.

COD. XXVIII. Continet hic Codex Anthologiam, sive Florilegium variorum Epigrammatum, in VII. Libros divisum, & a Maximo Planude collectum, ut ex primi Libri titulo paene evanido eruitur. Singulis autem Libris Index Capitum praecedit, rubrica conscriptus; itemque uniuscuiusque Epigrammatis titulum, auctorisque nomen rubrae litterae distinguunt. Nec desunt quandoque in margine parva quaedam scholia ab eadem manu exarata. Hunc itaque Codicem, maxima diligentia conscriptum, praecipua quadam recensione dignum existimavimus; ac propterea singula Epigrammata in ipso contenta, cum Florilegio edito in corpore Poëtarum Graecorum Veterum Iac. Lectii ita contulimus, ut eorum initium ac finem in utroque exemplari inter se componentes, quae vel deesse, vel abundare in alterutro comperimus, ea omnia lectori significare operae pretium duxerimus. En igitur discrimina a nobis animadversa.

Pagina Codicis sexta omittitur Epigramma, quod in editione est XIII. Cap. V. Lib. I. pag. 497.

Pag. 8 Epigr. VI. Cap. VI. unico versu constat, qui inc. Οὐδεὶς, κ. λ.

Pag. 14. *b.* Epigr. VII. Cap. XVI. tetrastichon, in duo dividitur in Codice, distichon primum *Philoni* tribuitur, alterum *Luciano*.

Pag. 15. Epigr. V. Cap. XVII. quarto versu caret in Codice.

Pag. 16. *b.* Epigr. V. Cap. XIX. deest.

Pag. 22. *b.* Epigr. I. Cap. XXVI. quod in edit. ἄδηλον inscribitur, in Codice tribuitur *Lucilio*.

Pag. 32. *b.* Epigr. I. Cap. XXXIV. tribuitur *Palladae*.

Pag. 34. Epigr. VI. Cap. XXXVII. *Crinagorae* adscribitur.

Pag. 44. Inter Epigr. VIII. & IX. Cap. XLVI. interiacet σχόλαιον Μαξίμου μοναχοῦ τοῦ Πλανούδη. Inc. Λῆμμα εἰς τὰ προκείμενα προβλήματα εὑρεῖν ἀριθμὸν τὸν πρῶτον ἀπὸ μονάδος ἔχοντα τὰ διδόμενα μέρη, κ. λ. Duas circiter paginas occupat.

Pag. 47. Vltimum Epigr. Cap. XLVIII. in edit. *Iuliano* tributum, in Codice adscribitur *Palladae*.

Pag. 55. Inter Epigr. III. & IV. Cap. LIX. inseritur in Codice Epigramma octastichon ἄδηλον, quod inc.

Τίς ποτ' ἀκηδέστως οἰνοτρόφον ὄμφακα βάκχου, κ. λ.

Pag. ead. *b.* Epigr. VII. eiusdem Cap. quod in edit. *Nicerato* tribuitur, in Codice ἀδέσποτον est, eique subditur Epigr. monostichon *Palladae*, quod inc.

Ἵπποι μὲν σφηκῶν, κ. λ.

quod in edit. est VIII. sequentis Cap. & *Nicandro* adscribitur.

Pag. 59. Inter Epigr. IV. & V. Cap. LXV. inseritur Epigr. tetrastichon Antiphili, quod inc.

Κρηναῖαι λιβάδες τί πεφεύγατε; ποῦ τόσον ὕδωρ, κ. λ.

Pag. 60. Inter Epigr. III. & IV. Cap. LXVI. inseritur distichon *Palladae*, quod inc.

Γῆς ἐπέβην γυμνὸς, γυμνὸς δ' ὑπὸ γαῖαν ἄπειμι.

Pag. ead. Inter Epigr. V. & VI. eiusdem Cap. inseritur Epigr. hexastichon, sine titulo, quod inc.

Τόνδε πολυκτέανον, ἢ πλούσιόν ἐστι δίκαιον, κ. λ.

Pag. 64. *b.* Inter Epigr. IV. & V. Cap. LXVIII. inseritur tetrastichon heroicum ἄδηλον, quod inc.

Εὕνεκα μ' ἐξέλασας, θέλοντά μιν ἀδὺ φιλῆσαι, κ. λ.

Pag. 68. Post Epigr. XXIII. Cap. LXX. subiungitur aliud item ἄδηλον sex versuum, quod inc.

Γλήκοις πολύϋχε, σὲ μὲν χρυσαυγέϊ νηῷ, κ. λ.

Pag. 70. *b.* Notandum, in ultimo Epigrammate iambico Cap. LXXVI. quod tamen primum est in Codice, deesse in edit. ultimum versum Graecum, typographi quidem lapsu; versio enim Latina integra est.

Pag. 77. Epigramma II. Cap. LXXXVI. in edit. decastichon, in Codice est pentastichon; desinit enim in verbis: σέφεσίν τε θαλείοις.

Pag. 78. *b.* Inter Epigr. II. & III. Cap. LXXXVII. inseritur tetrastichon Elegiacum *Bianoris*, cuius initium:

Ἤριπεν ἐξ ἄκρης δόμος ἀθρόος, ἀλλ' ἐπὶ παιδὶ, κ. λ.

Pag. 81. In fine Cap. XCI. in Codice occurrit Epigr. versibus heroicis XXIII. constans ἄδηλον, εἰς τὸ ἔαρ, *auctoris incerti in ver*. Inc.

Χείματος ἠνεμόεντος ἀπ' αἰθέρος οἰχομένοιο, κ. λ.

Lib. II.

Pag. 87. In Epigr. VI. Cap. IX. secundi versus lacuna, ex Codice ita suppletur:

Ἔκβαλε. πολλὰ λίην πράγματά μοι παρέχει.

Pag. 89. *b.* Caput XI. quod in edit. unicum tantum Epigramma continet, in Codice habet duo; quorum primum tetrastichon inscribitur, Εἰς γυναῖκας, Μακεδονίου ὑπάτου. *In mulieres, Macedonii Consulis*. Inc.

Ἔπταρον ἄγχι τάφοιο, καὶ ἤθελον αὐτὸς ἀκοῦσαι, κ. λ.

alterum est distichon, quod exstat etiam in edit.

Pag. 104. *b.* Inter Epigr. XIV. & XV. Cap. XL. interiacent duo disticha; primum sine titulo inc.

Καλλίμαχος τὸ κάθαρμα, κ. λ.

alterum ἄδηλον inc.

Πάντα μὲν οἶδα λέγεις, κ. λ.

Lib. III.

Pag. 125. Deest in Cod. Epigr. XXI. Cap. V. quod inc.

Ἀκμὰς ἐσηκῶσαν, κ. λ.

Pag.

Pag. 132. *b.* Inter Epigr. XL. & XLI. Cap. VI. interiacet in Codice tetrastichon *Apollonidae*, quod inc.

Ἔφθανεν Ἡλιόδωρος, ἐφίσπετο δ' οὐδ' ὅσον ὥρῃ.

Pag. 149. Epigr. XVI. Cap. XIV. uno disticho auctius est in Codice, quod inc.

Εἰ δ' ὀλίγην ἀθρῇς ἐπ' ἐμοὶ κόνιν, κ. λ.

Pag. 150. Ante ultimum Epigr. Cap. eiusdem, hoc monostichon legitur Γεμίνου.

Ὧδε μέγας κεῖται Ζὰν, ὃν διακικλήσκουσιν.

Pag. 155. Pro *Bianoris* Epigrammate, quod est XXV. Cap. XXII. legitur in Codice Epigr. octastichon Τοῦ αὐτοῦ (nempe *Philippi*, cuius est praecedens) Inc.

Ἠϊόνι τόδε σῆμα, βροτοῦ παντλήμονος, ἄθρει.

Pag. 170. Epigrammata XI. XII. XIII. XXI. XXIV. XXV. XXIX. XXXV. XXXVI. XXXVII. XLII. XLIII. LXI. LXII. LXV. LXXIV. Cap. XXV. omittuntur suo loco: restituuntur autem omnia in fine eiusdem Capitis, quibus praeterea aliud accedit Epigr. tetrastichon Διονάκτου, quod inc. pag. 177. *b.*

Οὔτι φύσις θήλεια, καὶ ὁ πολιοῖο καρήνου, κ. λ.

Lib. IV.

Pag. 189. *b.* Inter Cap. II. & III. Codex interserit omnia illa Epigrammata, quae in edit. magnam partem constituunt Libri V. nimirum a N. LXXV. usque ad finem, quibus titulus est: Εἰς τὰς ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ Κωνσταντινουπόλεως στήλας τῶν ἀθλητῶν ἐπιγράμματα, quaeque propterea suo loco deinde omittuntur in Codice.

Pag. 199. Inter Epigr. XVI. & XVII. Cap. IV. inseritur Epigr. tetrastichon, nullo titulo, quod inc.

Πᾶσα φύσις βασίλεια τεὸν κράτος αἰὲν ἀείδει.

Pag. 200. Inter Epigr. III. & IV. Cap. IV. ponitur in Codice distichon, cui titulus: Κύρου ἀπὸ ὑπάτου εἰς Σοφίαν τὴν αὐτοῦ γυναῖκα. Inc.

Τῆς Σοφίης τόδ' ἄγαλμα, κ. λ.

Pag. 202. Inter Epigr. XXV. & XXVII. Cap. VII. ponitur in Codice distichon cum titulo: Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων. Inc.

Πόρτιν τήνδε Μύρωνος ἰδὼν, κ. λ. quod in edit. deest, typographi fortasse culpa, quum omissus fuerit numerus XXVI.

Pag. 204. Inter Epigr. IV. & V. Cap. VIII. interiacet in Cod. Epigr. octastichon εἰς τοὺς ιβ' ἄθλους Ἡρακλέως. Inc.

Δέρκεο μυριόμοχθε τεοὺς Ἥρακλες ἀγῶνας.

Pag. 208. Epigrammata Capitis VIII. a numero XL. usque ad XLVI. inclusive, in Codice habentur in fine Capitis IX. sequentis.

Pag. 214. Deest in Codice Epigr. XIV. Cap. XII.

Pag. 220. Inter Epigr. LXVIII. & LXIX. eiusdem Cap. inseritur in Codice distichon εἰς εἰκόνα Πολυμνίας, τοῦ αὐτοῦ (nempe Ioannis Barbucalli, cuius est Epigr. praecedens) Inc.

Σεῖο μὲν εἰκὼν ἥδε, Πολύμνια, κ. λ.

Pag. 221. *b.* Inter Epigr. LXXVII. & LXXVIII. eiusdem Cap. duo interiacent tetrasticha. Primum ἀνεπίγραφον inc.

Ἔρχεο καὶ κατ' ἐμὰν ἵζευ πίτυν, ἃ τομελιχρόν.

Alterum, εἰς τὸ αὐτὸ, Πλάτωνος, inc.

Ὑψίκομον παρὰ τήνδε καθίζεο φωνήεσσαν.

Pag. 229. *b.* Inter Epigr. II. & III. Cap. XVI. inseritur aliud octastichon Ἀλκαίου εἰς στήλην σάτυρος. Inc.

Οὐκέτ' ἀνὰ φρυΐων πιτυοτρόφον, ὡς ποτε μέλψεις.

Pag. 234. *b.* Desunt in Codice duo ultima Epigrammata Cap. XX. (in edit. per errorem XXI.) & integrum Cap. XXI. (per errorem XXII.) quod inscribitur ἀπὸ κυνηγῶν, *de venatoribus*, quodque longissimum est, quum sex editionis paginas integras complectatur.

Pag. 239. *b.* seq. Epigrammata Cap. XXVII. a N. 8. usque ad finem, varie sunt in Codice disposita: deest tamen omnino ultimum eiusdem Capitis Epigramma, quod inc. Ἔλθετε, κ. λ.

Pag. 242. *b.* Inter Epigr. XIV. & XV. Cap. XXVIII. inseritur in Codice illud, quod in edit. est XIX. eiusdem Capitis: Epigr. vero XVIII. hoc versu longius est in Codice.

Δᾶμος ἀεὶ μακάριστος, ὃς ἄστεσιν Ἡρακλείης Οὐρανίων.

loco vero Epigrammatis XIX. habetur hexastichon, nullo titulo, cuius initium:

Τόν με λίθον μέμνησο τὸν ἠχήεντα παρέργων.

Pag. 243. *b.* Inter Epigr. XX. & XXI. eiusdem Cap. inseritur in Codice octastichon Φιλίππου. Inc.

Ἔζευξ' Ἑλήσποντον ὁ βάρβαρος ἄφρονι λύσσῃ.

Lib. V.

Pag. 256 Liber V. desinit in Epigr. LXXIV. quod est *in Virgilium* Reliqua praemisit Codex inter Cap. II. & III. Libri IV. a pag. 189. *b.* ad pag. 197. uti iam superius monuimus.

Lib. VI.

Pag. 265. *b.* Deest in Codice Epigr. VIII. Cap. VIII.

Pag. 266. *b.* Inter Epigr. XV. & XVI. eiusdem Cap. inseritur in Codice decastichon Τοῦ αὐτοῦ (Antipatri, opinor, Sidonii, cuius est praecedens.) Inc.

Σάνδαλα μὲν τὰ ποδῶν θαλπτήρια ταῦτα Βίλιννα.

Pag. 269. Inter Epigr. II. & III. Cap. XII. interiacet distichon Τοῦ αὐτοῦ (nempe Leonidae Alexandrini, cuius est antecedens) Inc.

Οἰδιπόδης κάσις ἦν τεκέων, κ. λ.

Pag. 270. *b.* Ab Epigr. IV. Cap. XIV. huius Libri VI. quod inc.

Ῥοιὴν ξανθοχίτωνα, κ. λ.

usque ad Epigr. XXXVI. Libri VII. sequentis inclusive, quod inc.

Ἕλκος ἔχω τὸν ἔρωτα, κ. λ.

omnia desunt in Iac. Lectii editione, quam prae manibus habemus, typographi fortasse incuria praetermissa: quare in his recensendis praesto nobis fuit Anthologiae editio Graeca Francof. MDC. fol. cum adnotationibus Io. Brodaei, Vincentii Obsopoei, & Henr. Stephani.

Pag. 276. *b.* Epigr. V. Cap. XXIV. quod in edit. ἀδέσποτον, in Cod. Ἀνύτης nomen prae-

praefert; contra sequens, in edit. Α'νύτῃ tributum, in Cod. ἀδέσποτον est.

Pag. 277. *b.* Epigr. VIII. Cap. XXV. in edit. Εὐτολμίῳ ἰλλυστρίῳ, in Codice Εὐνομίῳ tribuitur.

Lib. VII.

Pag. 293. Deest in Codice Epigramma LXVI.

Pag. 302. *b.* Post ultimum Libri VII. Epigramma, quod des. οἱ Μίδεοι κάλαμοι, in Cod. aliud sequitur octastichon ἄδηλον, quo, Libro finis imponitur, & est sequens;

Μᾶλλον τῶν σοβαρῶν τὰς δουλίδας ἐκλεγόμεσθα
Οἱ μὴ τοῖς σπατάλοις κλέμμασι τερπόμενοι.
Ταῖς μὲν χρὼς ἀπόδωδε μύρου, σοβαρόν τε φρύαμα,
Καὶ μέχρι κινδύνου ἐσσομένη σύνοδος.
Ταῖς δὲ χάρις, καὶ χρὼς ἴδιος, καὶ λέκτρον ἕτοιμον
Δώροις ἐκ σπατάλης οὐκ ἀλεγιζόμενον.
Μιμοῦμαι Πύῤῥον τὸν Α'χιλλέος, ὃς προέκρινεν
Ε'ρμιόνης ἀλόχου τὴν λάτριν Α'νδρομάχην.

In fine rubris characteribus conscripta legitur haec nota: Τέλος τοῦ ἑβδόμου τμήματος τῆς ἀνθολογίας τῶν ἐμπεριεχομένων διαφόρων ἐπιγραμμάτων, ἃ δὴ διήλθομέν τε καὶ διωρθώσαμεν, ὡς ἐνῆν, ἐγώ τε Δημήτριος ὁ Χαλκοκανδύλης (sic) καὶ Ι'ωάννης ὁ τοῦ Λαυρεντίου ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς κυριακῆς γεννήσεως χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἑξηκοστῷ ἕκτῳ. *Finis septimi Tomi Anthologiae diversorum una simul comprehensorum epigrammatum, quae plane expendimus, & ut licuit emendavimus, ego Demetrius Chalcondyla, & Ioannes Laurentii anno a Nativitate Domini MCCCCLXVI.*

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. min. Saec. XV. optime servatus, diligenterque conscriptus. Constat foliis scriptis 303.

ΚΟΙΝΤΟΥ ΚΑΛΑΒΡΟΥ ΠΑΡΑΛΕΙΠΟΜΕΝΑ ΟΜΗΡΟΥ.

QVINTI CALABRI DERELICTA AB HOMERO.

Adde

Tryphiodorum & Coluthum.

COD. XXIX. I. pag. 1. ΚΟΐντου Καλάβρου παραλειπομένων Ο'μήρου βιβλία τεσσαρεσκαίδεκα. *Cointi, seu Quinti Calabri paraleipomenon, seu derelictorum ab Homero, Libri XIV.*

II. pag. 152. Τρυφιοδώρου Αἰγυπτίου γραμματικοῦ καὶ εποποιοῦ, Ι'λίου ἅλωσις. *Tryphiodori Aegyptii Grammatici & versificatoris, Troiae Captivitas.*

III. pag. 164. Κολούθου Θηβαίου Λυκοπολίτου ἐποποιοῦ, Ε'λένης ἁρπαγή. *Coluthi Thebaei Lycopolitae versificatoris, Helenae Raptus.* Praecedit Poëtae Vita, & Poëmatis argumentum.

Codex Graecus membranaceus impressus apud Aldum in 8. min. sine temporis nota. Constat foliis 171.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

EPIGRAMMATA.

F*Lorilegium diversorum Epigrammatum in septem Libros digestum.* Post Aldinum stemma, insequens novus titulus subiicitur: ΑΝΘΟΛΟΓΙΑ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΩΝ, ἀρχαίοις συντεθειμένων σοφοῖς, ἐπὶ διαφόροις ὑποθέσεσιν, ἑρμηνείας ἐχόντων ἐπίδειξιν καὶ πραγμάτων, ἢ γενομένων, ἢ ὡς γενομένων ἀφήγησιν. διαιρεῖται δ' εἰς ἑπτὰ τμήματα τὸ βιβλίον, καὶ ταῦτα εἰς κεφάλαια κατὰ στοιχεῖον διεκτίθεται. In calce haec legitur Scipionis Carteromachi (1) ad Aldum Epistola. COD. XXX.

Σκιπίων Καρτερόμαχος Α'λδῷ τῷ Ρ'ωμαίῳ εὖ πράττειν.

Τὰ τίμια ὅσῳ μικρότερα, τοσούτῳ καὶ χαριέστερα δοκεῖ τοῖς πολλοῖς. ὡς γάρ φησι τὸ ἐπίγραμμα, χάρις βαιοῖσιν ὀπηδεῖ. τὸ οὖν ἐπιγραμμάτων βιβλίον ἐπιγραφόμενον, τῶν ποιητικῶν ἁπάντων τὸ τιμιώτατον, εἰς βραχύτατον ὡς οἷόν τ' ἦν, συναγαγὼν σὺ τῇ τυπώσει, χαριέστατον ἅπασι παρεσκευάσω, ὡς μηδένα ἂν εἶναι τὸν μὴ τῷ τοιούτῳ ἐπιμανησόμενον. οὐ γὰρ τοσοῦτον τῶν ἐμπεριειλημμένων τὸ φίλτρον προσάξεται αὐτοὺς, ὅσον τὸ εὐμεταχείριστον. πλεῖστα τοίνυν ὠφελήσας αὐτοὺς τοὺς φιλοκάλους εἰς τὴν τῶν βιβλίων κτῆσιν, πῶς ἂν καὶ εἰς τὴν χρῆσιν ἤδη αὐτῶν ὠφελοῖντο προσεπινενόηκας, μὴ τῷ τῶν κρατουμένων ὄγκῳ βαρούμενοι, τῶν ἀναγινωσκομένων τῆς διανοίας ἀπασχοληθεῖεν. Ἔῤῥωσο.

Venetiis in aedibus Aldi mense Novembri M. DIII.

Cod. Graecus nitidissimus membranaceus excusus in 8. Constat foliis 292.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΤΡΑΓΩΙΔΙΑΙ.

EVRIPIDIS TRAGOEDIAE.

EVripidis Tragoediarum Pars II. in qua continentur *Rhesus*, *Troades*, *Bacchae*, *Cyclops*, *Heraclidae*, *Helena*, *Ion*, *Hercules Furens*, una cum argumentis in singulas. COD. XXXI.

Codex Graecus impressus in membran. Venetiis apud Aldum mense Februario MDIII. in 12. Constat foliis 189.

ΗΣΙΟΔΟΣ.

HESIODVS.

Ac praeterea

Homeri Hymni, & Arati Phaenemena.

I. pag. 1. H*Esiodi Scutum Herculis.* In dicta Iac. Lectii Collectione T. I. pag. 457. COD. XXXII.

II. pag. 11. *Eiusdem Theogoniae Fragmentum*, quod desinit in versu 577.

Ἡμερ-

(1) Scipionis Fortiguerrae, Carteromachi nuncupati, vitam ab Iusto Fontaninio descriptam vide in Diario Litteratorum Italiae Tom. XX. Artic. XI. §. II.

Ἱμερτὰς παρέθηκε καρήατι Παλλὰς Ἀθήνη.

Hinc relicta sunt duo folia vacua ad defectum supplendum.

III. pag. 23. *Homeri Hymni XII.* nimirum in *Martem*, *Dianam*, *Venerem*, *Palladem*, *Iunonem*, *Cererem*, *Rheam*, *Herculem*, *Aesculapium*, *Castorem & Pollucem*, *Mercurium*, & *Apollinem*. Primi undecim incidunt loc. cit. pag. 439. & 440. Duodecimus vero pag. 417. seqq. mutilus tamen in Codice; desinit enim in versu 185.

Χρυσέῳ ὑπὸ πλήκτρῳ καναχὴν ἔχει ἱμερόεσσαν.

IV. pag. 29. *Arati Phaenomena*. Ibid. pag. 619. seq. Sunt autem ad marginem adscripti quandoque versus Latini ex Ciceronis versione desumti: nec non aliqua identidem scholia Graeca.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saec. XV. Latinis notulis adspersus. Constat foliis scriptis 52.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

EPIGRAMMATA.

COD. XXXIII

ANthologia diversorum Epigrammatum, (1) Florentiae per Laurentium Francisci de Alopa Venetum. III. Idus Augusti. M. CCCC. LXXXXIIII. (2) cum prima pag. auro variisque coloribus, antiquisque cimeliis egregie depicta, una cum Mediceo stemmate. Haec autem a Leone Allatio (3) scribitur anno MCCCCLXXXIV. Florentiae edita, toto decennio antequam nostra. Vitium puto numeris subesse typographicum. Illam enim editionem a viro eruditissimo, summo antiquitatis indagatore, ignorari vix credibile est, neque ullam anno MCCCCXCIV. vetustiorem exstitisse verisimile; quum praeterea ante annum MCCCCLXXXVIII. quo Homeri Opera prodierunt, Florentiae nil Graece excusum fuisse ex Homeri Praefatione, cuius excerpta dabimus Plut. seq. Cod. VII. lector facile coniiciat (4). Quod vero nonnulli huius Anthologiae Codices, qualem olim vidi apud Chartusianos extra Florentiam, anni indicio careant; id caussae esse crediderim, quod Lascaris Epigramma Graecum & Latina ad Petrum Medicem Epistola a calce libri avulsa, & a quibusdam Litterariae antiquitatis studiosis seorsim, eruditionis alibi rarae, quae ibi diffunditur gratia, fuerint servata. Verum non patiar hoc κειμήλιον diutius, tamquam pro deperdito, prae magna exemplarium paucitate haberi, & in omnium quotquot sunt politioris doctrinae studiosis, manibus non frequentari. En ergo, Lector, tibi Lascaris Epigramma, & Epistolam in omnibus, quae illam primam rarissimam sequutae sunt, Anthologiae editionibus, ob typographorum avaritiam, maxime desideratam.

Χαλκοτύποις σελίσι μουσῶν ἄγος ἔδρακε δώρων
 Ὠγυγίων Δαναὸς τὸν ποτ' ἔδειξε τύπον.
Χή 'φ' Ἑλικωνιάδεσσι τί μέλλομεν; ἐς πάτον αὖθις
 Ἔλθομεν ἡμερίων. Ἑλλὰς ἴδ' αὖ θαλέθει.
Οὔ τι δολοφρονέων Ζηνὸς φρένα πεῖσε Προμηθεὺς
 Ἦδος ἔμεν μερόπων μηδὲν ἄνευ σοφίης.
Ἡφαίστου πραπίδεσσι καὶ ἐννεσίαισιν Ἀθήνης
 Ἄφθιτ' ἀκιδνοτέρων φάρμακ' ἔδεκτο νόος.
Γράμμα λίθων γαίης παναληθέος ὥς τις ἀποῤῥὼξ
 Ἐστόρεσ' ὑμνοπόλων δαφνοκόμους τροχιάς.
Ἡμετέρου λειμῶνος ἴδ' ἄνθεα. εἰρεσιώνην.
 Κήπου ἐνὶ προθύροις ἀενάων σελίδων.
Ἱλαδὸν ὑμναγόραι θείην καλέουσιν ἀρωγήν.
 Σώσατε Πιερίδες πατρίδ᾽ ἐς ἀγλαΐην.
Ἔννεπε Λητοΐδης. ὠκὺς θεὸς ἔργον ἀνύσαι
 Ἦγεν ἐφ' Ἑσπερίην. νεῦσε δ' ἄναξ Κρονίδης.
Στῆσέ τ' ἐλευθερίης θᾶσσον χορὸν ἀγλαὰ τέκνα
 Ἑλλάδος ἠγαθέης ἤθεα μαιόμεναι.
Λασκάρεως.

Io. Lascaris Rhyndacenus Petro Medici S.

Quum Graecas Litteras, quae per multas iam aetates sopitae non minus profunda, quam Latinae dormitatione obtorpuerant, experrectas sensimque ab interitu sese recipientes inspicerem: ut eas aliquando a foedissima barbarie, qua diu iam & iniquissime opprimuntur in pristinum nitorem & dignitatem remeare posse confiderem: non alienum ab officio meo esse existimavi, ut si quid esset, in quo his opitulari possem, quidquid foret id tandem praestare eniterer, atque adeo monitus Epicteti sententia, qui nec minima in quovis studio praecipit esse despicienda, novam hanc & litterarum studiosis perutilem imprimendi occasionem nactus, litterarum Graecarum elementa a deformi & indecenti admodum depravatione vendicare constitui. Quumque animadverterem earum notas, quae inpraesentia sunt in usu impressioni adhibitas, nec excudi commode, nec apte invicem cohaerere posse, quod perplexae nimium & circumvolutae sint, priscas litterarum figuras iam diu obsoletas diligentius inquisivi, atque huic imprimendi artificio per excusores, atque id genus opifices accommodatas impressoribus tradidi: curavique, ut his Epigrammatum ante omnia rarissimum, & egregium opus in quamplurima editum exemplaria litterarum studiosis passim legendum exhiberetur, quo ex hac re librorum quoque penuriae pro virili mea consulerem. Id autem quodcumque est studii & laboris mei tibi, Petre Medices, dedicare constitui, non solum quod mea tibi omnia debeo, verum etiam quoniam quidquid ad antiquitatem quovis modo, aut ad rem litterariam pertinet tibi praeter ceteros deberi existimo. Tu enim es Medicum familiae columen, quae ad an-

G

(1) In hac Anthologiae editione, aliisque libris, ubi litterae maiusculae solae adhibentur, registrum non invenio. Signaturas indicant litterae Graecae maiusculae in Anthologia & Callimacho, AI, AII, AIII, AIIII, BI, &c. ΓI &c aliquando ad ultimae aut penultimae lineae latus positae; uti in Antholog. AII. AIII. Latinae minusculae in Gnomis & Musaeo, ai, aii, aiii, aiiii. &c. ad ultimae nonnumquam lineae latus; uti biii, aiiii. Graecae minusculae in Apollon. Argon. de qua dictum Cod. VII. αι, αιι, &c. βι, βιι, etiam ad ultimae lineae latus; uti ει, ιιι, ειιι, ειιιι.

(2) Fabricius B. G. Vol. II. p. 698. hanc editionem in annum MCCCCLXXXXVII. perperam reiicit.

(3) Animadvers. in Antiq. Etrusc. fragm. Paris. 1640. 4. p. 61. 62.

(4) Consulendus Cl. Mich. Mattaire in Annalib. Typographicis pag. 268. seq. Hagae Comitum apud Isaacum Vaillant MDCCXIX. in 4.

antiquitatem reparandam tantam curam susceperit, tantumque ante alios studium adhibuerit, ut soli fere omnium his temporibus maiores tui perspexisse videantur, quantum utilitatis & decoris praeclarissima antiquorum exempla adferre possint posterioribus saeculis. Nec vero ea nunc tuorum facta mihi commemoranda sunt, quae ante actae aetatis praestantium virorum ingenia ingenti praeconio celebrant, quae Bibliothecae publicae attestantur tuorum exstructae sumtibus, & librorum varietate multiplici refertae. Laurentii certe parentis tui praestantissimi viri inceptum ad magnam antiquitatis partem reparandam tu facilius perfectum reddes, quam ego pro meritis laudare queam. Ille enim quum Antiquitatis usque studiosissimus fuerit, & aliorum opificum ingenia non vulgaribus praemiis excitaverat, & ad disciplinas revocandas ducenta nuperrime Antiquorum volumina e Graecia & finitimis regionibus collecta, in hanc praeclarissimam civitatem magna diligentia & sumtibus transferenda curaverat; inter quae non minus quam octoginta opera hac tempestate incognita, nonnulla etiam, quorum vel auctorum nomen ignorabatur, iamdiu neglecta, siquidem τὰ χερείονα νικᾷ, *Poëta ait, ab interitu sunt recuperata, quae tu mox omnia, Petre Medices, & permulta alia iamdiu conquisita in pulcherrimam illam Bibliothecam tuam, quae iam semistructa conspicitur ad communem studiosorum utilitatem solita benignitate Familiae collocabis, ut tuum quoque nomen non ab uno,* εἷς γὰρ ἀνὴρ οὐδεὶς ἀνήρ, καὶ μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ, *verum a quamplurimorum ingeniis hoc beneficio excultis, & auctis apud posteros illustretur, non minori laude quam Ptolemaei Regis: ille enim celebratissimis illis Bibliothecis florentibus ea tempestate favit disciplinis; tu autem ex hac tanta, ac tam rara veterum auctorum copia disciplinas omnes a colluvie, qua nimio iamdiu dedecore obruuntur emergere tentantes, viriliter eximes, purgabisque, & in pristinum nitorem dignitatemque restitues, ut nostrum etiam hoc circa antiquitatem studium ad quantulamcumque eius particulam reparandam attineat. merito tibi censuerimus esse dedicandum, quando & iure familiae ad te pertinet, & debetur id quidem beneficio quod exspectant a te litterarum studia, & Graecarum praecipue, in quibus etiam a pueritia non sine magna ingenii tui laude versatus es. Has itaque litterarum figuras, ut vel ab elementis ipsis barbaries abstergatur, atque exterminetur, probabis tu quidem, quale tuum ego novi iudicium, & prodeuntes iam in medium tuo patrocinio alios quoque probare compuleris, si quamplurimi antiquorum Codices tuo iussu & beneficio his elementorum figuris imprimantur. Ego vero nequid in hac re temere videar innovasse, vel eorum caussa, qui non facile admittunt hanc litterarum instaurationem, brevibus ostendere tentabo his elementorum figuris, quae modo a nobis traditae sunt impressoribus antiquissimos esse usos. Nec tamen crediderit quispiam quod ego existimari velim solum me, aut primum litterarum advertisse figuras, quibus antiquitas uteretur, quando ex numismatum, marmorumque, atque id genus inscriptionibus, vel cuivis sese offerunt: verum quod opus fuit praestiti, ut illam potissimum formam eligerem huic imprimendi muneri accommodandam, quae vetustissima, & imprimis vera esse videretur: quae res eo exstitit factu difficilior, quo pluribus modis hae litterarum notae & varie admodum expressae inveniuntur, adeo ut quidam etiam talium antiquitatum investigatores hinc adfirmare ausi fuerint, quot linguis Graecos, tot etiam usos litterarum figuris; quibus haudquaquam adsentior, qui minime putem priscos illos Graecos, sive Cadmo & Danao, sive Orpheo admonente, modis adeo variis litterarum exarasse figuras, sed unam & eamdem primum constitutam, ac vulgo deinde corruptam vetustatis iniuria in varias recessisse: quod etiam in his, quibus Romani a principio usi sunt elementis contigisse videmus. Idem enim figurarum modus quum ad varias nationes, velut in colonias transmigraverit, varius apud singulas, atque ab archetypo admodum dissimilis corruptus inspicitur. Nam quis adseveraverit alias esse Theutonum, alias Hispanorum, aut ipsorum quoque in Italia Lygurum elementorum figuras, nisi qui & mercatorum indiscretas notas inter litterarum formas contenderit esse connumerandas? quod certe absurdum esset. Omnes enim hae figurae Latinae volunt esse, & quum a Romanis unis defluxerint exscribentium vitio magis atque magis in incertas ac multiplices tempore abierunt, idem etiam in Graecis contigisse existimandum est, si dederimus his varie antiquos esse usos. Non tamen quod cessit vitio sequendum est, neque idcirco figuras omnes diligenter conservare debemus, sed antiquissimam & ab omni parte aequalem, atque pulcherrimam: nam in linguis alia ratio est. Quum enim multa exstent antiquorum opera, aut arctioribus, aut magis solutis composita numeris, neque eadem lingua omnia, verum utcumque, vel solo nati, & genere auctores, vel disciplinae participes exstitere, vel maiestatis, & excellentiae cupidi in elocutione, quae facile in poëmate ex varietate etiam linguarum comparatur, quum is sit linguarum usus, ad auctorum intelligentiam, & metrice scribendi commoditatem omnes amplectamur necesse est, quum in ipsis auctoribus praescriptae castigataeque, ac rationibus nonnullis, & methodis per antiquos Grammaticos in brevem quamdam differentiam redactae sint. In litteris autem utinam librariorum quoque manus coërceri & ad simpliciorem formam dirigi potuissent. Non enim ita maiori ex parte & Latini, & nostri Codices corruptissimi legerentur, sed librariorum illud vitium, quod celeritati consuleretur, aequiori ferendum est animo: in imprimendo autem inconsulti videtur esse hominis, ita corruptas, & indiscretas notas, confusasque & inter se complicatas, ac pro indoctissimorum quorumque arbitrio deformatas, nullo elegantiore studio operaque fuisse persecutum, quum verae & simplices figurae facilius excudantur, & aptius propter parilitatem cohaereant, & quae quum pulcherrimae sint maiestatem quamdam praesefer-*

fer-

forre videantur, ut solae quodammodo dignae appareant, quibus praeclarissima antiquorum memoria renovetur. Difficultatem vero legendi obiicientibus in his tam simplicibus nihil respondendum est: nam eorum quoque ineptitudinem usus, certo scio, non multo negocio redarguet: quod autem his figuris antiquissimi usi sunt, & antiqua, ut dictum est, numismata ad Alexandri usque, & Philippi tempora satis idoneum testimonium perhibent, verum certioribus etiam indiciis diligentius investigantes id deprehendere possumus.

Α

Et Alpha primum elementi forma ex pentagono figura dignoscitur: eam enim, quod ex quinque ἄλφα talis figurae, qualem approbamus invicem implicitis connexa sit hoc modo ☆ πεντάλφα appellatam in reliquiis magicorum librorum, qui sub Hermetis, & Pythagoricorum feruntur nomine invenire licet.

Γ

Γάμμα vero figuram δίγαμμα, quo vetustissimi utebantur in principiis dictionum a vocali incipientibus recte signatum indicaverit. Si enim δίγαμμα ex duabus est lateralibus lineis, ut ait Dionysius, uni rectae coniugatis, hoc modo F, una uni coniugata μονόγαμμα conficiet: verum huius elementi talem figuram & proportionem ex quarto etiam Iamblichi de secta Pythagorica, ubi de habitu & proportione numerorum docens, qui ad aliquid considerantur, γαμμοειδῶς voce utitur, exactissime possumus deprehendere.

Δ

Δέλτα triangularem apud antiquos habuisse figuram, & Aegyptus ipsa propter triangularem formam δέλτα appellata, & pars in Aegypti medio eiusdem nominis, & libelli δέλτοι nominati, quod epistolae etiam antiquitus triangulari figura plicarentur, & ἔμβολον acies ad cunei spetiem structa, & media pars figurae rombi, & demum δελτωτὸν sidus hanc δέλτα figuram manifestissime approbant. Quin & Galenus in libello, qui Medicus inscribitur figuras quasdam fronti accidentes triangulares ait, & delta similes. De Ητα quoque legere est in Commentariis, quae in Thracem Dionysium Diomedi, & Porphyrio adscribuntur, quod Ητα nunc appellatur, dum Hellenes sexdecim adhuc litteris uterentur spiritus locum tenuisse, additumque, vel detractum vocalibus adspirationem, aut levigationem significasse. Ex quo vero inter litteras connumeratum longi E locum obtinuit, eadem figura in duas perpendiculariter partes discecta, alterum semisectum adspiratum praebuit spiritum, alterum vero tenuem. Legitur praeterea apud eosdem Grammaticos lateralem lineolam rectae exterius, idest a parte adiunctam dextera hoc modo ⊢ adspiratum accentum reddere, interius vero ⊣ tenuem. Tales igitur spiritus invicem coniuncti Ἧτα litterae figuram demonstrabunt.

Λ

Λάμβδα figura ex acuto, & gravi accentu quos discectum facit, ut iidem dicunt Grammatici constare potest: de accentibus autem nihil necesse est in praesentia dicere, quum a Grammaticis figurentur. Λάμβδα tamen forma, & a sutura occipitis, quam λαμβδοειδῆ vocant Medici, & a monangulo, qui ad λάμβδα spetiem λάμβδωμα appellatur apud Arithmeticos facile dignoscitur.

Κ Σ

Κάππα quoque & Σίγμα, quae κοππατίας, & σαμφόρας equos antiquitus nuncupabant, non ad auctoris id apud Suidam referentis solummodo tempora, sed quod mirum forte videbitur ad hanc usque aetatem in Asia equis inusta figuram suam liquido patefaciunt.

Τ

Ταυ & Τ, alterius figura apud Lucianum in libello, cui Δίκη φωνηέντων est titulus ex ea poena, quam σίγμα elementum ταῦ litterae putat esse statuendam, quod eius locum subripiat, manifesta est.

Υ

Υ autem neminem latet: namque & Hyacinthus flos celeberrimus, & vulgo feruntur versiculi:

Littera Pythagorae discrimine secta bicorni.

Φ

Sed Φ quoque formam nos edocuit, qui caduceum scribit baculum esse mediocris mensurae, anguibus utrinque supra eius medium complicatis in circuli modum, ut baculus sit diameter, ad similitudinem Φῖ litterae.

Χ

Χῖ autem ex diagonio, sive dialello figura, quam & χιαςὸν & χῖ appellant Rhetores discernimus, & asteriscum in hunc modum ⁜ signatum invenimus. Scribit autem Eustathius χῖ litteram, quatuor punctis inter lineas, ad ipsam coniunctionem distinctam asterisci praebere signum: quin etiam ex Timaeo Platonis, ubi harmonicam animae constitutionem quasi producit in longum, mox per longitudinem dividit, lineisque duabus effectis alteram per medium admovet alteri, atque eiusmodi intersectionem χῖ litterae similem dicit: hinc etiam huius elementi figuram dignoscimus, siquidem axium inter sese, & zodiaci cum aequinoctio intersectiones auctore Proclo hoc loco allegorice ponit Plato, Χῖ litterae formam praeseferentes.

Π

Πῖ duplici figura signavimus, quod passim utraque inventa sit, ut minime potuerim antiquiorem discernere, quum praesertim alteram Pi Latinum inde deductum parva declinatione referre videatur, alterius autem figura, quod laevae dexteram lineae demittit aequalem, ex notis illis constare possit, quibus etiam antiquissime numeri signabantur, ut in decretis, & in antiquis monumentis inventum est, quibus etiam notis Solonis leges memoria proditum est poenas pecuniarias signatas habuisse: in illis enim comperio in antiquis adhuc voluminibus in calce operum quandoque signatis Πῖ Δέλτα medium in se continens hoc modo [Δ] quinquaginta significare, item Πῖ Ητα medium in se continens, hoc modo [Η] quingenta, item Πῖ Χι medium in se continens, hoc modo [Χ] quinque millia.

Π Δ Η Χ

Πῖ enim quinque significat, δέλτα decem, ητα centum, χι mille, quae πῖ contenta, id est quinquies repetita, praedictos reddunt numeros: sed haec sic habent, non omnino praeter rem hoc loco interpretata, quandoquidem & notae sunt antiquissimae, & eas admodum paucis existimem esse cognitas. Πῖ autem tunc forte dicetur aptius δελτα & ητα, & χι in se medias continere, si laevae lineae parem habuerit dexteram. Quid quod & Θητα figuram lugubris litterae ex fabarum floribus, auctore Varrone, ut refert Plinius, possemus asserere,

Μ Ν Ι Ω

& de Μῦ, & Νῦ aliquid in medium adferre ex fragmentis Florentii de ponderibus & numeris, nec non & de Ἰῶτα, & Ω per nomen ΙΩ ex Ovidii versu,

Littera pro verbis, quam pes in pulvere duxit,

& de

Ψ *& de* Ψι *figura ex triſiſſili epitheto, immo &* P *Pῶ figuram, & utriuſque* O, *quemadmodum &* O *A̓́λφα ex earum prolatione, quam Dionyſius Hali-* Z *carnaſſeus diſtinguere docuit conicere poſſet aliquis, & Ζῆτα figuram a Zeta parte aedium: non enim απο τῦ ζῆν, neque ἀπὸ τῦ ζέειν zetam, & zeteculam, ut quidam etymologiae ratione minus habita, ſed a Ζῆτα litterae figura; quemadmodum & Σῖγμα ſedile apud Martialem ab elementi forma denominatum exiſtimo. Et* B *Βῆτα ſane formam mediae litterae ex partibus quarum ſit media figurare tentarem. Verum ne in ἀπειροκαλίαν incidiſſe videar de his, ac de reliquis aliis, ſi cui curae fuerit inveſtigandum relinquo, praeſertim quum de quibus diſſeruimus liquido fere conſtet, ut ſit exiſtimandum reliquas etiam, quas quum his inventas, ut aptiſſime cohaerentes approbavimus veras eſſe elementorum figuras, quibus antiquitas uteretur. Et haec quidem attigiſſe de veterrimis litterarum figuris non ab re mihi viſum eſt, Petre Medices, quum tibi ante omnia rem gratam facturum me eſſe exiſtimaverim antiquitati ſummopere dedito: quod mehercules excellentis puto iudicii, quum in omni antiquorum conatu omnique opere magna ſemper aliqua & occulta deprehendatur ratio, unde & hae quoque litterarum figurae talem dimenſionem, & reſponſionem invicem habere videntur, ut demonſtrare facile quis poſſit nullas alias figuras, tam varias inter ſe ex tanta linearum quantitate, tantam proportionem convenientiamque ſervare potuiſſe, ut non immerito ſit fides hiſtoriae praebita Cadmum ſeceſſum ſibi delegiſſe Epigrammeam fontem e re denominatum ad earum excogitationem. Ad tam pulcram enim, tam inſignem, tam denique artificioſam figurarum diſpoſitionem & loco opportuno, & tempore opus fuit, quandoquidem & forma, & vox, & nomen earum ſymbolum aliquod praeſeferat Plutarchi teſtimonio. Quod enim graviſſimus, & ſapientiſſimus auctor in eo libello, quem de EI, quod erat in Delphis compoſuit de una adfirmat littera, de reliquis etiam coniectari licet. Hactenus de litteris. De libro autem epigrammatum nihil ducimus in praeſentia diſſerendum. Ipſa enim paſſim iam edita apud egregia ſtudioſorum ingenia ſuam ſibi gloriam vendicabunt. Illud unum non praetermittam hoc epigrammatum Ἀνθολόγιον ab Agathia concinnatum eſſe praeſtantiſſimo hiſtorico & poëta ſui temporis, non a Planude, ut nonnullis eſt temere perſuaſum. Planudes enim monachus, ut eos appellant, non magis diſpoſuit quam mutilavit, & ut ita dicam caſtravit hunc librum detractis laſcivioribus Epigrammatis, ut ipſe gloriatur: quid tamen inde ſit meritus aliorum ſit iudicium. Ego hoc unum ſcio non ex ſolo ſenſu epigrammatis, aut cuiuslibet ſcripti iuvari nos poſſe, ſed antiquorum ſalem, & acumen in ſimilibus admirati, artem quoque & dictionem, aut hiſtoriam in qualibet materia ducimus expetendam. Si qua vero Planudes his epigrammatis interpoſuit, ea certe ſunt, quae ut ineptiora libentiſſime abſtulerim. Sed ne cuipiam noſtro etiam exemplo meliora forte aliqua ſubtrahendi detur occaſio, quum ea pauca ſint neque omnino utilitate careant: nihil fere quidquam attigimus. Verum de his iam ſatis ſuperque. Tu autem Petre Medices lucubratiunculam hanc noſtram; quae tua eſt humanitas grato animo accipias: quodque tibi hereditario iure ceſſit more parentum Graecis litteris praecipue faveas, ut non immerito & ſpes, & ratio horum ſtudiorum in te uno maxima ex parte poſita eſſe videatur. Vale.*

Finis.

Impreſſum Florentiae per Laurentium Franciſci de Alopa Venetum. III. Idus Auguſti. M. CCCCLXXXXIIII.

Non tantum adlatum Laſcaris Epigramma, ſed etiam Latina eius Epiſtola capitalibus litteris tota excuditur. Nullum aliud Latinarum maiuſcularum in typographia ſpecimen huiuſmodi praeter monumenta, aut inſcriptiones umquam vidi. In hiſce Graecis per capitales litteras editionibus pauca haec adnotabo: accentuum ſcilicet (1) notas imprimi: pro utroque ſpiritu diſſectas litterae H partes (ꟷ ꟷ) uſurpari (2), circumflexi eamdem, quae in Latinis figuram, ex acuti & gravis coniunctione effictam (^) adhiberi. Litterarum certe, quod obſervat Leo Allatius (3), Romanarum forma, (4) Graecarum ſimillima, nonniſi *capitalis* eſſe potuit, nomen ſortita a quantitate vel modulo: modo *maxima* a Cicerone (5); *grandis* ab Ovidio Lib. III. Triſt. *cubitum longa* a Plauto (6) Poenul. & (7) Rudent. *minuta & minutiſſima* ab eodem (8) Bacchid. Cicer. apud Plin. Lib. VII. Cap. 21. Senec. Epiſtol. 95. modo *rotunda* ab aliis, modo *quadrata* a (9) Petronio. Quin etiam idem Leo Allatius (10) capitalium uſum fuiſſe antiquum probat eo quod *ab illis errata conrivarint*. Pluribus hoc explicat argumentum vir doctiſſimus (11), ad quem Lectorem refero.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΕΚΑΒΗ.

EVRIPIDIS HECVBA.

Seu potius

Tragoediae III.

I. pag. 1. E*Vripidis Tragoediae III.* cum brevibus ſcholiis, & gloſſis interli- COD. XXXIV.

(1) Has, quoties in Capitum titulis maiuſcularum uſus eſt, habet Aldus in ſuis primis editionibus.

(2) Sic Aldus plerumque in primis editionibus, & Henricus Stephanus in heroicis poëtis.

(3) Animadv. in Antiq. Etruſc. Fragm. p. 57.

(4) Plin. Nat. Hiſt. Lib. VII. Cap. 58. Tacit. Annal. Lib. II. p. 171. edit. Lipſ.

(5) Epiſt. ad Quint. Lib. III. Epiſt. I.

(6) Act. IV. Sc. 2. v. 15.

(7) Act. V. Sc. 2. v. 7.

(8) Act IV. Sc. 9. v. 67.

(9) Cap. 29.

(10) Ibid. p. 55.

(11) Lege Leonem Allatium in Anim. ad Ant. Etruſc. Frag. a pag. 55. uſq. ad p. 81.

linearibus Graecis, & una vel altera etiam Latina. Prima est *Hecuba*, II. pag. 33. *b.* *Orestes*, III. pag. 74. *Phoenissae* (1). Nulla sunt argumenta. In fine legitur Poëtae Vita, cuius initium: Εὐριπίδῃ τῷ ποιητῇ ἦν γένος μὲν Ἀθηναῖος, κ. λ. Finis: Ἀριστοφάνης σκώπτων φησὶ, στρυφνὸς ἐμοὶ γε μοι προσειπεῖν Εὐριπίδης, φω . . . Mutila est in fine.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 8. Saec. XV. Constat foliis 115.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ.

ARISTOPHANES.

COD. XXXV. I. pag. 1. Aristophanis *Comoediae III.* cum scholiis uberrimis, & glossis interlinearibus. Prima est *Plutus*, II. pag. 40. *b.* *Nubes*, III. pag. 88. *Ranae*. Praecedit primae, Aristophanis Vitae compendium, quod in cit. Operum editionis Prolegomenis p. XIV. Thomae Magistro tribuitur; desinit autem in verbis, καὶ τῷ δήμῳ λυσιτελοῦντας. Sequitur dramatis argumentum, quod primum est ex tribus illis, quae exhibentur ibid. pag. 1. In fine huius primae Comoediae versus quidam leguntur in eius argumentum, non magni momenti: in margine vero scriptum est nomen Μιχαὴλ Ἰωαννικίου. *Nubium* argumenta plura sunt: primum est Thomae Magistri, ibid. pag. 51. alterum Anonymi, cuius initium: Πρεσβύτης τις Στρεψιάδης, κ. λ. ibid. pag. 50. tertium inc. Αἱ πρῶται Νεφέλαι, κ. λ. des. Μέλιτος, ἢ Ἄνυτος. Ibid. pag. 51. v. 31. seq. Sequuntur deinde dramatis personae, ac tandem alia pauca, quae incipiunt: Ἡ εἴσθεσις τοῦ δράματος, κ. λ. ibid. pag. 56. *Ranarum* tandem unica est hypothesis, & quidem Thomae Magistri ibid. p. 115.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. min. Saec. XV. vel XVI. Constat foliis 146.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ.

ARISTOPHANES.

COD. XXXVI. I. pag. 1. Aristophanis *Comoediae II.* cum scholiis brevibus, & glossis interlinearibus. Prima est *Plutus*, II. pag. 51. *Nubes*. Praecedit primae, Vita Poëtae, & argumentum, ut in Codice superiori. Secundae vero, Thomae Magistri hypothesis, ut in edit. pag. 51.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. min. Saec. XV. vel XVI. in cuius prima pagina legitur nomen *Iohannes de Sarzana*: pagina vero 2. αὕτη ἡ βίβλος ἐστὶν Ἁρμονίου τοῦ Ἀθηναίου. *Hic liber est Harmonii Atheniensis*. Constat foliis scriptis 106.

ΗΣΙΟΔΟΥ ΕΡΓΑ ΚΑΙ ΗΜΕΡΑΙ.

HESIODI OPERA ET DIES.

Ac praeterea

Variorum Opera Theologica, Dialectica, ac Philosophica.

I. pag. 1. Post Operum, quae in hoc continentur Volumine, Latinum Indicem, occurrit Hesiodi Carmen, cui titulus: *Opera, & Dies*, ut habetur in editione, quam citavimus supra in Cod. V. huius Plutei §. II. Multis autem locis est interpolatum; pagina enim prima, nona, ac postremae tres manu recentiori, saeculi nimirum XVI. suppletae sunt. Accedunt glossae quaedam, ac correctiones interlineares. De hoc Poëmate fusius loquitur Fabricius Bibl. Graec. Vol. I. pag. 372. seqq. COD. XXXVII.

II. pag. 21. Τοῦ μακαριωτάτου Θεσσαλονίκης, ἢ γεγονότος χαρτοφύλακος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας κυροῦ Νικήτα τοῦ Μαρωνείας ἐξέτασις περὶ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκπορεύσεως (2). *Beatissimi Thessalonicensis* (Metropolitae) *Domini Nicetae* (3) *Maronitae, qui fuit etiam magnae Ecclesiae Chartophylax, disquisitio de Processione Spiritus Sancti*, in sex Libros, seu Dialogos inter Graecum & Latinum distributa. Prooemium inc. Ὁ μὲν σκοπὸς τοῦ λόγου. Des. οὐδεμίαν διαφορὰν ἐπὶ τοῦ υἱοῦ. Liber I. inc. Φέρε δὴ, ὦ Λατῖνε, κ. λ. Des. φιλαλήθως ἀνακαλυψόμεν. Liber II. pag. 32. *b.* inc. Ἐπηγγειλω μὲν ἔναγχος, ὦ Γραικὲ, κ. λ. Des. ἡ παροῦσα διάλεξις. Lib. III. pag. 49. *b.* inc. Ἔτι ταύτην ἀρχὴν καὶ αὖθις τιθέμενος. Des. ἐνταῦθα τὴν γλῶτταν ἐπέσχωμεν. Lib. IV. pag. 54. inc. Φέρε δὴ νῦν ἴδωμεν, ὦ Λατῖνε. Des. τίς ἡ κατασκευὴ τοῦ δόγματος, συσκεψώμεθα. Lib. V. pag. 66. *b.* inc. Λοιπὸν εἴ τίς σοι λόγος. Des. ταῦτα δὴ φημι καὶ αὐτός. Lib. VI. pag. 71. *b.* inc. Ἀλλὰ τίνες ἂν εἶεν, ὦ Λατῖνε. Des. καὶ κληρονόμοι τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας γενώμεθα, ἀμήν. Vide Allatium de Consensu Lib. II. Cap. XIII. pag. 705. seq. qui Hugonem Etherianum ab eo confutatum adnotat. Idem ex Dialogo VI. fragmentum adfert Lib. contra Hottingerum pag. 467. seq. Initia singulorum librorum adfert etiam Fabricius B. G. Vol. VI. pag. 434.

III. pag. 86. Auctoritates SS. PP. *quomodo dicamus Deum crucifixum, Deum passibilem*, nimirum Amphilochii ex Epistola ad Seleucum, Leonis Papae ad Flasiscum, Paulli Emeseni, Isidori, Athanasii ad Epictetum, iterum Amphilochii, Cyrilli ad Succensum, & Chrysostomi ad Caesarium.

IV. pag. 88. Τοῦ Σμυρναίου λόγος περὶ τῶν ἀζύμων, καὶ περὶ τῆς λεγομένης παρὰ Ῥωμαίοις τοῦ πνεύματος ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύσεως. *Smyrnaei Ser-*

(1) Hanc omisit Montfauc. in suo Catalogo.

(2) Hic titulus quum ita paullatim evanesceret, ut vix legi posset, recentissimus Graecus in anteriori pagina illum exscripsit una cum initio singulorum librorum huius Dialogi.

(3) Hic Nicetas, qui floruit circa annum Christi MCCI. perperam cum Niceta Choniata confunditur in indice Catalogi MSS. Angliae Tom I.

Sermo de Azymis, & de ea, quae apud Romanos dicitur, Spiritus ex Filio (1) *Processione*, Capitibus XX. comprehensus. Inc. Πρὸς τὰς ἐκ Ῥώμης, ἢ ὑπὸ Ῥώμην ἡμῖν ὁ λόγος. Des. κ̕ ἡ ἡμέρα δηλώσει, εἴτε ὑμεῖς περὶ θύραν, εἴτε ἡμεῖς ἡμαρτήκαμεν. Quinam sit iste Smyrnaeus, nondum comperimus, quum nihil de eo occurrat apud Fabricium.

V. pag. 102. Λέοντος τȣ̃ σοφȣ̃ βασιλέως πρὸς γεωργίαν τῶν ἀρετῶν, οἰακιστικὴ ψυχῶν ὑποτύπωσις. Προοίμιον. *Leonis Sapientis Imperatoris ad culturam virtutum, gubernatoria animarum Hypotyposis. Prooemium*. Sed post hunc titulum lacuna trium ferme paginarum sequitur immediate, ita ut desit Prooemium, & Capita priora XXXVI. (2) Incipit enim a verbis . . . τηδόνος θείας κατηξίωτο, quae sunt ultima Capitis XXXVI. Caput vero XXXVII. inc. Οὐ δεῖ τὴν ἐν πᾶσι τῶν κρυφίων ἐκφαντορίαν ποιεῖσθαι, κ. λ. Singulis autem Capitibus, seu brevibus sententiis subiicitur ἑρμηνεία Anonymi. Vltimum Caput, quod est LXXXI. ita habet: Δύσφωνος σάλπιγξ, πνεύματος πόρθησις. Ἑρμηνεία des. & τὴν ψυχὴν ποιεῖται ὑποχείριον. Sequitur pag. 107. Βιβλίον δεύτερον, *Liber secundus*, qui centum continet eiusmodi Capita, seu sententias, item cum sua expositione. Prima inc. Ἐπιβολὴ τὸν κατὰ λόγον ἀγῶνα φεύξασα, κ. λ. Ἑρμηνεία inc. Ὅτι κατὰ λόγον τȣ̃ ἀσκητικȣ̃ ἀγωνιζομένȣ, κ. λ. Vltima des. ἵν᾽ εὐμενῶς ἐπίδοι συγγνωμονῶν τὰ σφάλματα. Interpretatio des. τὰ παραπτώματα συγχωρȣ́μενος. In fine legitur: Τέλος τοῦ βιβλίȣ τοῦ φιλοσόφȣ βασιλέως. Habetur hic Tractatus, praecepta varia complectens ad mores informandos in primis idonea, etiam in Cod. III. Plut. X. §. I. & II. Catalogi nostri pag. 471. nulla tamen expositione, nulloque auctoris nomine. Exstat etiam in Codice Bibliothecae Regiae Paris. M. ut ex Catalogo eruitur T. II. pag. 199. Nihil tamen de hoc apud Fabricium.

VI. pag. 119. *b. Excerpta ex IV. V. & II. Capite Mysticae Theologiae S. Dionysii Areopagitae*, cum scholiis quibusdam S. Maximi ad marginem, quorum primum in verba, ὅτε ἀνούσιός ἐστιν, κ. λ. ita habet: Ἀναγκαίως ὁ πατὴρ διὰ τȣ́των προησφαλίσατο τὸν ἀκροατὴν, ὥστε μὴ ταῖς ἑξῆς ἀποφάσεσιν οἴεσθαι ὅλως, μὴ εἶναι τὸ θεῖον, ἀλλ᾽ ἐν τȣ́τοις μὲν τὸ εἶναι αὐτὸ ὑπέθετο, ἐν ἐκείνοις δὲ τὸ κατὰ μηδὲν τῶν ὄντων εἶναι, ἀλλ᾽ ὑπερȣ́σιον. Occurrit Operum S. Dionysii edit. Venet. Gr. Lat. MDCCLVI. fol. Tom. II. pag. 238.

VII. pag. 122. *Dionysii Areopagitae Liber de Caelesti Hierarchia*. Inc. Πᾶσα δόσις ἀγαθή. Des. σιγῇ τιμήσαντες. In primis quatuor paginis scholia sunt marginalia, quae in reliquis deinceps, utpote recentius exaratis, nulla sunt. In dicta edit. Tom. I. a pag. 1. ad pag. 152.

VIII. pag. 157. Ἐπικτήτȣ φιλοσόφȣ ἐκ τοῦ ἐγχειριδίȣ. *Epicteti philosophi ex Enchiridio* excerpta Capita XXXV. Primum inc. Ἐφ᾽ ἑκάστȣ τῶν ψυχαγωγȣ́ντων, ἢ χρείαν παρεχόντων. Vltimum des. τῶς δὲ δεῖ ἀποδεικνύναι, ὅτι ȣ̓ δεῖ ψεύδεσθαι πρόχειρον ἔχομεν. In fine: Τέλος τῶν ἐκλογῶν τῶν ἐκ τοῦ ἐγχειριδίου τοῦ Ἐπικτήτȣ. In his quaedam paginarum inversio contigit in Codice. Epicteti Enchiridii, seu Manualis, in quo aphorismi praecipui doctrinae Stoicae moralis, veluti πρόχειρα βοηθήματα, animo & memoria inscribendi continentur, editiones paene innumerae prodiere; nobis praesto fuit Amstelodamensis Gr. Lat. Anni MDCLXXXIII. in 8. in qua habentur etiam Arriani Tactica, &c. Ex septuaginta igitur novem Capitibus, sive aphorismis, quibus constat Enchiridion, quod in dicta edit. habetur a pag. 237. ad pag. 322. nostra sunt VIII. X. XIII. non integrum, XIV. XV. XVI. XVII. item non integrum, XXI. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXIX. XXX. XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV. XXXV. XXXVIII. XLVIII. LI. LVI. LVII. LX. LXI. LXIV. LXV. LXVIII. mutilum, LXIX. LXXI. LXXII. LXXIII. LXV. & LXXVI. Inter haec duo postrema Capita, breve quoddam inseritur Excerptum de Elephante, quod inc. Ὅτι φησίν. ὅσοι δὲ ἀνθρώπων τὰ διὰ τοῦ σώματος ἐς τὸ ἐκτὸς ἐλέφασιν ἐξίσχοντα, ὀδόντας τῶν θηρίων εἶναι, κ̕ ȣ̓ κέρατα ἥγηνται, κ. λ.

IX. pag. 160. Anonymi Dissertatio *de Psalmorum ordine, & ex Hebraica lingua in Graecam versionibus tum ipsorum, tum totius veteris Testamenti; ac tandem de argumentis primi, & secundi Psalmi*. Inc. Ψαλτήριον κυρίως ὀργάνȣ εἶδός ἐστι μȣσικοῦ. Des. ἀνέστη γὰρ κ̕ ζῇ εἰς τȣ̀ς αἰῶνας, ἀμήν. Est ferme compendium prolixioris in SS. Patrum Catenam in Psalmos εἰσαγωγῆς, quam exhibet Codex III. Plut. VI. Catalogi nostri pag. 87. a §. I. ad §. XXIII. Adnectitur pag. 164. alius brevis Tractatus eiusdem fere argumenti, cui titulus iste praecedit rubrica conscriptus: Πρὸς τȣ̀ς ἐρωμένȣς λόγος, τί ἐστι τὸ ἐν τοῖς ἀναβαθμοῖς γεγραμμένον, ἁγίῳ πνεύματι ἐνωειδῆ αἰτία, πάντα ἔχεται εἰρηνοβραβεύτως Θεός· τȣ̃το γάρ ἐστι πατρί τε κ̕ υἱῷ ὁμοούσιον. Inc. Ῥητέον ȣ̓̃ν πρότερον, διατί ᾠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν, κ̕ οἱ πεντεκαίδεκα ψαλμοὶ ἐπεγράφησαν. Des. ἀλλ᾽ ἀρκεῖ ὑμῖν ταῦτα εἰς ἔνδειξιν. In fine pag. 167. *b.* hi leguntur versiculi:

Μικρὸν χρόνον τὸ κέρδος εὑρὼν τȣ̃ βίȣ
Ἔκτεινας ἄνδρα & σὺν αὐτῷ τὰς πόλεις.
Τί σοι τὸ μέλλον. ἀντὶ ῥευστοῦ γὰρ βίȣ
Κεῖσαι τάφῳ νῦν δεξιὰν ἠμαγμένος
Κοιμώμενον λέοντα πυγμαῖος πίθηξ
Μένει τὰ φρικτὰ φεῦ κακῶν βȣλευμάτων.

X. pag. 168. Ἀμμωνίȣ φιλοσόφȣ τοῦ Ἑρμείȣ ἀγόμενα εἰς πᾶσαν φιλοσοφίαν. *Ammonii Hermeae philosophi introductio in universam philosophiam*. Inc. Μέλλοντας ἡμᾶς ἄρχεσθαι. Des. ὡς ἐν ἑτέροις δείξομεν. In fine: Τέλος τῶν τῆς φιλοσοφίας & τῆς εἰσαγωγῆς προλεγομένων. Haec Ammonii philosophi Introductio coniunctim cum

(1) Corrige Montfauc. Catalogum, qui Biblioth. Bibliothecar. Tom. I. pag. 304. E. pro *ex Filio* habet *a Patre*.

(2) Non *Capita priora* 37. ut perperam ait Montfauc. loc. mox cit.

cum sequenti in quinque Porphyrii Voces Commentario edita est Graece Venetiis apud Aldum MDXLVI. in 8. quam nos editionem prae manibus habuimus, ubi incidit a pag. 1. usque ad finem pag. 13. *b*. In Codice autem nostro, praeter scholia marginalia non pauca rubris characteribus exarata, pag. 176. inter verba καὶ δικαστικὸν, & ὁ γὰρ πολιτικὸς, quae in edit. cit. incidunt in pag. 9. vers. 25. inseruntur alia, unius circiter paginae, quae sunt primo schemation philosophiae divisionem exhibens; tum brevia Capita IV. quorum tituli, I. Περὶ τῶν ἀρτιάκις ἀρτίων, II. Περὶ κτιστῆς φύσεως, καὶ ἀκτίστου, III. Περὶ τῶν πρός τι, καὶ τῶν ὡς πρός τι, IV. Περὶ ἐπιῤῥημάτων. Verbis vero, Ὁ γὰρ πολιτικὸς, κ. λ. apponitur titulus: Περὶ τοῦ πολιτικοῦ φιλοσόφου.

XI. pag. 180. *b*. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς ε' φωνάς. *Eiusdem in quinque Porphyrii voces* Commentarius, item cum scholiis marginalibus. Textus Porphyrii inc. Ὄντος ἀναγκαίου, Χρυσαόριε. Commentarius inc. Πάντα τὰ ὄντα αὐτοφυῶς ἐφίεται τοῦ ἀγαθοῦ. Des. οὐχ ὁμοίως δὲ μέλανες, ἢ λευκοί. In fine: Τέλος τοῦ γεγονότος ὑπομνήματος παρὰ Ἀμμωνίου φιλοσόφου τοῦ Ἑρμείου εἰς τὴν τοῦ Πορφυρίου εἰσαγωγήν. Exstat in cit. edit. a p. 14. usque ad p. 77. *b*. vers. 20. Vltima tamen non omnino concordant; quum brevius aliquanto in Codice, quam in edito pertractari videantur. Tum aliquot tabulae, divisionem substantiae, & alia exhibentes, ac praeterea quatuor hi versiculi:

Τὸ δραστικὸν κλόνου τε καὶ νοῦ δριμύτης
Τὴν ὀξύτατον δριμύτητά μοι νόει.
Νοημάτων δύναμίς ἐστι δριμύτης,
Ἰσχὺν χορηγεῖ τοῖς λέγουσι δριμύτης.

XII. pag. 226. *b*. Tractatus *de modis divisionum*, & alia quaedam Dialectica. Inc. χρὴ γινώσκειν, ὅτι ἀντιδιαιρέμενα λέγεται τὰ ἐκ γένους τμηθέντα β' εἴδη. Des. ἐν ὅλῳ τὸ τοιοῦτον λέγεται. Auctor Anonymus.

XIII. pag. 233. Ἀριστοτέλους κατηγορίαι. *Aristotelis Categoriae*, cum scholiis uberrimis marginalibus, & glossis interlinearibus. Inc. Ὁμώνυμα λέγεται, ὧν ὄνομα μόνον κοινόν. Des. οἱ δὲ εἰωθότες λέγεσθαι, σχεδὸν ἅπαντες κατηριθμηνται. Exstant in eius Operum edit. Gr. Lat. Paris. MDCXIX. fol. Tom. I. a pag. 14. ad pag. 36. Scholiorum initium, ac specimen sequens esto: Ὁμώνυμα λέγεται, ὧν ὄνομα μόνον κοινὸν, ὁ δὲ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας ἕτερος, οἷον ὁ Αἴας καὶ Αἴας· οἱ γὰρ δύο Αἴαντες, ὄνομα μόνον κοινὸν ἔχουσιν, ἱστογραφὰς δὲ, διαφόρους. σαφηνίσωμεν οὖν ἑκάστην λέξιν ὅταν ἐν τῇ ἱστογραφῇ, ὁμώνυμα. Ἰδοὺ εὐθὺς ἐκ θυρῶν ὁ Ἰαμβλίχου σκοπὸς ἀναφαίνεται, ὅτι καὶ περὶ φωνῶν, καὶ περὶ νοημάτων, καὶ περὶ πραγματων ὁ σκοπὸς ταῖς κατηγορίαις, κ. λ.

XIV. pag. 262. *b*. *Excerptum Dialecticum*, in quo adferuntur Definitiones Philosophiae ex Pythagora, & Platone; tum gradus Philosophiae; atque alia de definitione, de divisione &c.

XV. pag. 264. Εἰσαγωγὴ Πορφυρίου τῶν ε' φωνῶν. *Introductio quinque Vocum Porphyrii* ad Chrysaorium, cum scholiis uberrimis marginalibus, & glossis interlinearibus. Inc. Ὄντος ἀναγκαίου, Χρυσαόριε. Des. καὶ τῆς κοινωνίας παράστασιν. In citato Aristotelis Operum Tomo a pag. 1. ad pag. 14. Primus Graece ediderat Aldus una cum Aristotelis Libris Logicis Venetiis MCCCCXCV. fol. In fine: Τέλος σὺν Θεῷ ἁγίῳ τῶν πέντε φωνῶν τῆς φιλοσοφίας. Tum quaedam Erotoapocrisis de iisdem quinque Vocibus.

XVI. pag. 279. *b*. Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ περὶ φωτός. *Ioannis Damasceni de Luce*. Inc. Ἐν ἀρχῇ μὲν ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς. Des. παρέρχεται ἡ σελήνη. Attinguntur in fine nonnulla de Zodiaco, Sole, Luna, aliisque planetis. Tum pag. 282. sequuntur Capita quaedam brevissima, quorum tituli sequentes sunt: Περὶ λύπης, Περὶ ἰατρικῆς, Περὶ προῤῥήσεως, καὶ προγνώσεως.

XVII. pag. 282. *b*. Σύνοψις ἀκριβὴς περὶ τῶν φιλοσοφίας ὅρων ἐκτεθειμένη. *Synopsis accurata de philosophiae terminis, sive definitionibus*. Inc. Καθάπερ ἐν τῇ προτέρᾳ θεωρίᾳ ὑπεσχόμεθα, ἔλθωμεν. Des. περιέχει δὲ ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα, ὡς τὸ πῦρ τὸν σίδηρον. Auctor Anonymus tum huius, tum sequentium Operum usque ad §. XXIV.

XVIII. pag. 288. *b*. Συνοπτικὴ σύνοψις τῆς τοῦ ὀργάνου περιλήψεως. *Synoptica synopsis organi Aristotelici*. Inc. Τῆς φιλοσοφίας εἰς δύο διῃρημένης, εἰς θεωρητικόν τε καὶ πρακτικόν. Des. καὶ οὕτω τελειοῖ τὴν τῶν προτάσεων ἀναλυτικῶν διδασκαλίαν.

XIX. pag. 294. Συνοπτικὴ σύνταγμα φιλοσοφίας. *Compendium philosophiae*. Tum alius titulus: Σύνοψις τῆς λογικῆς πραγματείας. *Synopsis Logici Tractatus*. Inc. Ὥσπερ οἱ ἀναγινώσκοντες, πρῶτον μὲν τὰ στοιχεῖα μανθάνουσιν. Des. ἄγει ζεῦγος, καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις.

XX. p. 299. *b*. Titulus in margine: Ἐκ τοῦ περὶ ἑρμηνείας. *Ex libro De Interpretatione*. Inc. Ὥσπερ ἀπὸ στοιχείων τῶν κατηγοριῶν προοδεύοντας, κ. λ. Des. ἐπιστήμην πᾶσαν καὶ τέχνην ἰχνηλατεῖν.

XXI. pag. 316. *b*. Περὶ τῶν ὄντων, καὶ ὅτι τριττά. *De entibus, & quod tria sunt*. Inc. Τὰ ὄντα τριττά ἐστιν. ἢ γὰρ πάντη ἄυλά εἰσι, κ. λ. Des. ὡς οὖ πεπερασμένων τὴν ἔκθεσιν παραιτούμενος. Est quoddam compendium Arithmeticae.

XXII. pag. 326. *b*. Τῆς μουσικῆς σύνοψις ἠκριβωμένη. *Compendium Musicae accuratum*. Inc. Τὴν μουσικὴν οἱ παλαιοὶ συνέχειν εἶπον τὸ πᾶν. Des. τὰ μυρία τῶν μελῳδιῶν καὶ ποικίλα κατασκευάζεται.

XXIII. pag. 329. *b*. Σύνοψις αὕτη γεωμετρίας λόγων. *Compendium hoc est Geometriae rationum*. Inc. Σημεῖόν ἐστιν, οὗ μέρος οὐδέν. Des. τὴν ἡγεμονίαν τοῦ λογικοῦ σφαλερῶς παραιτούμεθα. In fine: Τέλος σὺν Θεῷ τῆς καλλίστης καὶ μεγίστης γεωμετρίας. Tum alia pauca ad arithmeticam spectantia.

XXIV. pag. 345. Φορνούτου ἐκ τῶν παραδεδομένων ἐπιδρομὴ κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν θεωρίαν

Phor-

Phornuti excursus ex rebus traditis, secundum Graecorum speculationem, sive de Deorum natura Commentarius. Inc. Ο῾ οὐρανος ὦ παιδίον, περιέχει κύκλῳ τὴν γῆν. Des. καὶ ὀμνύειν κατὰ τρόπον καὶ ἐν τοῖς ἐπιβάλλουσι καιροῖς, καθ' ἣν ἁρμοδιωτάτην . . . . . Mutilus in fine Tractatus. Graece primus edidit Aldus cum Aesopi fabulis, Palaephato, &c. Venet. MDV. fol. pag. 59. seq. Graece deinde & Latine cum versione Conradi Clauseri Tigurini, Basil. MDXLIII. 8. Vid. Fabric. Bibl. Graec. Vol. II. pag. 399. ubi alias huius libelli editiones recenset.

XXV. pag. 364. *b.* Ε᾽πιτομὴ χρονικὴ Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου, ἐν ᾧ καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πάσχα. *Eusebii Pamphili Epitome Chronica, ubi & de sancto Paschate.* Inc. Πλάνην εὑρόντες ὑπομένοντάς τινας τῶν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, κ. λ. Des. ἑπτὰ δεῖ προσθῆναι, καθὼς καὶ ἀνωτέρω εἴρηται.

XXVI. pag. 367. *b.* Ο᾽ρφέως περὶ σεισμῶν. *Orphei de terraemotibus, sive prognostica de significationibus terraemotuum,* versibus heroicis. Inc.

Φράζεο δὴ καὶ τόνδε λόγον, φίλον τέκος, ὁππότε κεν δή.

Des. Τετραπόδων, φθορὰ ἔσται ἀν' ἄστεα καὶ κατὰ χώρας.

In aliis Codicibus tribuuntur Hermeti Trismegisto. Apponi autem solent in Appendice Anthologiae Epigrammatum Graecorum. Prodierunt etiam cum versione metrica Io. Antonii Baifii sub Orphei nomine Paris. apud Morellum MDLXXXVI. 4. Quare fallitur C. C. F. qui hoc Catalecton, velut antea ineditum putavit primum se proferre ex hac Bibliotheca, edititque Gr. & Lat. parum tamen emendate A. MDCXCI in 8. sine ulla loci nota.

XXVII. pag. 368. Περὶ κομητῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀστεροειδῶν. *De Cometis, & aliis de genere stellarum,* auctore Anonymo. Inc. Τοσαῦτα μὲν περὶ ἡλίου καὶ σελήνης, κ. λ. Des. ἐφ' ὅσας ἡμέρας ἡ τοιαύτη διοσημεῖα φανήσεται.

XXVIII. pag. 372. *b.* Πλουτάρχου ἐκ τῶν φυσικῶν το δεύτερον. *Plutarchi ex Physicis, sive de Placitis Philosophorum Liber II.* Inc. Τετελεκὼς τοίνυν τὸν περὶ ἀρχῶν καὶ στοιχείων καὶ τῶν συνεδρευόντων αὐτοῖς λόγον. Des. ὅσων ὁ κατὰ Ηράκλειτον ἐνιαυτὸς. ἄλλοι δὲ δι' ἑπτακισχιλίων ψοζ'. Exstat in eius Operum edit. G. L. Paris. MDCXXIV. fol. Tom. II. pag. 886.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XIV. cuius tres ultimae paginae manu saeculi XVI. suppletae sunt. Constat foliis 377.

ΑΙΣΧΥΛΟΣ.

AESCHYLVS.

COD. XXXVIII. I. pag. 1. *Aeschyli Tragoediae III.* cum scholiis marginalibus, iisque uberrimis, quae ab editis identidem diversa comperimus. Prima est *Prometheus Religatus*, cuius tamen duae ultimae tantum supersunt paginae. II. pag. 3. *b. Septem contra Thebas*, III. pag. 26. *b. Persae*. Haec ultima tantum habet hypothesim editae prorsus adsimilem. In fine secundae leguntur versiculi IX. iambici, ut in Cod. XXV. Plut. XXVIII. §. III. aliique septem in principio Persarum, dramatis personas continentes: tum haec subscriptio: Ω᾽ Χριστὲ βοήθει τῷ σῷ δούλῳ Α᾽κινδύνῳ τῷ Περδίκῃ. *Christe adiuva servum tuum Acindynum Perdicam.*

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saec. XV. vetustate, & incuria possessorum male habitus. Constat foliis 49.

ΗΣΙΟΔΟΥ ΕΡΓΑ ΚΑΙ ΗΜΕΡΑΙ ΚΑΙ ΟΠΠΙΑΝΟΣ ΠΕΡΙ ΙΧΘΥΩΝ.

HESIODI OPERA ET DIES ET OPPIANVS DE PISCIBVS.

I. pag. 1. *Hesiodi Opera, & Dies*, cum glossis interlinearibus. Exstant G. & L. in Collectione Poëtarum Graecorum Veterum Iac. Lectii Tom. I. pag. 445. COD. XXXIX.

II. pag. 21. *Oppiani de Piscatione Libri V.* item cum glossis interlinearibus. Ibid. Tom. II. pag. 120.

In fine Oppiani pag. 105. sequens amanuensis legitur subscriptio:

Κύριε βοήθει τῷ ἔχοντι τοῦτο.
Χρῶ τοῖς λόγοις τούτοις πάσῃ προθυμίᾳ,
Καὶ ταχέως ἕξεις τὸ τῶν λόγων κράτος.
Δὸς Χριστὲ τῷ γράψαντι λύτρον πταισμάτων,
Κλέος γὰρ ἐσθλὸν, ἐγκράτειαν καὶ τύχην,
Ω῾ς τοῦ τυχεῖν τῆς ἄνω δόξης λόγος.
Δέσποινά μου φύλαττον τον σὸν ἱκέτην
Ε᾽ξωθεν πάσης βλάβης ἐχθρῶν τε ἀναγκαίων.
Κύριε βοήθει τῷ σῷ δούλῳ Ι᾽ωάννῃ.
Domine auxiliare tenenti hunc librum.
Vtere hisce sermonibus cum omni alacritate,
Et statim consequeris sermonum potentiam.
Da Christe ei, qui scripsit peccatorum remissionem:
Praeclarum enim decus, una simul modum, & fortunam tenere,
Vt consequaris caelestem gloriam, docens *liber.*
Domina mea serva tibi supplicem virum
Longe ab omni damno & ab inimicis molestis.
Domine auxiliare servo tuo Ioanni.

Tum haec alia p. 106. Κύριε βοήθει τῷ σῷ δούλῳ Θεοφίλῳ τῷ ἁμαρτωλῷ καὶ ταπεινῷ καὶ ἀφυεῖ καὶ ἀμελήσαντι τούτων. Εὐλογητὸς δέσποτα. *Domine adiuva servum tuum Theophilum peccatorem, & humilem, & indoctum & haec non curantem. Benedic Domine.*

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saec. XII. celeri nec satis diligenti manu conscriptus. Constat foliis 106.

BI-

FINIS PLVTEI XXXI.

BIBLIOTHECAE
MEDICEAE LAVRENTIANAE CATALOGVS.
PLVTEVS XXXII.
CONTINENS GRAECOS CODICES MSS. L. EDITOS II.

CODEX I.

ΟΜΗΡΟΥ ΡΑΨΩΙΔΙΑ, ΗΝ ΕΓΡΑΨΕΝ ΘΕΟΔΩΡΟΣ ΓΑΖΗΣ.

HOMERI RHAPSODIA, QVAM SCRIPSIT THEODORVS GAZA.

Seu

Homeri Batrachomyomachia, & Ilias, manu Theodori Gazae exarata.

I. p. 1. 'Ομήρου Βατραχομυομαχία. *Homeri Ranarum ac murium pugna*, cum perpetua paraphrasi interlineari, ut ferunt, Theodori Gazae, qui Codicem hunc propria manu nitidissime accuratissimeque pro Francisco Philelpho (1) conscripsit; ut ex disticho Graeco, & Latino in fine Codicis, maiusculis rubrisque litteris exarato, fit palam, quod ita habet:

Τοῦτον ἀνὴρ Γαζῆς λόγιός τε φίλος τε Φιλέλφῳ
Φραγκίσκῳ μοι καλὸν Θεόδωρος γράψεν Ὅμηρον.
Eloquio pollens Gazes & amore Philelpho
Hunc mihi Francisco Theodorus scripsit Homerum.

Homeri textus maiori ac nigro, paraphrasis vero minori rubroque charactere exhibetur. Batrachomyomachiae initium ac finis concordat cum edit. Graeca Florent. anni MCCCCLXXXVIII. in membran. de qua infra Cod. VII. huius Plutei. Paraphrasis vero initium sequens est: Ἀρχὴν τήνδε ποιούμενος, προηγουμένως τὸν τῶν Μουσῶν σύλλογον ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος ἀφικέσθαι εἰς τὴν ἐμὴν ψυχὴν εὔχομαι, χάριν ᾠδῆς καὶ ἐμμελείας ποιητικῆς, ἣν νεωστὶ ἐν πινακιδίοις καὶ χάρταις ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς γόνασιν ἔθηκα, μάχην ἄπειρον καὶ πλείστην, (superscriptum est μεγίστην) ἔργον πολυτάραχον πολέμου (superscr. Ἄρεος) δεόμενος εἰς τὰ ὦτα πάντων τῶν ἀνθρώπων ἐμβαλεῖν, κ. λ.

II. pag. 14. In hac pagina, cuius margines picturis elegantissimis sunt exornati, Iliados initium occurrit. Initialis littera hanc inscriptionem exhibet: Ἰλιὰς ἥδε τέλει Φραγκίσκου δῖα Φιλέλφου. Singulorum Iliadis XXIV. librorum initia & fines cum dicta editione concordant, excepto Libro Σ, qui ita desinit:

Τεύχεα καλὰ φέρουσα παρ' Ἡφαίστοιο ἄνακτος.

Paraphrasis vero, quae item singulis Homeri versibus interseritur, specimen hoc esto, quod ex initio Poëmatis adferimus: Τὴν ὀργὴν εἰπὲ ἡμῖν, ὦ θεά, τοῦ υἱοῦ τοῦ Πηλέως τοῦ Ἀχιλλέως τὴν ὀλεθρίαν, ἥτις πολλὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀνιαρὰ ἐξειργάσατο, καὶ πολλὰς ἰσχυρὰς ψυχὰς τῷ ᾅδῃ βλάψασα ἔπεμψεν ἀνδρῶν ἡμιθέων· τὰ σώματα δ' αὐτῶν σπαράγματα κατεσκεύασε τοῖς κυσὶ καὶ τοῖς ὀρνέοις ἅπασι· τοῦ Διὸς δὲ ἐπληροῦτο βουλή, ἀφ' οὗ δὴ τὴν ἀρχὴν διεχωρίσθησαν φιλονεικήσαντες ὅτε υἱὸς τοῦ Ἀτρέως ὁ βασιλεὺς τῶν λαῶν, καὶ ὁ ἔνδοξος Ἀχιλλεύς. καὶ πρὸς τούτοις εἰπὲ, τίς δὴ αὐτοὺς τῶν θεῶν φιλονεικίᾳ συνέβαλεν, ὥς τε μάχεσθαι ὁ τῆς Λητοῦς καὶ τοῦ Διὸς παῖς Ἀπόλλων. οὗτος γὰρ τῷ βασιλεῖ ὀργισθεὶς νόσον κατὰ τὸ στρατόπεδον διήγειρε βαρεῖαν· ἐφθείροντο δὲ οἱ ὄχλοι, διότι τὸν Χρύσην τὸν ἱερέα ἀτίμως ἀπέπεμψεν ὁ Ἀγαμέμνων. οὗτος γὰρ παρεγένετο ἐπὶ τὰς ταχείας ναῦς τῶν Ἑλλήνων λυτρωσόμενός τε τὴν θυγατέρα, καὶ κομίζων πλεῖστα δῶρα τῷ πλήθει, καὶ τὸ στέμμα κατέχων ἐν ταῖς χερσὶ τοῦ πόρρωθεν τοξεύοντος Ἀπόλλωνος ἐπὶ τῇ τιμίᾳ ῥάβδῳ, καὶ ἱκέτευε πάντας τοὺς Ἀχαιούς, κ. λ.

Codex Graecus membranaceus Ms in fol. maximo, Saec XV. nitidissimus, optimeque servatus, cum stemmate Francisci Philelphi, & initialibus singulorum Librorum litteris, auro minio, aliisque coloribus elegantissime exornatis, cui propterea inter omnia huius Poëtae exemplaria Graeca, quorum plurima in hoc adservantur Pluteo, iure optimo primus debetur locus. Constat fol. scriptis 630.

(1) Quanti faceret hunc Codicem Franc. Philelphus, patet ex duabus eius Epistolis ad Card. Bessarionem conscriptis, quae sunt XXXIV. & XLII. Libri VI. edit. Venet. MCCCCLXXXXII. die XIV. Octobr. fol.

ΣΟΦΟΚΛΗΣ.

SOPHOCLES.

Ac praeterea

Heſiodus, Euripides, & Aeſchylus.

COD. II. IN prima pagina haec leguntur, quae ad libri poſſeſſorem fortaſſe pertinebant: Τῇ κγ' τῦ Ι'ενίῳ μηνὸς τῦ ,ςωνς' ἔτυς τῆς α' ἰνδ. ἐγενόμην ἐπίσκοπος τοῦ Ι'έρακος ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς ϗ τοῦ ὑοῦ ϗ τοῦ ἁγίυ πνεύματος.

Die XXIII. menſis Iunii anni 6856. (Chriſti MCCCXLVIII.) *indict. I. factus ſum Epiſcopus Hieracis in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.*

Κατὰ τὴν ις' τῦ Ι'υλίυ μηνὸς τοῦ αὐτοῦ ἔτυς ϗ τῆς αὐτῆς ἰνδ. προεβιβάσθην εἰς τὺς ἱερατικὺς ἥττονας βαθμὺς ὑπὸ τοῦ ἁγιωτάτυ μυ δεσπότυ κυρίυ Βερτράνδυ (1) τοῦ Ο'στιένσυ Καρδιναλίυ τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας τῆς Ρ'ώμης ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίυ Α'νδρέυ πλησίον τοῦ Α'βινιῶνος ἐν τῷ τόπῳ τῷ λεγομένῳ Βιλανόβα ἐν ὀνόματι τῦ πατρὸς ϗ τοῦ ὑοῦ ϗ τοῦ ἁγίυ πνεύματος τῆς μιᾶς θεότητος, κ. λ.

Die XVI. menſis Iulii eiuſdem anni & eiuſdem indict. promotus ſum ad ſacros minores Ordines a ſanctiſſimo Domino meo Domino Bertrando Hoſtienſi Cardinali ſanctae Dei Eccleſiae Romanae in Monaſterio S. Andreae prope Avenionem in loco dicto Villanova in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti unius Deitatis &c.

Τῇ ς' τοῦ Δεκεμβρίυ μηνὸς τῆς β' ἰνδ. τοῦ ,ςωνζ' ἔτυς, χάριτος δοθείσης εἰδικῆς παρὰ τοῦ θειοτάτυ πάπα τοῦ ς' Κλήμεντος γενέσθαι βαθμὺς, ἦν δὲ ἡμέρα σάββατον, ἐχειροτονήθην πρεσβύτερος ὑπὸ τῦ Βάβρας ἐπισκόπυ ἐν τῷ παρθενίῳ τῆς ἁγίας Καθερίνης τῷ ἐν Α'βινιῶνι.

Die VI. menſis Decembris indict. II. Ann. 6857. (Chriſti MCCCIL.) *ſpeciali gratia conceſſa a SS. Papa Clemente VI. ut fieret Ordinatio, erat autem dies ſabbati; conſecratus ſum presbyter a Babra Epiſcopo in templo S. Catharinae, quod eſt in Avenione.*

Τῇ δὲ ζ' τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἡμέρᾳ κυριακῇ ἐχειροτόνημαι ἐπίσκοπος ἐν τῷ ναῷ τῶν Πραιδικατώρων ὑπὸ τοῦ ὑψηλοτάτυ Καρδιναλίου τοῦ Ε'βραιδυνή .... (2)

Die vero VII. eiuſdem menſis, die Dominica conſecratus ſum Epiſcopus in templo Praedicatorum a celſiſſimo Cardinali ....

In eadem pagina ſequitur enumeratio ſingulorum Librorum veteris, ac novi Teſtamenti.

I. pag. 2. *Sophoclis Tragoediae VI.* cum argumentis. Prima eſt *Aiax flagellifer*, II. pag. 12. *Electra*, III. pag 23. *b. Oedipus Tyrannus*, IV. pag. 34. *Philoctetes*, V. pag. 44. *Antigone*, VI. pag. 53. *Trachiniae*. De argumentis vide quae adnotavimus in recenſione Codicis I. Plut. XXXI. Eadem enim prorſus in utroque occurrunt. In hoc praeterea leguntur ſcholia quaedam marginalia, & rarae gloſſae interlineares.

II. pag. 62. *Heſiodi Opera & Dies*, praevia Poëtae vita, cuius initium: Η'σίοδος ὁ ποιητὴς, παῖς ἐγεγόνει Δίυ, κ. λ. argumento, & uberrimis ſcholiis marginalibus, gloſſiſque interlinearibus.

III. pag. 68. *Euripidis Tragoediae XVIII.* Prima *Supplices*, (ſed huius Tragoediae extrema poſt octo paginas, quae male inſertae ſunt, requiras) II. pag. 76. *Pentheus* (in edit. *Bacchae*), in fine mutila; deſinit enim in verſu 754. Ο'πόσα δ' ἐπ' ὤμοις, κ. λ. ac propterea duo folia vacua relicta ſunt. III. pag. 82. *Cyclops*, IV. pag. 87. *Heraclidae*, V. pag. 94. *b. Hercules*, VI. pag. 104. *Helena*, VII. pag. 116. *Rheſus*, VIII. pag. 122. *b. Ion*, IX. pag. 131. *b. Iphigenia in Tauris*, X. pag. 141. *b. Iphigenia in Aulide*, XI. pag. 152. *Phaedra* (ſive *Hippolytus*.) XII. pag. 161. *b. Medea*, XIII. pag. 171. *b. Alceſtis*, XIV. p. 179. *Andromache*, XV. pag. 187. *Electra*, XVI. pag. 196. *Hecuba*, XVII. pag. 204. *b. Oreſtes* (quae in Codice male inſcribitur *Electra*) XVIII. p. 216. *Phoeniſſae*. Concordant omnes cum edit. cit. ſi ordinem excipias, quem habent in Codice. Notandum tamen, ſingulis numerum ad marginem adiectum, quo diverſa ipſarum ſeries indicatur. Argumenta habent *Supplices*, *Cyclops*, *Heraclidae*, *Hercules furens*, *Rheſus*, *Ion*, *Iphigenia in Tauris*, *Medea*, *Alceſtis*, & *Andromache*, & quidem editis ſimilia, praeter *Rheſum*, cuius hypotheſis concordat cum illa Codicis I. Plut. XXXI. *Medeae* argumentum, primum eſt ex duobus editis, & in fine Tragoediae reperies; *Alceſtidis* vero praefert nomen Δικαιάρχου.

IV. pag. 228. *Aeſchyli Tragoediae III.* Prima eſt *Prometheus Religatus*, II. pag. 235. *b. Septem contra Thebas*, III. pag. 242. *Perſae*, quae tamen mutila eſt in fine; deſinit enim in verſu, γαῖα δ' αἰάζει τὰν ἐγγαίαν, qui incidit in edit. cit. pag. 169. v. 8. Secunda nonnullas habet gloſſas interlineares.

Codex Graecus papyraceus Ms. in fol. Saec. XIV. varia manu conſcriptus. Conſtat foliis ſcriptis 247.

ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΣ.

HOMERI ILIAS.

Ac praeterea

Batrachomyomachia.

I. p. 1. HOmeri *Ilias* cum uberrimis ſcholiis marginalibus partim ab eadem vetuſta manu conſcriptis, partim ab alia recentiori, quorum tamen magna pars, in primis praecipue octoginta circiter Cod. paginis, qua litteris oculorum aciem fugientibus, qua COD. III.

(1) Fuit Card. Oſtienſis ab Ioanne XXI. dicto XXII. electus A. MCCXVI. Vide Ciaccon. Tom. II. pag. 409.

(2) Huius vocis vim adſequi minime licuit, quamvis Ciaccon. Hiſt. Pont. & Card. ac Baudrandi Lexic. Geogr. conſuluerimus,

qua marginum iactura deperiit. Horum igitur specimen aliquod ex Libro VI. ex quo scriptura Codicis integra esse incipit, adferre lubet. Ad prima igitur huius Libri verba, *Τρώων δ' οἰώθη, κ. λ.* haec adnotat Scholiastes antiquior: *Τροία τὰ μὲν θαλάσσια πρὸς Ἑλλήσποντον ἔχει, τὰ δὲ βόρεια πρὸς Ζέλειαν, τὰ δὲ ὑποκείμενα, Φρυγίαν, τὰ δὲ μεσημβρινὰ, πρὸς Λυδίαν· ὡς Φιλέλλην δὲ ἀπάγει τοὺς θεοὺς, καὶ ἐξέτασιν ἀμφοτέρων ποιεῖ. Ἐμονώθη δὲ ἡ μάχη τῆς τῶν θεῶν συμμαχίας οὕτως. Ἥρα μὲν γὰρ καὶ Ἀθηνᾶ εἰς τὸν Ὄλυμπον ἀπίασιν, Ἀπόλλων δὲ εἰς Πέργαμον, ὁ δὲ Ἄρης καὶ ἡ Ἀφροδίτη τέτρωνται ὑπὸ Διομήδους. Τινὲς δὲ τὸ οἰώθη ἀντὶ τοῦ ἰσώθη, ὡμοιώθη. φύλοπις δὲ, ὁ ἐμφύλιος πόλεμος κακῶς παρά τισι λέγεται. ἀλλ' ἡ μετὰ βοῆς φῦλα συνάπτουσα ἀμφότερα τῶν τε Τρώων καὶ Ἑλλήνων μάχη. λέγεται δὲ καὶ ἡ κατὰ φῦλα, οἷον, ἔθνους μετὰ ἑτέρου οἰκείου, πολεμέντων ἄλλων διὰ τὸ ὁμοψυχεῖν. κρῖνε γάρ, φησιν, ἄνδρας κατὰ φῦλα κατὰ φρήτρας, Ἀγάμεμνον.* Vltima duo in Iliadem scholia haec sunt. Primum ad verba, *περὶ δὲ σκοποὶ εἵατο πάντη*, vers. 799. Lib. XXIV. respondens, ita habet: *Στρατηγικὸν τὸ μὴ ταῖς σπονδαῖς πιστεύσαντας, ἀστρατηγήτους ἑαυτοὺς τοῖς πολεμίοις Ἕλλησι παραδοῦναι, καὶ νυνεχείας πολλῆς.* Alterum, quod ad ultimum totius poëmatis versum pertinet, sequens est: *Μενεκράτης φησὶν, αἰσθόμενον ἑαυτοῦ ἀσθενείας τὸν ποιητὴν, καὶ τοῦ μὴ ὁμοίως δύνασθαι φράζειν, ἐᾶσαι τὰ μεθ' Ἕκτορα· καλῶς δὲ ἐταμιεύσατο ἑαυτῷ τὰ λοιπὰ τῶν ζητημάτων εἰς τὴν Ὀδύσσειαν. μικρὰ γὰρ ἦν ἡ ὑπόθεσις, περὶ τῆς οἰκίας τοῦ Ὀδυσσέως μόνον. ἐν τῷ μέσῳ οὖν τὰ περὶ Μενελάου καὶ Νέστορος καὶ Ἀγαμέμνονος, καὶ ἁπλῶς περὶ τοῦ ἀπόπλου διέξεισι, καὶ τοῦ δουρείου ἵππου, ἄλλως τε πολιορκίαν ἄκραν, οὐκ ἄξιον διηγεῖσθαι αὐτόν.* Initium, & finis librorum concordat cum editione, quam citavimus in recensione Codicis I. huius Plutei. Scholia antiqua Anonymi sunt: eademque omnino esse cum illis, quorum specimina quaedam ex Libro Iliados II. adferuntur primo loco in Catalogo Graecorum Codd. Mss. Bibliothecae Venetae ad D. Marcum p. 243. tum ex ipsorum speciminum collatione cum nostris inita comperimus, tum etiam ex initio, & fine scholiorum in totum Librum I. quae per extensum edidit cum Latina versione ac notis Antonius *Bongiovanni* Venetiis MDCCXL. 4. Eadem quoque esse recentiora suspicari possumus, non tamen certo adfirmare, quum characteres, quibus scripta sunt, ita evanuerint, ut eadem cum specimine adlato loc. cit. conferre nullo modo licuerit.

II. pag. 419. *Eiusdem Ranarum & murium pugna*. Concordat cum dicta editione. Nulla in hanc scholia. In fine manu diversa scripta sunt nomina XII. mensium apud Latinos, Graecos, Aegyptios, & Hebraeos.

Codex Graecus membranaceus, Ms. in fol. Saec. X. vetustate, ac possessorum incuria male redactus. Constat foliis 424.

ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΣ.

HOMERI ILIAS.

Ac praeterea

Odyssea, Batrachomyomachia, & Hymni.

PRaemittuntur Prolegomena in Homerum, COD. IV.
nimirum duplex Poëtae Vita, altera ab Herodoto Halicarnassaeo, altera a Plutarcho conscripta, & Dionis Chrysostomi de Homero Oratio LIII. quae omnia usque ad pag. 43. progrediuntur, & cum cit. edit. concordant.

I. pag. 43. *Homeri Ilias*, accurate conscripta. Prima igitur huius Poëmatis pagina ita eleganter auro variis coloribus intermixto adornata, atque depicta est, ut hoc in genere, vix quidquam magnificentius, elegantiusque excogitari umquam possit. In prima enim initiali littera superius exhibetur Homeri Volumen manu gestantis, inferius vero militis concitato equo insidentis effigies, Achillem fortasse repraesentans; in marginibus vero, suis veluti tabellis distincta, Graecorum tabernacula, atque castra, praelia cum hostibus, Troiae incendium; nec non plures heroes armati, quorum mentio fit in Iliade, repraesentantur: nec desunt Mediceae Gentis stemmata, atque emblemata, summo artificio eiusmodi picturis interserta. Praeter haec ornamenta initio poëmatis apposita, singulorum etiam Librorum initiales litterae aureae sunt, aliisque coloribus variis mirifice ornatae, aureique etiam tituli, litteris maioribus exarati. Vbi notandum, interdum ab illuminatore unam litteram pro alia fuisse per errorem depictam. ut initio Libri VI. ubi pro littera T, litteram H depinxit. Atque haec quoad ornatum dicta sufficiant. Initium igitur & finis cuiuslibet libri cum cit. edit. concordat. In Argumentis, quae singulis praefiguntur libris, quaeque cum editis in nuperrima Londinensi edit. MDCCLIV. 4. contulimus, aliquot discrimina deprehendimus, quae heic ordine subiicienda existimavimus. Ab A usque ad Σ inclusive unicum tantum singulis rhapsodiis argumentum est praevium.

Rhapsodia A habet diversum ab edito. Incipit enim *Χρύσης ἱερεὺς Ἀπόλλωνος παραγίνεται, κ. λ.* Des. *καὶ γέλωτα κινεῖ τοῖς θεοῖς οἰνοχοῶν.*

Octo sequentes illud, quod in edit. primo loco habetur.

K idem cum edito.

Λ secundum ex duobus editis.

M idem cum edito.

N primum ex duobus editis.

Ξ, O, Π, P, Σ eadem cum editis.

T habet duo, quorum primum idem est cum edito; alterum inc. *Θέτις λαβοῦσα τὴν πανοπλίαν, καὶ κομίσασα ἐπὶ τὰς ναῦς.* Des. *καὶ ὁ μὲν καταφρονήσας τοῦ ἅρματος ἐπιβαίνει.*

Υ item duo, quorum primum editum; alterum inc. Καθοπλισάμενος Ἀχιλλεὺς μετὰ τῶν Ἑλλήνων. Des. καταφυγεῖν αὐτοὺς ἐν τῇ πόλει.

Φ idem cum edito.

Χ duo, ut in edit. sed postposita.

Ψ duo, quorum primum inc. Θρήνου πολλοῦ γενομένου περὶ τὴν τῶν Ἰλιέων πόλιν. Des. παρείχετο τὸν λαμβάνειν δυνάμενον. alterum est editum.

Ω tandem duo; primum editum; alterum inc. Αὐθέντος τοῦ ἀγῶνος, οἱ μὲν ἄλλοι ἀναχωροῦσιν ἐπὶ τὰς ἰδίας σκηνὰς, κ. λ. Des. καὶ ἐνταῦθα λήγει ἡ Ὁμήρου Ἰλιάς.

II. pag. 270. *Eiusdem Odyssea*, quae item convenit cum dicta edit. Heic quoque continuantur eadem ornamenta, quae in Iliade animadvertimus; singulis enim libris initiales litterae aureae, varieque depictae praefiguntur, cum titulis item charactere maiori atque aureo conscriptis.

De Argumentis, quae item cum Londinensi editione contulimus, haec libet adnotare.

Rhapsodiae Α, Β, Γ, Δ, Ε, Ζ, & Η eadem habent argumenta cum editis.

Θ habet duo, quorum primum inc. Ἐκκλησία γίνεται τῶν Φαιάκων. Des. τίς καὶ πόθεν ὁ ξένος. Alterum concordat cum edito.

Ι habet unicum, ut editum.

Κ duo. Primi quidem initium ab edito non dissimile sequens est: Τὰ περὶ τὸν Αἴολον ἀπαγγέλλει, κ. λ. Finis vero diversus est: καὶ ὡς παρ' αὐτῇ ἐνιαυτὸν ἔμεινεν. Alterum inc. Διηγεῖται ὁ Ὀδυσσεὺς, πῶς Αἴολος αὐτὸν ἐξέπεμψεν, κ. λ. Des. εἰς ᾅδου πέμπεται πευσόμενος Τειρεσίου.

Λ item duo, quae in unum videntur contracta in edit.

Μ, Ν, Ξ, eadem cum editis.

Ο duo, quorum primum inc. Ἀθηνᾶς Τηλεμάχῳ κατ' ὄναρ παρακελευσάσης, κ. λ. Des. καὶ Λαέρτου πειρᾶται δεσπότου. Alterum concordat cum edito.

Π item duo; primum concordat cum edit. alterum inc. Τηλέμαχος πρὸς Εὔμαιον ἀφικόμενος. Des. εἰς τὸν ἀγρὸν ἐπανέρχεται.

Ρ itidem duo; primum convenit cum edito: alterum inc. Ὀδυσσέως ἄφιξις εἰς τὴν πόλιν. Des. καὶ ἐν τούτοις λήγει ἡ ῥαψῳδία.

Σ duo, quorum neutrum cum edit. concordat: primum enim inc. Γενομένης μάχης Ὀδυσσέως. Des. περί τινος ἄλλου ἐν συμποσίῳ. Alterum inc. Ὀδυσσέως καὶ Ἴρου πάλη. Des. ἀποπειρᾶται δὲ καὶ τῶν θεραπαινίδων Ὀδυσσεύς.

Τ duo; primum editum: secundum inc. Ὀδυσσέως τῶν ὅπλων μετάθεσις. Des. ὑπὸ τῆς τροφοῦ διὰ τῆς οὐλῆς.

Υ unicum, ut, in edit.

Φ duo, primum editum; alterum inc. Προτίθησι Πηνελόπη μνηστῆρσι τὸ τόξον. Des. ἐγκρατὴς γέγονε τοῦ τόξου Ὀδυσσεύς.

Χ duo, primum editum, alterum brevissimum inc. Τὴν μνηστηροφονίαν περιέχει. Des. τὸν οἶκον ὁ Ὀδυσσεύς.

Ψ duo, primum editum, alterum inc. Ἀγγελία Εὐρυκλείας Πηνελόπῃ. Des. καὶ Εὐμαίου, καὶ Φιλοιτίου ὡπλισμένων.

Ω tandem duo, primum editum, alterum inc. Ψυχοπομπίαν ἔχει. Des. καὶ συνθήκας Ἀθηνᾶς κελευσάσης.

III. pag. 446. *Batrachomyomachia*.

IV. pag. 450. *b. Hymni*.

Codex Graecus membranaceus Ms. in fol. maximo, Saec. XV. nitidissimus, accuratissime conscriptus, optimeque servatus. Constat foliis 476.

ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΣ,

HOMERI ILIAS.

IN primis tribus paginis quaedam occurrunt ex Pindari Olympionicis Fragmenta. *COD. V.* Primum inc. Πρὸς εὐανθὲς . . . . . . ἑτοῖμον ἀνεφρόντισε γάμον . . . δοξεν ἱπποδάμειαν . . . Des. τίς ἂν φράσαι δύναιτο; Aliud Carmen inc. Τυνδαρίδαις τε φιλοξένοις ἁδεῖν. Des. αὐτὰς τ' ἄξοι καὶ πόλιν. Aliud inc. Τὸ μὲν Ἀρχιλόχου μέλος. Des. κωμάζοντι φίλοις Ἔφαρ . . . . Pag. 3. *b.* haec scriptoris notula legitur, mendosissime exarata: Ἐγὼ Γεώργιος ὁ φιλανθρώπηνος ὁ Χοῦμνος (1) ἠρκευσάμην τὸν Ὅμηρον μετὰ τὸν συμφοιτήτη . . . τὸν Μαγουλὰν τεσσαρακοστῇ μηνὶ Μαρτίῳ ἡμέρᾳ δεκάτῃ. Ὁ Χριστὸς ἐστιν αὐτοῦ ἀρχὴ καὶ τέλος. *Ego Georgius Philanthropenus Chumnus coepi Homerum scribere cum discipulo meo Magula, mense Martio die decima. Christus est ipsius principium, & finis.* Tum argumentum primi Iliados Libri, quod cum illo concordat Codicis IV. superioris, quemadmodum & reliqua omnia, quae singulis praefiguntur rhapsodiis. Pag. 4. diversa manus pauca quaedam adscripsit grammaticalia, ad prima Poëmatis verba spectantia. Sequitur Epigramma octastichum Palladae ad Grammaticos Homeri interpretes, quod legitur in Anthologiae Lib. I. Cap. XVII. N. IV. & inc. Ἀρχὴ γραμματικῆς, κ. λ.

I. pag. 5. *Homeri Ilias* cum scholiis quibusdam marginalibus, & glossis interlinearibus. Ad libri secundi partem alteram, quae vulgo appellatur *Catalogus*, heic autem inscribitur; Ἀρχὴ τῆς Βοιωτίας Ὁμήρου, Scholiastes ad marginem adnotavit: Ἄρξασθαί φασιν ἀπὸ Βοιωτῶν τοῦ καταλόγου τὸν Ὅμηρον, ὥς τι κεχαρισμένον πράττων. Quae in extremis octo Poëmatis paginis continebantur, quum vetustate paene obliterata essent, novis paginis ante illas insertis, recentiori manu fuerunt exarata.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saec. XIV. vetustate ac madore in principio praesertim ac fine corruptus; ac praeterea multarum paginarum marginibus in medio ita detruncatis, ut scriptionis interdum aliquid interierit. In calce pag. 5. haec notula legitur: *Ilias Homeri, & Batrachomyomachia, Conventus S. Marci de Florentia Ordinis Praedicatorum in bancho VI. Occidentis Graecae Librariae*. Constat foliis 269.

(1) Hunc omittit Montfaucon in Palaeogr. Graec.

ΟΜΗ-

ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΣ.

HOMERI ILIAS.

COD. VI HOmeri Opera, nimirum I. p. 1. *Ilias*, II. pag. 224. *Odyssea*, III. p. 397. *Batrachomyomachia*, manu Ioannis Rhosi Cretensis exarata, cuius haec subscriptio legitur in fine Odysseae apposita: Ἐτελειώθη ἡ τοῦ Ὁμήρου Ὀδυσσεία διὰ χειρὸς ἐμοῦ Ἰωάννε πρεσβυτέρου Ῥώσυ τοῦ Κρητὸς ἐν ἔτει ,αυξε'. μηνὸς Νοεμβρίυ τρίτη ἐν Βονωνίᾳ. *Absoluta est Homeri Odyssea manu mea Ioannis Rhosi presbyteri Cretensis anno MCCCCLXV. mense Novembri die tertia Boniae*. Memorat hunc Codicem Montfauconius in Palaeogr. Graec. p. 81. In hoc Codice secunda pars Libri II. inscribitur: Νεῶν κατάλογος.

Codex Graecus membranaceus Ms. in fol. Saec. XV. nitidissimus, initialibus librorum litteris auro, variisque coloribus depictis. Constat foliis scriptis 400.

ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΣ.

HOMERI ILIAS.

Adde

Odysseam, Batrachomyomachiam, & Hymnos, cum prolegomenis.

COD. VII. OPeroso hoc, ac praestantissimo Volumine, Homeri inter poëtas principis Opera omnia continente, orbem eruditum donavit ingeniorum mater & altrix Florentia A. MCCCCLXXXVIII. Ea enim, dum aliae Italicae urbes in limine & initiis tantum, conatibus adhuc immaturis, in Graeca arte typographica exercenda subsisterent, primo & uno, sed ingenti gravique molimine ad ipsum culmen pervenire voluit, vetuitque quidquam relinqui, quo superari posset. Hac itaque Homeri editione, si membranae nitorem & pompam, si egregias initialium litterarum picturas, aequata marginum intervalla, iustam linearum distantiam, totum denique impressionis ordinem & dispositionem spectes, nil certe aut antea, aut postea in lucem elegantius prolatum est. Primas Rhapsodiarum singularum litteras omisit typographus, spatio amplissimo dato, ubi illuminator (sic eiusmodi artifices olim vocabant) ut revera in nostro hoc nitidissimo exemplari conspicimus, litteram affabre depictam, variisque colorum generibus lucentem calamo duceret: nec spatium illud solum, sed marginem etiam exteriorem, una & forsan interiorem, ut heic factum esse observamus, illuminaret. Propriorum nominum initia, maiusculae non distinguunt litterae, neque quidem carminum, nisi ubi aliquam orationem, aut novum sententiae filum orditur Poëta. Quo autem principis huius editionis auctores, & adiutores melius cognoscas, ex duabus Praefationibus, illa Latina (1), hac Graeca, ea, quae ad rem faciunt, lubenter adiiciam.

Bernardus Nerlius Petro Medicae Laurentii filio S.

Quum doctissimorum virorum — sententia Graecas litteras Latinis — pernecessarias esse animadverterem — nonnullos litterarum Graecarum studiosos, ob inopiam librorum magno adfici incommodo — decrevi Graecum aliquem auctorem, qui & — nobilissimus — & perutilis foret, imprimendum suscipere. Quod etsi arduum & perdifficile videbatur, tamen quum ea quae ad hoc opus conficiendum necessaria erant, in hac nostra civitate concurrerent, eiusmodi occasionem minime praetermittendam putavi. Nam ut omittam Nerii fratris liberalitatem, & Ioannis Accaioli auxilium, Demetriique Cretensis dexteritatem, id in primis mihi opportunum fuit — quod ad hanc rem Demetrium Chalcondylem Atheniensem nactus eram, virum — tempestate nostra doctissimum, praeceptoremque meum, quo huiusmodi opus accuratissime recognosci posset. — Itaque ex illius consilio Homerum, ut vetustate primum, ita etiam divino quodam ingenio, summum poëtam ac litterarum fontem elegi: qui quidem ob incuriam atque negligentiam librariorum ita sui dissimilis videbatur, ut in nullo fere Codice quamvis perveteri integer agnosceretur. Quamobrem eruditissimi sane viri opera, qualem Demetrium nactus est, summopere indigebat: qui — ipsa Homeri Opera singulari diligentia summoque studio cum Eustathii commentariis conferens examinavit atque emendavit; cuius quidem viri diligentiam aut nihil arbitror praeteriisse, aut si qua praeteriisse videbuntur, ea certe vel dubia quaedam sunt, vel eiusmodi, ut ea in tali tantoque opere iustus aequusque rerum aestimator, non magni faciat. Ad haec non solum Homeri opera quaecumque reperiuntur, quaeque eius feruntur, imprimenda curavi, verum etiam his adieci Herodotum, Plutarchum, atque Dionem, qui & Poëtae vitam litteris diligentissime mandaverunt, & sensus utriusque divini operis — discusserunt —. Quae omnia quum iam ad optatam metam perducta sint, multoque felicius, quam ab initio existimaram, annuente Deo successerint; constitui Petre Medices, ut haec omnia nomine tuo impressa ederentur, quem a pueritia Graecis institutum litteris cognovi, videoque in Homeri praesertim lectione quotidie versari — Vale. Florentiae, idibus Ianuariis. M. CCCC. LXXXVIII.

Mox sequitur

Δημήτριος ὁ Χαλκονδύλης τοῖς ἐντευξομένοις εὖ πράττειν.

— Ἐπεὶ δὲ εὕρηται μὲν πάλαι κοινὸν ἀγαθὸν τοῖς φιλολόγοις τε καὶ σπυδαίοις εἰς εὐπορίαν βιβλίων Λατινικῶν, λέγω δὲ τὴν τύτων ἐντύπω-

(1) Latina Praefatio in hoc exemplari impressorum incuria adeo evanida est, ut vix aliquibus tantum in locis legi queat. Suppleri tamen potest ex alio eiusdem editionis exemplari, quod in hoc Pluteo delitescit Cod. XIV.

πωσιν, ἐποθεῖτο δὲ τοῦτ' αὐτὸ κἂν τοῖς Ἑλληνικοῖς βιβλίοις· οὐδεὶς δὲ ἐτόλμα μέχρι ϗ νῦν ἑαυτὸν ἐς τοῦτο καθεῖναι, ὅ, τι καὶ λόγου ἄξιον, δεδιὼς (οἶμαι) τὴν τοῦ πράγματος δυσχέρειαν, τῶν τινες ἐκ τῆς περιφανοῦς πόλεως Φλωρεντίας εὖ πεφυκότων νέοι καλοί τε κἀγαθοὶ φιλομαθεῖς τε ϗ φιλέλληνες, δύο μὲν ἀδελφὼ Βέρναρδος καὶ Νέρις τὼ Νεριλίω, τρίτος δὲ σὺν τούτοις ἑταῖρος αὐτοῖν Ἰωάννης ὁ Ἀκκίολος, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐπιπνοίᾳ τινὶ ἀνεφάνησαν εὖ μάλα πρόθυμοι ἐς τόδε τὸ ἔργον. Συμβουλευσάμενοι δὲ κἀμοὶ περὶ τούτου, ϗ συναινοῦντά με ϗ συνεπισπεύδοντα πρὸς τοὖργον εὑρόντες, πρὸς δὲ ϗ τὴν παρ' ἐμοῦ βοήθειαν ἐπαγγελλόμενον, ἔτι ϗ μᾶλλον ὥρμησαν ἐγχειρῆσαι τῷ πράγματι μηδὲν ὑπερθέμενοι, ϗ δῆτα σύμπασαν τὴν Ὁμήρου ποίησιν, Ἰλιάδα τε ϗ Ὀδύσσειαν, ἔτι δὲ Βατραχομυομαχίαν, ϗ τοὺς ὡς Ὁμήρου φερομένους Ὕμνους· πρὸς δὲ τούτοις καὶ τῶν συγγραφέων τοὺς μὴ μόνον τὸν βίον αὐτοῦ συγγεγραφότας, ἀλλὰ ϗ μεθ' ὅσης ὑπεροχῆς ϗ κάλλους ϗ τέχνης τὰ ἑαυτοῦ ποιήματα συνέθετο, παραστήσαντας, ταῦτα δὴ πάντα ἐν μιᾷ βίβλῳ δι' ἐντυπώσεως περιλαβεῖν ἐγνωκότες, ἐπιμελείᾳ τε πάσῃ, ὧν ἔδει πρὸς ταῦτα, ϗ τύχῃ χρησάμενοι ἀγαθῇ, καλόν τε ϗ τέλειον πάντῃ τὸ ἔργον ἀπετέλεσαν, τῆς δυνατῆς ϗ παρ' ἡμῶν διορθώσεως τετυχηκός. Σφόδρα γὰρ ἡμῖν πλειόνων ἕνεκα διὰ σπουδῆς ἐγένετο, ἐφ' ὅσον οἷόν τε ἦν διορθώσασθαι τάδε Ὁμήρου ποιήματα προσχρησαμένοις ϗ τοῖς τοῦ Εὐσταθίου ὑπομνήμασι, ϗ τὰ τῶν συγγραφέων περὶ αὐτοῦ πεποιημένα. Εἰ δέ τι ϗ διέφυγεν ἡμᾶς ἐν τοσαύτῃ πραγματείᾳ, συγγνώμης ἂν ὑπὸ τῶν εὐγνωμόνως κρίνειν ἐθελόντων δικαίως ἀξιοῖτο, κ. τ. λ.

In hac editione nullum registrum; sed signaturae exprimuntur litteris Romanis maiusculis A. AII. AIII. AIIII. BI. BII. BIII. BIIII. &c. Hae signaturae, quae plerumque sub extrema paginae linea poni solent, aliquando reperiuntur ad extremae lineae latus locatae, uti GIII.

Codex Graec. membranaceus impressus Florentiae V. Idus Decemb. Anno MCCCCLXXXVIII. in fol. Constat foliis 320.

ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΣ.

HOMERI ILIAS.

COD. VIII. Homeri Ilias cum scholiis aliquot marginalibus, & glossis interlinearibus, in fine mutila unius folii abscissione: definit enim in versu:

Οἳ ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχόμενος κατέπεφνεν,

qui est 759. Libri XXIV. Pars secunda Libri II. inscribitur Νεῶν κατάλογος. De praestantia huius Codicis haec habet Holstenius in schedis suis Mss. *Homeri Ilias cum scholiis antiquis non editis optimae sane notae. Hunc Scholiastem eumdem esse deprehendi cum eo, quem Salviati pro cimelio adservant, nisi quod illi, primis aliquot paginis, farrago diversarum adnotationum adiungitur, quo assumento Codex Mediceus caret. Sane operae pretium esset exemplar hoc vetustate passim annosum, & exesum a viro quodam docto recenseri, & conferri cum Codice Salviatorum, & cum altero item vetusto, qui exstat apud Marchionem Riccardum. Posset enim ex cunctis egregius scholiorum cento contexi.*

Codex Graecus membranaceus Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis exaratus, in principio tineis valde corrosus, ac mutilus in fine. Constat foliis 106.

ΣΟΦΟΚΛΗΣ.

SOPHOCLES.

Ac praeterea

Aeschylus, & Apollonius Rhodius.

I. pag. 1. Sophoclis Tragoediae VII. cum scholiis marginalibus vetustissimis, & argumentis. Prima est *Aiax Flagellifer*, cui nulla hypothesis. II. pag. 17. *Electra*. Hanc praecedit argumentum ab editione paullulum discrepans: incipit enim: Ὑπόκειται ὧδε τροφεὺς, κ. λ. Des. δείκνυσιν αὐτῷ τὰ ἐν Ἄργει. Quod vero sequitur in edito, inscriptum Παρασημείωσις, heic in margine apponitur, addita voce Σχόλιον. III. pag. 33. b. *Oedipus tyrannus*, cum Aristophanis grammatici hypothesi iambicis versibus expressa, & altera, cui titulus, Διὰ τί Τύραννος ἐπιγέγραπται. Praeterea in margine recentior manus Epigramma Heroicum versibus XVIII. constans in hanc ipsam Tragoediam adscripsit; Inc. COD. IX.

Φράζεο δή μοι μῦθον Ἀγήνορος ἔκγονε Κάδμε.

Des. Ἀθανάτων λεχέων ἀντήσας ὄλβιε Κάδμε. In fine subiungitur Oraculum datum Laio Thebano, & Sphingis Aenigma, quae in edito sunt in principio. IV. pag. 50. *Antigone*, cum Aristophanis grammatici argumento in principio, ac duobus aliis in fine, quorum alterum Anonymi illud est, quod in editione legitur, Tragoediae primo loco praefixum; alterum Σαλουστίου nomen praefert, & inc. Τὸ μὲν δρᾶμα τῶν καλλίστων Σοφοκλέους. Des. ἐφ' ᾧ καὶ ἡ μήτηρ Εὐρυδίκη τελευτᾷ τὸν βίον ἀγχόνῃ. V. pag. 65. *Trachiniae* cum hypothesi ex Apollodori Bibliotheca in principio; in fine vero tredecim versibus hexametris, totidem Herculis labores continentibus. VI. pag. 80. *Philoctetes* cum duplici argumento, metrico altero, altero prosaico. VII. pag. 97. *Oedipus Coloneus*. Haec quoque duplex habet argumentum, ut in edit. Alterum, quod incipit: Ὁ ἐπὶ Κολωνῷ, κ. λ. in principio, una cum Epigrammate Elegiaco, *de Vitae brevitate*; alterum, quod inc. Τὰ πραχθέντα, κ. λ. in fine Tragoediae scriptum est, cum hoc titulo: Σαλουστίου ὑπόθεσις, Πυθαγόρα ἄλλως. Tandem recentior manus Tragoediarum indiculum hoc pacto descripsit:

Περιέχει ἡ βίβλος τοῦ Σοφοκλέους δράματα ζ'.

Πρῶτον μὲν Αἴαν μαστιγοφόρον. φύλλα ις'. στίχους ,αμδ'.

Δεύ-

Δεύτερον Ἠλέκτραν ἐπιβυλευομένην κατὰ τῆς μητρός. φύλ. ις'. ςίχυς ‚αμ'.

Τρίτον Οἰδίπυν Τύραννον. φύλ. ις'. ςίχ. ‚αξ'.

Τέταρτον Ἀντιγόνην. φύλ. ιδ'. ςίχ. ‚αρμζ'.

Πέμπτον Τραχινίας. φύλ. ιδ'. ςίχ. ‚ασκ'.

Ἕκτον Φιλοκτήτην. φύλ. ις'. ςίχ. ‚αυε'.

Ἕβδομον Οἰδίπυν τὸν ἐπὶ Κολωνῷ. φύλ. κ'. ςίχ. ‚αχλ'.

Scholia marginalia huius Codicis ab alia videntur manu exarata, eiuſdem tamen aevi; eorumque character paullo grandior eſt, quam ille, quo textus exprimitur, ac ferme ad quadratum accedens.

II. pag. 119. *Aeſchyli Tragoediae VII.* item cum ſcholiis antiquis marginalibus, gloſſis interlinearibus, & argumentis. Prima inſcribitur *Perſae*, cuius hypotheſis brevior, quam in editione, deſinit in verbis: δευτέρᾳ Ξέρξου περὶ Σαλαμῖνα καὶ Πλαταιάς. II. pag. 131. *Agamemnon*, ſed valde mutila; primum enim deſunt omnia illa, quae interiacent inter verſum,

Κᾆπειτ' Ἀτρειδῶν ἐς τόγε σκήπτει ςέγος,

cit. edit. pag. 186. v. 18. & verſum,

Πρὶν αἱματηρὸν ἐξαφρίζεσθαι μένος, ibid. pag. 208. v. 20. tum a verſu 3. pag. 212.

Νῦν δ' ἀμφὶ Κωκυτόν τε, κἀχερυσίους, incluſive uſque ad finem (1). III. pag. 136. *Choëphori*, ſine argumento, utpote initio mutila, ut notatur in editione: heic tamen incipit a littera minuſcula, nullumque defectus indicium apparet. IV. pag. 147. *b. Prometheus Religatus*, cuius hypotheſis deſinit in verbis: Προμηθέως δέσις. V. pag. 159. *b. Eumenides*, cum hypotheſi, quae cum edita concordat, & Ariſtophanis grammatici nomen praeſefert. VI. pag. 169. *Septem contra Thebas*, cum breviſſimo argumento, cuius initium: Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος, κ. λ. pars eſt longioris in edito, ut videre eſt ibid. pag. 67. VII. pag. 179. *Supplices*, ſine argumento. In fine occurrit Aeſchyli Vita multo longior, quam edita; poſt enim verba, μετὰ τελευτὴν νίκας ἀπηνέγκατο, ſequuntur alia, quorum initium: Πρῶτος Αἴσχυλος πάθεσι γεννικωτάτοις τὴν τραγῳδίαν ηὔξησεν, κ. λ. Finis: Φασὶν ὑπὸ Ἱέρωνος ἀξιωθέντα ἀναδιδάξαι τοὺς Πέρσας ἐν Σικελίᾳ, καὶ λίαν εὐδοκιμεῖν. Tum aliud Excerptum breviſſimum Ἐκ τῆς μουσικῆς ἱςορίας, *Ex Muſicae hiſtoria*, cuius initium: Ταύτῃ καὶ ἄριςος εἰς τραγῳδίαν Αἴσχυλος κρίνεται, κ. λ. Nonnulla praeterea de variis Poëmatum generibus. Tandem omnium Aeſchyli Dramatum Catalogus, alphabetice digeſtus, ut in edit. pag. 3.

III. pag. 190. *Apollonii Rhodii Argonauticon Libri IV.* (2) cum ſcholiis pariter antiquiſſimis ad marginem: & Vita Poëtae in fine, quae concordat cum edit. Florent. Anni MCCCCXCVI. in pergamena, quam habemus in Medicea. In fine tandem Catalogus ſubiungitur Argonautarum, qui in dicta edit. deſideratur. Scholia quoad principium, & finem concordant cum editis apud Aldum Venetiis MDXXI. in 8. Quod vero pertinet ad textum Poetae, diligenter ille quidem, emendateque conſcriptus eſt, accentibus, ac ſpiritibus exceptis, qui aliquando, ut in ſcriptura Saec. X. fieri adſolet, omittuntur: iota, quos vocant *ſubſcriptos*, *adſcriptos* potius dicere poſſumus; ita enim exhibentur: ex. gr. τῆισιν pro τῆσιν, τιμῆι pro τιμῇ, κ. τ. λ. quod magnae antiquitatis certiſſimum eſt indicium. Holſt. in ſchedis ſuis Mss. ita de hoc loquitur Codice: *Sophoclis, & Aeſchyli Tragoediae cum Scholiaſte antiquo. Item Apollonii Rhodii Argonautica cum ſcholiis. Huic Codici nihil antiquitate comparandum. Eo Victorius uſus eſt in Tragicis Graecis recenſendis. Apollonius etiam ex eodem, primo Florentiae excuſus fuit.*

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. maiori, Saec. X. vere inſignis, cuius ſcriptura eadem ferme eſt cum illa Codicis X. Plut. VII. Conſtat foliis 264.

ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΣ.

HOMERI ILIAS.

CODEX Graecus membranaceus Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, diligenterque exaratus, cum litteris initialibus Librorum aureis, aliiſque coloribus depictis. Conſtat foliis 253. COD. X.

ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΣ.

HOMERI ILIAS.

I. pag. 1. ὈΝομάτων Ἀττικῶν συλλογὴ ἐκλεγεῖσα ἀπὸ τῆς τεχνολογίας τῶν Εἰκόνων τῦ Φιλοςράτου, ἣν ἐξέδοτο ὁ σοφώτατος κύριος Μανυὴλ ὁ Μοσχόπυλος, καὶ ἀπὸ τῶν βιβλίων τῶν ποιητῶν. συνετέθη δὲ ἐνταῦθα κατὰ ςοιχεῖον. *Vocum Atticarum collectio ſelecta a Technologia Imaginum Philoſtrati, quam publicavit ſapientiſſimus D. Manuel Moſchopulus, & a libris poëtarum: digeſta vero heic eſt ſecundum ordinem litterarum*. Inc. Τὸ α μόριον, ποτὲ μὲν δηλοῖ ςέρησιν, ὡς ἐν τῷ ἄκλητος, ποτὲ δὲ ἄθροισιν, ὡς ἐν τῷ ἅπας, κ. λ. Deſ. in littera *B.* cuius ultima verba ſunt: Βαῦνον λέγεται τὸ πῦρ, καὶ βαύνωσις τέχνη ἡ διὰ τῦ πυρὸς ἐνεργυμένη. Βλέπω τὸ . . . . . Edita eſt Venet. MDXXIV. fol. apud Aldum, & Pariſ. apud Vaſcoſan. MDXXXII. 8. Vide Fabr. Bibl. Graec. Vol. IV. pag. 48. Integram habes infra Cod. VI. Pl. LVI. & alibi. COD. XI.

II. pag. 10. *Homeri Ilias* cum ſcholiis nonnullis marginalibus, & gloſſis interlinearibus. Scholiorum hoc eſt initium: Τίς ὁ σκοπὸς τοῦ βιβλίυ; Σκοπὸν ἔχει ἐνταῦθα διδάξαι καὶ εἰπεῖν, ὅσα κακὰ ἐν τῷ καιρῷ τῆς τῦ Ἀχιλλέως μήνιδος καὶ

(1) De hoc defectu nulla apud Montfaucon. mentio.

(2) Apollonii Argonautica diligenter cum Aldino textu contulimus menſe Octobri A. MDCCLXV. ut nova huius Poëtae editio, quae Tiguri adornatur, magis, magiſque novis caſtigationibus, & additionibus augeatur.

καὶ οἱ Τρῶες ἐ οἱ Ἕλληνες ἔπαθον, κ̀ μάλιςα οἱ Ἕλληνες. Τίς ἡ ἐπιγραφὴ τοῦ βιβλίυ; Ἡ ἐπιγραφὴ τῆς βίβλου ταύτης οὐκ ἔςιν ἁπλῆ, ἀλλὰ τριπλῆ. πρώτη αὕτη Ἰλιάδος ἄλφα, δευτέρα ῥαψῳδία, κ̀ τρίτη γράμμα.· ἐπιφέρονται δὲ ἐ ἕτεραι ἑκάςου γράμματος ἐπιγραφαὶ, κ. λ. In pagina vero anteriori rudi calamo depicta est Homeri imago stans, ac volumen, in quo poëmatis initium exscriptum est, manu explicans. Inter primum & secundum Librum sex versiculi hexametri ab eadem manu sunt exarati, non magni momenti, quorum initium:

Οὐ νέμεσις ἀπαφίσκειν, οὐδὲ θεοῖς βασιλῆας, κ. λ.

Pars vero Libri VIII. paraphrasim habet in margine, diversa manu conscriptam, & singulis versibus respondentem.

Codex Graecus chartaceus Ms. in fol. min. Saec. XIV. cuius quatuor paginae partem Libri V. Iliados continentes, recentiori manu suppletae sunt. Constat foliis 289.

ΟΔΥΣΣΕΙΑ.

ODYSSEA.

Adde

Catonis Romani Sententias Graece translatas.

COD. XII. I. pag. 1. HOmeri *Odyssea* cum argumento in principio, quod ab edito differt. Incipit enim: Τῶν θεῶν ἐθελησάντων ἀπαγαγεῖν εἰς Ἰθάκην τὸν Ὀδυσσέα, κ. λ. Des. κ̀ νυκτὸς ἐπελθούσης εἰς ὕπνον τρέπονται. Reliquis Libris nulla hypothesis praecurrit, spatium tamen vacuum ad illam excipiendam relictum fuit. Desunt autem pag. 147. multa ex Libro XVII. nimirum a versu,

Ἔγχος μεν ῥ' ἔςησε φέρων πρὸς κίονα μακρὴν,

usque ad versum,

Ὣς ἔφατ' Ἀτρείδης δουρικλυτὸς Μενέλαος

inclusive: qui sunt versus 119. pro quo defectu paginae sex vacuae relictae sunt. Iterum post pag. 154 alius defectus occurrit, quo eiusdem Libri XVII. postremi versus 109. & sequentis undecim primi periere; sed huius secundi defectus nullum signum in Codice, In fine Odysseae nota scriptoris legitur hoc pacto: Ἀντώνιος Δαμιλᾶς (1) Κρὴς τὸ ἔθνος κ̀ τοῦτο ἐξέγραψα οὐκ ἄνευ μέντοι γε μισθοῦ, συνδρομῇ κ̀ ἀναλώμασι ἐ τῇ ἄλλῃ ἐπιμελείᾳ μαγίςρου Λαυρεντίου τοῦ κ̀ ἐκ Φλωρεντίας. *Antonius Damilas genere Cretensis & hoc exscripsi non sine quidem mercede, auxilio, & sumtibus, & alia cura Magistri Laurentii de Florentia*. In margine apponuntur quandoque Virgilii versus ad ea loca, quae fuerat ipse imitatus.

II. pag. 216. *Catonis Romani Disticha, seu sententiae e Latino in Graecum versae*. Inc. Ἀναπολήσας ἐγὼ κατὰ νοῦν, ὡς πλεῖςοι δὴ τῶν ἀνθρώπων τῆς τῶν ἠθῶν ὁδοῦ παρατρέπονται συλληπτέον, κ. λ. Des.

Τοῦτο δὲ νοῦ βραχύτης δρᾷ σὺν δύο ταῦτα τιθεῖσα,
Τέλος Κάτωνος Ῥωμαίου.

Exstant etiam in Biblioth. Caesar. Plura de his distichis, eorumque auctore, & translatione Graeca Maximi Planudae Monachi Constantinopolitani vide Lib. V. Commentarior. Lambecianorum p. 215.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saec. XV. Constat foliis scriptis 222.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΜΟΝΩιΔΙΑ.

LIBANII CARMEN LVGVBRE.

Titulum corrige

Libanii Sophistae, ac Luciani Opera varia.

LIbanii Orationes, quae in hoc continentur Codice, sunt XXI. quarum series sequens est: COD. XIII.

I. pag. 1. inscribitur, Μονῳδία ἐπὶ Ἰουλιανῷ. *Lamentatio in Iulianum*. Concordat cum eius Operum edit. Paris. Gr. Lat apud Claudium Morellum MDCXXVII. fol. Tom. II. pag. 251. seq.

II. pag. 3. *b.* Ἐπιτάφιος ἐπὶ Ἰουλιανῷ. *Concio Funebris in Iulianum*. Ibid. pag. 260.

III. pag. 26. *b.* Μονῳδία ἐπὶ Νικομηδείᾳ. *Lamentatio super Nicomedia*. Ibid. pag. 202.

IV. pag. 28. Εἰς Κωνςάντιον κ̀ Κώνςαντα. *In Constantium, & Constantem*, cum prolocutione. Ibid. pag. 100.

V. pag. 42. *b.* Ἀντιοχικός. *Panegyricus Antiochenus*. Ibid. pag. 332.

VI. pag. 59. Πρεσβευτικὸς πρὸς Ἰουλιανόν. *Legatio ad Iulianum*. Ibid. pag. 151.

VII. pag. 64. Πρὸς Ἀντιοχεῖς περὶ τῆς τοῦ βασιλέως ὀργῆς. *Ad Antiochenos de Imperatoris* (Iuliani) *ira* (2). Inc. Ἃ μὲν ὑπὲρ τῆς πόλεως, κ. λ. Des. εἰ δ' ἐνθάδε σιγήσας, οἴκοι μοι κακῶς ἐρεῖ, θαυμάσεταί με τοῦ χειμῶνος ἅμα δάκρυσιν. Deest haec Oratio in cit. edit. Morelliana; edidit tamen primus Fabricius (3) cum Godfridi Olearii versione B. G. Tom. VII. p. 207. seq. sed in fine mutilam; ultima enim verba sunt: Ἦν μὲν οὖν φροντιζόντων * * * Noster vero Codex integram exhibet; post enim verba mox adlata, in quibus desinit Fabriciana editio, nulla defectus nota adposita, sequuntur pag. 66. πόλεως ἀνθρώπων, πάλαι ταῦτα ἐκκόψαι, ἐ μηδὲ τὸν ὕπτιον Κωνςάντιον περιιδεῖν ὑβριζόμενον, κ. λ. usque ad finem, quem recitavimus: haec autem duas circiter paginas occupant.

VIII. pag. 67. *b.* Εἰς τὸν αὐτοκράτορα Ἰουλιανὸν ὕπατον. *In Imperatorem Iulianum Consulem*. In edit. Morell. cit. Tom. p. 227.

IX. pag. 73. *b.* Προσφωνητικὸς Ἰουλιανῷ. *Panegyricus Iuliano dictus*. Ibid. pag. 173.

X.

(1) De eo haec habet Montfauconius in Palaeogr. Graec. p. 95 *Antonius Damilas Mediolanensis, qui & Cretensis dictus, quia in Creta natus, & educatus est, multos Codices scripsit, qui habentur in Bibliothecis Regia, Laurentiana, Bononiensi S. Salvatoris, & in aliis fortasse. Scripsit autem annis* MCCCCLXXX. MCCCCXC. *& aliis circiter*.

(2) Hanc omisit in suo Catalogo Montfauconius.

(3) Ita ipse ait cit. Tom. VII. pag. 396.

X. pag. 76. *b.* Ὑπὲρ Ἀριστοφάνους. *Pro Aristophane*. Ibid. pag. 210.

XI. pag. 81. *b.* Πρὸς Θεοδόσιον βασιλέα περὶ τῆς στάσεως. *Ad Theodosium Imperatorem de seditione*. Ibid. pag. 389.

XII. pag. 85. *b.* Πρὸς Θεοδόσιον ἐπὶ ταῖς διαλλαγαῖς. *Ad Theodosium post conciliationem* (cum Antiochenis). Ibid. p. 406.

XIII. pag. 89. *b.* Πρὸς Ἐλλέβιχον. *In Ellebichum*. Ibid. pag. 525.

XIV. pag. 92. *b.* Περὶ τῆς τιμωρίας Ἰουλιανοῦ. *De ulciscenda Iuliani caede*. G. & Lat. Fabricius edidit cum notis Bibl. Graec. Tom. cit. pag. 145. seqq.

XV. pag. 96. Πρὸς τοὺς βαρὺν αὐτὸν καλέσαντας. *Ad eos, qui molestum eum appellabant*. Fabric. loc. cit. pag. 179. seqq.

XVI. pag. 100. Πρὸς τοὺς νέους περὶ τοῦ λόγου. *Ad Iuvenes de Oratione*. In edit. Morell. Tom. cit. pag. 568.

XVII. pag. 101. *b.* Περὶ τοῦ μὴ ληρεῖν. *De eo quod ipse non deliret*. Gr. & Lat. cum notis edidit Ant. *Bongiovanni* Venetiis MDCCLIV. 4. pag. 15.

XVIII. pag. 104. Πρὸς Πολυκλέα. *Ad Polyclem*. Habes ibid. pag. 116.

XIX. pag. 106. Πρὸς Ἀντιοχεῖς συνηγορία. *Ad Antiochenos defensio*. Ibid. pag. 53. sub titulo diverso.

XX. pag. 109. Περὶ δουλείας. *De servitute*. In edit. Morell. Tom. cit. pag. 642. seqq. In Codice tamen longior una circiter pagina est in fine; etenim post verba: ἐμοὶ δὲ δοκεῖ μηδ' αὐτὸς διαφεύγειν δουλείαν, in quibus desinit editio, licet aliquantum diversis, sequuntur alia, quorum initium: τὸ γὰρ καταφυγὴν οἱ κατασκευάσασθαι τὸν πίθον, καὶ δεδιέναι τὸν ἐπιταττόμενον αὐτὸν, κ. λ. Finis: εἰ δ' ὅς τις φιλοσοφεῖ, σκεψώμεθα, ὦ ἄνδρες, ἐν ἑτέρῳ περὶ τοῦδε συλλόγῳ.

XXI. pag. 115. Εἰς Καισάριον μάγιστρον. *Ad Caesarium Magistrum*. Ibid. pag. 515.

Sequuntur deinde Luciani Opera sequenti ordine, nimirum:

I. p. 118. Φάλαρις α'. *Phalaris prior*. Exstat G. & L. cum notis in nupera eius Operum edit. Amstelodam. MDCCXLIII. 4. curante Io. Frederico Reitzio Tom. II. pag. 187.

II. pag. 120. Φαλάριδος δεύτερος. *Phalaridis secundus*. Ibid. pag. 201.

III. pag. 121. Πατρίδος ἐγκώμιον. *Patriae encomium*. Tom. III. pag. 229.

IV. pag 122. Δίκη φωνηέντων. *Iudicium vocalium*. Tom. I. pag. 83.

V. pag. 123. Κατάπλους, ἢ τύραννος. *Traiectus, sive Tyrannus*. Ibid. pag. 620.

VI. pag. 127. *b.* Ζεὺς ἐλεγχόμενος. *Iupiter confutatus*. Tom. II. pag. 626.

VII. pag. 129. *b.* Ζεὺς τραγῳδός. *Iupiter Tragoedus*. Ibid. pag. 642.

VIII. pag. 136. *b.* Ὄνειρος, ἢ ἀλεκτρυών. *Somnium, vel Gallus*. Ibid. pag. 702.

IX. pag. 142. *b.* Ἑρμῆς, Προμηθεύς. *Mercurius, Prometheus*. Tom. I. pag. 185.

X. pag. 145. Ἰκαρομένιππος, ἢ Ὑπερνέφελος. *Icaromenippus, sive Hypernephelus*. Tom. II. pag. 751.

XI. pag. 150. *b.* Τίμων, ἢ μισάνθρωπος. *Timon, seu Misanthropos* (1). Tom. I. p. 98.

XII. pag. 156. *b.* Πρὸς τὸν ἀπαίδευτον, καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον. *Adversus indoctum, & libros multos ementem*. Tom. III. pag. 99.

XIII. pag. 160. *b.* Χάρων, ἢ ἐπισκοποῦντες. *Charon, seu Contemplantes*. Tom. I. p. 487.

XIV. pag. 165. Νεκρικοὶ διάλογοι. *Dialogi mortuorum*, hoc ordine, *Diogenis & Pollucis*. Ibid. pag. 328. *Charontis, Menippi, & Mercurii*, pag. 423. *Pluto, seu contra Menippum*, p. 336. *Menippi, & Cerberi*, pag. 420. *Menippi, & Mercurii*, pag. 408. *Menippi, & Aeaci*, pag. 412. *Menippi, & Tantali*, pag. 406. *Menippi, & Chironis*, pag. 434. *Menippi, & Tiresiae*, pag. 445. *Menippi, & Trophonii*, pag. 338. *Diogenis & Herculis*, pag. 402. *Philippi & Alexandri*, pag. 394. *Diogenis & Alexandri*, pag. 389. *Terpsionis, & Plutonis*, pag. 346. *Zenophantae, & Callidemidae*, pag. 355. *Simyli, & Polystrati*, pag. 359. *Cratetis, & Diogenis*, pag. 376. *Diogenis, & Antisthenis, & Cratetis*, pag. 437. *Alexandri, & Annibalis*, pag. 380. *Achillis, & Antilochi*, pag. 399. *Aeaci & Protesilai*, pag. 419. *Plutonis, & Protesilai*, pag. 426. *Diogenis, & Mausoli*, pag. 429. *Mercurii, & Charontis*, pag. 341. *Plutonis & Mercurii*, pag. 343. *Cnemonis, & Damnippi*, pag. 358. *Charontis, & Mercurii*, pag. 363. *Nirei, Thersitae, & Menippi*, pag. 431. *Aiacis, & Agamemnonis*, pag. 448. *Minois, & Sostrati, & Mercurii*, pag. 450.

XV. pag. 177. Θεῶν διάλογοι. *Deorum Dialogi*, hoc ordine, *Martis & Mercurii*, pag. 267. *Panis & Mercurii*, pag. 269. *Apollinis, & Bacchi*, pag. 273. *Mercurii, & Maiae*, p. 275. *Promethei & Iovis*, pag. 204. *Cupidinis & Iovis*, pag. 205. *Iovis, & Mercurii*, pag. 207. *Iovis & Ganymedis*, pag. 208. *Iovis & Iunonis*, pag. 213. *Iunonis & Iovis*, pag. 216. *Vulcani & Apollinis*, pag. 220. *Neptuni & Mercurii*, pag. 227. *Vulcani & Iovis*, pag. 224. *Mercurii & Solis*, pag. 229. *Veneris & Lunae*, pag. 231. *Veneris & Cupidinis*, p. 233. *Iovis, Herculis, & Aesculapii*, p. 235. *Mercurii & Apollinis*, p. 238. *Mercurii & Apollinis*, p. 241. *Latonae & Iunonis*, p. 243. *Mercurii & Apollinis*, p. 245. *Iunonis & Iovis*, pag. 247. *Veneris & Cupidinis*, pag. 249. *Iovis & Solis*, pag. 277. *Apollinis & Mercurii*, pag. 280. *Dearum Iudicium*, pag. 252.

XVI. pag. 186. *b.* Ἐνάλιοι διάλογοι. *Dialogi Marini*. Concordant cum cit. edit. Tom. I. a pag. 288. ad pag. 327. eumdemque ordinem cum ipsa obtinent.

XVII. pag. 190. *b.* Ἑταιρικοὶ διάλογοι. *Dialogi Meretricii*, & quidem hoc ordine, *Glycerae & Thaidis*, Tom. III. pag. 280. *Myrtii, Pamphili, & Doridis*, pag. 281. *Philinnae & Matris*, pag. 284. *Melissae & Bacchidis*, pag. 286. *Leaenae & Clonarii*, pag. 289. *Doridis & Myr-*

(1) Hunc Sermonem omisit in suo Catalogo Montfauc.

& Myrtales, pag. 319. *Cochlidis & Parthenis*, pag. 322. *Crobyles & Corinnae*, p. 292. Tum reliqui eodem ordine, quem in edit. obtinent a pag. 295. ad pag. 319.

XVIII. pag. 199. Μυίας ἐγκώμιον. *Muscae Encomium*. Tom. III. pag. 91.

XIX. pag. 200. Πρὸς Νιγρῖνον ἐπιςολή. *Ad Nigrinum Epistola*. Tom. I. pag. 37.

XX. pag. 204. *b.* Περὶ τοῦ μὴ ῥαδίως πιςεύειν διαβολῇ. *De non temere credendo delationi*. Tom. III. pag. 125.

XXI. pag. 208. Περὶ οἴκου. *De Domo* (1). Ibid. pag. 190.

XXII. pag. 211. *b.* Ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος. *Pro lapsu in salutando*. Tom. I. pag. 724.

XXIII. pag. 213. *b.* Ἑρμότιμος, ἢ περὶ αἱρέσεων. *Hermotimus, seu de sectis*. Ibid. pag. 739.

XXIV. p. 228. Ψευδοσοφιςὴς, ἢ σολοικιςής. *Pseudosophista, seu Soloecista*. Tom. III. pag. 552.

XXV. pag. 230. Βίων πράσεις. *Vitarum auctiones*. Tom. I. pag. 540.

XXVI. pag. 234. Ἀναβιοῦντες, ἢ ἁλιεύς *Reviviscentes, vel Piscator*. Ibid. p. 570.

XXVII. pag. 241. Δὶς κατηγορούμενος, ἢ δικαςήρια. *Bis accusatus, seu Tribunalia*. Tom. II. pag. 791.

XXVIII. pag. 247. *b.* Περὶ θυσιῶν. *De Sacrificiis*. Tom. I. pag. 525.

XXIX. pag. 249. Ἀνάχαρσις, ἢ περὶ γυμνασίων. *Anacharsis, sive de Exercitationibus*. Tom. II. pag. 883.

XXX. pag. 256. *b.* Περὶ πένθους. *De luctu*. Ibid. pag. 922.

XXXI. pag. 258. *b.* Ῥητοροδιδάσκαλος. *Rhetorum praeceptor*. Tom. III. p. 1.

XXXII. pag. 262. *b.* Περὶ ἀςρολογίας. *De Astrologia*. Tom. II. p. 360.

XXXIII. p. 264. *b.* Πάμφιλος εὐνοῦχος. *Pamphilus Eunuchus*. Ibid. p. 350.

XXXIV. pag. 266. Ἔρωτες. *Amores*. Ibid. pag. 397.

XXXV. pag. 275. *b.* Μένιππος, ἢ νεκυομαντία. *Menippus, seu Oraculum mortuorum consultum*. Tom. I. pag. 455.

XXXVI. pag. 279. *b.* Συμπόσιον, ἢ Λαπίθαι. *Convivium, seu Lapithae*. Tom. III. pag. 418.

XXXVII. pag. 285. *b.* Περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων. *De mercede conductis potentium familiaribus*. Tom. I. pag. 651.

XXXVIII. pag. 294. Ἀπολογία περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων. *Defensio eorum, qui mercede conducti in potentiorum convictu sunt*. Ibid. pag. 704.

XXXIX. pag. 296. *b.* Δημώνακτος βίος. *Demonactis Vita*. Tom. II. pag. 374.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 4. Saec. XIV. scholiis nonnullis marginalibus adspersus ad Opera Luciani. Constat foliis 300.

ΟΜΗΡΟΥ ΟΔΥΣΣΕΙΑ.

HOMERI ODYSSEA.

Ac praeterea

Batrachomyomachia, & Hymni.

saeculo XIV. vixit, nomine occurrit in lucem editus in Volumine Grammaticorum Graecorum ex Aldi & Asulani officina Graece Venet. MDXXV. in 8. a pag. 171. ad pag. 216. in quo contexendo testatur auctor in ipso Operis limine usum se praeceptis Apollonii Dyscoli, Herodiani, Apollonii iunioris, Arcadii Byzantini, aliorumque, qui de Atticis vocibus scripsere; quem locum adfert Fabricius B. G. Vol. VII. pag. 16. Recusus deinde fuit item Graece sub eiusdem Lecapeni nomine Florentiae MDXXVI. (1) in 8. min. per heredes Phil. Iuntae, quam nos editionem, & quidem Antonii Mariae Salvini notulis, ac correctionibus marginalibus autographis adspersam, consuluimus; ubi notandum, paullo ante finem inter verba, τῆς ἡμῶν πνευματικῆς μεμνήμενος σχέσεως, quae in Codice postrema sunt paginae 373. & alia, Ποσαχῶς διαιρουμένην ἐστὶ δυνατὸν, κ. λ. quae sunt prima eiusdem paginae 373. *b*. plura alia in editione inserta legi, quorum initium est: Πρὸ πάντων δεῖ γινώσκειν, ὅτι πᾶν ῥῆμα εὐθεῖαν ἐν ἑαυτῷ περιέχει, κ. λ. Auctorem vero huius Operis, sentit Allatius (2) Lecapenum non esse, Codd. auctoritate fretus. Vaticani enim Codices, Barberinus, Vallicellanus, aliique non ita recenti aevo descripti, titulum Operi praefigunt nostro simillimum, ac propterea Michaëli presbytero Hierosolymitano adiudicant: cui quidem Allatii sententiae & ipse lubens subscribo, quum exscriptorum incuria praeverti singula persaepe soleant. Fieri igitur potuit, ut hoc Opus cum alio ipsius Georgii Lecapeni genuino libello, qui *de artificio Grammatico* inscriptus est, & habetur Ms. tum in Vaticana Codice DCCCLXXXIII. tum in hac nostra Bibliotheca, ut inferius patebit; perperam confuderint. Interim de Michaële Presbytero velim scias, fuisse hunc Thomae (3) Patriarchae Hierosolymitani Syncellum, & amicum Theodori Studitae, cuius exstant ad eum Epistolae; qui & ipse non minus quam Theodorus multa & gravia pro imaginum cultu passus est post saeculi noni initia. *Syngelum* pro *Syncellum* minus recte vocant Tilmannus & Millanus, quum non gentile nomen, aut proprium sit σύγκελλος, seu σύγγελλος, sed officii ac dignitatis, ac si *concellaneum*, & *domesticum* dicas, qui Patriarchae fere erat proximus, & Metropolitis sive par, sive etiam praeferendus. Nonnulla de hoc vocabulo attigimus supra pag. 160. §. CXI. plurima vero habet Du-Cangius in utroque glossario.

XLVI. pag. 374. *b*. Περὶ συντάξεως λόγου, ἤτοι περὶ τοῦ μὴ σολοικίζειν, καὶ περὶ βαρβαρισμοῦ· ἐν τῷ μεταξὺ τούτων καὶ περὶ συντάξεως προθέσεων καὶ ῥημάτων, τοῦ μητροπολίτου Κορίνθου Γρηγορίου. In summo vero margine, manu paullo recentiori adiectum fuit: Οὗτός ἐστιν ὁ τοὺς δεσποτικοὺς ἐξηγούμενος κανόνας, Πάρδος πρότερον ὀνομαζόμενος. *De constructione orationis, vel de non soloecizando, & de barbarismo; interim etiam de constructione praepositionum, & verborum, Metropolitae Corinthi Gregorii. Hic est, qui Dominicos Canones interpretatus est, & Pardus antea vocabatur*. Inc. Ὀκτὼ εἰσι πάντα τὰ μέρη τοῦ λόγου, κ. λ. Des. οὕτω γράφων ἐν πᾶσιν, οὐ βαρβαρίσεις. Legitur etiam sub eodem prorsus titulo & in Vaticana Cod. DCCCLXXXIII. & in Palatina Cod. CXLVI. pag. 184. ut colligitur ex Allatii Diatriba de Georgiis apud Fabr. B. G. Vol. X. p. 798.

XLVII. pag. 378. Τοῦ τιμιωτάτου ἐν μοναχοῖς, σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Μαξίμου τοῦ Πλανούδη περὶ γραμματικῆς διάλογος. Τὰ τοῦ διαλόγου πρόσωπα Παλαίτιμος καὶ Νεόφρων. *Monachorum maxime venerabilis, sapientissimi ac eloquentissimi D. Maximi Planudae de Grammatica Dialogus. Dialogi personae sunt, Palaetimus, & Neophron* (4). Inc. Πρὸς τῶν λόγων αὐτῶν, ὦ Παλαίτιμε, κ. λ. Desinit imperfecte in verbis, ἀναβάλλει μὲν ὕδωρ ἡ πηγή. ἀναβάλλεται δέ τις τόδε . . . . . Integer vero habetur Codice III. Plut. LVI. & alibi infra. Exstat & in Coisliniana pag. 245. & alibi.

XLVIII. pag. 406. Τοῦ αὐτοῦ περὶ συντάξεως ῥήματος. *Eiusdem de constructione verbi*. Inc. Τῶν ῥημάτων τὰ μὲν οὐδαμῶς μεταβαίνουσαν εἰς ἕτερον πρόσωπον ἐν τῷ λόγῳ τὴν σύνταξιν ἔχει. Des. ἐνδέχεται αὔριον βρέξαι, τουτέστιν ἵνα βρέξῃ, ἢ οὔ. Eadem fortasse est atque illa, quae in Labbei Bibl. nova Mss. pag. 105. *Planudae Syntaxis ex Harmenopulo & Christodulo* commemoratur, teste Fabric. B. G. Vol. VII. pag. 47.

IL. pag. 416. Τοῦ σοφωτάτου Λογοθέτου τοῦ δρόμου κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Γλυκέως, τοῦ γεγονότος ὕστερον πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, λόγος περὶ ὀρθότητος συντάξεων. *Sapientissimi Logothetae Dromi* (sive cursus publici) *Domini Ioannis Glycis, qui postea fuit Patriarcha Constantinopolitanus, sermo de recta constructionis ratione, ad suum ipsius filium Cyrin Georgium*: ita enim in summo margine adnotatum est: ποιήσατο δὲ τὸν λόγον πρὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν Κύριν Γεώργιον. Inc. Ἡ τοῦ λόγου χρῆσις εὕρηται μὲν, ἢ μᾶλλον τοῖς ἀνθρώποις δέδοται παρὰ Θεοῦ, τῆς ἀναγκαίας κοινωνίας ἕνεκα. Des. καὶ ὅπῃ ποτ' ἂν ἔχοι ποθητὰ δικαίως ἂν αὐτοῖς καὶ εἴη καὶ νομίζοιτο. Exstat huius Grammatica Ms. in Bibl. Reg. Paris. Cod. MMDLXII. Vid. Catalog. T. II. p. 522. & in Cod. XIV. saeculi Florentiae in Bibl. Monasterii B. Mariae. In ultimo folio, manu diversa, exarata sunt quaedam parva fragmenta Capitum Marci Antonini *de rebus suis*, ex iis, quae recensuimus supra §. XIV.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. min. Saec. XV. charactere utplurimum minuto & evanido. Constat foliis scriptis 438.

ΣΥ-

(1) Error est in Fabric. editione loc. cit.; etenim pro 1526. habetur 1520.

(2) In Diatriba de Georgiis Fabric. edit. in calce Vol. X. Bibl. Graecae pag. 700. §. XLVI.

(3) Fuit Thomas Patriarcha Hierosolymit. ab Anno DCCCII. ad DCCCXXI. & Fortunato a Graecis substitutus.

(4) Male Montfauc. in suo Catalogo habet *Lycophron* pro *Neophron*.

ΣΥΝΕΣΙΟΥ ΚΥΡΗΝΑΙΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

SYNESII CYRENAEI EPISTOLAE.

Ac praeterea

Hymni, & Orationes.

COD. VIII. I. pag. 1. SYnesii Cyrenaei Epistolae CLV. quotquot nimirum sunt editae in Petaviana edit. a pag. 157. ad pag. 194. praeter CLI. quae desideratur in Codice. Ipsarum tamen series identidem diversa est. Notandum inter Epistolam CXLVIII. & CXLIX. insertam esse *Synesii Catastasim dictam in maximam barbarorum excursionem &c.* quae incidit in edit. pag. 301. seqq. Codicis vero pag. 110. In fine: Τέλος τῶν ἐπιςολῶν Συνεσίυ. ὁμοῦ πᾶσαι ρϛ'. *Finis Epistolarum Synesii; omnes simul CLVI.* si nimirum dictam Synesii Orationem epistolae loco habeas.

II. pag. 119. Τοῦ αὐτοῦ ὕμνοι ἔμμετροι. *Eiusdem hymni metrici* X. tribus utplurimum columnis ita dispositi, ut a primo versu primae columnae ad primum secundae, & inde ad primum tertiae progrediantur, & sic deinceps. Hymnus primus pag. 119. est tertius in editione Petaviana pag. 319. II. pag. 124. est quartus, III. pag. 126. *b.* est quintus, IV. pag. 127. sextum habet locum, VI. pag. 128. secundum obtinet locum, VII. pag. 129. est item septimus, VIII. pag. 129. *b.* item octavus in ed. IX. pag. 130. nonus est & ibidem; X. denique pag. 131. primus est in editione.

III. pag. 133. Sequuntur sine ullo titulo *Eiusdem de Providentia Libri duo*. Ibid. p. 89.

IV. pag. 156. *Eiusdem ad Paeonium de dono astrolabii*. Ibid. p. 307.

V. pag. 170. *b. Eiusdem de Insomniis*. Ibid. pag. 131.

VI. pag. 191. *Eiusdem calvitii encomium*. Ibid. pag. 63.

VII. pag. 208. *b. Eiusdem Dio, vel de ipsius vitae instituto*. Ibid. p. 35.

VIII. pag. 226. *b. Eiusdem ad Imperatorem* (Arcadium) *sive de Regno*. Ibid. p. 1.

IX pag. 244. *Eiusdem constitutio*, sive *elogium Anysii*. Ibid. p. 305.

X. pag. 247. *Eiusdem homilia brevis de diebus festis sancte & pie obeundis*. Ibid. p. 295.

XI. pag. ead. *b. Eiusdem altera homilia in pervigilio nativitatis Deiparae*. Ibid. pag. 297. In hac Homilia, ubi asterisci ponuntur in editione, in Codice nullum defectus indicium apparet.

XII. pag. 248. Sequebatur eadem Oratio, quae supra §. IX. sed expuncta postmodum fuit.

XIII. pag. 249. Στίχοι ἐξηγημένοι. *Versus expositi*. Inc.

Ἔςι κ̀ εἰδώλῳ μερὶς εἰς τόπον ἀμφιφάοντα. ἐξήγησις τοῦ ῥητȣ̃ εἴδωλα λέγεται παρὰ τοῖς φιλοσόφοις, τα συμφυῆ μὲν τοῖς κρείττοσιν, ἐλάττονα δὲ ἐκείνων τυγχάνοντα. Des. imperfecte in verbis: τοῦ ζωτικȣ̃ πνεύματος ἀπολιποῦσαι τὸν βίον ȣ μάλα τι δυσχεραί. . . .

Cod. Graec. papyr. Ms. in 8. Saec. XIV. notulis hinc inde adspersus. Constat foliis scriptis 255.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΠΕΡΙ ΜΗΝΩΝ.

THEODORI DE MENSIBVS.

Ac praeterea

Eiusdem de Voluntario & Involuntario Liber, & Epistolae.

I. pag. 1. Θεοδώρου περὶ μηνῶν. *Theodori* (Gazae) *de mensibus* (Atticis) Tractatus, praevio auctorum, quorum in ipso testimoniis utitur, indice. Inc. Πρὸ ἔργȣ μέν. Des. τελευτὴν εἵμαρτο εἶναι. Graece editus fuit Venetiis MCCCCXCV. fol. & alibi; Graece & Latine in Vranologio Petavii Amstel. MDCCIII. fol. Tom. III. pag. 153. Latine vero tantum in Thesauro Antiquit. Graecar. Gronovii Tom. IX. pag. 983. Theodorus iste Thessalonicensis fuit, & unus ex iis, qui Amurathe Graeciam universam victricibus armis occupante, in Italiam se receperunt. Victorino Feltrense magistro usus, eum in Latinis litteris progressum fecit, ut longe omnium latinissime scriberet, nec plane dignosci posset, exactius ne ac certius ab eo Latina Graece, quam Graeca ipsa Latine redderentur: quod & Aristotelis, Theophrasti, Hippocratis & aliorum Latinae, ac Ciceronis de Senectute, ac Somnio Scipionis Graecae versiones satis ostendunt. Suis vigiliis, Bessarionis Cardinalis amicitiam gratiamque sibi conciliavit, eoque commendante sacerdotium in magna Graecia promeruit. Romae diu vixit, unde tandem indignatus, quod lucubrationes suas summo viro sordescere animadvertisset, in Brutios ad sacerdotii sacram sedem contendit, ubi non multo post plane senex obiit A. MCCCCLXXVIII. In fine huius Libelli rubris litteris haec amanuensis subscriptio legitur exarata: Μετεγράφη ὑπ' ἐμȣ̃ ἱερέως Ἰωάννου Ῥώσου Κρητὸς τὸ γένος ἐν Ῥώμῃ ἔτει αυοα'. ἀρχιερατεύοντος Παύλου δευτέρȣ ἔτȣς ἑβδόμȣ. Φεβρȣαρίȣ ιβ'. *Transcriptus est a me Ioanne Rhoso sacerdote, Cretensi genere, Romae An. MCCCCLXXI. Paulli II. Sum. Pont. An. VII. die XII. Februarii* (1).

II. pag. 49. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἑκȣσίȣ κ̀ ἀκουσίȣ. *Eiusdem de Voluntario, & Involuntario* Liber. Inc. Περὶ δὲ ἑκȣσίȣ κ̀ ἀκουσίου ἀπορήσειεν ἄν τις εἰς τὰ καθ' ἕκαςα. Des. ἄμφω γὰρ τὼ ἄνδρε σοφὼ, κ̀ αἰδȣ̃ς ἀξίω. Nulla de hoc Theodori Opusculo occurrit mentio apud Fabric. B. G. Vol. IX. pag. 194. ubi eius Opera tam edita, quam inedita recenset.

 III.

(1) Omisit hanc subscriptionem Montfaucon. in Palaeogr. Graec.

III. pag. 57. Τοῦ αὐτοῦ ἐπιςολαί. *Eiusdem Epistolae XIV.* & quidem hoc ordine:

I. est Περὶ ἀρχαιολογίας Τυρκίων. *De origine Turcarum*. Inscribitur: Θεόδωρος Φραγκίσκῳ Φιλέλφῳ εὖ πράττειν. *Theodorus Francisco Philelpho salutem*. Inc. Περὶ Τύρκων, κ. λ. Des. σὺ κρινεῖς. Ἔρρωσο. Haec cum Leonis Allatii versione prodiit in eius Συμμίκτοις Tom. II. pag. 382. seqq. Coloniae MDCLIII. 8.

II. pag. 61. Δημητρίῳ τῷ Συγροπύλῳ, *Demetrio Sguropulo*. Inc. Δεινὰ παλιν ἀγγέλλεις. Des. χαλεπωτέραν καθίσησιν. Ἔρρωσο.

III. pag. 63. Ἀνδρονίκῳ τῷ Καλλίςυ, *Andronico Callisti filio*. Inc. Ὅτι οὐ συναποδημήσαις. Des. τὰ εὐτυχήματα. Ἔρρωσο. ἀπὸ Ῥώμης βοηδρομιῶνος ἐνάτῃ ἱςαμένυ.

IV. pag. 63. *b.* Τῷ αὐτῷ, *Eidem*. Inc. Φίλτατε ἀδελφὲ χαῖρε. Ἀπεκρινάμην πρὸς τὸν δεσπότην. Des. καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν φίλων εὐπράττοις.

V. pag. 65. Βησσαρίωνι Καρδινάλει, *Bessarioni Cardinali* Inc. Ἤδη τὴν ἱεράν σε κεφαλὴν ἐν Κελτοῖς εἶναι. Des. ἐνταῦθα δὲ οὐκ ἀρκεῖ. Εὐτύχει. ἀπὸ Ῥώμης.

VI. pag. 66. Τῷ αὐτῷ, *Eidem*. Inc. Ἐκ τῶν πρὸς τὺς δεσπότας. Des. ϗ εὐτυχῶς διάγοις τὸν βίον. ἀπὸ Ῥώμης.

VII. pag. 67. Τῷ αὐτῷ, *Eidem*. Inc. Εὔχομαι ἀγαθὰ πυθέσθαι περί σε, ὦ ἱερὰ κεφαλή. Des. ἐρρωμένως καὶ εὐτυχῶς διάγοις. ἀπὸ Ῥώμης.

VIII. pag. ead. Ἀλεξίῳ, *Alexio*. Inc. Ἡ τῷ δεσπότῃ συμβᾶσα νόσος. Des. εἰς Τάραντον. Ἔρρωσο. ἀπὸ Ῥώμης.

IX. p. ead. *b.* Τῷ αὐτῷ, *Eidem*. Inc. Χθὲς κατὰ τύχην εἶδον. Des. εἰ μή τι τῶν ἀναγκαιοτέρων κωλύει.

X. pag. 68. Φραγκίσκῳ Φιλέλφῳ, *Francisco Philelpho*. Inc. Οὐ πάντ' ἔοικεν ἀσθενεῖ τὸ γῆρας. Des. ὧν δημιουργὸς εἶ ἀγαθός. Ἔρρωσο. ἀπὸ Ῥώμης πυανεψιῶνος τετάρτῃ φθίνοντος.

XI. pag. 71. *b.* Ἀλεξίῳ, ἤγυν ἐμοὶ, *Alexio, scilicet mihi*. Inc. Ἀφικόμεθα εἰς Βιτέρβιον. Des. ϐ εὐτυχέςερον. Ἔρρωσο. ἀπὸ Βιτερβίυ ἑκατομβαιῶνος πέμπτῃ ἱςαμένυ.

XII. pag. 72. Τῷ αὐτῷ, *Eidem*. Inc. Ἐπέςαλκά σοι μηνὸς Φεβρυαρίυ. Des. ἄσπασαι παρ' ἐμοῦ. ἀπὸ Ῥώμης Μαρτίυ κθ'.

XIII. pag. 73. *b.* Τῷ αὐτῷ, *Eidem*. Inc. Δίς σοι ἐπέςαλκα. Des. προσαγόρευσον παρ' ἐμῦ. ἀπὸ Ῥώμης Ἀπριλλίυ ιγ'.

XIV. pag. 75. *b.* Τῷ αὐτῷ, *Eidem*. Inc. Ἐκομίσθη μοι ἡ ἐπιςολή. Des. τῶν δεσποτῶν. Ἔρρωσο. ἀπὸ Παλαιοκάςρυ Σεπτεμβρίυ η'. Vide Allatium contra Creyghton. pag. 18. ubi plures Gazae Epistolas, atque in his unam vel alteram ad Demetrium Sguropulum memorat, quae fere omnes sunt ineditae.

IV. pag. 78. Repetitur idem Tractatus *de Voluntario, & Involuntario*, de quo supra §. II. multis tamen heic correctionibus, & adnotationibus in ora paginarum, fortasse manu eiusdem Gazae adiectis.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XV. Constat fol. scriptis 83.

ΘΕΩΝΟΣ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΠΡΟΓΥΜΝΑΣΜΑΤΑ.

THEONIS SOPHISTAE PRAEEXERCITATIONES.

Addas

Alia quaedam anepigrapha.

I. pag. 1. *Theonis Progymnasmata* cum scholiis marginalibus; sed primorum propter foliorum margines laceros atque corruptos, nullum ipsorum initium damus. Finis vero sequens est: οὐ γὰρ διώρισεν εἰ ϐ τὸν θετὸν ϐ τὴν θείλειαν. In fine ab alia manu nonnulla subiiciuntur de Romanorum mensibus, & alia quaedam pauca levis momenti. Prodierunt haec Progymnasmata parum tamen emendate primum Romae in 4. Graeco idiomate; cum versione deinde Latina Ioachimi Camerarii Basil. MDXLI. 8. qui plurima menda Romanae editionis sustulit. Atque haec ipsa Camerarii interpretatio a Daniele Heinsio repetita est in edit. Leidensi Anno MDCXX. in 8. & Graeca ex adverso posita, omissis tamen progymnasmatum exemplis, utpote quae Theonem auctorem non habent. Quum plures fuerint Theones Rhetores, ac Sophistae, teste Suida, dubitant viri docti, num idem sit, atque ille, qui scholiis Aratum, ac commentariis Apollonium Rhodium, Lycophronem ac Nicandrum illustravit; quamvis haec Grammatico potius, quam Sophistae conveniant. COD. X.

II. pag. 53. *b.* Sequitur Tractatus satis longus Anonymi, in quo flosculi vocum, & sententiarum, earumque explicationes tum ex sacris litteris, tum etiam ab externis auctoribus desumtae continentur. Initium, quod speciminis loco, paullo longius lectori exhibemus, licet & ipsum mutilum esse videatur, sequens est: Οὕτω μὲν οὖν τὰ ἅγια τῶν ἁγίων λείπει τὸ ἔχει, ἃ ϗ τοῖς Σεραφὶμ συγκαλύπτεται· οὐχὶ τὸ θεῖον δηλοῖ περιγραφόμενον, ἀλλὰ τὸν πλησιασμὸν τὸν πρὸς τὸν θεὸν τῶν Σεραφὶμ θέλει δηλοῦν, ἀπὸ τῶν κάτω δηλῶν ἡμῖν τὰ ἄνω. Οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ. Ἀρχήν φησιν, ἤτοι ἐξυσίαν ϗ κράτος, τὸν ςαυρόν. τὸ δὲ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ δηλοῖ τὸ βαςάσαι τὸν Χριςὸν τὸν ςαυρὸν ἐπὶ τοῦ ὤμου ἐρχόμενον ἐπὶ τὸ πάθος. Πῶς δὲ καλεῖ τὸν ςαυρὸν ἀρχὴν ὁ προφήτης; τῦτο βύλεται δηλοῦν ὁ Θεολόγος, ϐ φησὶν, ὅτι συνεπαίρεται τῷ ςαυρῷ, ἤτοι τοῦ ςαυροῦ ὑψωθέντος, ϗ ἐν αὐτῷ τοῦ Χριςοῦ, δι' αὐτοῦ ἐκράτησε τοῦ διαβόλυ, ϗ ἐξείλετο ἡμᾶς τῶν χειρῶν τῶν ἐκείνυ. Λαμυρὸν δοκεῖ τὸ πλατὺ ϗ εὐρύχωρον λέγεσθαι. οἶμαι γὰρ, εἴ τις τῆς ἐν λόγῳ δυνάμεως πεῖραν ποιύμενος, ἔπειτα πρὸς μέτρον κρῖναι ταύτην θελήσειε, μίαν ἐκ πασῶν ὑπόθεσιν προςησάμενος, καθάπερ οἱ ζωγράφοι τοὺς ἀρχετύπους πίνακας προςίθενται δηλονότι εἰς μίμησιν, ταύτην ἂν αὐτὸν ὑφελόντα λόγου κρείττονα, τῶν ἄλλων ἑλέσθαι τὴν πρώτην, οὕτω δοκεῖ ὀρθῶς ἔχειν, κ. λ. Finis vero ita habet: Ἀττικοὶ

καὶ κατὰ συγκοπὴν γράφουσι τὸ τεθνάναι βραχὺ, οὕτω ποιοῦσιν οἱ Ἀττικοὶ τὸ ἑστάναι.

III. pag. 89. *b. Dialogus brevis inter Agarenum, & Episcopum nomine Theodorum*, auctore Anonymo. Inc. Ἔν τινι συλλόγῳ τις τῶν κομψῶν Ἀγαρηνῶν ἐρωτᾷ τὸν ἐπίσκοπον, Εἰπέ μοι, ἔφη, ἐπὶ σταυροῦ κρεμάμενος ὁ Θεὸς ἐξέπνευσεν; Θεόδωρος, Ναὶ, ὁ Ἀγαρηνὸς, κ. λ. Des. τότε Ἀγαρηνὸς, ὡς ἐν ἀμφιβλήστρῳ περιπλακεὶς, ἄναυδος ἀπενεώθη τεθειπώς.

IV. pag. 90. Τοῦ αὐτοῦ ἀπόδειξις, ὅτι ἔχει ὁ Θεὸς υἱὸν ὁμοούσιον, καὶ συναΐδιον. *Eiusdem* (forte *Theodori*) *demonstratio, quod Deus habet filium consubstantialem, & coaeternum*. Inc. Τῶν Ἀγαρηνῶν τὸ φρόνημα, καὶ πᾶσα ἡ σπουδὴ πρὸς τὸ ἀθετεῖν τὴν τοῦ Θεοῦ λόγου θεότητα, κ. λ. Haec autem quousque progrediatur, non ita facile agnoscas, propter characteres in infimo praesertim margine evanidos. Pagina tantum 92. excerptum quoddam Magni Basilii exsculpsimus ex eius Epistola *ad Symplicium*, incipiens a verbis: ἐπήγειρας ἡμῖν σαύρας τε καὶ φρύνους, ἐαρινὰ δῆθεν θηρία, κ. λ. quae in eius edit. Operum Paris. MDCCXXX. fol. incidunt in Tom. III. pag. 208. lin. 3. Sequuntur deinde pag. ead. *b.* quaestiones quaedam *de Anima*, una cum suis solutionibus. Eae vero sunt:

Τί τὸ καταληπτὸν κριτήριον τῆς ψυχῆς;
Εἰ ἔστι ψυχή;
Εἰ οὐσία ἐστὶν ἡ ψυχή;
Εἰ ἀσώματος ἡ ψυχή;
Εἰ ἁπλῆ ἡ ψυχή;
Εἰ ἀθάνατος ἡμῶν ἡ ψυχή; quae quidem num ad Theodorum Episcopum pertineant, exploratum minime habemus.

V. pag. 95. *b. Fabulae XXXVIII.* instar Aesopicarum. Prima *de Alcyone ave*, inc. Ἀλκύων ὄρνις ἐστὶ φιλέρημος, ἀεὶ τῇ θαλάττῃ διαιτωμένη. Vltima (1) *de Pastore, & ovibus eius vestem comedentibus*, des. καρπῶν οἰκείων φαῦλα ἐργάζονται. Vt autem aliquod ipsarum specimen habeat lector, primam heic integram proferimus: Ἀλκύων ὄρνις ἐστὶ φιλέρημος, ἀεὶ τῇ θαλάττῃ διαιτωμένη. Ταύτην λέγεται τὰς τῶν ἀνθρώπων θήρας φυλαττομένην ἐν σκοπέλοις παραθαλαττίοις νεοττοποιεῖσθαι. καὶ δήποτε τίκτειν μέλλουσα ἐνεοττοποιήσατο. ἐξελθούσης δέ ποτε αὐτῆς ἐπὶ νομὴν συνέβη τὴν θάλατταν ὑπὸ λάβρου κυματωθεῖσαν πνεύματος ὑπεραρθῆναι τῆς καλιᾶς, καὶ ταύτην ἐπικλύσασαν τοὺς νεοττοὺς διαφθεῖραι. ἡ δὲ ἐπανελθοῦσα καὶ γνοῦσα τὸ πραχθὲν, εἶπε· δειλαία ἔγωγε, ἥ τις τὴν γῆν ὡς ἐπίβουλον φυλαττομένη, ἐπὶ ταύτην κατέφυγον, ἥ μοι πολλῷ γέγονεν ἀπιστοτέρα. Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι καὶ τῶν ἀνθρώπων ἔνιοι τοὺς ἐχθροὺς φυλαττόμενοι λανθάνουσι, πολλῷ χαλεπωτέροις τῶν ἐχθρῶν φίλοις ἐμπίπτοντες.

VI. pag. 100. *b.* Ἑρμηνεία εἰς τὸ, κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐλέησον ἡμᾶς, ἀμήν. *Interpretatio in illud „ Domine Iesu Christe Deus noster miserere nobis, amen „* auctore Anonymo. Inc. Ἑκάστη λέξις πεπληρωμένη δογμάτων τε καὶ σοφίας ἐστίν. Des. ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν παραδίδοται. Est unius circiter paginae.

VII. pag. 102. *b.* Anonymi Tractatus *de Trinitate*, cuius initium: Ἀλλ' ἔστιν εἷς μὲν Θεὸς, τὰ δὲ πρόσωπα αὐτοῦ τρία, κ. λ. Des. ἐκεῖνοι κληρονομήσουσι τὰς ἀπειλὰς, ἤτοι τὰς μελλούσας κολάσεις. Repetitur deinde Ἑρμηνεία εἰς τὸ, Κύριε Ἰησοῦ, κ. λ. eadem cum illa, quam enunciavimus paragrapho superiori.

VIII. pag. 108. Excerptum ex Oratione quadam ad Imperatorem, *de iuramento Regibus praestando a suis subditis*. Inc. Ἐγὼ, σοφώτατε βασιλέων, καὶ συμπαθέστατε, καὶ καρτερικώτατε, λέγω δὲ ταῦτα, κ. λ. Des. ἰδοὺ ταύτην ἐγὼ δίδωμι, ὃς μάλιστα πάντων, καὶ τὰ ἑξῆς.

IX. pag. 109. Vltimo loco legitur Opusculum, cuius initium: Τὴν ἀρχὴν ἄνθρωπος διὰ τοῦτ' ἐπὶ συνοικίαν ἐλθεῖν ἠναγκάσθη. Des. πῶς ἐπὶ τοῖς μείζοσιν αὐτὸν οὐδὲ παρακεχωρῆσθαι δοίη τις ἄν. Agitur de necessitate, qua homines primum, relicta solitudine, aliorum societatem quaerere coacti sunt.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XV. propere oscitanterque conscriptus, ac pluribus in locis madore corruptus, cuius in calce nomen fortasse scriptoris est adpositum, sed characteribus ita per compendia exaratis, ut nondum quinam sit exsculpere potuerimus. Constat foliis scriptis 110.

ΦΥΣΙΚΗ ΚΟΙΝΩΝΙΑ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΛΑΣΚΑΡΕΩΣ.

NATVRALIS COMMVNICATIO THEODORI LASCARIS.

I. pag. 1. Φυσικὴ κοινωνία Θεοδώρου Δούκα τοῦ Λασκάρεως, τοῦ υἱοῦ τοῦ ὑψηλοτάτου βασιλέως κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Δούκα. *Physica communicatio* (seu Societas) *Theodori Ducae Lascaris* (2), *filii celsissimi Imperatoris Domini Ioannis Ducae*, Sermonibus, seu Libris VI. comprehensa, cum figuris geometricis elegantissimis. Liber I. inc. Ἐκ πολλῶν μὲν πραγμάτων. Des. περὶ ὧν εἰς τὸ ἑξῆς εἴπωμεν. COD. XI.

II. pag. 9. Liber II. inc. Περιάγονται μὲν αἱ κράσεις. Des. τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ.

III. pag. 21. *b.* Liber III. inc. Ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ περὶ τῶν. Des. δωρήματα τὰ κατάλληλα.

IV. pag. 31. Liber IV. inc. Τοσαυταχῶς τὰς ἐν ἀνθρώποις. Des. δυνάμει τοῦ κρείττονος.

V. pag. 44. *b.* Liber V. inc. Δύο εἰσὶ τὰ ζητούμενα. Des. ἐντελῶς ἀποδώσομεν.

VI. pag. 59. Liber VI. inc. Ἀναγκαῖαι καὶ πρῶται. Des. διὸ καὶ τὴν συγγνώμην αἰτούμεθα. In fine: Τέλος καὶ Θεῷ πλείστη χάρις. Vide Cangium in παρακλητικῇ, ubi etiam hos Libros VI. Theodori Ducae de Communicatione Naturali memorat, interprete Claudio Auberio Latine editos Basileae A. MDLXXI. qui Graece etiam habentur in Cod. Regio Paris. 9568. Vid. & Cangii

(1) Male Montfaucon. in suo Catalogo ultimam ponit fabulam *de divite duas filias habente*; nam penultima est.

(2) Theodorus Duca Lascaris, iunior, Imperator fuit ab A. MCCLV. ad MCCLIX. Vid. Fabr. B. G. Vol. X. p. 526.

Cangii notas ad Zonaram pag. 147. & Labbeum pag. 96. Bibl. Novae Mss.

Cod. Graecus chartac. Ms. in 4. minori, Saec. XV. Constat foliis scriptis 79.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗ.

THEODORI GRAMMATICA.

COD. XII. THeodori Gazae Grammaticae Graecae Libri IV, de quibus vide infra Codicem XV. huius Plutei, cum quo concordant.

Cod. Graec. chartac. Ms. in 8. Saec. XV. Constat foliis scriptis 131.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΑΝΤΙΡΡΗΤΙΚΟΝ.

THEODORI CONTRADICTORIVM.

COD. XIII. AD intelligentiam huius Theodori Gazae Antirrhetici, seu Contradictorii libelli praemittendum est, magnam fuisse inter philosophos saeculi XV. circa Platonis, & Aristotelis philosophiam, uter utri praeferendus esset, agitatam controversiam. In hac omnium maxime Georgii Gemisti, seu Plethonis studium exarsit, qui quum Platonis partes suscepisset in eo Libro, quem *de differentia Platonicae, & Aristotelicae Philosophiae* scripsit, adeo sibi temperare non potuit, ut non differentiam tantummodo utriusque examinare contentus fuerit, sed acrius omnia conviciorum genera exaggerans, homini primario contumeliam facere non erubuerit. Ex quo factum est, ut praestantissimorum virorum odia, & calamos in se concitaret. Inter ceteros Bessario Cardinalis, mitissimi ingenii vir, Libellum pro Aristotele in Plethonem, licet praeceptorem suum composuit, inscriptum: Πρὸς τὰ Πλήθωνος πρὸς Ἀριστοτέλην περὶ οὐσίας, *Ad dicta Plethonis in Aristotelem de substantia*, cuius initium, Εἴ τις ἁπλῶς τε ϗ ἅμα, κ. λ. Theodorus quoque Gaza, philosophicarum artium cognitione instructissimus, neque Plethone ipso inferior, Aristotelis defensionem aggressus est non tam sponte, quam Bessarionis ipsius hortatu, qui quum gravioribus curis esset distentus, & ab omni prorsus contentionis studio alienissimus, hanc illi provinciam demandavit. Sequenti igitur Libello Theodorus commissum sibi munus implevit. His praenotatis ad Codicis recensionem veniamus. Praecedit pag. 1. *b.* Cardinalis Bessarionis Epistola ad Ioannem Argyropulum, quae quum inter enumeratas a Fabricio Bibl. Gr. Vol. X. pag. 402. & 403. tam editas, quam ineditas, silentio fuerit praetermissa, utpote cuius fortasse notitiam non habuerit; visum est heic integram subiungere, ne hoc tanti viri cimelio φιλέλληνας lectores fraudaremus. Ea vero sequens est:

I. pag. 1. *b.* Βησσαρίων Καρδινάλης Ἰωάννῃ τῷ Ἀργυροπύλῳ εὖ πράττειν. *Bessario Cardinalis Ioanni Argyropulo salutem.*

Ἀνέγνωμεν, ἃ πρὸς τὰ ἐν προοιμίοις τῆς ὑπὲρ Πλάτωνος ἀπολογίας ἐνιστάμενος γέγραφας. ἐθαυμάσαμεν οὖν, ὅτι προς οὕτω βραχὺν ϗ σαφῆ λόγον Ἑλληνικὸν ζητοῦντα κατ' ἐπιδρομὴν ϗ ἐπιτετμημένως, εἰ ἔνια τῶν εἰδῶν εἰσι χωριστὰ, ἢ πάντη ἀχώριστα; ϗ εἰ χωριστὰ, πότερον καθ' αὐτὰ ὑφεστηκότα, ἢ ἐν ἐπινοίαις κείμενα; (ἄλλως γὰρ ἂν ἐνῆν τὰ Πορφυρίου πρὸς ἔπος ἐκθέσθαι γνώριμα ϗ παισὶν ὄντα) τοσοῦτον λόγων πλῆθος ἀντέθηκας, οὐδὲν, ὡς οἶμαι, δέον. ἅπερ καὶ ὡς περὶ μεγίστων δὴ τὸν λόγον ποιούμενα, οὐ διεῤῥήξαμεν ἀναγνόντες, ὡς αὐτὸς ὑπετίθου. καὶ ἅμα ὅτι οὐδὲν ἂν ἐγίνετο προύργου διαῤῥαγέντων. καὶ γὰρ δὴ πολλοῖς ϗ πρὸ ἡμῶν ἔγνωσται ἐν ταῖς δημοσίαις πρὸς τοὺς ἀκροατὰς ὁμιλίαις. καὶ ταῦτά σου πολλάκις παρενείραντος εἴτε πρὸς τὸ προκείμενον, εἴτε ϗ μὴ οὐδὲν δεῖ λέγειν. διεῤῥήξαμεν οὖν αὐτὰ οὐδαμῶς. αὐτοὶ δὲ μηδεμίαν, ὡς ὁρᾷς, σχολὴν ἄγοντες φιλοσοφεῖν, φεύγοντες ἅμα καὶ τὸ ἐρίζειν ϗ μάτην ἐπιδείκνυσθαι, Θεόδωρον ἐξετάσαι τοὺς λόγους ὅσον δύνανται προετρέψαμεν, ϗ κοινῇ συνδιασκέψασθαι μετὰ σοῦ, εἰ τὰ ἡμῖν εἰρημένα οὔτ' ἐπὶ τῶν ὄντων, οὔτ' ἐπὶ τῶν μὴ ὄντων ἀληθεύει, ὡς φὴς, ϗ ἅμα γυμνασίας λογικῆς ἕνεκα, ϗ ὡς ἢ πεισθῆναι, ἢ μεταπεῖσαι ἡμᾶς. ἐκεῖνος μὲν οὖν τὸ κελευθὲν ἐποίησεν. ἡμεῖς δὲ ὥσπερ ϗ πρότερον ταῦτα ἀκηκοότες ϗ εἰδότες, ὅμως οὐδένα πρὸς σὲ πεποιήμεθα λόγον, δεδιότες μὴ χαλεπήνῃς διὰ τὸ εὐόργιστον, ϗ περὶ πλείονος ποιούμενοι τὸ εὔνοικον τῆς δοξοσοφίας, οὐδὲν τῆς ἀρχαίας περὶ σὲ διαθέσεως ἠμείψαμεν, οὕτω καὶ νῦν εὐλαβούμεθα πέμψαι σοι τὰ γεγραμμένα, οὐκ ἐλπίζοντες ὁμοίᾳ ψυχῆς ἠρεμίᾳ καὶ σὲ οἴσειν. καίτοι μετρίως τε καὶ πρὸς τὸν λόγον οὐ τὸν λέγοντα εἰρημένα, ϗ ἅμα σου ἄρξαντος. τοῦτο δὲ οὐ δεινὸν, εἴ τις ἀπολογεῖται κατηγορούμενος· μᾶλλον δὲ τοῦτο μὲν ἀναγκαῖον, ἐκεῖνο δὲ περιττόν· καὶ μάλισθ' ὅτι ϗ μετὰ πάντας τοὺς ἄλλους ἡμῖν ἐκοινώσω, δέον πρὸ πάντων ἡμῖν, εἰ ἀπ' εὐνοίας, ὡς φὴς, ἐγεγόνει. τὸ γὰρ ἀπ' εὐνοίας, καὶ πρώτοις καὶ μόνοις τοῖς φιλουμένοις κοινούμεθα. ἢ οὖν ἔφαμεν, οὐ πέμπομέν σοι τὰ γεγραμμένα, οὔτ' ἴσως πέμψομεν, εἰ μὴ ἐπαγγέλλοιο πρῶτον ἡμῖν ἄνευ ἔριδος ϗ χολῆς ϗ διϊέναι, καὶ ἀντειπεῖν, εἰ βούλοιο, ϗ πᾶσαν τῆς ψυχῆς ἀπελάσαι μῆνιν καὶ θυμὸν ϗ χόλον. τοῦτο δέ φαμεν, ὡς οἷόν τε μὲν ἀνθρώπῳ ϗ μέρος τι παθητικὸν ψυχῆς ἔχοντι, σοφῷ δὲ ἄλλως, ϗ διὰ τῆς ἱερᾶς ἡγμένῳ φιλοσοφίας. Εὖ πράττοις.

II. pag. 2. Θεοδώρου ἀντιῤῥητικόν. *Theodori Liber Contradictorius.* Inc. Εἴρηται Βησσαρίωνι τῷ πατριάρχῃ ἐν τοῖς ὑπὲρ Πλάτωνος λόγοις, ὡς ἐλπίσειε μὲν ἄλλά τε τῶν σπουδαιοτέρων θεωρημάτων ἐντεύξεσθαι ἐν τῷ τοῦ ἀντιλέγοντος Πλάτωνι βιβλίῳ, ϗ περὶ εἰδῶν, εἰ ἔνια χωριστὰ, ἢ πάντη ἀχώριστα; καὶ εἰ χωριστὰ, πότερον καθ' αὑτὰ ὑφεστῶτα, ἢ κείμενα ἐν ἐπινοίαις· μηθὲν δὲ εὕροι τοιοῦτο, ἀλλὰ λοιδορίας μόνον ϗ σκώμματα, κ. λ. Des. ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, ὁ τοῦ ἐναντίου λόγος οὐθὲν κατὰ τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ πρὸς τοὔνομα γέγονε ϗ ἀναιρεῖ μὲν ἀρχὰς, ἀποφαίνεται δ' ἐναντία ταῖς δόξαις, οὐδὲν ἀξιῶν κατὰ λόγον, ἑαυτῷ τε ἀνομολογούμενός ἐστι πολλαχοῦ, ϗ οἷς προήρηται ὁμολογεῖν ϗ συναγορεύειν, ἐναντιοῦται καὶ ἀντιλέγει λανθάνων.

Bessario Cardinalis, cuius ad Ioannem Argy-

gyropulum Epiſtolam retulimus, fuit patria Trapezuntius, & Monachus Ordinis S. Baſilii, & Archiepiſcopus Nicaenus. Graecae primum Eccleſiae promachus, Latina deinde dogmata adverſus Graecos defendit, Romanaſque partes ſtrenue conſtanterque ſectatus eſt. Primus Graecorum inter Cardinales cooptatus A. MCCCCXXXIX. ab Eugenio IV. & a Pio II. Patriarchae Conſtantinopolitani titulo ornatus eſt A. MCCCCLXIII. Tuſculanus praeterea Epiſcopus creatus, parum abfuit, quin, Pio II. defuncto, ad Summi Pontificatus apicem adſcenderet. Diem obiit Ravennae XVII. Kal. Decembris MCCCCLXXII. Domus eius ſapientiae Graecae poſt Conſtantinopolim expugnatam profugae patens ac clemens aſylum ſemper fuit.

Ioannes vero Argyropulus, Conſtantinopolitanus fuit, qui capta A. MCCCCLIII. a Turcis patria, exſul in Italiam ad Coſmum Medicem Florentinum, velut in portum confugit. Ab eo liberaliter exceptus, ac Petrum filium & Laurentium nepotem litteris inſtituere iuſſus, magna doctrinae & ingenii laude vixit, publiceque Florentiae primum, poſtremo Romae Graecas litteras, ac philoſophiam profeſſus eſt, ubi fato ceſſit anno circiter MCCCCLXXX. aetatis ſuae LXX. Hunc etiam in philoſophia praeceptorem habuit Angelus Politianus, ut videre eſt in eius Miſcell. Cap. I.

De Theodoro Gaza vide ſupra Codicem IX. huius Plutei §. I.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. min. Saec. XV. exeuntis. Conſtat foliis ſcriptis 26.

ΘΕΟΔΩΡΟΣ ΠΕΡΙ ΜΗΝΩΝ.

THEODORVS DE MENSIBVS.

Ac praeterea

Harpocrationis, Georgii Choerobosci, Tryphonis, Manuelis Moſchopuli, & Anonymi opuſcula varia.

COD. XIV. I. pag. 1. T*Heodori Gazae Theſſalonicenſis de Menſibus Atticis Liber*. Vide in Codice IX. huius Plutei §. I. cum quo concordat. Heic quoque Operi ſunt praevia auctorum nomina, unde teſtimonia adferuntur.

II. pag. 43. Α᾽ρποκρατίωνος Λεξικὸν ἀναγκαῖον τῶν ῥητορικῶν λέξεων κατὰ ϛοιχεῖον. *Harpocrationis Lexicon neceſſarium rhetoricarum dictionum ſecundum ordinem alphabeti*. Inc. Α῎βαρις, κύριον. Λοιμοῦ δέ φασι κατὰ πάσην τὴν οἰκυμένην γεγονότος, κ. λ. Deſinit in littera Ψ in verbis ἐ ψίθυρος Α᾽φροδίτη, κ) Ε῎ρως ψίθυρος. Lexicon Harpocrationis primus omnium edidit Aldus Venetiis MDIII. fol. una cum Vlpiani Rhetoris Commentariis in Demoſthenem. Minus deinde emendate prodiit iterum ibid. MDCXVII. fol. Poſt varias deinceps editiones Nicolaus Blancardus, Harpocrationem cum verſione ſua Latina evulgavit Lugd. Batav. MDCLXXXIII. 4. adiectis in calce paginarum Philippi Iacobi Mauſſaci notis, & ad voluminis calcem ſubiunctis eruditiſſimis Henrici Valeſii animadverſionibus In editione tandem Graeca, eaque emendatiſſima, curante Iacobo Gronovio, Lugd. Batav. MDCXCVI. 4. variae ſunt lectiones excerptae ex duobus Codd. Florentinis, quorum primus, forte noſter hic eſt, quem modo prae manibus habemus, alter certe ille eſt, qui occurrit infra Plut. LVIII. N. IV *Harmonii* enim *Athenienſis*, illius poſſeſſoris nomen, quod in prima habetur pagina margini appoſitum, apertiſſime Codicem indigitat. Quum plures fuerint Harpocrationes etiam rhetores, cui Lexicon iſtud adſcribendum ſit, non plane conſtat. Suidas tamen Valerio Harpocrationi, Rhetori Alexandrino, Lexicon in decem Oratores, quod idem cum illo eſt, quod recenſuimus, diſerte adiudicat. Alexandrinum autem auctor ipſe ſe prodit in voce ἀνακαλυπτήρια; quum enim dicat, ταῦτα δέ εἰσι παρ᾽ ἡμῖν θεώρητα, illud παρ᾽ ἡμῖν Valeſius erudite interpretatur *apud Alexandrinos*.

III. pag. 196. Π ρὶ σχημάτων, ὧν Ε῾ρμογένης ἐμνημόνευσεν ἐν τοῖς περὶ εὑρέσεως. κ) περὶ ιδεῶν βιβλίοις σύνοψις. *Synopſis de figuris, quarum mentionem facit Hermogenes in libris de Inventione, & de Formis dicendi*. Iuc. Στρογγυλον σχῆμά ἐϛι τόδε· ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐκεινων ἑαλω. Deſ. μᾶλλον δὲ τῶν αἰσχίϛων. Auctor Anonymus.

IV. pag. 200. *b*. Γεωργίȣ γραμματικȣ̃ τοῦ Χοιροβοσκȣ̃ περὶ τῶν ποιητικῶν τρόπων. *Georgii Grammatici Choerobosci de poëticis tropis*. Inc. Πάσης παλαιᾶς κ) νέας γραφῆς ποιητικοὶ τρόποι εἰσὶν κζ΄. ἀλληγορία, μεταφορα, κατάχρησις μετάληψις, κ. λ. Deſ. κ) ὕϛερον τελειȣ̃ται. Exſtat etiam Ms. in Bbl. Vindobon. Cod. Theol. 335. Vide Neſſel. Part. I. pag. 447.

V. pag. 209. Περὶ τῶν τῆς λέξεως παθῶν, ἅπερ ἐν τοῖς ποιητικοῖς μάλιϛα βιβλίοις εὑρισκονται. *De dictionis adfectionibus, quae in poëticis potiſſimum libris occurrunt*. Inc. Τα τῆς λεξεως πάθη, ἢ ἀπὸ πλεονασμοῦ γίνονται, ἢ ἀπο ἐνδείας. Deſ. μέλαξ, μάλαξ· αἱμοπόται, αἱμηπόται, κ) τὰ ὅμοια. Tam huic, quam ſequenti Opuſculo nullum nomen auctoris in Codice appoſitum eſt: quum tamen in Bibliotheca Regis Gallorum legantur *Georgii Choerobosci Doctoris Oecumenici ſcripta de tropis, de dialectis, de ſchematibus &c.* forte ad ipſum, cuius eſt ſuperior *de tropis poëticis* Libellus, omnia pertinebunt. Apollonii quoque Dyſcoli de paſſionibus dictionum Libellum, cuius initium noſtro ferme ſimile eſt, adſerit Fabricius B. G. Vol. VII. p. 41. adſervari in Codice Barocciano XLV.

VI. pag. 212. *b*. Περὶ τῶν σολοικοφανῶν σχημάτων, τίνα τίνων διαλέκτων εἰσίν. *De figuris, quae ſoloeciſmi ſpeciem habent, quae, & quarum dialectorum ſint*. Inc. Εὐβοεῖς τοῖς θηλυκοῖς ὀνόμασιν ἀρσενικὰ συντάττȣσιν ἐπίθετα. Deſ. ὡς ἀδικεῖς τὸν πέλας.

VII.

VII. pag. 218. *b.* Τρυφωνος περὶ τῶν παθῶν τῆς λέξεως. *Tryphonis de adfectionibus dictionum*. Inc. Τα τῶν λεξεων πάθη εἰς δύο γενικώτατα διαιροῦνται. Def. Α'πόλλωνα, Α'πόλλω. ὅτι, ὅ. Graece & Latine exstat ad calcem Grammaticae Graecae Alex. Schoti Lugd. MDCXIV. 8. pag. 954. Excerpta ex Tryphone Grammatico *de adfectionibus dictionum* occurrunt etiam in calce Grammaticae Graecae Vrbani Bolzani Bellunensis editionis Venetae apud Franc. Rampazetum MDLIII. 8. & initio T. IV. Thesauri Stephaniani Graecae Linguae.

VIII. pag. 222. Τοῦ κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Μοσχοπέλε περὶ τῶν αὐτῶν ἀκριβέστερον. *D. Manuelis Moschopuli de iisdem accuratius*. Inc. Ε'ν τοῖς πάθεσι τῶν λέξεων πρόσθεσις ἰδίως λέγεται. Def. κατὰ τὸν εἰρημένον ὄπισθεν λόγον. Nihil apud Fabricium B. G. Vol. VII. p. 38.

IX. pag. 227. *b.* Περὶ διαλέκτων. *De dialectis*, Georgii Corinthi Metropolitae Tractatus valde longus. Post brevem *de singularum dialectorum denominatione* paragraphum, cuius initium, Διάλεκτός ἐστιν ἰδίωμα γλώττης, κ. λ. inc. Ι'δού σοι καὶ τὰς διαλέκτους ἐγχειρίζω, νέων μοι πάντων φιλολογώτατε, κ. λ. Def. διαφέροντα ταύταις. In fine: Τελος τοῦ περὶ τῶν διαλέκτων συγγράμματος. Agitur heic de quatuor dialectis, Attica, Dorica, Ionica, & Aeolica, & habetur editus Graece apud Aldum Venet. MCCCCLXXXXVI. fol. a pag. 247. *b.* ad pag. 267. & MDXXIV. fol. a pag. 82. *b.* ad p. 90. *b.* Graece vero & Latine ad calcem variorum Lexicorum.

Cod. Graec. membranac. Ms. optimus in 4. minori, Saec. XV. Constat foliis scriptis 262.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗΣ ΕΙΣΑΓΩΓΗΣ ΒΙΒΛΙΑ ΤΕΣΣΑΡΑ.

THEODORI GRAMMATICES LIBRI IV.

COD. XV. *Theodori Gazae Grammatica Graeca Libris IV. distincta*. Liber I. cuius titulus litteris aureis exaratus ita habet, Θεοδώρου γραμματικῆς εἰσαγωγῆς τῶν εἰς τέσσαρα τὸ πρῶτον, *Theodori Introductionis Grammaticae Librorum IV. primus*, inc. Τῶν τεσσάρων καὶ εἴκοσι γραμμάτων. Def. διωρίσθω τὸ πρῶτον. Liber II. pag. 23. *b.* inc. Μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν. Def. ὡς ἐν δευτέρῳ εἰσαγωγῆς. Liber III. pag. 69. *b.* inc. Ε'φεξῆς δὲ κατὰ τὸν αὐτον. Def. σχεδόν τι εἴρηται. Liber IV. pag. 130. *b.* inc. Λοιπὸν δὲ περὶ συντάξεως. Def. τήνδε ἡμῖν μέθοδον λέγομεν. Prodsit Graece Venetiis anno MCCCCXCV. fol. una cum Apollonio Dyscolo, & aliis Grammaticis, de quibus agit Cl. Fabricius B. G. Vol. VII. pag. 13. Florentiae deinde A. MDXV. 8. in aedibus Philippi Iuntae, una cum Georgio Lecapeno *de constructione verborum*, & MDXXVI. 8. Graece vero & cum Latina Erasmi, aliorumque interpretatione, Basileae MDXXII. in 4. & alibi. In prima Codicis pagina auro, variisque coloribus egregie depicta, ipsius Gazae effigies ad vivum expressa, Graeco more induti, ac volumen dextra sustinentis inspicitur. Eadem deinceps ornamenta singulis Libris sunt apposita. Postremum denique haec excipit conclusio: Θεοδώρου γραμματικῆς εἰσαγωγῆς τῶν εἰς τέσσαρα τὸ τέταρτον.

Cod. Graec. membr. Ms. in 8. Saec. XV. nitidissimus optimeque servatus. Constat foliis scriptis 184.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗ ΕΙΣΑΓΩΓΗ.

THEODORI GRAMMATICA INTRODUCTIO.

Theodori Gazae Artis Grammaticae libri IV. iidem nimirum, de quibus in Codice XV. superiore verba fecimus; quare nil interest, quod in iis describendis ultra immoremur. COD. XVI.

Cod. Graecus chartac. Ms. in 4. Saec. XV. Constat foliis scriptis 86.

ΘΕΟΔΟΣΙΟΥ ΕΡΩΤΗΜΑΤΑ.

THEODOSII EROTEMATA.

Ac praeterea

Theodori Prodromi in Erotemata Enarratio ad Augustam Irenem.

I. pag. 1. Α'ρχὴ σὺν Θεῷ τῶν ἐρωτημάτων COD. XVII. Θεοδοσίου γραμματικοῦ Α'λεξανδρέως. Περὶ προσῳδιῶν. *Initium cum Deo Erotematum Theodosii Grammatici Alexandrini. De prosodiis*, cum interpretatione. Inc. Προσῳδίαι εἰσὶ δέκα ὀξεία, κ. λ. Interpretatio inc. Η' ὀξεία δίδοται ἐπάνω τῶν βραχέων. Def. ὡς πρὸς ἀνάληψιν ἀρκεσθησόμεθα. Tum subiiciuntur p. 19. eiusdem Canones declinationum nominum, item cum sua explanatione, sed in fine mutili. Agitur autem in his de prosodia, de pedibus, carminum generibus, & dialectis. Exstant Mss. etiam in Biblioth. Vindobonensi. Vid. Nesselii Catalogum Part. IV. pag. 116.

II. pag. 21. *Sapientissimi Domini Theodori cognomento Prodromi brevis enarratio in Erotemata ad Augustam*. Concordat cum Cod. VII. huius Plut. §. I. Nesselius loc. cit. p. 62. Theodori Prodromi Grammaticalia quaedam commemorat, quae eadem ac nostra, fortasse sunt.

III. pag. 61. Sequuntur alia manu conscripti *Versus Iambi X. a Theophilo Imp. Iconomacho scripti, seu potius inusti in frontibus SS. Theophanis Poëtae, & Theodori Graptae*. Ii vero sunt:

Πάντων ποθούντων προστρέχειν πρὸς τὴν πόλιν,
Ο'ποι πάναγνοι τοῦ Θεοῦ λόγου πόδες
Ε'στησαν εἰς σύστασιν τῆς οἰκουμένης,
Ω'φθησαν οὗτοι τῷ σεβασμίῳ τόπῳ
Σκεύη πονηρὰ δεισιδαίμονος πλάνης,
Κἀκεῖθεν ἠλάθησαν ὡς ἀποστάται,

Eis

Εἰς τὴν πόλιν δὲ τοῦ κράτους πεφευγότες
Οὐκ ἐξαφῆκαν τὰς ἀθέσμους μωρίας·
Ὅθεν γραφέντες ὡς κακοῦργοι τὴν θέαν
Κατακρίνονται καὶ διώκωνται πάλιν.

Codex Graec. chartac. Ms. in 4. Saec. XIII. male adfectus, ac pessime scriptus. Constat foliis 60.

ΒΑΡΙΝΟΥ ΛΕΞΙΚΟΝ.

VARINI DICTIONARIVM.

COD. XVIII. Continet hic elegantissimus Codex Lexicon Vocum Graecarum, in quo Varinus Camers (1) Angeli Politiani discipulus inclinationes omnes paullo remotiores Graecae linguae, breviter ac dilucide, & per ordinem litterarum complexus est. Praecedit Angeli Politiani ad ipsum Varinum Epistola, in qua hoc luculentissimum de eo testimonium exhibet: *Mihi certe (quid enim dissimulem?) gratissimum facies; nam quum te semper habuerim quasi eximium inter discipulos utriusque linguae, meaque tibi in litteris etiam arcana retexerim, quod tu homo gratissimus libenter & profiteris, & praedicas, nimirum scilicet ad me quoque portio aliqua tuae tantae laudis redundabit. Hoc idem, puto, & Carolus ipse tuus Antenoreus honestus adolescens exoptat, eiusdem tecum laboris particeps. Quid autem dixi tuus, ac non potius noster, quando utrique pariter operam dedit. Is enim quamvis acerrime philosophetur, quoniam tamen Peripateticus est, non Stoicus, gloriam profecto aspernari linguae eius non potest, in qua cum paucis excellit. Ede igitur bonis avibus operosissimum librum, non Latinis modo, sed etiam Graecis ipsis puto sua discere volentibus profecturum. Mitto autem ad te Graecum quoque epigramma nostrum, quod nuper lusimus, ut si tibi videbitur, in fronte ipsa operis imprimatur.*

Ἀγγέλου τοῦ Πωλιτιανοῦ.

Ἑλλάδι ἰδίοις πεπλανημένῃ ἐν λαβυρίνθοις
Οὐ μίτον, ἀλλὰ βίβλον προὔθετο δαιδάλεον.
Οὐχ Ἕλλην, Ἰταλὸς δὲ Βαρῖνος· κοὔτιγε θαῦμα,
Εἴ γε νέοι τὴν γραῦν ἀντιπελαργέομεν.

Quod ita idem Politianus vertit Operum Tom. III. pag. 347.

Graeciae propriis erranti in labyrinthis
Non filum, sed librum praeposuit Daedaleum,
Non Graecus, sed Italus Varinus: nec mirum quidem,
Si iuvenes vetulae beneficium rependimus.

Mox pag. 2. Occurrit Graeca Epistola nuncupatoria eiusdem Varini ad Petrum Mediceum, quem, ob magnos ipsius in lingua Graeca progressus (2) maximis effert laudibus. Epistolae haec est inscriptio: Βαρῖνος Κάμηρς Πέτρῳ Μέδικι τῷ μεγαλοπρεπεῖ χαίρειν. *Varinus Camers Petro Medici Magnifico salutem.* ex qua haec maxime notanda sunt:

Πολλά εἰσι καὶ ἄλλα, ὦ χαριέστατε, ἅ με προὔτρεψαν πρός σε γράφειν. ἀλλὰ τὸ μέγιστον ἡ εὔνοια, ἣν πολλὰ ἔτη πρός σε ἔχων διατελῶ. Πῶς γὰρ οὐκ ἀνόητος καὶ οὐδενὸς λόγου ἄξιος εἰκότως δόξαιμι, ὃς ἤδη δέκα καὶ δύο ἔτη ὅλα παρὰ τῷ Θωμᾷ τῷ Ἀντηνορέῳ καὶ αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς, πολίταις βελτίστοις, καὶ σοὶ εὐνουστάτοις καὶ πιστοτάτοις βιώσας, εἰ μή σε μεγάλως καὶ ὑπερφυῶς ἀγαπῴην; Ἔτι καὶ ἄλλο κατὰ πολὺ προὐκαλέσατό με· Ἄγγελος γὰρ ὁ Πωλιτιανὸς, ὃς ἐμὲ Λατινιστὶ καὶ Ἑλληνιστὶ μονονουχὶ ἐκ τῶν ἁπαλῶν ὀνύχων ἐπαίδευσε, σὸς γέγονε διδάσκαλος. Εἰ οὖν, ὦ Πέτρε, σοὶ μὴ ἀνατιθείην πάσας ἐμοῦ τὰς ἀγρυπνίας καὶ τοὺς πόνους, πῶς αὐτῷ τὰ δίδακτρα ἀποδιδοίην; Ἰδοὺ οὖν πρῶτον τῶν πολλῶν καὶ θαυμαστῶν σου ἀρετῶν ἕνεκα—μάλιστα συναιροῦντος καὶ βοηθοῦντος τοῦ Καρόλου τοῦ Ἀντηνορέου, νεανίσκου οὐ μετρίως ἐν ἑκατέρᾳ τῇ γλώττῃ πεπαιδευμένου, πολὺν χρόνον πονήσας ταῦτα τὰ κανονίσματα περὶ τῶν ῥημάτων, κ. τ. λ.

Pag. 3. *b.* Duo leguntur Epigrammata in commendationem operis, unum Ἀριστοβούλου τοῦ Ἀποστολίδου, quod inc. Σπουδαίων. Des. λάβετε. Alterum Σκιπίωνος τοῦ Πιστοριησίου, cuius initium est: Βίβλον γραμματικῆς. Finis: τὸ θέλειν.

Pag. 4. Lexicon inc. Ἀρχὴ τοῦ Α στοιχείου. Ἄατος, ἄνευ ἄτης. Desinit in littera Ω. verbis τοῦ ὀφθαλμοῦ. Librum claudit amanuensis subscriptio, quam licet ἀναλφαβήτως exaratam, iisdem prorsus verbis adferre lubuit. & ita habet: Ἐγὼ Ἰοάνης Δόνατος τοῦ Ἰοάνου Ματθέου γραφεὺς τούτου τοῦ βιβλίου, ἐμέ σοι, ὦ Πέτρε μεγαλοπρεπὴς, συνίστημι. *Ego Ioannes Donatus Ioannis Matthaei filius, scriptor huius libri, me tibi, Magnifice Petre, commendo.* Notandum est primam Lexici paginam elegantissime esse depictam, in initiali littera Varinum Petro Mediceo Volumen suum offerentem, & in calce Mediceum stemma repraesentari. Veste rubea talari indutus est, caputque pileo itidem rubro obductus; unde colligas, quum hoc opus absolvit, nondum Ordini Silvestrinorum Divi Benedicti nomen dedisse, quod postea evenit, ut notat Vghellus Ital. Sacr. Tom. I. pag. 1126.

Hoc Varini Camertis, seu Phavorini insigne opus Venetiis editum ab Aldo fuit anno MCCCCXCVI. eique titulum fecit, *Thesaurus Cornucopiae, & Horti Adonidis.* Huic praemittuntur Praefationes quatuor, duae Aldi, & Politiani Latinae, totidem Carteromachi, seu Scipionis Fortiguerrae, & Varini Camertis Graecae, cum Graecis Politiani, Aristobuli, Carteromachi, & Aldi Epigrammatis. Ad calcem

(1) Varinus a patria dictus Camers, postea a Leone X. quem litteris instituisse dicitur, Episcopatu Nucerino donatus est, cuius quanta fuerit Graecarum litterarum peritia, ex singulis fere, quae in lucem edidit, eius scriptis abunde constat. Politianus in Ep. ad Macarium Mutium, Lib. VII. Ep. 2. *Varinus*, inquit, *civis tuus, auditor meus, ad summum linguae utriusque fastigium pleno gradu contendit, sic ut inter doctos iam conspicuus digito monstretur.* Vide plura scitu digna de hoc Varino, qui etiam Phavorinus dictus est, in opere inscripto *Giornale de' Letterati d' Italia* Tom. XIX. a pag. 98. ad 129. De eius quoque vita & Episcopali dignitate consule Ferd. Vghellum in Italia Sacra Tom. I. pag. 1072. Obiit vero anno MDXXXVII. ac in Sacello D. Venantio sacro Nuceriae perquam honorifice conditus est.

(2) Anno MDXII. celeberrimae Mediceae Bibliothecae praefuisse constat ex Alcinoo de Exsilio Lib. II. pag. 179. edition. Lipsiensis, ubi ita Iulianus Mediceus cum Ioanne fratre conloquitur: *Consulam Varinum Camertem, qui Bibliothecae nostrae praeest, hominem litteratissimum, & humanissimum, aut Scipionem Carteromachum, familiarem etiam nostrum.*

Registrum Quaternionum. Venetiis in domo Aldi Romani summa cura laboreque praemagno. Mense Augusto M. IIII. D. fol. Vide plura de his Prolegomenis notatu digna apud Cl. Mich. Mattaire Tom. I. Annal. Typogr. Hagae Comitum apud Isaacum Vaillant MDCCXIX. 4. p. 245. seq. & *Giornale de' Letterati di Venezia* Tom. cit. pag. 102. Aldus in praemissa Epistola haec de opere ipso praefatur: *Ecce habetis opus oppido quam utile, & necessarium: quem κέρας ἀμαλθείας, quem κῆπυς ἀδώνιδος, quem iure thesaurum appellaverim. In eo enim fere omnia reposita sunt, quae desiderare quis possit ad perfectam absolutamque cognitionem litterarum Graecarum, & eorum praecipue, quae leguntur apud poëtas, qui verba variis figuris ac linguis ita saepe immutant, ut facilius sit Nili caput, quam alicuius temporis thema, aut principium invenire. Sed in hoc libro facillima facta sunt omnia.* Haec editio rarissima est, eamque mihi in bibliotheca Salviata tantum Florentiae videre contigit, constatque paginis 270. fol. Anno vero MDIIII. rursus eam recudit Aldus pagg. 140. fol. Praecessit autem multis annis celeberrimum Lexicon Graecum, quod postea idem Varinus anno MDXXIII. in fol. Romae typis Zachariae Calliergii Cretensis expressit cum hoc titulo: *Magnum ac perutile Dictionarium, quod quidem Varinus Phavorinus Camers, Nucerinus Episcopus, ex multis variisque auctoribus in ordinem alphabeti collegit. Leonis X. P. M. litteris cautum est, ne quis possit hoc Varini Phavorini, Episcopi Nucerini, magnum Dictionarium impressum per Zachariam Caliergi Cretensem per decennium imprimere, aut venundare, sub poena excommunicationis latae sententiae, & amissionis librorum.* De raritate & praestantia huius operis, quod item in Salviata reconditur bibliotheca, vide *Giornale de' Letterati di Venezia* Tomo cit. pag. 118. seq. Recusum autem fuit Venetiis cum hoc titulo: *Varini Phavorini, Camertis, Nucerini Episcopi, magnum Dictionarium, sive Thesaurus universae linguae Graecae, studiosorum usui valde perutilis, ex multis variisque auctoribus collectus, nova hac editione per Antonium Bortoli, typographum Venetum, diligentissime castigatus, & copia dictionum auctus. Venetus apud Ant. Bortoli* 1712. *fol. pagg.* 778.

Cod. Graec. membr. in 4. Saec. XV. exeuntis. Constat foliis scriptis 148.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΔΙΑΦΟΡΑ.

XENOPHONTIS VARIA.

COD. XIX I. pag. 1. Ξενοφῶντος φιλοσόφων Συμπόσιον. *Xenophontis Convivium Philosophorum.* Inc. Ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ τῶν καλῶν. Des. κατάλυσις ἐγένετο. Exstat in editione Parisiensi Henr. Stephani A. MDLXI. fol. p. 509.

II. pag. 21. Τοῦ αὐτοῦ Οἰκονομικός. *Eiusdem Oeconomicus.* Inc. Ἤκουσα δὲ αὐτοῦ ποτε. Des. φοβούμενος μὴ δὶς ἀποθάνῃ. Ibid. p. 477.

III. pag. 55. Τοῦ αὐτοῦ Κυρουπαιδείας ἱστοριῶν πρώτη. *Eiusdem Cyropaediae, idest de institutione regis Persarum Liber I.* Inc. Ἔννοιά ποθ' ἡμῖν ἐγένετο. Liber VIII. & ultimus desinit: τοῖς ἐμοῖς λόγοις. Ibid. pag. 1. Mox subiiciuntur hi versiculi:

Ὧδε πέρας λάβεν ἡ Ξενοφῶντος βίβλος ἀρίστη
Παιδείην γε Κύροιο καλῶς μάλα διεξιοῦσα,
Χειρὶ Γεωργίου γραφεῖσα τοῦ Χρυσοκόκκη,
Φιλέλφου δ' ἀναλώμασι τοῦ Φραγκίσκοιο κλῆσιν.

Heic finem adcepit optimus Xenophontis liber,
Cyropaediam bene admodum persequens,
Manu Georgii scriptus Chrysococcae,
Impensis vero Francisci cognomento Philelphi.

Ἐτελειώθη μηνὶ Νοεμβρίῳ κγ'. ἰνδ. ε'. ἔτους ,ϛϡλε' ἐν Κωνσταντινουπόλει. *Absolutus est mense Novembri die XXIII. ind. V. ann.* 6935. (Christi MCCCCXXVII.) *Constantinopoli.* Hanc subscriptionem non adfert Montfauc. in Palaeogr. Graec.

Cod. Graec. membranac. Ms. in 4. Saec. XV. optimus, in cuius prima pagina Francisci Philelphi stemmata occurrunt, adpositis ex utroque latere aureis litteris FR. PH. quibus indicatur *Franciscus Philelphus*. Eius quoque ἰδίᾳ χειρὶ notulae, ac summaria quaedam heinc einde in margine adscripta sunt. Constat foliis scriptis 228.

ΣΥΡΙΑΝΟΥ ΚΑΙ ΣΩΠΑΤΡΟΥ, ΚΑΙ ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΟΥ ΕΙΣ ΕΡΜΟΓΕΝΟΥΣ ΡΗΤΟΡΙΚΗΝ.

SYRIANI, SOPATRI, ET MARCELLINI EXPOSITIO IN HERMOGENIS RHETORICAM.

I. pag. 1. PRaecedit satis longa Commentatorum Praefatio, cuius initium: COD. XX. Ἔδει μὴ μόνον τοῖς τῆς φύσεως ἀγαθοῖς, ἀλλὰ καὶ οἰκείοις εὑρήμασι κατακοσμεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον. τριῶν γὰρ οὐσῶν γνωστικῶν δυνάμεων ἐκ τῆς φύσεως ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ, νοῦ, διανοίας, καὶ δόξης, κ. λ. Finis: ἡ μὲν οὖν ἐξήγησις τοῦ ὅρου τῆς κοινῆς τέχνης αὕτη ἐστίν. Ἴδωμεν δὲ, πόθεν ὁ ῥήτωρ ἤρξατο. Pag. 14. Sequitur *Hermogenis Ars Rhetorica*, in sectiones divisa, ac litteris grandioribus exarata, quibus singulis Sopatri, aliorumque uberrimae expositiones, charactere minori conscriptae, subiiciuntur; interpretum vero nomina in margine leguntur, litteris aliquando in longum Synico more ductis expressa. Hermogenis textus inc. Πολλῶν ὄντων καὶ μεγάλων, κ. λ. Enarratio inc. Τὴν περὶ τῶν στάσεων πραγματείαν, κ. λ. Desinit imperfecte in verbis Commentarii Sopatri, τοῦτο τῶν ἄλλων νομικῶν διαφέρει, ὅτι ἐν . . . . . . ubi Graeca manus adnotavit, λείπει δύο φύλλα, *desunt duo folia*. In Bibliotheca Caesarea, teste Nessello Catalog. P. IV. p. 14. adservatur Syntagma expositionum variorum auctorum in Hermogenis artem oratoriam: nempe Longini, Iamblichi, Syriani, & Simplicii, qui fuerunt Ethnici; & Ioannis Siculi, Ioannis Geometrae, Gregorii Metropolitae Corinthi, Ioannis Doxopatrae, & Georgii Diae-

Diaeretae, qui fuerunt Christiani. Graece scripta Hermogenis prodiere cum Commentariis Graecis Syriani, Sopatri, & Marcellini in ςασεις, & Anonymi Christiani in reliqua Venet. apud Aldum MDVIII. & MDIX. fol. inter Graecos Rhetores, II. Volum. Vide Fabricium l. c. Vol. IV. pag. 431. Postrema autem Enarrationis verba, quae mox retulimus, pertinent ad Cap. Περὶ ἀμφιβολίας, & incidunt in cit. edit. Vol. II. p. 351. per err. 333. Inter p. 190. & 191. duo folia vacua relicta sunt, itemque pag. 233. & 239. aliae occurrunt lacunae ad supplenda, quae desiderantur, ab amanuensi relictae. Hanc Hermogenes τέχνην ῥητορικὴν διαιρετικὴν περὶ ςάσεων, *Artem Rhetoricam de partitione in XIV. genera*, duodevigesimo aetatis anno scripsit, teste Suida.

Cod. Graec. chartaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XV. bene servatus, ac scriptus. Constat foliis scriptis 248.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΡΗΤΟΡΟΣ ΑΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑΤΑ.

XENOPHONTIS RHETORIS APOMNEMONEVMATA.

Seu potius

Xenophontis Opera Varia.

COD. XXI. IN prima Codicis pagina Index operum, quae in eo continentur, occurrit, quem deinde haec excipiunt verba: *Hunc librum Sassulo Pratensi, & discipulo, & filio dono dedi, cum a me discederet, ut esset monumentum amoris nostri. Ego Victorinus Feltrensis manu propria scripsi, & donum obtuli*. Operum vero series est huiusmodi:

I. pag. 2. Ξενοφῶντος Ἀπομνημονευμάτων πρῶτον. *Xenophontis Apomnemoneumaton Liber I.* Inc. Πολλάκις ἐθαύμασα τίσι, κ. λ. Lib. IV. & ultimus desinit: ὅτω κρινέτω. Exstant in editione Henrici Stephani supra cit. pag. 412. seqq.

II. pag. 43. Τοῦ αὐτοῦ Οἰκονομικός. *Eiusdem Oeconomicus*, ut in Codice XIX. superiori, §. II.

III. pag. 64. *b.* Τοῦ αὐτοῦ Κυνηγετικός. *Eiusdem Cynegeticus, seu de Venatione*. Inc. Τὸ μὲν εὕρημα. Des. ἢ εἴ τις ἄλλη. In cit. edit. pag. 568.

IV. p. 75. Τοῦ αὐτοῦ Κυροπαιδείας α'. *Eiusdem Cyropaediae Lib. I.* seu potius Libri VIII. ut in dicto Cod. XIX. §. III.

V. pag. 169. Τοῦ αὐτοῦ Κύρου ἀναβάσεως πρῶτον. *Eiusdem de Cyri Expeditione Liber I.* Inc. Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος. Lib. VIII. desinit: ἐνιαυτοὺς καὶ τρεῖς μῆνες. In edit. pag. 144.

VI. pag. 242. Τοῦ αὐτοῦ Ἱππαρχικός. *Eiusdem Hipparchicus*. Inc. Πρῶτον μέν. Des. τοὺς θεούς. Ibid. p. 557.

VII. pag. 249. Τοῦ αὐτοῦ Ἱέρων, ἢ Τυραννικός. *Eiusdem Hieron, seu Tyrannicus*. Inc. Σιμωνίδης ὁ ποιητής. Des. οὐ φθονηθήσῃ. Ibid. p. 526.

VIII. pag. 256. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἱππικῆς. *Eiusdem de Equitatione*. Inc. Ἐπειδή. Des. ἐν ἑτέρῳ λόγῳ δεδήλωται. Ibid. pag. 544.

IX. pag. 264. *b.* Τοῦ αὐτοῦ Λακεδαιμονίων πολιτεία. *Eiusdem Lacedaemoniorum Respublica*. Inc. Ἀλλ' ἐγὼ ἐννοήσας. Des. προτετιμήκασιν. Ibid. pag. 393.

X. pag. 271. Τοῦ αὐτοῦ Ἀθηναίων πολιτεία. *Eiusdem Atheniensium Respublica*. Inc. Περὶ δὲ τῆς Ἀθηναίων πολιτείας. Des. ἄμεινον ἀεὶ τῇ πόλει. Ibid. pag. 402. Vbi notandum, ideo finem adlatum ab editione differre, quia amanuensis errore duarum Orationum fragmenta, huius nimirum *de Atheniensium Republica*, & alterius *de Proventibus* inscriptae, fuerunt ita simul connexa, ut una eademque videatur prorsus Oratio: idque factum fortasse arbitramur, quia vel integrum quaternionem in exemplari, ex quo suum describebat tachygraphus desiderari non animadvertit, vel ipse inter scribendum, aliud agens temere praetermisit. Primae igitur fragmentum progreditur usque ad verba, φίλοι μάλιςα ἦσαν Ἀθηναίων . . . . quae in edit. cit. incidunt in pag. 404. lin. 25. alterius vero incipit a verbis . . . . . καὶ σοφιςαὶ, καὶ φιλόσοφοι, κ. λ. edit. pag. 543. lin. 10. Habentur integrae in Codice sequenti §. VII. & VIII. Adponitur tandem in fine ipsius amanuensis subscriptio hoc pacto: Θεοῦ τὸ δῶρον, καὶ πόνος ταπεινοῦ Πέτρου Τῷ συντελεςῇ τῶν καλῶν Θεῷ χάρις, ἀμήν. *Dei donum, ac labor humilis Petri. Deo bonorum operum perfectori gratia, amen*.

Codex Graec. membr. Ms. in fol. optimus Saec. XIV. binis columnis exaratus, ac duobus in locis manu diversa suppletus, videlicet a pag. 59. usque ad pag. 65. & a pag. 187. ad pag. 192. Constat foliis scriptis 273. Scholia Graeca habet in margine heinc inde, modo rubro, nunc nigro charactere adscripta, manu fortasse Guarini Veronensis, huius egregii Codicis possessoris; cuius certe est adnotatio Latina, quae legitur in fine Cyropaediae pag. 166. ex Libro M. Tullii Ciceronis de Senectute desumta.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΡΗΤΟΡΟΣ ΛΟΓΟΙ.

XENOPHONTIS RHETORIS SERMONES.

I. pag. 1. PRaevia Operum Tabula, sequitur Ξενοφῶντος ῥήτορος λόγος εἰς Ἀγησίλαον τὸν βασιλέα. *Xenophontis Rhetoris sermo in Agesilaum Regem*. Inc. Οἶδα μὲν, ὅτι τῆς Ἀγησιλάου. Des. ἐν τῇ πατρίδι τυχών. Exstat in editione citata pag. 378. COD. XXII.

II. pag. 16. *Eiusdem Hieron, seu Tyrannicus*, ut supra Cod. XXI. §. VII.

III. pag. 28. *b. Eiusdem Apomnemoneumaton Libri IV.* ut in dicto Cod. §. I.

IV. pag. 104. *Eiusdem Hipparchicus sermo*. Ibid. §. VI.

V. pag. 116. *Eiusdem Liber de Equitatione*. Ibid. §. VIII.

VI. pag. 131. *b. Eiusdem de Lacedaemoniorum Rep.* Ibid. §. IX.

VII. pag. 143. *b. Eiusdem de Atheniensium Rep.* Inc. Περὶ δὲ τῆς Ἀθηναίων πολιτείας. Des. ἀπὸ τῶν ἀτίμων Ἀθήνησιν. In edit. cit. pag. 402.

VIII. pag. 150. *b.* Τοῦ αὐτοῦ Πόροι, ἢ περὶ προσόδων. *Eiusdem Pori, seu de Proventibus.* Inc. Ἐγὼ τοῦτο μὲν ἀεί ποτε. Des. ἄμεινον ἀεὶ τῇ πόλει. Ibid. pag. 537.

IX. pag. 159. *b. Eiusdem Liber Oeconomicus.* In dicto Cod. §. II.

X. pag. 197. *Eiusdem Symposium Philosophorum.* Vt in Cod. XIX. §. I.

XI. pag. 217. *Eiusdem de Venatione Liber.* In Cod. XXI. §. III. In fine rubris litteris adscribitur: Ξενοφῶντος ῥήτορος λόγοι πολιτικοί. *Xenophontis Rhetoris sermones politici.*

Cod. Graec. chartac. Ms. in 4. Saec. XIV. Constat fol. scriptis 237.

Quum haec in fine Plutei pagina vacua superfuisset, visum est pro ipsius coronide Theodori Gazae Epistolam quintam ex iis, quae habentur supra in Codice IX. a p. 57. ad pag. 78. pro specimine omnium tibi, Lector, exhibere, quum, prima excepta, quae *de Turcarum origine* inscripta est, reliquas omnes nondum vidisse lucem arbitremur. Ea vero est *ad Cardinalem Bessarionem*, cuius summa familiaritate, ac gratia Theodorus noster utebatur, & ita habet:

Βησσαρίωνι Καρδινάλει.

Τῷ κυρίῳ Θεόδωρος εὖ πράττειν. Ἤδη ἱεράν σου κεφαλὴν ἐν Κελτοῖς εἶναι, καὶ ὑγιαίνουσαν πράττειν τὰ εἰς κοινὴν συντείνοντα ὠφέλειαν ἡγούμενος ἥδομαι· εὔχομαί τε ἐπὶ μηδενὶ τῶν πραττομένων ὀφθῆναι τὴν τύχην ἐναντιουμένην τῇ σῇ ἀρετῇ, ἀλλὰ πάντα ἕπεσθαι συνεπιβαλλομένην καὶ συνεργοῦσαν, ἵνα τελέως εὐδαιμονῇς ἀνεμποδίστως ἀρετῇ χρώμενος. εἰρηναῖα δὲ καὶ τὰ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐστὶ, συχναί τε ἐπιγαμίαι γίνονται τῷ ἀρχιερεῖ πρὸς τοὺς τῇδε δυνάστας, καὶ ὅλως ἔοικε πᾶσι φίλος εἶναι ἐθέλειν, καὶ πάντας ἀλλήλως ὁμονοεῖν ποιεῖσθαι περὶ πολλοῦ. ἐδέξατο δ' ἐντίμως καὶ τὸν παρὰ τοῦ Ῥωξανῶν ἡγεμόνος πρεσβευτὴν ἥκοντα ἐπὶ τῇ πραττομένῃ ἐκ πολλοῦ ἐπιγαμίᾳ τῇ σῇ αἰδεσιμωτάτῃ κεφαλῇ, τά τε περὶ τὸ κῆδος ἐτέλεσε μεγαλοπρεπῶς, ὡς ἐτύγχανες δεόμενος. καὶ ἀπεπέμψατο δὴ τὴν νύμφην δωρησάμενος καὶ εὐλογήσας. ἥδε μὲν οὖν ἄπεισι πρὸς τὸν ἄνδρα ἀπάρασα τῆς Ῥώμης ἑκατομβαιῶνος ἐνάτῃ φθίνοντος. νυμφαγωγὸς δὲ εἷς μόνος ὁ παρὰ τοῦ ἀρχιερέως συναπῆρεν. ὁ γὰρ ἱέρακος οὐχ οἷός τε ἦν συναποδημεῖν νοσήσας νεφρῖτιν καὶ δυσουρίαν. τὰ μέντοιγε πρὸ τοῦ ἕως ὑγίαινεν, ἐπιμελῶς διῴκησε πάντα καὶ συνετῶς, κἂν τι καὶ πρὸς τὴν ἔξοδον προσεβιάζετο ἂν, ὡς ἐγὼ οἶμαι, τὸ σῶμα, καὶ συνοδεύειν ἐπειρᾶτο, καίπερ ἀσθενὴς ὤν, εἰ μὴ τὰ παρὰ τῆς βασιλίσσης γλίσχρα αὐτῷ παντελῶς ἀπήντα, καὶ ἥκιστα εὐπρεπῆ· καὶ γὰρ ἐφόδιόν τε πολλῷ τοῦ ἱκανοῦ ἔλαττον ἐκείνη ἐδίδου, καὶ οὐ πάνυ τι προσέχειν ἔτι αὐτῷ ἐδόκει τὸν νοῦν συμβουλεύοντι. κἀγὼ δὴ καίπερ μηθὲν ἐμοὶ διαφέρον, ὅμως ἄχθομαι ὑπὸ φιλανθρωπίας ἐπὶ τῇ τοῦδε τἀνδρὸς ἀπολήψει. ὅδε γὰρ μόνος ἐν πλείστοις τοῖς συναπιοῦσι χρησιμώτατος ἦν διά τε τὸ δίγλωττον, καὶ τὸ πρὸς τὰ ἔθνη, δι' ὧν ἡ πορεία, εὐομίλητον καὶ εὐμεταχείριστον. καὶ πεῖρα δὲ πρὸς τὸ συνετώτερον ἐν τούτῳ, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς παρηκολουθηκότι τοῖς πράγμασι, καὶ κατὰ γνώμην τῆς σῆς αἰδεσιμωτάτης κεφαλῆς πράξαντι. ἀλλ', ὡς ἔοικε, δαίμων τις βάσκανος ἔβλαψε ταῦτα, ἵνα μὴ πάντα εὐτυχοίη τὰ περὶ τὴν κόρην ἐκείνην σοι πεπραγμένα. ἀνθρώπων γὰρ οὐδένα ἐγὼ ὀνομάζειν καὶ αἰτιᾶσθαι ἐθέλω· οὐθὲν γὰρ ἐμοὶ διαφέρει. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως, ἐγὼ δὲ διατρίβω μὲν ἔτι ἐν Ῥώμῃ, σκοπῶ δὲ μεταβῆναί που, ἔνθα μοι ὁ βίος ἔσται ἀπ' ἐλαττόνων. οὐδεὶς γάρ ἐμοὶ χορηγεῖ οὐδὲν πλὴν τῆς σῆς ἱερᾶς κεφαλῆς. ταυτὶ δὲ τὰ παρ' αὐτῆς, ἄλλοθι μὲν ἴσως ἀρκέσει, ἐνταῦθα δὲ οὐκ ἀρκεῖ. Εὐτύχει. ἀπὸ Ῥώμης.

Visum est etiam hoc loco lectorem admonere, Formulam illam Iuramenti, quod Iustiniano Imp. ac Theodorae eius coniugi praestabatur ab iis, qui novum Magistratum, ac Praefecturam suscipiebant, de qua supra sub finem p. 218. editam esse Gr. & Lat. inter Novellas Iustiniani Collat. II. Tit. III. pag. 27. edit. Amstelaed. MDCLXIII. fol.

FINIS PLVTEI LV.

BIBLIOTHECAE
MEDICEAE LAVRENTIANAE CATALOGVS.
PLVTEVS LVI.
QVI CONTINET GRAECOS CODICES MSS. XXVII, EDITOS II.

CODEX I.

ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΡΗΤΟΡΙΚΗ.

MENANDRI SOPHISTAE RHETORICA.

Adde

Theophylacti Bulgarorum Archiep. Polemonis Sophistae, Georgii Pardi, Pollucis, Polyaeni, & aliorum Opera varia.

I. p. 1. B Codicis mutilationem in principio, primi Operis titulus atque initium desideratur; quod tamen Menandro Rhetori adiudicandum esse, tandem comperimus. Sunt autem Capita varia ex eius Rhetorica excerpta, quorum prima verba, unde incipit Codex, sunt . . . . . . *τοῦ θεοῦ παραβάλλων τῷ Ὀλυμπίῳ Διῒ καὶ Ἀθηνᾷ ἐν ἀκροπόλει, κ. λ.* quae inter huius Rhetoris scripta ab Aldo Manutio Venetiis edita anno MDVIII. fol. a pag. 594. ad pag. 641. reperire minime licuit. Primum Caput integrum inscribitur, *Περὶ παραμυθητικοῦ*, *De oratione consolatoria*, & inc. *Παραμυθητικὸς δὲ λόγος* (1), *κ. λ.* Des. *ἐν τῷ πρώτῳ μέτρει* (2) *τοῦ λόγου, οἷον ὅτι νόσος* (3). Incidit autem in dicta editione a pag. 629. (per errorem 639.) ad pag. 630. lin. 5. Sequuntur deinde Capita VIII. quorum primum inscriptum, *Πῶς χρὴ χώραν ἐπαινεῖν*, inc. *Ἐπαινοῦμεν χώρας, ὡς ἀνωτάτω διελεγέσθαι δεῖ, κ. λ.* (4). Octavum, cui titulus, *Διαφοραὶ ἐπαίνου καὶ ἐγκωμίου*, des. *ἀφ᾽ ὁπόσων* (5) *θεὸς ἐπαινεῖται*. Habentur autem ibid. a pag. 600. ad pag. 611. Caput nonum, iuxta seriem nimirum eorum quae in hoc Codice superfuerunt, inscriptum, *Διαίρεσις ἐπιδεικτικῶν*, *Divisio caussarum in genere demonstrativo*, inc. *Τῆς ῥητορικῆς ἁπάσης, κ. λ.* Des. *ἐφεξῆς δείκνυμεν* (6), & est primum in edit. cit. pag. 594. Decimum *Περὶ γενεθλιακοῦ*, *de oratione natalitia*, habetur ibid. pag. 629. Claudunt denique Tractatum hunc Rhetoricum Capita duo. quae loc. cit. non reperimus, quorum alteri titulus est, *Γενεθλιακὸς*, alteri *Κατατομὴ κανόνος κατὰ τοὺς Πυθαγορικούς*. Illud inc. *Καταγράφεται τοίνυν ὁ κανὼν, κ. λ.* hoc vero, *Λάβωμεν δὲ ἐπὶ τοῖς προειρημένοις λόγοις, κ. λ.* Des. *ὡς αὐτὸ τὸ διάγραμμα σαφέστερον ἡμῖν τὴν ἑρμηνείαν δηλώσει*. Tum subiicitur schemation quoddam Canonem Nativitatis, cuius descriptionem superiora duo Capita continebant, exhibens. Hoc Menandri Opus extat Mss. etiam in quatuor Codicibus Bibliothecae Regiae Paris. ut ex ipsius Catalogo eruitur. Non omittendum hoc loco, quod animadvertit Fabricius Bibl. Graec. Vol. IV. pag. 459. alteram nimirum huius Libri partem, in qua *de divisione caussarum in genere demonstrativo* agitur, quaeque in cit. edit. habetur a pag. 612. ad pag. 641. Alexandro Rhetori esse vindicandam; quum ex duobus Opusculis, Menandri scilicet, & Alexandri, unum librum perperam fuisse conflatum in edit. Aldina, moneat Henricus Valesius ad Eusebium pag. 28. &c. Menandrum vero hunc non dubitat laudatus Fabricius esse Sophistam illum Laodicenum ad Lycum fluvium, cuius Commentaria in Artem Hermogenis & Minuciani Progymnasmata commemorat Suidas.

II. pag. 11. Sequuntur Capita quaedam de variis argumentis, auctoris Anonymi, quorum hi sunt tituli:

1. *Κρῆναι, καὶ λίμναι, καὶ πηγαὶ, καὶ ποταμοὶ ὅσοι θαυμάσιά τινα ἐν ἑαυτοῖς ἔχουσι.* *Fontes, paludes, & flumina quotquot mirabilia in se ipsis ha-*

(1) In editione legitur, ὁ λέγων.
(2) In edit. μέρει.
(3) In edit. νέος.
(4) In edit. Ἔπαινος μὲν γὰρ χώρας, ὡς ἀνωτάτω διελέσθαι, κ. λ.
(5) In edit. ὅσων.
(6) In edit. καὶ δὴ δείκνυμεν.

habent. In fine *de Nili inundatione* multa differuntur.

II. Γυναῖκες ἐν πολεμικοῖς συνεταὶ, κ̀ ἀνδρεῖαι. *Mulieres in bellica arte scientes*, *&* *fortes*.

III. Τίνες οἶκοι ἀνάςατοι διὰ γυναῖκας ἐγένοντο. *Quaenam domus propter mulieres sunt eversae*.

IV. Φιλάδελφοι, κ̀ φιλέταιροι. *Quinam fratres, vel amici mutua sese caritate dilexerunt*.

V. est anepigraphum, sed *fabulosas*, *quae apud poëtas feruntur*, *dearum*, *deorumque* μεταμορφώσεις persequitur.

VI. Περὶ Ο῾μήρου κ̀ Η῾σιόδυ, ϗ τοῦ γένυς, ϗ ἀγῶνος αὐτῶν. *De Homero*, *&* *Hesiodo*, *eorumque vita*, *&* *certamine*.

VII. Ποῦ ἕκαςος τῶν Ε῾λλήνων τέθαπται, κ̀ τί ἐπιγέγραπται ἐπὶ τῷ τάφῳ. *Vbi quisque Graecorum sepultus fuit*, *&* *quid ipsius tumulo superscriptum*.

Primi Capitis initium ita habet: Κρήνη ἐν Ποτνίαις περὶ Θήβας, ἐξ ἧς οἱ ἵπποι πίνοντες μαίνονται. Vltimum des. Ο᾿ρφέα ἐν χώρῳ τῷδε θέσαν Κίκονες. Lucas Holstenius, ut in schedis suis Mss. adnotavit, horum Opusculorum auctorem putat esse Phlegontem Trallianum, Hadriani Caesaris libertum, atque ex hisce alia Henricum Stephanum edidisse ex hoc ipso Codice desumta, alia Canterum, ut sunt narrationes de mirabilibus aquarum, de Nili inundatione, heroum Homericorum epitaphia, & Homeri & Hesiodi certamen &c. quas tamen editiones reperire nobis minime licuit. Phlegontis quidem Opera consuluimus, sed ab iis valde diversa esse, quae in nostro habentur Codice, comperimus, ut vel alterius historiographi esse, vel saltem ex Phlegonte contracta arbitremur.

III. p. 20. *b*. Τῦ μακαρίτου Βυλγαρίας κυρῦ Θεοφυλάκτυ προσλαλιά τινι τῶν αὐτῦ ὁμιλητῶν, περὶ ὧν ἐ[γ]καλοῦνται Λατῖνοι. *Beatae memoriae Bulgariae Archiep. D. Theophylacti allocutio ad quemdam suorum familiarium de iis rebus, ob quas reprehenduntur Latini* (a Graecis). Inc. Εἰσῆλθε τὸ ἀξίωμά σου ἐνώπιόν μυ, εὐλαβέςατέ μοι ἐν κυρίῳ υἱέ. Des. κ̀ τοὺς ἄλλους ταὐτὸ διδάσκοιμεν ἐν Θεῷ πατρὶ τῷ διδάσκοντι ἄνθρωπον γνῶσιν, ϗ Χριςῷ, κ. λ. Exstat Ms. etiam in Bibliotheca Bavarica inter Mss. Codices Theologicos Graecos, Codice CCXXIV. num. 1. teste Lambecio Lib. V. Commentar. Bibl. Caesar. pag. 50. in qua etiam aliud adservatur exemplar, ut ex eius Catalogo Nessel. Part. I. pag. 133. eruitur. Meminit autem huius Dissertationis Leo Allatius Lib. II. de Eccles. Occid. & Orient. perpetua Consensione Cap. X. §. II. Vide Casim. Oudinum de Scriptor. Ecclesiast. Tom. II. pag. 712. Hanc deinde edidit Io. Aloysius Mingarellus Romae anno MDCCLVI. 4. Anecdotorum Tom. I. p. 259. cum Latina interpretatione ac notis, ubi nostrum hunc Codicem commemorat.

IV. pag. 27. Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὸν αὐτοκράτορα κύριον Α᾿λέξιον τὸν Κομνηνόν. *Eiusdem Oratio ad Imperatorem D. Alexium Comnenum*. Inc. Α᾿νάγει μέν μοι τὸν λόγον, ὦ αὐτοκράτορ. Des. κ̀ τελεώτερος γένηται. Exstat Ms. etiam in Bibl. Monachiensi, teste Fabric. B. G. Vol. VI. pag. 289. §. 12. ex eaque Latinus Latinius Bibliothecae Sacro-profanae pag. 184. colligit, A. MLXXXI. quo imperitare coepit Alexius, claruisse Theophylactum.

V. pag. 31. *b*. Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὸν Πορφυρογέννητον κυριον Κωνςαντῖνον. *Eiusdem Oratio ad D. Constantinum Porphyrogenitum*. Inc. Δῶρόν σοι κ̀ ἐγὼ, βασιλεῦ φίλε, τοῦτο δίδωμι. Des. κ̀ τὸν ψυχικόν σοι ςηρίζουσα. Alibi inscribitur, *Institutio regia ad Constantinum Porphyrogenitum*, *Michaëlis Ducae Parapinacii*, *&* *Mariae Aug. filium*, quam Gr. & Lat. edidit, atque interpretatus est Petrus Possinus Parisiis ex typogr. Regia MDCLI. 4. quum Graeca ex Codice Mediceo descripsisset.

VI. pag. 37. *b*. Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὴν προσκύνησιν τοῦ τιμίου ςαυροῦ ἐν τῇ μεσονηςίμῳ. *Eiusdem Oratio in adorationem venerabilis Crucis, medio ieiuniorum tempore habita*. Inc. Τί δαί; ἡμεῖς ἐπὶ τῷ προκειμένῳ σιγήσομεν θαύματι; Des. ἐν τῷ ὀφθῆναι ἡμῖν τὴν δόξαν αὐτοῦ, νῦν κ̀ ἀεὶ, κ. λ. Ex Bibliotheca Bavarica Gr. & Lat. Iacobo Gretsero interprete T. II. de Cruce pag. 1499. primum edita est. Exstat quoque Ms. in Bibliotheca Caesar. Vindob. inter Mss. Codices Theologicos Graecos, Nessel. Part. I. pag. 133. Cod. LI.

VII. pag. 43. Πολέμωνος σοφιςῦ ἐπιτάφιος εἰς Καλλίμαχον κ̀ Κυναίγειρον. *Polemonis Sophistae* (Smyrnaei) *Oratio funebris in Callimachum & Cynaegirum*. Inc. Ε᾿πειδὴ τά τε ἄλλα χρὴ καὶ οἰκεῖον εἶναι τοῖς κειμένοις. Des. ὁ θέλων ἀποκοψάτω. Est prima ex duabus orationibus, parentum nomine dictis in Cynaegirum & Callimachum Athenienses, qui in pugna Marathonia Olymp. LXXII. 1. pro patria adversus Medos occubuerant; in qua Cynaegiri pater filium suum Callimacho praefert, virtutemque eius extollit, &c.

VIII. pag. 46. *b*. Altera Oratio Εἰς τὸ ἐναντίον, *in contrarium*, in qua nempe Callimachi pater vicissim filium suum Cynaegiro praefert, inc. Τὸν μὲν τῆς πόλεως ἐπαινῶ νόμον. Des. συγχωρέντων τῶν δικαςῶν. Auctor autem istarum Declamationum Polemon fertur esse ille inter Sophistas olim celeberrimus, & dicto illo valde nobilitatus, Romam esse orbis epitomen. Concordant cum editis Graece ab H. Stephano, illustris viri Huldrichi Fuggeri typographo MDLXVII. in 4. a p. 1. ad p. 19. Graece ac Latine edidit easdem cum notis Petrus Possinus S. I. Tolosae MDCXXXVI. 8.

IX. pag. 52. Α᾿πὸ τῆς ἐξηγήσεως τοῦ μητροπολίτου Κορίνθου εἰς τὸ περὶ μεθόδου δεινότητος τοῦ Ε῾ρμογένους βιβλίον. *Ex Commentario Metropolitae Corinthi* (sc. Gregorii, seu Georgii, cognomento Pardi) *in Hermogenis Librum de methodo apti & ponderosi generis dicendi*. Inc. Σκοπός ἐςι τῷ Ε῾ρμογένει, κ. λ. Des. καὶ παρ' Η῾σιόδῳ,

Α᾿ντία δεσμεύων κεκονιμένος οὐ μάλα χαίρων, ἀντὶ τοῦ λυπούμενος. In fine: Τέλος τοῦ περὶ μεθόδου δεινότητος. Succedunt deinde alia pauca item

item de Rhetorica, quae ad praedictum Commentarium videntur pertinere. Vide Fabric. B. G. Vol. IV. pag. 432. de hoc Opere, quod est ineditum.

X. pag. 82. *Argumenta in septem Demosthenis Orationes*, nimirum pro Megalopolitis, pro Rhodiorum libertate, duas adversus Aphobum, duas adversus Onetorem, & in illam adversus Androtionem. Sunt autem omnia edita in Demosthenis Operum edit. Graeco Lat. Aurel. Allobr. MDCVII. fol. interprete Hieronymo Wolfio, ubi Libanii nomen praeferunt, suisque sunt Orationibus praevia. Pag. 83. *b.* legitur Index Orationum Demosthenis ἰδιωτικῶν.

XI. pag. 84. *Pollucis Onomasticon*, incipiens a Lib. V. & desinens in Libro X. Vbi notandum Librorum quinti, & sexti numerationem Graecam, litteris έ & ϛ' olim designatam, fuisse manu recentiori, ac parum accurata in litteras ϛ' & ζ' perperam correctam; ex quo factum est, ut Montfauconius, re minus diligenter considerata, a Libro VI. incipere Pollucis Onomasticum, in suo Catalogo pronunciaret. Nos igitur singulorum initia, ac fines cum editione Gr. Lat. Amstelaed. MDCCVI. fol. conferentes, comperimus, deesse totum Librum VII. ac Libri V. & VIII. Praefationes ad Commodum Caesarem, praeter alia multa discrimina, in quibus ut plurimum cum iis Codicibus concordant, quorum in dicta editione variantes lectiones locupletissime recensentur.

XII. pag. 163. Occurrit Anonymi fragmentum Geometricum, in quo agitur potissimum de Parabola. Inc. Ἐὰν μέλλωμεν παραβαλεῖν οἱονδηποτοῦν χωρίον παρά τινα ῥητὴν εὐθεῖαν, κ. λ. Des. περιεχόμενον ὀρθογώνιον μέσον ἐςί. Cui adnectitur brevissimum Excerptum asceticum de Caritate, ut videtur e S. Paulli Epistolis desumtum, quod inc. Ἡ ἀγάπη μακροθυμεῖ, κ. λ.

XIII. pag. 166. Πολυαίνȣ Στρατηγικά. *Polyaeni Strategica*, sive *de Stratagematis illustrium belli ducum Libri VIII. ad Impp. M. Antoninum & L. Verum*, perspicuo & eleganti stylo conscripti, quorum primi sex Graecorum, septimus Persarum aliorumque Asiaticorum, octavus Romanorum ac feminarum illustrium stratagemata continent. Horum autem nomina unicuique praefiguntur Libro, adiecto singulis numero stratagematum ad ipsos pertinentium. Liber I. inc. Τὴν μὲν κατὰ Περσῶν ϗ Παρθυέων νίκην, κ. λ. Octavus vero mutilus est in fine, ut in editione Lugdunensi apud Io. Tornesium MDXXCIX. 12. ex recensione If. Casauboni. Desinit enim in exemplo Lacaenarum mulierum in verbis, τοὺς μὲν δὴ καθεῖρξαν οἱ Σπαρτιᾶται· αἱ δὲ θυγατέρες τῶν . . . . . . Notandum praeterea deesse plurima ex Libro VI. nimirum quae sequuntur post Καρχηδονίων exemplum usque ad Σολυμδῶνα, quemadmodum in ipso etiam Capitum elencho, qui Libro praefixus est, recentiori manu fuit adnotatum; legitur enim ad vocem Αἰτολοὶ haec notula: Ἐντεῦθεν τὰ ἐφεξῆς ȣ̓κ ἔχει, δηλονότι ἀπὸ τῶν Αἰτωλῶν μέχρι τοῦ Σολυμῶνος. Vbi autem defectus iste incidit, folium vacuum relictum est. Hunc fortasse Codicem innuit Fabricius Bibl. Graec. Vol. III. pag. 484. ubi ait, Pancratium Maasvicium, beneficio Iac. Gronovii V. C. nactum collationes Codd. Mss. Florentini & Cantabrigiensis, Polyaenum vulgasse Lugd. Batavorum MDCXC. in 8.

XIV. pag. 284. Vltimo loco Anonymi fragmentum initio mutilum, in quo naturales quaedam pertractantur quaestiones, primo quidem de somniorum origine, ac deinde satis diffuse de ventis. Incipit . . . . συμβαίνοντες ὄνειροι τῇ ἀναθυμιάσει τῶν πνευμάτων, ἡδονῶν κιβδήλων συμβαινόντων περὶ τὰς δόξας τὰς ὑποφαινομένας τῷ λογιςικῷ τῆς ψυχῆς κ. λ. Des. ταῦτα, οἶμαι, αὐτάρκως περὶ ἀνέμων γενέσεως, ϗ ὡς ἐνῆν ἀπεςέλκαμεν· σὺ δὲ, ὦ φίλη κεφαλὴ, μετὰ ἐμμελοῦ ἀναγνώσεως κρίναι τὰ κείμενα, ϗ εἴ τι παρεῖται, δήλωσον ἀσμενέςατον· καὶ γὰρ κἀκεῖνο πληρώσομεν· ἐπεὶ ȣ̓ θέλω διὰ λόγον τὰς σὰς μέσας ὑβρίζεσθαι, ἢ κολοβοὺς τὰς φιλικὰς εἰργάζεσθαι χάριτας· ἐγὼ δὲ τέως τοῦ περὶ ὀνείρων γενέσεως ἄρξομαι γράμματος. Videtur auctor ex hisce postremis verbis tractatum de somniorum origine aggredi velle, qui tamen nullus occurrit.

Codex Graecus chartaceus Ms. in folio Saec. XIV. vetustate, ac madore in marginibus valde corruptus. Constat foliis scriptis 292.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΕΡΓΑ ΔΙΑΦΟΡΑ.

PLVTARCHI OPERA VARIA.

PRaecedit in prima pagina Index operum, quae continentur in Codice, quorum primum hoc praeceditur versiculo: COD. II

Χριςὲ, δίδȣ πονέοντι τεὴν πολυολβον ἀρωγήν.
Christe, da laboranti tuum perbeatum auxilium.

Operum vero series sequens est:

I. pag. 2. Πλȣτάρχȣ περὶ τύχης. *Plutarchi de Fortuna*. Oper. edit. Parif. typis regiis A. MDCXXIV. fol. Tom. II. pag. 97.

II. pag. 4. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ, πότερον τὰ ψυχικὰ, ἢ τὰ σωματικὰ χείρονα. *Eiusdem, animi ne, an corporis adfectiones sint peiores*. Ibid. pag. 500.

III. pag. 6. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ δεισιδαιμονίας. *Eiusdem de superstitione*. Ibid. pag. 164.

IV. p. 14. *b.* Τȣ̃ αὐτȣ̃, πότερον τὰ Ῥωμαίων πράγματα τύχης, ἢ ἀρετῆς. *Eiusdem, virtuti ne, an fortunae tribuenda Romanorum facta?* Ibid. p. 316. ubi inscribitur, *de fortuna Romanorum*. In calce insequentes adscribuntur versiculi:

Γέρων ἐρασθεὶς, ἐσχάτη κακὴ τύχη.
Βίος βίȣ δεόμενος, οὐκ ἔςι βίος.
Senex amator, ultimum infortunium.
Vita vitae indigens, non est vita.

V. pag. 24. Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης, ἢ ἀρετῆς. *Eiusdem de Alexandri fortuna, vel virtute*, Oratio I. Ibid. p. 326.

VI. pag. 31. Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ, πῶς χρὴ τὸν φιλόσοφον πολιτεύεσθαι. *Eiusdem, quomodo oporteat philosophum gerere Remp.* Ibid. pag. 798. ubi inscribitur: Πολιτικὰ παραγγέλματα, *Praecepta gerendae Reip.*

VII. pag. 57. Τοῦ αὐτοῦ ἀποφθέγματα βασιλέων κ̧ ϛρατηγῶν. *Eiusdem de scite dictis Regum atque Imperatorum.* Ibid. pag. 172.

VIII. pag. 92. Τοῦ αὐτοῦ ἀποφθέγματα Λακωνικά. *Eiusdem Apophthegmata Laconica.* Ibid. a pag. 208. ad pag. 242. hoc enim unico paragrapho continentur *Laconica Apophthegmata, & Instituta*, quae in cit. edit. distincta reperies.

IX. pag. 123. Τοῦ αὐτοῦ συναγωγὴ ἱϛοριῶν παραλλήλων Ῥωμαϊκῶν κ̧ Ἑλληνικῶν. *Eiusdem Parallela*, sive *Historiarum Graecarum cum Romanis coniuncta recensio*. Ibid. pag. 305.

X. pag. 135. Τοῦ αὐτοῦ περὶ σαρκοφάγȣ. *Eiusdem de esu carnium*, Oratio I. Ib. p. 993.

XI. pag. 138. *b.* Τοῦ αὐτοῦ πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον. *Eiusdem ad Principem ineruditum.* Ibid. pag. 779.

XII. pag. 142. Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι. *Eiusdem de vitando aëre alieno.* Ibid. pag. 827.

XIII. pag. 146. *b.* Τοῦ αὐτοῦ κεφαλαίων καταγραφή. *Eiusdem Capitulorum descriptio*, sive *Quaestionum Romanarum solutio*. Ibid. pag. 263.

XIV. pag. 170. *b. Quaestiones Graecae.* Ibid. p. 291. In Codice tamen sunt anepigraphae.

XV. pag. 183. Τοῦ αὐτοῦ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων. *Eiusdem de Stoicorum repugnantiis.* Ib. pag. 1033.

XVI. pag. 224. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς. *Eiusdem de virtute morali.* Ibid. p. 440.

XVII. p. 236. Τȣ̃ αὐτȣ̃ πολιτικὰ παραγγέλματα. *Eiusdem Praecepta gerendae Reipublicae.* Ib. p. 798. Idem opus ac supra relatum §. VI.

XVIII. pag. 265. Τοῦ αὐτȣ̃, εἰ καλῶς εἴρηται τὸ, λάθε βιώσας. *Eiusdem, an recte dictum sit, latenter esse vivendum.* Ibid. pag. 1128.

XIX. pag. 268. Τοῦ αὐτοῦ, εἰ αὐτάρκης ἡ κακία πρὸς κακοδαιμονίαν. *Eiusdem, an vitiositas ad infelicitatem sufficiat.* Ibid. pag. 498.

XX. pag. 270. *b.* Τοῦ αὐτοῦ, ὅτι ȣ̉δὲ ἡδέως ζῆν ἐϛι κατ' Ἐπίκȣρον. *Eiusdem, ne suaviter quidem vivi posse secundum Epicuri decreta.* Ibid. pag. 1086.

Cod. Graec. chartac. Ms. in fol. min. Saec. XIV. a pag. 193. ad 199. itemque a pag. 282. usque ad finem alia manu suppletus, variisque identidem lacunis scatens. Constat foliis scriptis 289.

ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΠΛΑΝΟΥΔΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗ.

MAXIMI PLANVDAE GRAMMATICE.

Ac praeterea

Alia multorum Opera.

COD. III I. pag. 1. ΜΑξίμου τοῦ Πλανȣ́δη περὶ γραμματικῆς. *Maximi Planudae de Grammatica* Dialogus, qui inscribitur *Neophron & Palaetimus*. Inc. Πρὸς τῶν λόγων αὐτῶν, ὦ Παλαίτιμε, κ. λ. Des. οἷον ἐπιμελοῦνται τοῦ οἰκείου κτήματος. Exstat & in Coisliniana Cod. CXCII. Catalog. pag. 245. & alibi. Huius Dialogi fere dimidium diversa ac recentiori manu suppletum est.

II. pag. 65. Περὶ συντάξεως. *De Constructione* Anonymi Tractatus. Inc. Ἐξαπατῶ, αἰτιατικῇ· ἐξήπατον γὰρ τοὺς μαγείρους, κ. λ. Adiiciuntur pag. 69. miscellanea quaedam, diversa manu exarata, de maximis orbis terrarum montibus, insulis, ac maribus, de septem mundi miraculis, ac septem hominis aetatibus, & alia huiusmodi non magni momenti.

III. pag. 70. Ἐπιτάφιοι εἰς τὴν Παλαιολογίναν Θεοδώρου τοῦ πρωτασηκρῆτις τοῦ Νεοκαισαρείτου, ἔτι ζῶσαν τȣ́τους γραφῆναι ζητήσασαν, *Iambi sepulcrales* (XXX.) *Theodori Protasecretis, seu primi a secretis Neocaesaritae in Palaeologinam, quae sibi adhuc vivens Epitaphium scribi curaverat.* Ii vero sunt:

Εἰμὶ μὲν, ἀλλ' οὐκ' οἶδα τίς τε κ̧ πόθεν.
Τῶν εὐγενῶν; κ̧ τȣ̃το πῶς ἄν τις λέγοι;
Τῶν μᾶλλον ἀβρῶν; ἀλλὰ μὴν πάντες κόνις.
Ἀλλ' εὐκλεής; τὸ κέρδος ȣ̉χ ὁρῶ πόθεν.
Ἀλλ' εὐπρεπής; τὸ κάλλος ἡ γῆ δείκνυται.
Εἰμὶ δὲ μηδὲν, ἀλλὰ μὴν πάλιν μένω.
Κἂν χοῦς ὁπηδὸς, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα ϛέγει.
Ῥεῖ πᾶς ὁ χιὼν. ἀλλ' ὑφίϛαμαι πλέον.
Εἰς γῆν τὸ ῥευϛὸν, ἀλλ' ἐγὼ κ̧ βελτίων.
Σκηνὴ τὸ παρὸν, εἰ δὲ κ̧ μίμων γέλως,
Ὅρα θεατὰ· μὴ γὰρ ȣ̉κ ὄντως γέλως;
Ἦλθόν ποτ' εἶδον· εἶτ' ἀπελθȣ̃σα φθ....
Ὀξύς με κ̧ γὰρ ὑπεδέξατο χρόνος,
Οὗ δὴ τὸ μὲν παρῆλθεν, ȣ̉ γὰρ ἵϛαται,
Τὸ δ' ἔϛιν· ἀλλ' ἀπῆλθε ϗ τόδε τρέχον.
Ποῦ δὴ τὸ λοιπὸν; εἰς τὸ μέλλον ἐκρύβη.
Περὶ δὲ τȣ̃ μέλλοντος εἶπε τίς λόγος;
Ὢ τίς ἐγὼ τίς; ἀγνοῶ γὰρ τὴν φύσιν.
Νηδὺς μὲν ἐξ αἵματος ὠργάνωσέ με,
Καὶ βαθὺς ἦν δήπουθεν αὐτῆς ὁ γνόφος.
Ἐπεὶ δὲ καὶ προῆλθον εἰς φῶς αὐτίκα,
Πάλιν ἐπ' ἄλλον εὐτρεπίζομαι γνόφον,
Πλὴν εἴτε φῶς ἐκεῖνος, εἴθ' ȣ̃τος γνόφος,
Εἴθ' ὃ βλέπω, φῶς, εἴθ' ὃ μὴ βλέπω, σκότος,
Οὐκ οἶδα σαφῶς, ȣ̉ μα τὸν φθόρον τάφον,
Ὅς ἐϛι γαϛὴρ τοῖς θανȣ̃σι δευτέρα.
Δειχθήσεται γὰρ ἄλλος ἐντεῦθεν τόκος,
Ὅταν ὁ πατὴρ καλέσῃ τῆς φύσεως,
Τῶν ὠδίνων γέμοντα τῆς δίκης χρόνον.
Μήτηρ με γεννᾷ, ϗ προμήτωρ λαμβάνει.

Et hoc quoque Carmen iambicum diversae manui debemus.

IV. pag. 71. *Iulii Pollucis ad Commodum Caesarem Onomastici Fragmentum.* Post Epistolam, quae inc. Ὦ παῖ πατρὸς ἀγαθοῦ, πατρῷόν ἐϛί σοι κτῆμα, κ. λ. sequitur Index Capitum XV. cuius initium: Ἐν τȣ́τῳ τῷ βιβλίῳ αἵ τε τῶν θεῶν καὶ δαιμόνων ὀνομασίαι, κ. λ. Tum Liber ipse inc. Θεὸς, κ̧ θεοὶ, ϗ δαίμονες, κ. λ. Est Onomastici Liber I. ut in edit. Amstelod. MDCCVI. fol. Vol. I. pag. 1. seqq. Desinit in Capite, cui titulus, περὶ ὀδόντων, *de dentibus*, & est sectio XXI. Capitis IV. Libri II. loc. cit. pag. 199.

V. pag.

V. pag. 87. Succedunt quaedam Plutarchi Opera, quorum primum anepigraphum quidem heic est, alibi vero inscribitur, *Quomodo quis sentiat se progressus fecisse ad virtutem*. Incidit in cit. edit. Tom. II. p. 75.

VI. p. 97. *b.* Alteri titulus est: Τοῦ αὐτοῦ, πῶς ἄν τις διακρίνοι τὸν κόλακα τοῦ φίλου. *Eiusdem, quomodo quis adulatorem ab amico dignoscere queat*. Ibid. pag. 48.

VII. pag. 124. *b.* Tertium item est anepigraphum, sed in edit. inscribitur: *de Curiositate*. Ibid. pag. 515.

VIII. pag. 133. *Aelii Aristidis Panegyricus in Cyzico*. Inc. Ἅπασι μὲν, ὡς ἐγὼ νομίζω. Des. ϗ ἴσως μετρίως ἔχει. Exstat in nupera edition. eius Operum Oxon. Gr. Lat. MDCCXXII. in 4. Tom. I. pag. 236.

IX. pag. 139. *b. Eiusdem Oratio, seu Epistola ad Impp. M. Aurelium Antoninum & L. Aurelium Augg.* Inc. Πρότερον μὲν, ὦ θειότατοι βασιλεῖς, ἀγωνίσματα. Des. ϗ ἣν οὐδὲ πώποτ' ἂν ἤλπισεν. Ibid. pag. 512.

X. pag. 142. *Eiusdem Palinodia de Smyrna instaurata*. Inc. Ἐμοὶ μὲν, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες. Des. νῦν τε ϗ ὕστερον. Ibid. pag. 263. Harum vero trium Orationum Graecos titulos omisimus, quia in Codice sunt anepigraphae.

XI. pag. 145. Sequitur alia Oratio *ad Imperatorem quemdam*, cuius initium: Ἐπανήκει μετὰ τῶν ἱερῶν, ὦ βασιλεῦ, ϗ τὸ τιμᾶσθαι τὴν τῶν λόγων τέχνην, οὐ μόνον ὅτι μέρος τῶν ἱερῶν οὐκ ἐλάχιστον, κ. λ. Finis: καὶ τοσοῦτον ἅπαντας τὰς Ῥωμαίους ἡγησαμένας τῷ χρόνῳ νικήσειεν ὅσον ἤδη ταῖς ἀρεταῖς. Cuius autem sit, nondum comperimus; inter Aristidis quidem Orationes hoc initium minime licuit invenire.

XII. pag. 150. *b.* Occurrunt Epigrammata duo elegiaca. Primum dodecastichon, in quo scriptor suam deflet paupertatem, ita habet:

Ἀσπίδ' Ἀχιλλῆος τὴν Ἕκτορος αἷμα πιοῦσαν,
  Λαρτιάδης Δαναῶν εἷλε κακοκρισίῃ.
Ναυηγοῦ δὲ θάλασσα κατέσπασε, ϗ παρὰ Ἴμβρον
  Αἴαντος νηκτὴν ὥρμισεν, ὐκ Ἰθάκην.
Μῆνις Ἀχιλλῆος ϗ ἐμοὶ πρόφασις γεγένηται
  Οὐλομένης πενίης γράμματι κευσαμένῳ.
Εἴθε δὲ σὺν δαοῖς με κατέκτανε μῆνις ἐκείνη,
  Πρὶν χαλεπὸς λιμὸς γραμματικῆς ὀλέσῃ.
Ἀλλ' ἵν' ἀφαρπάξῃ Βρισηΐδα πρὶν Ἀγαμέμνων
  Τὴν δ' Ἑλένην ὁ Πάρις, πτωχὸς ἔσω γενόμην.

Alterum hexastichon de duobus surdis inter se litigantibus, sequens est:

Δυσκώφῳ δύσκωφος ἐκρίνετο, ϗ πολὺ μᾶλλον
  Ἦν ὁ κριτὴς τέτων δὴ δυσκωφότερος.
Ὧν ὁ μὲν ἀντέλεγεν, τὸ ἐνοίκιον αὐτῷ ὀφείλειν
  Μηνῶν πένθ', ὁ δ' ἔφη, ὕπω ἀληλεκέναι.
Ἐμβλέψας δ' αὐτοῖς ὁ κριτὴς ἔφη, ἐς τί μάχεσθε;
  Μήτηρ ἔσθ' ὔμιν, ἀμφότεροι τρέφετε.

XIII. pag. 151. Συνεσίου ἐπιστολαί. *Synesii Epistolae*, numero XXIX. quarum tamen postrema mutila. Eae vero sunt, quae in edit. Paris. cit. anni MDCXXXIII. fol. designantur numeris XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXVI. XXVII. XXVIII. XXIX. XXX. XXXI. XXXV. XXXVI. XXXVII. XXXVIII. XXXIX. XL. XLI. XLII. XLIII. & LVII. quae quidem, uti diximus, desinit imperfecte in verbis: καὶ φόβος χειρόνων ἀνέκοψε. ϗ . . . . . . quae in cit. edit. incidunt in pag. 195. lin. 3.

XIV. pag. 159. *Phalaridis Epistolae XLI.* quae iuxta seriem, quam obtinent in Collectione Epistolarum Graecarum Cuiaciana Aurel. Allobrog. MDCVI. fol. & quam retulimus supra pag. 247. seqq. sunt sequentes: nimirum LVII. tum a septuagesima secunda usque ad centesimam inclusive, exceptis LXXVIII. LXXIX. XCII. & XCIV. quae desiderantur: deinde CVII. CVIII. CIX. CX. CXI. CXIX. CXXI. CXXII. CXXIII. CXXXV. CXXXVIII. CXXXIX. CXLI. CXLIII. & CXLVIII. Ex hisce epistolis quinquagesima septima est *Abaridis ad Phalaridem*; ex septuagesima secunda supersunt tantum postrema, nimirum a verbis τεθνάναι κρίνας, κ. λ. (edit. cit. pag. 76. lin. ultima) octuagesima secunda. inc. Κατ' ἐμοῦ μὴ πεπεισμένων Καμαριναίων, κ. λ. anepigraphae sunt LXXIII. LXXIV. LXXV. LXXVI. LXXVII. LXXX. LXXXI. LXXXII. CXXXIX. & CXLIII. Tandem CXLI. inscripta est *Polluci*, quae in edit. inscribitur *Agemorto*. Hae tamen omnes diversum ab editis ordinem obtinent. Initium enim fit in Codice a fragmento Epistolae LXXII. quae est *ad Peristhenem*; finis vero in Epistola CXXXIX. quae, uti diximus, in Codice est anepigrapha, in edit. vero *ad Arimachum*.

XV. pag. 168. *b.* Ἐπιστολαὶ Βρέτυ. *Epistolae Bruti*, & aliorum responsivae ad Brutum, numero LXX. quarum series concordat omnino cum illa, quam protulimus supra pag. 181. seqq. ex Codice XXXIII. Plut. XXXII.

XVI. pag. 174. *Cratetis Philosophi Epistolae IV.* quae in Collectione Cuiaciana incidunt in pag. 347. Postremam vero haec pauca consequuntur, quae cuius auctoris sint, prorsus ignoramus: Οἱ ἀλαζὼν ἐμοὶ δοκεῖ ὄνομα κεῖσθαι ἐπὶ τοῖς προσποιουμένοις ϗ πλυσιωτέροις εἶναι, ἢ εἰσὶ, ϗ ἀνδρειοτέροις, καὶ ποιήσειν ἃ μὴ ἱκανοί εἰσιν, ὑπισχνυμένοις, ϗ ταῦτα φανεροῖς γενομένοις, ὅτι τοῦ λαβεῖν τι ἕνεκα ϗ κερδάναι ποιῦσιν.

XVII. p. ead. *Epistolae III.* quarum prima inscribitur, Πλάτων Διονυσίῳ, *Plato Dionysio*, & inc. Πῶς χρὴ ἐμὲ ϗ σε ἔχειν, κ. λ. aliae duae sunt anepigraphae, quarum altera inc. Μεγίστη φυλακὴ τὸ μοι γράφειν. Altera inc. Ἀφίκοντο πρὸς ἡμᾶς, κ. λ. Ex his ultima tantum occurrit in cit. Collect. pag. 309. eaque brevior, quam in edit. desinit enim in verbis: τὸν βίον ἡμῶν καταλαμβάνουσιν.

XVIII. pag. 175. Γεωργίου τοῦ Κυπρίου βίος ϗ ἐπιστολαί. *Georgii Cyprii Vita & Epistolae*. Vita inc. Πατρὶς μὲν τῷ συντεταχότι τὴν βίβλον Κύπρος ἡ νῆσος. Des. ὕπω ϗ περὶ τῶν εἰρημένων τὴν ψῆφον ἐξενεκτέον. Georgii, seu Gregorii Cyprii, Patriarchae Constantinopolita-

litani, vitam ex Codice Lugduno-Batavensi primum Graece & Latine cum uberrimis notis in lucem protulit Fr. Io. Franc. de Rubeis Ordinis Praedic. Venetiis typis Io. Bapt. Pasquali MDCCLIII. 4. In Codice tamen alia pauca relatis verbis subiunguntur, quae in dicta editione desiderantur. Inc. Εἰ μὲν ἐκ τῆς ἐντεῦθεν ψήφυ ἐβεβαιοῦτο παρὰ τῷ ἀδεκάςῳ κριτῇ, κ. λ. Des. ὐδὲν ἡμᾶς εἰς τὴν ἄνω δίκην ὀνίνησι τὰ ὄντα βλέπυσαν.

XIX. pag. 178. *b.* Τοῦ αὐτοῦ χρεία. *Eiusdem Chria*. Inc. Σωκράτους μὲν ἐπαινέτην οἶμαι πάντα πρόθυμον, κ. λ. Des. ἀξίως δὲ κ̀ τοὺς ἐπαίνους λαβεῖν ἔχει παρ' οὐδενός. Memoratur in Catalogo eius Operum citati Libelli pag. XXVII. §. XIII.

XX. pag. 180. Sequitur aliud Opusculum anepigraphum, quod tamen comperimus esse *Eiusdem Encomium in mare, sive in universam aquarum naturam*. Inc. Θαυμάζειν μὲν ἴων πραγμάτων ὁπόσα ὑπερφυῆ, κ. λ. Definit imperfecte in verbis: κᾂν αὖθις ἀφέλοις τῆς γῆς τὴν πᾶσαν ὑγρότητα, ἀσθενῆ τε ἴδοις ϗ ἀνυπόςατον, τὰτε ...... Edidit hoc Opus Graece Bonav. Vulcanius una cum Libello Aristotelis de Mundo, Lugduni Batav. apud Raphelengium MDXCI. in 8. Meminit illius in Bibliotheca Robertus Constantinus.

XXI. pag. 183. Fragmentum Orationis Demosthenis *de falsa legatione* inscriptae, quod incipit a verbis ..... κ̀ παρ' αὐτὸ τὸ ψήφισμα πεπρεσβευκότων πρόσιμεν τῇ βουλῇ, κ. λ. quae incidunt in eius Operum edit. Graec. Lat. Aurel. Allobr. MDCVII. fol. Tom. II. p. 202. lin. 45. Definit in verbis, μέγιςόν ἐςι σημεῖον τοῦ διὰ τέτυς πεισθέντας αὐτὺς ...... quae incidunt ibid. pag. 208. lin. 21.

XXII. pag. 189. *Epistolae quaedam prorsus anepigraphae*, quas post diuturnam mentis fluctuationem, earumque diligentem lectionem tandem divinando comperimus ad Maximum Planudem pertinere; sunt autem XXIII. quarum prima, initio mutila, incipit a verbis ...... κ̀ νικῶ λέγων, κ̀ καθ' ὁμολογίαν πάντων κρατῶ, κ. λ. Vltima vero in fine imperfecta desinit in verbis, κ̀ οὓς γεννήματα ἐχιδνῶν ὠνόμαζε, τέτυς .... Habentur Maximi Planudis Epistolae, usque ad numerum CXXI. inferius in Cod. XXII. huius Plutei, ubi singularum initia proferimus: quas vero exhibet hic noster Codex, eae sunt, quae inibi a nona usque ad trigesimam primam inclusive describuntur.

XXIII. pag. 205. *Georgii Cyprii Epistolae V.* ex pluribus fortasse, quae olim in Codice habebantur, nunc superstites, & quidem omnes anepigraphae. Prima inc. Οὐδ' ὁ τὸν βίον ἀπολιπών.

II. Χρυσοκομπᾶς τις ςρατιώτης.

III. Ἔςαι μὲν ἀληθῶς κρίσις τῷ Θεῷ.

IV. Πανευτυχέςατε σεβαςοκράτορ.

V. Εἰκοςὴν εἶχεν ὁ Δεκέμβριος.

Huius Georgii Cyprii Epistolas CXCI. cum auctoris Encomio, inter eius Opera inedita recenset Fabricius B. G. Vol. VI. pag. 605. singularum vero inscriptiones, & initia diligentissime profert Lambecius Commentar. Biblioth. Caesar. Vindob. Tom. VIII. pag. 511. seqq. ubi nostras reperies sub numeris CXXVIII. CXXIX. CXXX. CXXXI. & CXXXII. Nomina etiam eorum, ad quos scriptae sunt, ac numerum videre est in cit. Vitae edit. pag. XXVII. seqq. ubi ait editor: *Lambecius & Nesselius in Cod. Vindob. epistolas numerant tantum CXCI. Multo plures in aliis adservari bibliothecis adnotat Casimirus Oudinus*. Ac revera ipsemet Rubeus CCXV. enumerat.

XXIV. pag. 213. *Aristidis Panathenaica Oratio* cum scholiis marginalibus in primis undecim (1) tantum paginis; nam reliqua ferme omnia recentiori manu suppleta sunt. Oratio inc. Νόμος ἐςὶ τοῖς Ἕλλησι παλαιὸς, κ. λ. Des. ἧς περ καὶ ὁ λόγος ϗ ἡ πόλις. Scholia vero inc. Νόμος ἐςὶ τοῖς Ἕλλησιν. Ἐπειδή τινας τῶν νόμων ἴσμεν διὰ τὸ ληρῶδες τοῦ χρόνου ἐκβαλλομένους, τέτυ χάριν προσέθηκε τὸ ἔςι, δεικνὺς, ὡς κ̀ τὴν ἐκ τῦ χρόνου μαρτυρίαν ἔσχεν ὁ νόμος, κ. λ. Scholiastem Ms. Graecum in hanc Orationem laudat Fulvius Vrsinus ad Simonidis fragmenta pag. 331. Vide Fabr. B. G. Vol. IV. pag. 380. Oratio exstat in nupera editione Oxoniensi T. I. p. 91. Scholia vero videntur diversa ab editis.

XXV. pag. 279. Εὐναπίου ἐκ τοῦ βιβλίου τοῦ ἐπιγεγραμμένου, Βίοι σοφιςῶν. *Eunapii ex Libro inscripto, Vitae sophistarum*, Libanii vita. Inc. Λιβάνιον Ἀντιοχεία μὲν ἤνεγκεν. Des. ἐπηρεία τύχης συμβάντων. Sophistarum Vitae, auctore Eunapio Sardiano, prodiere primum Graece e Ioannis Sambuci Pannonii Tirnaviensis bibliotheca Antuerp. typis Plantinianis MDLXVIII. 8. cum castigationibus ad calcem Hadriani Iunii, Hormani; deinde Graece & Latine emendatius ex duobus Mss. Palatinis, cura Hieronymi Commelini Heidelb. MDXCVI. 8. eaque editio recusa postmodum fuit Colon. Allobr. MDCXVI. in 8. Vide Fabric. Bibl. Graec. Vol. VI. pag. 232. ubi se novam ipsarum editionem, Mss. Medicei, Barberini, Remensis, Regii Parisiensis, duorumque Mediolanensium ope emendatiorem, daturum pollicetur. Fuit Eunapius iste religione Ethnicus, & Chrysanthio, qui consobrinam eius Meliten habuit uxorem, praeceptore usus, Rhetor, & Medicus; nam & matutinas horas aliis arte rhetorica imbuendis aliquandiu impendisse, & medicae artis peritum fuisse patet ex ipsius verbis in Chrysanthio pag. 153. & 156. Huic praeterea Tetrabiblon suam inscripsit Oribasius Medicus, λογιώτατον appellans. Vide plura de hoc apud Fabric. loc. cit.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saec. XV. diversis manibus exaratus, ac pluribus in locis manu Saec. XVI. suppletus. Constat foliis scriptis 280. cuius quidem recensio quot fuerit difficultatibus obsita, vix credibile est:

(1) Montfauc. ait *tredecim*, quod falsum est.

eſt: Operum enim, quae in eo continentur, pleraque anepigrapha, alia ob crebras Codicis mutilationes etiam acephala, alia denique ſuo loco mota, & huc inſerta, ſuis quaeque auctoribus vindicare, non mediocris patientiae fuit, ac laboris: & niſi qui ſedulo operi manum imponat, rei difficultatem perſuadere ſibi ſatis queat. Ipſius Montfauconii diligentiam, ac ἐμπειρίαν in evolvendis veterum membranis non vulgarem multa ex hoc Codice effugerunt: de iis enim, quae recenſuimus in paragraphis X. XII. XVI. XVII. XX. XXI. & XXII. ne verbum quidem in eius Catalogo occurrit: ex Phalaridis praeterea Epiſtolis, novem priores, utpote anepigraphas omiſit, quum ipſarum initium ab octogeſima tertia fecerit *Melitenſibus* inſcripta, quae eſt decima in Codice.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΕΡΓΑ ΔΙΑΦΟΡΑ.

PLVTARCHI OPERA VARIA.

COD. IV. I. pag. 1. ΠΟ'τερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, τὰ χερσαῖα, ἢ τὰ ἐνύδρια. *Terreſtria ne, an aquatilia animalia ſint callidiora.* In edit. cit. Tom. II. pag. 959. (per errorem 459.)

II. pag. 21. Τοῦ αὐτοῦ ἑπτὰ σοφῶν συμπόσιον. *Eiuſdem ſeptem Sapientum Convivium.* Ibid. pag. 146.

III. pag. 35. Τοῦ αὐτοῦ περὶ παίδων ἀγωγῆς, *Eiuſdem de liberis educandis.* Ibid. p. 1.

IV. pag. 46. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀρετῆς ϗ κακίας. *Eiuſdem de virtute, & vitio.* Ibid. pag. 100.

V. pag. 47. Τοῦ αὐτοῦ, πῶς τις ὑπ᾽ ἐχθρῶν ὠφελοῖτο. *Eiuſdem de utilitate ex inimicis capienda.* Ibid. pag. 86.

VI. pag. 52. *b.* Τοῦ αὐτοῦ, πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν. *Eiuſdem, quomodo adoleſcens poëtas audire debeat.* Ibid. p. 14.

VII. pag. 69. *Eiuſdem, quomodo poſſit adulator ab amico internoſci.* Ibid. p. 48.

VIII. pag. 90. Τοῦ αὐτοῦ, περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως. *Eiuſdem, qua quis ratione ſeipſum citra invidiam laudare poſſit.* Ibid. pag. 539.

IX. pag. 97. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀοργησίας λόγος. *Eiuſdem de cohibenda ira dialogus.* Ibid. pag. 452.

X pag. 106. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ πολυπραγμοσύνης λόγος. *Eiuſdem de curioſitate liber.* Ib. pag. 515.

XI. pag. 113. Τοῦ αὐτοῦ περὶ εὐθυμίας. *Eiuſdem de animi tranquillitate.* Ibid. pag. 464.

XII. pag. 124. Τοῦ αὐτοῦ περὶ δυσωπίας. *Eiuſdem de vitioſo pudore.* Ibid. pag. 528.

XIII. pag. 131. Τȣ̃ αὐτοῦ περὶ φιλαδελφίας. *Eiuſdem de fraterno amore.* Ibid. p. 478.

XIV. pag. 143. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀδολεσχίας. *Eiuſdem de garrulitate.* Ibid. p. 502.

XV. pag. 155. Τοῦ αὐτοῦ περὶ τȣ̃ ἀκούειν. *Eiuſdem de auditione.* Ibid. pag. 37.

XVI. pag. 164. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ πολυφιλίας. *Eiuſdem de amicorum multitudine.* Ibid. pag. 93.

XVII. pag. 168. Τοῦ αὐτοῦ περὶ φιλοπλουτίας. *Eiuſdem de divitiarum cupiditate.* Ibid. pag. 523.

XVIII. pag. 172. *b.* Πότερον ψυχῆς, ἢ σώματος ἐπιθυμία ϗ λύπη; *Vtrum ſit animae, an corporis adfectio concupiſcentia, & maeror.* Inc. Η' μὲν πρόθεσις περὶ ἐπιθυμίας γέγονε καὶ λύπης. Deſ. περὶ τὰς ἡδονὰς ἀμβλὺ ταῖς ἐπιθυμίαις ϗ δυσκίνητον. Neque huius, neque ſequentis Opuſculi titulus, aut initium occurrit in cit. Plutarchi Operum edit.

XIX. pag. 175. *b.* Εἰ μέρος τὸ παθητικὸν τοῦ ἀνθρώπου ψυχῆς, ἢ δύναμις; *Vtrum, quod eſt in homine paſſionibus obnoxium, ſit animae pars, an potentia.* Inc. Περὶ τῆς παθητικῆς καὶ ἀλόγου ζωῆς, πότερα μέρος ἐςὶ τῆς ἀνθρώπȣ ψυχῆς, κ. λ. Deſinit imperfecte in verbis: ἐνδίδωσι γὰρ ἅπασα δύναμις τινὰ ἀφ᾽ αὐτῆς ἀπόρροιαν τῷ . . . . . tum duo folia vacua relicta ſunt.

XX. pag. 178. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν ὑπὸ τȣ̃ θείȣ βραδέως τιμωρȣμένων. *Eiuſdem de his, qui ſero a numine puniuntur.* Ibid. p. 548.

XXI. pag. 196. Τοῦ αὐτοῦ, πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ᾽ ἀρετῇ. *Eiuſdem, quomodo quis ſuos in virtute paranda ſentire poſſit profectus.* Ibid. pag. 75.

XXII. pag. 206. Τοῦ αὐτοῦ, πότερον ὕδωρ, ἢ πῦρ χρησιμώτερον. *Eiuſdem, aqua ne, an ignis ſit utilior.* Ibid. pag. 955.

XXIII. pag. 209. Τοῦ αὐτοῦ, περὶ τοῦ τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι. *Eiuſdem, quod bruta animalia ratione utantur.* Ibid. pag. 985.

XXIV. p. 217. Sequuntur Τοῦ αὐτοῦ παράλληλα, *Eiuſdem Parallela*, ac primo quidem Φιλοποίμην, *Philopoemenis vita.* Cit. edit. Tom. I. pag. 356.

XXV. pag. 229. Τίτος. *Titi vita.* Ibid. p. 369.

XXVI. pag. 242. *b.* Πελοπίδας. *Pelopidae vita.* Ibid. pag. 277.

XXVII. pag. 262. Μάρκελλος. *Marcelli vita.* Ibid. pag. 298.

XXVIII. pag. 282. Α'λέξανδρος. *Alexandri vita.* Ibid. pag. 664.

XXIX. pag. 323. Καῖσαρ. *Caeſaris vita.* Ib. pag. 707.

Cod. Graec. chartac. Ms. in 4. Saec. XV. cum aliquot Angeli Politiani notulis. Conſtat foliis ſcriptis 357.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΕΡΓΑ ΔΙΑΦΟΡΑ.

PLVTARCHI OPERA VARIA.

I. pag. 1. P*Lutarchi, quomodo quis ſuos in virtute paranda ſentire queat profectus.* Exſtat cit. edit. T. II. pag. 75. COD. V.

II. pag. 9. *Eiuſdem, de his qui ſero a numine puniuntur.* Ibid. p. 458.

III. pag. 26. *Eiuſdem de utilitate ex inimicis capienda.* Ibid. pag. 86.

IV. pag. 52. *Eiusdem, quomodo deceat adolescentem audire poëmata*. Ibid. p. 14.

V. pag. 46. *Eiusdem, quomodo possit adulator ab amico internosci*. Ib. p. 48.

VI. pag. 69. *Eiusdem, de ratione, qua quis se ipsum citra invidiam laudare possit*. Ibid. pag. 539.

VII. pag. 76. *Eiusdem de cohibenda ira*. Ibid. pag. 452.

VIII. pag. 85. *Eiusdem de curiositate*. Ibid. pag. 515.

IX. pag. 91. *b. Eiusdem de animi tranquillitate*. Ibid. pag. 464.

X. pag. 102. *b. Eiusdem de vitioso pudore*. Ibid. pag. 528.

XI. pag. 109. *b. Eiusdem de fraterno amore*. Ibid. pag. 478.

XII. pag. 122. *Eiusdem de garrulitate*. Ib. pag. 502.

XIII. pag. 133. *b. Eiusdem de auditione*. Ibid. pag. 37.

XIV. pag. 144. *b. Eiusdem de multitudine amicorum*. Ibid. p. 93.

XV. pag. 148. *Eiusdem de cupiditate divitiarum*. Ibid. pag. 523.

XVI. pag. 152. *b. Eiusdem de fortuna*. Ib. pag. 97.

XVII. pag. 155. *Eiusdem, animi ne, an corporis adfectiones sint peiores*. Ibid. pag. 500.

XVIII. pag. 157. *Eiusdem, utrum aqua, an ignis utilior*. Ibid. pag. 955.

XIX. p. 160. *Eiusdem de superstitione*. Ibid. pag. 164.

XX. pag. 167. Τοῦ αὐτοῦ περὶ Φυγῆς. *Eiusdem de exsilio*. Ibid. pag. 599.

XXI. pag. 176. *b.* Τοῦ αὐτοῦ Γάλβας. *Eiusdem Galbae vita*. Tom. I. pag. 1053.

XXII. pag. 190. Τοῦ αὐτοῦ Ὄθων. *Eiusdem Othonis vita*. Ibid. pag. 1066.

Codex Graec. chartac. Ms. in 4. Saec. XIV. cuius duae primae, & ultimae quinque paginae alia manu suppletae sunt. Constat foliis scriptis 198.

ΜΟΣΧΟΠΟΥΛΟΥ ΣΥΛΛΟΓΗ ΟΝΟΜΑΤΩΝ ΑΤΤΙΚΩΝ.

MOSCHOPVLI COLLECTIO NOMINVM ATTICORVM.

Ac praeterea

Alia eiusmodi Thomae Magistri Collectio.

COD. VI. I. pag. 1. ΤΩν ὀνομάτων Ἀττικῶν συλλογὴ ἐκλεγεῖσα ἀπὸ τῆς τεχνολογίας τῶν εἰκόνων τοῦ Φιλοστράτου, ἣν ἐξέδοτο ὁ σοφώτατος κύριος Μανουὴλ ὁ Μοσχόπουλος, καὶ ἀπὸ τῶν βιβλίων τῶν ποιητῶν· συνετέθη δὲ ἐνταῦθα κατὰ στοιχεῖον. *Nominum Atticorum Collectio ex Technologia Imaginum Philostrati, quam edidit sapientissimus D. Manuel Moschopulus, & ex libris poëtarum: heic vero disposita est iuxta litterarum ordinem*. Inc. Τὸ α μόριόν ποτε μὲν δηλοῖ στέρησιν, κ. λ. Des. οἷον, ὡς ὄφελόν γε καὶ σὲ τῇ κακοδοξίᾳ νενεκρωμένον. Hanc syllogen primus in calce sui lexici, cum Phrynicho, Thoma Magistro & Ammonio iam antea vulgatis, edidit in lucem Franc. Asulanus Venet. apud Aldum MDXXIV. fol. postea Parisiis recudit Michaël Vascosanus MDXXXII. 8. Fuit autem Moschopulus hic Byzantinus, Moschopuli Cretensis fratris filius, Thoma Magistro paullo iunior, & circa tempora captae Constantinopolis clarus, atque una cum aliis Graecis extorribus in Italiam profugus.

II. pag. 134. Ὀνομάτων καὶ ῥημάτων Ἀττικῶν ἐκλογὴ, οἷς οἱ δοκιμώτατοι χρῶνται τῶν παλαιῶν, καί τινες αὐτῶν παρασημειώσεις καὶ διαφοραὶ πρὸς ἄλληλα, ἐκλεγεῖσα παρὰ τοῦ κυρίου Θωμᾶ τοῦ Μαγίστρου. *Nominum ac verborum Atticorum selectio, quibus veterum probatissimi utuntur, & quaedam ipsorum adnotationes & differentiae ad invicem, collecta a D. Thoma Magistro*, & ordine litterarum disposita. Inc. Αἰχμάλωτον ποιῶ, καὶ αἰχμάλωτος γίνομαι, Ἀττικοὶ λέγουσιν. Des. ποτὲ δὲ ἀντὶ τοῦ ως μόνον, μηδεμίαν τοῦ αν δύναμιν ἔχοντος. Edita primum cum Phrynicho a Zacharia Calliergo Romae MDXVII. tum Venetiis, & Parisiis, ut mox innuimus; novissime vero, cura Nicolai Blancardi emendatius & auctius Franequerae MDCXC. 8. Vide de hoc Thoma Magistro Fabric. B. G. Vol. IV. pag. 526. seq. In fine legitur: Ἐπληρώθη ἡ παροῦσα βίβλος τῇ κδ' τοῦ Ἰουνίου μηνὸς τῆς ιβ' ἰνδ. διὰ χειρὸς ἐμοῦ Μανουὴλ τοῦ Τζαμμίας. *Absolutus est hic liber die XXIV. mensis Iunii, ind. XII. manu mei Manuelis Tzammiae* (1).

Codex Graec. chartaceus Ms. in 8. Saec. XV. Constat foliis scriptis 309.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

PLVTARCHI APOPHTHEGMATA.

Ac praeterea

Eiusdem alia Opera.

I. pag. 1. IN prima Codicis pagina Francisci Philelphi, viri celeberrimi, gentilitia stemmata occurrunt; mox litteris grandioribus insequens legitur titulus: Πλουτάρχου βασιλέων ἀποφθέγματα, καὶ ἡγεμόνων, καὶ νομοθετῶν, καὶ αὐτοκρατόρων, καὶ τῶν ἄλλων ἀνδρῶν τῶν ἐνδοξοτάτων. *Plutarchi Apophthegmata Regum, & Ducum, & Legislatorum, & Imperatorum, & aliorum virorum celeberrimorum* ad Traianum. Cit. edit. T. II. pag. 172. COD. VII.

II. pag. 40. *Eiusdem Apophthegmata Laconica*. Ibid. pag. 208.

III. pag. 77. *Eiusdem de Romanorum fortuna*. Ibid. pag. 316.

IV. pag. 88. *b. Eiusdem, aqua ne, an ignis utilior*. Ibid. pag. 955.

V. pag. 93. Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν ἐκλελοιπότων

(1) Non huius meminit Scriptoris Montfauc. in Palaeogr. Graeca.

των χρηστηρίων. *Eiusdem de oraculorum defectu*. Ibid. pag. 409.

VI. pag. 123. *Eiusdem, quod bruta animalia ratione utantur*. Ibid. pag. 985.

VII. p. 131. *Eiusdem, utrum animalia terrestria, an aquatilia sint callidiora*. Ibid. p. 959.

VIII. p. 159. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ Ὁμήρου. *Eiusdem de Homero*, sive *Homeri vita*, Plutarcho vulgo tributa, quae cum Homero Florentinae editionis A. MCCCCLXXXVIII. & alibi saepius edita est, at in Plutarchi editionibus plerisque hactenus desiderata, de qua vide Fabricium Bibl. Graec. Lib. II. Cap. I. §. IV. In fine rubris litteris adnotatum est scriptoris nomen in hunc modum:

Ἤθων ἐστὶ τέλος Πλουτάρχου σώφρονος ὧδε,
Ὅνπερ Ἀθηναίοις γεγραφὼς Ἀντώνιός ἐστι,
Φραγκίσκου δ' ἀναλώμασι σπουδῇ τε Φιλέλφου.

Ἐτελειώθη ἐν Σήνῃ τῇ τῆς Τυῤῥηνίας ἔτει ἀπὸ Χριστοῦ γεννήσεως ,αυλς΄. Φεβ. α΄.

Moralium heic finis est libri Plutarchi sapientis;
Qui Atheniensium commodo hunc scripsit, est Antonius (1),
Sumtibus autem & hortatu Francisci Philelphi.

Absolutus est Senis, Provinciae Etruriae, anno a Christi ortu MCCCCXXXVI. *Kal. Februar.*

Cod. Graec. membr. Ms. in 4. Saec. XV. nitidissimus. Constat foliis scriptis 205.

ΣΧΕΔΟΙ ΤΟΥ ΜΟΣΧΟΠΟΥΛΟΥ.

SCHEDAE MOSCHOPVLI.

Ac praeterea

Aristidis Panathenaica Oratio.

COD. VIII. I. pag. 1. Ἀρχὴ τοῦ πρώτου σχέδους, ὅπερ διωρθώθη παρὰ τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Μοσχοπούλου. *Initium primae schedae, quae correcta est a sapientissimo & eloquentissimo D. Manuele Moschopulo*. Intellige vero schedas Grammaticas, seu brevia exempla Graecanicae constructionis a D. Manuele Moschopulo proposita cum amplis eiusdem in eadem meditationibus. Inc. Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, κ. λ. Des. τὸ δεύτερον ὠκτίσω, τὸ τρίτον ὠκτίσατο. Idem omnino Opus cum illo, quod recensuimus in Codice VII. Plut. LV. §. IV. paucis tantummodo exceptis in fine. Notandum in hoc Codice paullo ante finem huius Grammaticae unum folium deesse, nimirum inter pag. 94. & 95.

II. pag. 96. *b. Aristidis Rhetoris Panathenaica Oratio*, ut in Cod. III. huius Plut. §. XXIV.

Cod. Graecus bombycinus Ms. in 8. Saec. XV. Constat foliis 147.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΕΡΓΑ ΔΙΑΦΟΡΑ.

PLVTARCHI OPERA VARIA.

Plutarchi Opuscula LXXXXII. cura & emendatione Demetrii Ducae impressa, quibus praemittuntur Aldi Pii Manutii Romani Epistola Latina ad Iacobum Antiquarium Perusinum, quae ita clauditur: *Libuit heic subiungere bendecasyllabos, quos, quum veni ad te Mediolanum, lusisti extempore, prae summo gaudio adventus nostri, ut faciant & hi fidem mutui amoris nostri.* COD. IX.

Aldus venit en, Aldus ecce venit
Nostrum sinciput, occiputque nostrum,
Mel, sal, lac quoque, corculumque solus,
Graios altera, & altera Latinos
Qui apprendendo manu, reduxit omnes
In verum modo limitem, superbos
Victores superans Olympiorum.
Nunc, nunc, o iuvenes, ubique in Vrbe
Flores spargite; vere namque primo
Aldus venit en, Aldus ecce venit.

Accedit Index Graecus Plutarchi Operum, Hieronymi Alexandri Graecum Epigramma in laudem editionis, & Demetrii Ducae Graeca ad studiosos praefatio.

In fine: *Venetiis in aedibus Aldi & Andreae Asulani soceri. Mense Martio. M. D. IX.*

Cod. Graecus chartac. impressus in fol. Constat paginis 1050.

ΠΑΥΣΑΝΙΑΣ.

PAVSANIAS.

Continentur in hoc Codice Παυσανίου Ἑλλάδος περιηγήσεως, *Pausaniae Graeciae descriptionis* Libri X. cum notis in margine. Prima pagina ab illuminatore elegantissime picta, numismata antiqua, & alia egregia exhibet ornamenta, ac prae reliquis militaria tropaea. Puerulus alatus, ac nudus stemma possessoris sustinet, quod & in infima paginae ora rursus exhibetur. Singulorum etiam Librorum initiales litterae elegantissima pictura ornatae sunt. Nullam habuit de nostris Pausaniae Codicibus notitiam Ioachimus Kuhnius, qui suam editionem Pausaniae, quae Lipsiae prodiit A. MDCXCVI. in fol. ipsorum ope adornare plurimum potuisset. COD. X.

Cod. Graec. membr. Ms. in fol. Saec. XV. Constat foliis scriptis 290.

ΠΑΥΣΑΝΙΑΣ.

PAVSANIAS.

Eadem nimirum *Graeciae Descriptio*, auctore Pausania, quae in praecedenti continebatur Volumine, cum notis itidem marginalibus, ac litteris initialibus, auro variisque coloribus elegantissime expressis. In prima COD. XI.

(1) Alterum Codicem ab eodem scriptore exaratum, cuius meminit Montfauc. Palaeogr. Graec. pag. 79. & 94. habemus infra Pl. LXIX.

ma pagina, floribus, fructibus, & volatilibus plurimum exornata, ipsius Pausaniae, ut mihi videtur, effigies inspicitur: in ipsius autem calce stemma possessoris quod inerat abrasum est. Clauditur Codex sequenti amanuensis subscriptione: Μετεγράφη τὸ παρὸν βιβλίον ἐν Ῥώμῃ διὰ χειρὸς ἐμοῦ Ἰωάννου πρεσβυτέρου Ῥώσου τοῦ Κρητὸς, ἔτει ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γενέσεως χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ὀγδοηκοστῷ πέμπτῳ, ἰνδικτιῶνος τρίτης, μηνὸς Σεπτεμβρίου δεκάτῃ. *Transcriptus est praesens liber Romae manu mea Ioannis presbyteri Rhosi Cretensis, anno a Christo nato millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, indictione tertia, die X. mensis Sept.*

Codex Graec. membr. Ms. in fol. Saec. XV. nitidissimus. Constat foliis scriptis 282.

ΠΟΛΥΔΕΥΚΟΥΣ ΟΝΟΜΑΣΤΙΚΟΝ.

POLLVCIS ONOMASTICVM.

COD. XII. HAbetur in hoc Codice *Pollucis Onomasticum*, Libris X. distinctum, cui praecedit Auctoris Epistola ad Commodum Imp. inde Capitum Libri primi Index, qui & aliis singulis praemittitur.

Cod. Graec. papyrac. Ms. in 4. Saec. XV. optime servatus, ac eleganter scriptus. Constat foliis scriptis 187.

ΓΝΩΜΩΝ ΕΚΛΟΓΑΙ ΣΥΛΛΕΓΕΙΣΑΙ ΥΠΟ ΙΩ. ΜΟΝΑΖΟΝΤΟΣ.

SENTENTIARVM ELECTIONES COLLECTAE A IO. MONACHO.

COD. XIII. I. pag. 1. ΓΝωμῶν ἐκλογαὶ συλλεγεῖσαι ὑπὸ Ἰωάννου μονάζοντος, τοῦ καὶ Γεωργίδη. *Sententiarum Eclogae, collectae ab Ioanne monacho, qui & Georgides dictus*, versibus iambicis. Inc.

Ἀρχῆς καλῆς κάλλιστόν ἐστι καὶ τέλος.
Ἢ καπνὸν, ἢ ὄνειρον, ἢ ἄνθος κλόης.

Des.

Ὡς οὐδὲν εἶναι τὸν βίον διαγράφω.

Memoratur hoc Georgidae Opusculum ab Allatio in Diatriba de Georgiis apud Fabric. in calce Vol. X. Bibl. Graec. pag. 817.

II. pag. 2. Λέξεις Ῥωμαϊκαὶ διάφοροι ἑρμηνευόμεναι κατὰ ἀλφάβητον. *Romanarum dictionum diversarum interpretatio Graeca iuxta alphabetum*. Inc. Ἀνναλίων, ληγάτων, αἰτήσεων. Ἄκτος, πρᾶξις, ὑπόμνημα. Des. Φύργη, ἡ περὶ τῆς κλοπῆς ἀμιγ . . .

III. pag. 4. *b.* Λέξεις Ῥωμαϊκαὶ ἑπόμεναι ταῖς ἄλλαις. *Dictiones Latinae aliis subsequentes.* Inc. Ἡμφάκτουμ, ἀγωγὴ ἡ ἁρμόζουσα κατὰ τῶν κλήρων. Des. Φοδεράτοι, ὑπόσπονδοι. Πάτρων, προϊστάμενος.

IV. pag. 7. Occurrunt Quaestiones quaedam theologicae cum suis responsionibus, auctore Anonymo, quorum heic titulos, ut in Codice iacent subiecimus:

I. Πόθεν γέγονεν ἡ ἀσάφεια τῆς παλαιᾶς διαθήκης.

II. Πόσαι παραδόσεις εἰσὶ τῆς θείας γραφῆς, εἴτουν ἀπὸ τοῦ Ἑβραϊκοῦ εἰς τὸ Ἑλληνικὸν ἑρμηνεῖαι. καὶ τίνες οἱ ταύτην ἑρμηνεύσαντες. Haec Quaestio eadem ferme est, paucis mutatis, cum illa, quam innuimus in Cod. III. Plut. VI. §. II. Catalogi pag. 87.

III. Ποσάκις καὶ πόθεν ἐπορθήθησαν οἱ Ἰουδαῖοι.

IV. Ἀρεταὶ ψυχῆς εἰσιν ιη.

V. Ἀρεταὶ σώματος.

VI. Τρεῖς δικαιοσύνας οἱ τὰ θεῖα σοφοὶ λέγουσιν εἶναι.

VII. Τρία θελήματα ἐπὶ Θεοῦ χρὴ ὑπολαμβάνειν.

VIII Ἐὰν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτόν.

IX. Τί ἐστι τὸ ἐπὶ Ἐλισαίου εἰρημένον, ποῦ ὁ θεὸς ἀφφῶ (sic).

X. Περὶ τῶν κτισμάτων τοῦ Θεοῦ.

XI. Περὶ τῶν ἐτῶν ἀπὸ κτίσεως κόσμου μέχρι τῆς δεῦρο (sic).

XII. Ποῦ ἐγράφη τὰ δ' εὐαγγέλια, καὶ τίνος ἀντίτυπα ἐγένοντο.

XIII. Ἡ δεκάλογος, ἣν ἐδέξατο ὁ Μωσῆς.

XIV. Ἑρμηνεία τῆς δεκαλόγου.

V. pag. 10. *b.* Ἀπορίαι καὶ λύσεις, ἃς ἡρμήνευσεν ὁ ὑψηλόνους Γρηγόριος κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν. *Dubia, & solutiones, quas interpretatus est sapientissimus Gregorius per interrogationem & responsionem*. Prima est, Τί Θεὸς, καὶ κατὰ τί Θεὸς, κ. λ. Vltima quaestio est: Καὶ τί ἴδιον αὐτῆς; (nempe θεότητος) Resp. αἱ ἑκάστου προσώπου ἰδιότητες.

VI. pag. 12. Εὐσεβίου ἐκ τῶν χρονικῶν. *Eusebii ex Chronicis* Excerptum de adventu D. N. I. C. secundum carnem. Inc. Μετὰ γὰρ τὸ πληρωθῆναι, κ. λ.

VII. pag. ead. Περὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυρίου ἐκ τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων. *De apparitione* (sive adventu) *Domini ex Constitutionibus Apostolicis* Excerptum. Inc. Ἐτέχθη μὲν γὰρ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, κ. λ. Des. ἀνελήφθη δὲ πηχῶν τρίτῃ, ὥρᾳ θ' τῆς ἡμέρας.

VIII. pag. ead. *b.* Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν αὐτῶν, *Eiusdem ex iisdem*, aliud Excerptum. Inc. Τούτων δὲ οὕτως εἰρημένων τῶν ἀναγκαιοτάτων ἐστὶν ἐπισημάνασθαι. Des. αἱ παρ' αὐτῶν εὑρίσκονται ψῆφοι.

IX. pag. 13. *b.* Ἀθανασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας διαίρεσις εἰς τοὺς ψαλμοὺς πρὸς Καισάριον μοναχόν· μετεγράφη δὲ κατ' ἐπιτομήν. *Athanasii Archiepiscopi Alexandrini divisio in Psalmos ad Caesarium monachum; transcripta autem est in compendium* (1). Inc. Πᾶσα μὲν ἡ θεία γραφὴ διδάσκαλός ἐστιν ἀρετῆς, κ. λ. Sequuntur deinde alia Capita, quorum tituli sunt:

Περὶ τοῦ κατασφραγίσαι.

Πε-

(1) Excerpta videtur ex Epistola S. Athanasii Arch. Alexandrini ad Marcellinum Oper. edit. Paris. A. MDCXCIII. Tom. II. pag 982.

Περὶ τῶν κατηχεμένων.
Περὶ τῆς προσκομιδῆς.
Περὶ τοῦ εἰλητϋ.

Desinit in quibusdam brevibus quaestionibus, & responsionibus, quarum postrema est: Καὶ τί ἐςιν ἄνθρωπος; Responsio des. ὀςεόμενον ὄργανον κατάσκοπον βίε, γῆς ἀπάντημα.

X. pag. 16. Ἱππολύτε περὶ τῶν ιβ' ἀποςόλων, πῦ ἕκαςος αὐτῶν ἐκήρυξεν, κ͵ ποῦ ἐτελειώθη. *Hippolyti de XII. Apostolis, ubi singuli ipsorum praedicarunt, & ubi mortui sunt*. Primus Petrus. Inc. Πέτρος μὲν ἐν Πόντῳ καὶ Γαλατίᾳ κ͵ Καππαδοκίᾳ, κ. λ. Vltimus Paullus. Des. ἐν Ῥώμῃ τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς θάπτεται ἐκεῖ. Quid simile exstat etiam in Codice XXXII. Plut. IV. §. III. Dorotheo Tyri Episcopo tributum, Catalogi nostri pag. 553.

XI. pag. ead. *b*. Capita quaedam sententiarum ex SS. Patribus, Scriptura, & aliis auctoribus externis, quorum primum est Περὶ βίε ἀρετῆς κ͵ κακίας, *De vitae virtute & malitia*. Incipit a S. Basilio: Ὥσπερ γὰρ τῷ πυρὶ αὐτομάτως ἕπεται τὸ φωτίζειν, κ. λ. Desinunt in Capite Περὶ γυναικῶν, *De mulieribus*.

XII. pag. 19. Quaestiones quaedam *de rebus Ecclesiasticis* una cum suis responsionibus. Tituli quaestionum sunt:

Τί ἐςιν ἐκκλησία.
Τί ἐςι τράπεζα.
Τί ἐςι θυσιαςήριον.
Τί ἐςι κιβώριον.
Τί ἐςι βῆμα.
Περὶ καγγέλλων.
Περὶ κοσμίτε.
Περὶ ἄμβωνος.
Περὶ ἀνατολῆς.
Περὶ γονυκλισίας.
Περὶ ςεφάνε.
Τί ἐςι ςολὴ ἱερέως.
Διὰ τί εἰσιν οἱ ἱερεῖς ἀπεζωσμένοι.
Περὶ τῦ τιμίου ἄρτε.
Περὶ τῆς λόγχης.
Περὶ τοῦ οἴνε κ͵ τῦ ὕδατος.
Περὶ ἀντιφωνῶν.
Περὶ εἰσόδε τοῦ εὐαγγελίου.
Περὶ τρισαγίου ὕμνε.
Περὶ τῦ συνθρόνε.
Περὶ τῦ καθίσαι.
Περὶ τοῦ προκειμένε.
Περὶ τοῦ ἀποςόλε.
Περὶ τῦ ἀλληλέϊα.
Περὶ τοῦ θυμιατηρίου.
Περὶ τοῦ εὐαγγελίε.
Περὶ τῶν δ' εὐαγγελίων.
Περὶ τῦ χερεβικῦ (scil. ὕμνε.)
Περὶ τοῦ δίσκε.
Περὶ τοῦ δισκοκαλύμματος.
Περὶ τοῦ ἁγίε ποτηρίε.
Περὶ τοῦ καταπετάσματος.
Περὶ τῶν ῥιπιδίων, κ͵ διακόνων.
Περὶ τῆς ἁγίας δωρεᾶς.
Περὶ τοῦ ὕδατος.
Τῦ ἁγίε Μαξίμε, τίνος τύπον κ͵ εἰκόνα ἔχει ἡ καθολικὴ ἐκκλησία.
Περὶ τῦ ἀμήν.
Περὶ τοῦ σημαντηρίου.
Περὶ τοῦ ἐπικεκυφῶς ποιεῖν τὴν ἱερέαν (sic).
Περὶ τῶν κεκοιμημένων ἀδελφῶν ἡμῶν.
Περὶ τῦ ἁγίε βαπτίσματος. Quae quidem Capita propter paginas praepostere collocatas confusa mirum in modum sunt.

XIII. pag. 31. Brevissimum Excerptum continens librorum sacrae Scripturae cum veteris, tum novi Testamenti enumerationem.

XIV. pag. ead. *b*. Κανόνες τῆς ἁγίας κ͵ οἰκεμενικῆς α' συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ. *Canones sanctae & oecumenicae primae Synodi Nicaenae*, numero XXXII. Primus Περὶ Ἀκεσίε ἐπισκόπου τῶν Ναυατιανῶν, κ͵ τῶν σὺν αὐτῷ, *De Acesio Episcopo Navatianorum, & iis qui cum illo erant*, inc. Κινεῖ δὲ ἡμᾶς ἡ τῦ βασιλέως πίςις κ͵ ἑτέρε πράγματος ἐπιμνησθῆναι. Vltimus Περὶ τοῦ ἀνοσίε Μελετίε, *De impio Meletio*, des. ἅπερ περὶ τῆς τύτε νεωτεροποιΐας ἐνομοθέτησεν. Exstant in Magna Conciliorum Collectione Albriziana Tom. II. pag. 238.

XV. pag. 35. Sequuntur varia *Opuscula Iuridico-Canonica*. Primum Capitibus LXXXVII. comprehensum, & ex Iustiniani Constitutionibus excerptum, idem est cum illo, cuius notitiam dedimus Cod. VIII. Plut. IX. Catalogi nostri pag. 402. §. LVI. quem vide, & habetur etiam in Bibl. Taurin. Catalogi Part. I. pag. 96. Cod. XXVI. ubi singulorum Capitum elenchus adfertur. In nostro tamen Codice Collectoris nomen (Theodori scilicet Balsamonis) reticetur.

XVI. pag. 46. *Tractatus alter Iuridico-Canonicus*, Capitibus constans XXV. quibus totidem Imperatorum Constitutiones ad res Ecclesiasticas pertinentes continentur. Idem pariter est cum illo, qui habetur in Codice X. Plut. X. Catalogi nostri pag. 478. §. VII. ubi singularum Constitutionum titulos, initium, ac finem protulimus. Exstat etiam in memorato Codice XXVI. Bibl. Taurin. loc. cit. p. 104. seqq. Subiicitur heic alia Constitutio *contra lascivientes, & iurantes per capillos, vel per caput Dei. & alia similia*, quam innuimus etiam in dicto Cod. VIII. Plut. IX. Catalogi nostri pag. 400. §. XXXVIII.

XVII. pag. 70. *Collectio expositorum in Codice, Digestis, & Novellis Constitutionibus de Episcopis, Clericis, Monachis, rebus sacris, atque etiam de Iudaeis & Haereticis*, qualis exhibetur etiam in memorato Codice X. Plut. X. loc. cit. pag. 480. §. VII (corr. VIII.) sed in hoc valde mutila, & propter male compactum Codicem, mirum in modum confusa. Ex Titulorum itaque elencho, qui in dicto Codice sunt tredecim, heic tres tantummodo priores supersunt, quorum primus est Περὶ τῆς ἀνωτάτω Τριάδος, κ. λ. Collectio vero ipsa incipit pag. 71. a verbis: τοῖς νομοθετηθεῖσιν ἐν τῷ τελευταίῳ κεφαλαίῳ τῆς με διατάξεως, κ. λ. quae in dicto Codice incidunt in pag. 300. *b*. & pertinent ad Titulum III. Desinit in verbis: τῆς τὰ προγονικὰ συγγενικὰ διατυπώσεως. Finis est diversus.

XVIII. p. 88. *b*. *Heraclii Imperatoris Constitutio-*

tiones III. ad Sergium Patriarcham Constantinopolitanum, quarum prima *de Episcopis, Clericis, & Monachis, ubi conveniri debeant*, & secunda *de numero Clericorum Constantinopolitanae Ecclesiae*, habentur in dicto Codice X. §. IX. & X. (corr. X. & XI.) tertia vero anepigrapha, quae in illo desideratur, inc. Καὶ τὰ καλῶς τοῖς ἀνθρώποις πολλάκις ἐπινενοῆσθαι δοκοῦντα. Des. εἴτε καὶ λανθάνειν ὀφείλοντα τοὺς πολλούς. Tum rubris characteribus: Ἐξεδόθη τῇ η' καλανδῶν Μαΐων ἐν Κωνσταντινουπόλει βασιλευόντων τῶν εὐσεβεστάτων καὶ αἰωνίων αὐγούστων Ἡρακλείου ἔτους θ'. καὶ μετὰ τὴν ὑπατείαν αὐτοῦ ἔτους η'. καὶ Ἡρακλείου τοῦ νέου Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ ἔτους ζ'. ἰνδικτιῶνος ζ'. Exstat Tomo I. Iuris Graeco-Rom. p. 81. Iustell. Biblioth. Canonic. p. 1371.

XIX. pag. 92. *Orationes quaedam Ecclesiasticae Latinae, Graecis characteribus expressae, & tabula Paschatis & aliorum dierum festorum Ecclesiae ab anno* 6985. (Christi MCCCCLXXVII.) *indict. X.* (1) *usque ad annum* 6994. (Christi MCCCCLXXXVI.) *indict. IV.* Haec omnia diversa manu sunt exarata.

XX. pag. 94. Vltimo tandem loco legitur *Collectio Legalis e Digestis, Institutis & Novellis*, Titulis XXIII. comprehensa, quorum praecedit Index. Primus est Περὶ νόμου δικαιοσύνης. Vltimus Περὶ ὅρου καὶ διαθέσεως γάμου. Collectio inc. Τῆς νομικῆς μεγαλοφυοῦς δικαιοσύνης τὸ μέγεθος. Des. εἰ τις δὲ ἔκλεψεν αὐτὴν, ὑπόκειται τῇ κλοπῇ.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saec. XV. cuius paginae octo a num. 61. ad 69. sunt membranaceae & manus antiquioris. Constat foliis scriptis 111.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΛΟΓΟΣ ΑΝΤΙΡΡΗΤΙΚΟΣ.

NICEPHORI SERMO CONTRADICTORIUS.

Seu potius

Nicephori Gregorae in Palamiticum Tomum Libri X. antirrhetici, & ex eiusdem Historia Byzantina Excerpta quaedam.

COD. XIV. I. pag. 1. Antirrheticorum *Primus* ita inscribitur: Τοῦ φιλοσόφου κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Γρηγορᾶ λόγος ἀντιρρητικὸς πρῶτος κατὰ τοῦ Παλαμικοῦ τόμου. Ὁ δὲ τοὺς δεσμοφύλακας ἐνταῦθα λαθὼν, καὶ εἰσελθὼν, καὶ διαλεγόμενος αὐτῷ Ἀγαθάγγελος, τῶν πάλαι φοιτητῶν καὶ συνήθων ἐστὶν εἷς, περὶ οὗ πλατύτερον εἴρηται ἐν τῷ κδ' λόγῳ τῆς καθολικῆς ἱστορίας αὐτοῦ (2). *Philosophi Domini Nicephori Gregorae Sermo antirrheticus primus contra Palamiticum Tomum. Qui vero carceris custodes fallit, & ingressus cum eo loquitur, Agathangelus est, unus ex suis discipulis, ac familiaribus, de quo latius dictum est in eiusdem universalis Historiae Libro XXIV.* Inc. Ὡς ἄσμενος ἀσμένοις ἥκεις ἀρτίως ὁ φίλος τοῖς φίλοις ἡμῖν, ὦ καλὲ Ἀγαθάγγελε. Des. κεκυρῶσθαι ψῆφον τοῦ ἀθλοθέτου θεοῦ.

II. pag. 13. *b.* Τοῦ αὐτοῦ λόγος ἀντιρρητικὸς κατὰ τοῦ Παλαμικοῦ τόμου β'. *Eiusdem Sermo antirrheticus II. adversus Palamiticum Tomum.* Inc. Ἀλλὰ γὰρ ἐπειδήπερ ἱκανή. Des. κἂν ἐν τριάδι κηρύσσηται.

III. pag. 31. *b.* Τοῦ αὐτοῦ λόγος ἀντιρρητικὸς κατὰ τοῦ Παλαμικοῦ τόμου γ'. *Eiusdem Sermo III. antirrheticus adversus Palamiticum Tomum.* Inc. Ἀλλὰ γὰρ ἐπιλείψει με χρόνου διάστημα. Des. ὅπερ ἄτοπον.

IV. pag. 47. Τοῦ αὐτοῦ ἀντιρρητικὸς κατὰ τοῦ Παλαμικοῦ τόμου δ'. *Eiusdem antirrheticus Sermo IV. adversus Palamiticum Tomum.* Inc. Καὶ τί δεῖ πολλάκις εἰρηκόσι τὰ αὐτά. Des. σύνθεσιν λέγειν ἐκβιασθήσεσθε.

V. pag. 64. *b.* Τοῦ αὐτοῦ ἀντιρρητικὸς ε' κατὰ τοῦ Παλαμικοῦ τόμου. *Eiusdem antirrheticus Sermo V. adversus Palamiticum Tomum.* Inc. Ἐμὲ δ' ἐκεῖνο. Des. λέγεσθαι.

VI. pag. 76. Τοῦ αὐτοῦ λόγος ἀντιρρητικὸς ς' κατὰ τοῦ Παλαμικοῦ τόμου. *Eiusdem Sermo antirrheticus VI. adversus Palamiticum Tomum*, & quidem in alios quatuor subdivisus, nimirum I. inc. Ἀλλὰ γὰρ οὕτω. Des. καὶ λατρείαν.

II. pag. 88. *b.* titulum habet: Τοῦ αὐτοῦ ἕτεροι δογματικοὶ καὶ ἀντιρρητικοὶ λόγοι κατὰ τῶν δυσσεβῶν τοῦ Παλαμᾶ δογμάτων, διαλαμβάνοντες καὶ περὶ ἄλλων μὲν, μάλιστα δὲ περὶ τοῦ ἐν Θαβωρίῳ τῷ ὄρει φανέντος πάλαι φωτὸς, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λαμπρὰν μεταμόρφωσιν. *Eiusdem alii dogmatici & antirrhetici Sermones contra impia Palamae dogmata, in quibus agitur de aliis quidem rebus, praecipue vero de lumine, quod olim in monte Thabor apparuit, post claram Servatoris nostri Transfigurationem.* Inc. Εἶεν, ὦ φίλων ἄριστε Πρωταγόρα. Des. ἕκαστα τὰ ἑξῆς.

III. pag. 95. *b.* Τοῦ αὐτοῦ λόγος περὶ τοῦ αὐτοῦ φωτὸς, καὶ κατὰ τῶν τοῦ Παλαμᾶ. *Eiusdem de eodem lumine Sermo, & contra Palamae dogmata.* Inc. Πρῶτον μέν. Des. ἀφλιώτερον.

IV. p. 106. Τοῦ αὐτοῦ λόγος δ' περὶ τοῦ αὐτοῦ φωτὸς, καὶ κατὰ τῶν τοῦ Παλαμᾶ δογμάτων. *Eiusdem Sermo IV. de eodem lumine, & contra Palamae dogmata.* Inc. Περὶ μὲν οὖν τῆς ὁρατῆς. Des. καταλίποιτο στάδιον.

VII. pag. 118. Τοῦ αὐτοῦ λόγος ἀντιρρητικὸς ζ' κατὰ τοῦ Παλαμικοῦ καὶ παρανόμου τόμου. *Eiusdem Sermo antirrheticus VII. adversus Palamiticum & iniustum Tomum.* Inc. Ἐγὼ δὲ πολλά. Des. διαπεφοίτηκεν.

VIII. pag. 130. *b.* Τοῦ αὐτοῦ ἀντιρρητικὸς λόγος η' κατὰ τοῦ Παλαμικοῦ τόμου. *Eiusdem antirrheticus Sermo VIII. adversus Palamiticum Tomum.* Inc. Ἀλλ' ὁ μὲν περί. Des. ἡγοῦμαί σοι ταυτί.

IX. pag. 139. *b.* Τοῦ αὐτοῦ λόγος ἀντιρρητικὸς ἔνατος κατὰ τοῦ Παλαμικοῦ τόμου. *Eiusdem Sermo antirrheticus IX. adversus Palamiticum Tomum.* Inc. Περὶ μὲν οὖν κινήσεων. Des. ἐπελθεῖν.

X. pag.

(1) Male Montfaucon. ait *indict. prima*
(2) In Colvilliano quoque Catalogo idem hic titulus habetur, a Fabric. relatus B. G. Vol. VI. pag. 302.

X. pag. 151. *b.* Τοῦ αὐτοῦ ἀντιῤῥητικὸς λόγος ι΄ κατὰ τοῦ Παλαμικοῦ τόμου. *Eiusdem antirrheticus Sermo X. adversus Palamiticum Tomum*. Inc. Νῦν δ' ἐφ' ἕτερα ἡμᾶς ὁ λόγος. Des. τὴν εὐσέβειαν. Scripsit igitur Nicephorus Gregoras in Tomum Palamiticum Libros X. antirrheticos in forma dialogi anno Christi MCCCLIII. quos statim post promulgatum Tomum minatus erat se editurum, ut ex his Agathangeli verbis (eius Hist. Lib. XXV.) constat: πρὸς ἀπειλῆς ἀνήνεγκας σχῆμα λόγοις ἀντιῤῥητικοῖς καταλύειν τὸν τόμον, ὃν αὐτοὶ νεωστὶ καὶ λάθρα συνθεῖναι τετολμήκεσαν (1). In hos vero Libros Philotheus Patriarcha alios XII. Libros edidit, qui exstant in Bibliotheca Regia num. 1996.

XI. pag. 161. Νικηφόρου τοῦ Γρηγορᾶ ἐκ τῆς β΄ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας αὐτοῦ. *Nicephori Gregorae ex secunda Romanae ipsius Historiae Parte* excerpti Libri, quorum primus est λόγος ἕβδομος τοῦ δευτέρου βιβλίου, τῆς ὅλης ἱστορίας ιη΄. *Liber VII. secundae Partis, generalis vero historiae Liber XVIII.* (2). Inc. Ἄλλα μὲν οὖν ἴσθι ἄν τινος ἦν. Des. κατάστασιν. Ante titulum vero huius primi Libri monitum amanuensis legitur: Δεῖ γινώσκειν, ὡς οὐ κατὰ συνέχειαν εἰσὶν οἱ λόγοι ἐγράφησαν, ἀλλὰ παρενβολαί τινες, ὅσαι μάλιστα περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς διειλήφασιν ὑποθέσεως, καὶ τούτων δ' αὖ μερικαί. *Sciendum est, non continuate exscriptos fuisse hosce libros, sed excerpta quaedam, quae praecipue de Ecclesiastico tractant argumento, & ex his etiam partes quasdam.*

XII. pag. 172. *b.* Τοῦ αὐτοῦ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας λόγος ὄγδοος. *Eiusdem Romanae historiae Liber VIII.* in marg. vero adiicitur: Τῆς ὅλης ἱστορίας αὐτοῦ λόγος ιθ΄. *Generalis eius Historiae Liber XIX.* quod & sequentibus usque ad Librum XV. inclusive, servata numerorum serie, adiectum est. Inc. Ἐκείνῳ μὲν οὖν. Des. ἐγκαινίζεσθαι.

XIII. pag. 187. *b.* Τοῦ αὐτοῦ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας λόγος θ΄. *Eiusdem Romanae historiae Lib. X.* Inc. Πολλῶν δ' ἐπιῤῥεόντων. Des. τῆς ψυχῆς.

XIV. pag. 202. Τοῦ αὐτοῦ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας λόγος ι΄. *Eiusdem Romanae historiae Liber X.* Inc. Καὶ ταῦτα μέν. Des. κατὰ τῶν εὐσεβούντων διαβολῆς εἶεν.

XV. pag. 214. *b.* Τοῦ αὐτοῦ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας λόγος ἑνδέκατος. *Eiusdem Romanae historiae Lib. XI.* Inc. τούτων δ' ὅμως ἐχόντων. Des. ὁμοίως αὐτῷ βλασφημοῦντας.

XVI. pag. 228. *b.* Τοῦ αὐτοῦ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας λόγος ιβ΄. *Eiusdem Romanae historiae Lib. XII.* Inc. Ἀλλ' ἡμεῖς. Des. ἐν βραχεῖ.

XVII. pag. 239. *b.* Τοῦ αὐτοῦ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας λόγος τρισκαιδέκατος. *Eiusdem Romanae historiae Liber XIII.* Inc. Ἐμοὶ δ' ὃ κἂν τοῖς πρόσθεν. Des. τῶν νοῦν εἶεν.

XVIII. pag. 249. Τοῦ αὐτοῦ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας λόγος ιδ΄. *Eiusdem Romanae historiae Liber XIV.* Inc. Ἐμοὶ δὲ καὶ προσωτέρω προάγειν. Des. διηγήματα.

XIX. pag. 258. Τοῦ αὐτοῦ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας λόγος ιε΄. *Eiusdem Romanae historiae Lib. XV.* Inc. Περὶ μὲν οὖν δή. Des. εὐσεβέσιν ὅροις. In fine ex intricatissimis litteris haec eruere potuimus. Εἰς αυξδ' μηνὶ Ὀκτωβρίῳ ις΄. *Anno MCCCCLXIV. mense Octobri, die XVI.* Ἐγὼ ὁ πα.... Γεώργιος ὁ Τριβίζιος ἔδωκά σοι τῷ κυρίῳ Ἀντωνίῳ μεταμιλοι (ita videtur) τόδε τὸ βιβλίον τὸ παρὸν, ἐνέχυρον διὰ ὑπερ.... ἑπτὰ τὰ ὁποῖα παρέλαβον παρά σου· ἀπέδωκα καὶ παρέλαβον. *Ego Pa.... Georgius Tribizius dedi tibi Domino Antonio Metamili hunc praesentem librum*, tamquam *pignus, pro septem hyperperis, quotquot a te accepi: dedi, & accepi.*

XX. pag. 266. Τοῦ αὐτοῦ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας λόγος κη΄. *Eiusdem Romanae historiae Liber XXVIII.* Inc. Ἄρτι δὲ τοῦ χρόνου. Des. μηθ' ὁμιλεῖν ἔχοντες.

XXI. p. 278. *b.* Τοῦ αὐτοῦ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας λόγος κθ΄. *Eiusdem Romanae Historiae Liber XXIX.* Inc. Ἄρτι δὲ τοῦ ἡλίου. Des. καινόν τινα καὶ τερατώδη τρόπον. Haec tamen totius Libri postrema non esse, inde patet, quod immediate sequatur novi Capitis titulus hoc pacto: Ὅτι ὁ βασιλεὺς Καντακουζηνὸς σὺν τριήρεσιν ὁπλισάμενος ἕνδεκα πορεύεται κατὰ τοῦ γαμβροῦ Παλαιολόγου πρὸς Τένεδον τὴν νῆσον. In quo desinit etiam Codex: sciendum est enim Capitum titulos, seu rerum notabilium summas, aliquando in margine, aliquando in ipso contextu, rubris litteris exaratas exhiberi.

Cod. Graec. chartac. Ms. in 4. Saec. XV. Constat foliis scriptis 282.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΑΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑΤΑ.

PLVTARCHI APOMNEMONEVMATA.

Ac praeterea

Galeni Opera quaedam.

I. pag. 1. Πλούταρχος Τραϊανῷ τῷ βασιλεῖ Ἀποφθεγμάτων βιβλίον. COD. XV.
Plutarchus ad Traianum Imp. Liber Apophthegmatum (3). Cit. edit. Tom. II. pag. 172.

II. pag. 141. Γαληνοῦ, ὅτι ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν αἱ τῆς ψυχῆς δυνάμεις ἕπονται. *Galeni Liber, quod animi mores sequuntur corporis temperamenta.* Inc. Ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν. Des. τοιοῦτοι δ' Ἀθήνησιν ὀλίγοι. Exstat inter eius Opera Gr. Lat. Parisiensis edit. A. MDCLXXIX. curante Renato Charterio Tom. V. pag. 444.

III. pag. 206. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ εἰδῶν φιλοσοφίας. *Eiusdem de speciebus Philosophiae.* Inc. Εἰς θεωρητικὸν καὶ πρακτικόν. Desinit imperfecte in verbis, ἐμέτρουν τὴν γῆν καὶ ἐσ.... Inter Operum Galeni inscriptiones a Fabricio per ordinem alphabeti digestas B. Graec. Vol.

V

(1) De his antirrheticis Libris vide Boivinum in Gregorae Vita.

(2) Ex hoc ipso Libro incipiunt eiusdem Romanae Historiae selecta, quae habentur in Codice Vaticano, de quo Fabric. loc. mox cit. pag. 301. n. 4. & pag. 320. ubi etiam de variis illius editionibus.

(3) Alibi inscribitur: Ἀποφθέγματα βασιλέων καὶ στρατηγῶν, κ. λ.

Vol. III. pag. 528. seqq. hic titulus non apparet.

Cod. Graec. membr. Ms. in 12. Saec. XV. cum notulis in margine rubris litteris exaratis. Constat foliis scriptis 223.

ΔΙΑΛΕΚΤΟΙ ΤΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ.

DIALECTI METROPOLITAE.

Seu potius

Georgii Metropolitae Corinthi, Herodiani, Tryphonis, & Heliae quaedam Grammatica.

COD. XVI. I. pag. 1. Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῶν διαλέκτων παρεκβληθεισῶν ὑπὸ τοῦ τιμιωτάτου μητροπολίτου Κορίνθου. *Incipiunt auspice Deo Dialecti decerpti a maxime venerabili Metropolita Corinthi*, Georgio, sive Gregorio, cognomento Pardo. Inc. Ἰδού σοι καὶ τὰς διαλέκτους ἐγχειρίζω, κ. λ. Des. τὸ κατὰ ψυχὴν ἐξίστασθαι, ἢ τὸ μαίνεσθαι. In hoc opere phrases bene multae, multaque vocabula dialectis singulis, Atticae, Doricae, Ionicae, & Aeolicae propria exponuntur. Asserit vero in praefatione Auctor, & Tryphonem Grammaticum, & Ioannem Philoponum, aliosque complures in hoc genere elaborasse, at neminem satis exposuisse, quae ad singulas dialectos pertinerent. Habes etiam supra pag. 279. §. IX. licet in fine diversum. Clauditur autem sequenti amanuensis subscriptione barbare & analphabete exarata: Ἐτελειώθησαν οἱ παρόντες (sic) διάλεκτοι ἐν μηνὶ Νοεμβρίῳ, ἡμέρᾳ δ' τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἐν ὥρᾳ ιη'. ἡμέρᾳ δ' διὰ χειρὸς Νικολάου Ἀντωνίου Πιννέλλα τῆς πόλεως κομητάτου σαλεντιάνου καλουμένης διὰ χάριτος Θεοῦ & Ἰωάννου Ἀντωνίου πρίνκιπος Ταραντίνου, ἅμα σαλέντους & Λυππίας κόμητος. ἔγραψα τὰς παρούσας διαλέκτους ἐτῶν ἀπὸ κόσμου κτίσεως ,ςϡνθ' συντρεχόντων, ἰνδ. ιέ ἐυτυχέστης. *Absolutae sunt praesentes dialecti mense Novembri, die IV. eiusdem mensis, hora XVIII. feria IV. manu Nicolai Antonii Pinnella civitatis Comitatus Salentini dictae, gratia Dei, & Ioannis Antonii Principis Tarentini, & Comitis Tentisnorum* (1), *& Lyppiae, anno a creatione mundi* 6959. (Christi MCCCCLI.) *indictione XV.*

II. p. 33. Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῶν περὶ Ἡρωδιανοῦ σχημάτων. *Incipiunt auspice Deo Herodiani schemata, seu figurae*. Inc. Σχῆμά ἐστιν ἐξάλλαξις φράσεως. Definit in figura, quae dicitur εἰκὼν, quae inc. Εἰκών ἐστι διαγραφὴ σώματος, κ. λ. Des. μελανόχροος, οὐλοκάρηνος. Inter Herodiani scripta deperdita reponi videtur a Fabric. B. G. Vol. VII. pag. 11.

III. pag. 48. Περὶ τρόπων Τρύφωνος. *Tryphonis de figuris*. Inc. Φράσις ἐστὶ λόγος ἐγκατάσκευος. Definit in figura quae dicitur Παροιμία, cuius ultima verba sunt, μήτε καὶ μέλι, μήτε μέλιττα.

IV. pag. 59. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ παθῶν τῶν ἐν λέξει. *Eiusdem de affectionibus dictionum*. Inc. Τὰ τῆς λέξεως πάθη, κ. λ. Des. τὰ γὰρ μονοσύλλαβα περισπᾶται. Idem Opus, in fine tamen diversum, vide supra pag. 279. §. VII.

V. pag. 62. *b.* Sequitur brevis tractatus Anonymi *de pedibus & metris versuum*. Inc. Πούς ἐστι μετρικὸν σύστημα συλλαβῶν, κ. λ. Fortasse eiusdem Tryphonis, quum & ipsum de metris scripsisse auctor sit Fabric. B. Gr. Vol. VII. p. 48. citans Codicem LXXI. Barocc. in Bibl. Bodleiana.

VI. pag. 64. Ἡλιοῦ ἐλαχίστου μοναχοῦ Χάρακος πρὸς Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ περὶ διαφόρων μέτρων. *Heliae minimi monachi Characis ad Ioannem fratrem suum de diversis metris*. Inc. Δέον ἐπίστασθαί σε, ὅτι τὸ ἰαμβικὸν μέτρον, κ. λ. Des. οἷον, Κάστορά θ' ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν πολυδεύκεα. Nihil de hoc Helia Charace apud Fabricium occurrit.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XV. propere, oscitanter & analphabete scriptus. Constat foliis 71.

ΜΟΣΧΟΠΟΥΛΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗ.

MOSCHOPVLI GRAMMATICE.

Ac praeterea

Anonymi Grammatica quaedam.

I. pag. 1. M*anuelis Moschopuli Rudimenta Grammaticae, quae dicuntur Schedae*, quae initio & fine penitus concordant cum illis, quae innuimus Codice VII. Plut. LV. §. IV. supra pag. 245. COD. XVII.

II. pag. 85. Sequuntur alia permulta Grammatica, auctore Anonymo, ac ferme eodem modo, ac Moschopuli schedae, disposita: nimirum aliqua primum sententia, vel locus auctoris vel prosa, vel versibus adfertur; tum analysis, sive orationis Grammatice examinandae ratio subiicitur. Inc. Τῆς αὐτῆς ἐστι δυσχερείας καὶ κτήσασθαί τι τῶν ἀγαθῶν οὐχ ὑπάρχον, κ. λ. Analysis vero in hanc sententiam initium est: Δυσχερείας ὄνομα θηλυκὸν, καὶ ἔστιν ἡ εὐθεῖα, ἡ δυσχέρεια, κ. λ.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XV. duplici, ut videtur, manu exaratus. Constat foliis scriptis 154.

ΠΛΗΘΩΝΟΣ ΕΡΓΑ ΔΙΑΦΟΡΑ.

PLETHONIS OPERA VARIA.

I. pag. 1. Πλήθωνος κατὰ Ἀριστοτέλους. *Plethonis adversus Aristotelem*. COD. XVIII. Acephalus est hic Tractatus, & incipit a verbis . . . . . ἡμῖν αἱρετὸν ἐστι. οὐ πολύ τι διάφορον λέγων τοῦ Ἐπικούρου, ὅς που ἡδονὴν τήν γε ψυχὴν τ' ἀγαθὸν τίθεται, κ. λ. Des. εἰδότας μέντοι, ὡς συχνὰ αὐτοῖς καὶ φαῦλα ἐγκαταμέμικται. Forte hoc Opus idem est cum illo, quod sub titulo *de Platonicae, atque Aristotelicae Philosophiae differentia* editum est Basileae

(1) Ita vertit Montfaucon. in suo Catalogo, qui tamen hanc subscriptionem adferre omisit in Palaeogr. Graec

leae MDLXXIV. in 4. per Georgium Chariandrum in Latinam linguam translatum, & Venetiis Graece apud Schotum cum Bernardini Donati Veronensis paraphrasi in 8. Graece etiam viderat lucem Parisiis MDXLI. in 8. cum eiusdem Bernardini Dialogo *de eodem argumento*. Ms. habetur etiam in bibliotheca Veneta, Augustana, Ambrosiana Mediolani, Bavarica &c. Hic Libellus oppugnatus fuit a Georgiis duobus, Scholario, & Trapezuntio, ut adnotat Fabric. in notis ad Leonis Allatii Diatribam de Georgiis Bibl. Graec. Vol. X. pag. 743.

II. pag. 13. Τοῦ αὐτοῦ περὶ εἱμαρμένης. *Eiusdem de Fato*. Inc. Πότερα ὥρισαί τε ϗ εἵμαρται ἅπαντα ϗ μέλλοντα. Des. ἱκανῶς εἰρήσθω. Habes Ms. & in aliis bibliothecis, ut Caesar. Vindob. Cod. Philosoph. CX. Catalogi Nessel. Part. IV. pag. 67. §. XVI. Augustana, Ambrosiana, SS. Apostolorum Neapoli, & in Reg. Paris. Cod. MDCCCCXCVI.

III. pag. 17. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀρετῶν. *Eiusdem de Virtutibus* Libellus. Inc. Α'ρετή ἐστιν ἕξις, καθ' ἣν ἀγαθοὶ ἐσμὲν, κ. λ. Des. πολιτεία, ὁσιότης, θεοσέβεια. Tum schematismus virtutum divisionem in genera ac species repraesentans subiicitur. Primus hunc Librum Graece & Latine edidit Adolphus Occo, medicus Augustanus, Basileae typis Ioannis Oporini MDLII. in 8. Tum Graece tantum ex Bibliotheca Ioannis Sambuci Gulielmus Canterus Antuerpiae typis Plantinianis MDLXXV. fol. Exstat Ms. & in biblioth. Regia Paris. Cod. MMVI.

IV. pag. 25. Α'ριστοτέλους περὶ ἀρετῶν. *Aristotelis de Virtutibus* Libellus. Inc. Ε'παινετὰ μὲν εἰσι τὰ καλά. Des. τῆς δὲ κακίας ἐστὶ τὰ ἐναντία ταύτῃ. ἅπαντα δὲ τὰ τῆς κακίας ϗ τὰ παρακολουθοῦντα αὐτῇ τῶν ψεγομένων ἐστίν. Inter Aristotelis Opera occurrit edit. Paris. Graec. Lat. A. MDCXIX. fol. Tom. II. pag. 291. ubi finis aliquantum diversus.

V. pag. 30. Τοῦ αὐτοῦ ὅρος ἀρετῶν ϗ κακιῶν ἀπὸ τῶν ἠθικῶν. *Eiusdem definitio virtutum, & vitiorum ex Moralibus*. Inc. Α'ρετή ἐστιν ἕξις προαιρετικὴ ἐν μεσότητι οὖσα, κ. λ. Des. ἕξεις ἄρα ϗ αἱ ἀρεταὶ, ϗ αἱ κακίαι, ϗ οὔτε πάθη, οὔτε δυνάμεις. Est Excerptum ex eius Operibus Ethicis.

VI. pag. 34. Πλήθωνος τῆς ἑαυτοῦ βίβλου ἐπινομίς. *Plethonis sui ipsius Libri Epilogus*, seu *Conclusio*. Inc. Α'ἱ μὲν οὖν τῆς βίβλου ἐν ἀρχῇ ἡμῖν προὐτέθη. Des. οὔτ' ἂν μείζω τῇ ἀληθείᾳ, οὔτ' ἂν καλλίω εἶναι. ἀλλ' ἡμεῖς . . . . Imperfectus libellus est, ac propterea ab eadem manu adscriptum est in margine: Ζητητέον τὰ ἐπιόντα, εἰ ϗ ἀνεύρετα. ἠφάνισαι γὰρ ὑπὸ Σχολαρίου, ὡς φασιν. *Quaerenda sunt quae sequuntur; licet a Scholario, uti dicunt, sublata, reperiri vix possint*. Pertractantur autem in hoc quaestiones metaphysicae de substantia nimirum, de Deo, de aeternitate, &c.

VII. pag. 41. Τοῦ αὐτοῦ κατὰ Σχολαρίου πρὸς τὰ ὑπὲρ Α'ριστοτέλους συγγράψαντος. *Eiusdem contra Scholarium pro Aristotele scribentem*, sive *Eiusdem responsio ad ea, quae in Aristotelis defensionem Scholarius obiecerat*. Inc. Ε'πεὶ τὸ βιβλίον τῶν κατ' Α'ριστοτέλους βλασφημιῶν ϗ εἰς ἡμᾶς ὀψὲ προῆλθεν. Ε'γὼ μὲν οὐκ ὀψὲ, ὥς γε σὺ φῄς, ἀλλ' ὅτε τὸ πρῶτον ᾐτήθην εὐθὺς ἔπεμψα, κ. λ. Des. ἡμῖν δέ σου τὰ τοιαῦτα, ἴσα καὶ κυνιδίου μελιταίου τινὸς ὑλακαῖς λελόγισαί τε ἤδη, ϗ αὖθις λογισθήσεται. Habetur Ms. haec Plethonis Responsio & in aliis bibliothecis, ut Caesarea Codice Philosophico LXXIV. Catalog. Nessel. Part. IV. pag. 43. §. I. Augustana, Altempsiana, Ambrosiana, Veneta &c. De hac controversia circa Platonicae, & Aristotelicae philosophiae differentiam aliquid attigimus supra pag. 275. Cod. XIII. Vid. Leonem Allatium in Diatriba de Georgiis, & eorum scriptis edit. Fabrician. in calce Vol. X. Bibl. Graec. pag. 747. ubi Libelli huius initium diversum est, quia Scholarii verba, quae in nostro Codice Plethonii verbis intermixta sunt, lineolis in margine appositis distincta, inibi omittuntur. De hac re consulere etiam iuvabit eruditam Boivini Diatribam insertam Tom. I. Memoriarum Academiae Regiae Inscriptionum &c. Paris. in 4. & Amstelod. MDCCXIX. in 12.

VIII. pag. 86. *b*. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸ ὑπὲρ Λατίνων τοῦ Νικαίας βιβλίον, ϗ τοῦ Νικαίας ἀπολογίαι· ϗ τοῦ αὐτοῦ Πλήθωνος ἐπὶ τῷ τέλει ἀντίῤῥησις. *Eiusdem adversus Librum Nicaeni pro Latinis, cum eiusdem Nicaeni responsionibus; & in fine ipsiusmet Plethonis contradictio*. Inc. Τὸ ὑπὲρ Λατίνων βιβλίον, τὸ ἐς ἡμᾶς ἧκον, ἄρχεται μὲν τοῦ τῇ σφετέρᾳ ἀμύνειν δόξῃ, κ. λ. Des. περὶ ὧν ἃ δοκεῖ τοῖς ἡμετέροις, σὴν ἔγωγε χάριν σιωπῶ. Vbi notandum Nicaeni apologias, seu responsiones ad marginem esse adscriptas. Vide quae de hoc Opusculo adnotat Leo Allatius in Diatriba de Georgiis edit. cit. pag. 755. §. XXIV. & Fabricii notam in calce paginae.

IX. pag. 93. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν βασιλέα Ε'μανουῆλον περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πραγμάτων. *Eiusdem ad Imperatorem Emanuelem de rebus Peloponnesiacis*. Inc. Θειότατε αὐτοκράτορ. Ο' μὲν πρὸς Ι'ταλῶν τοὺς ἐν Πελοποννήσῳ δυναστεύοντας, κ. λ. Des. ϗ τοῖς πᾶσι καλῶς ἕξουσαν ψῆφον ἐξενεγκεῖν.

X. pag. 104. *b*. Τοῦ αὐτοῦ συμβουλευτικὸς πρὸς τὸν δεσπότην Θεόδωρον περὶ τῆς Πελοποννήσου. *Eiusdem Oratio symbuleutica, seu suasoria ad despotam Theodorum de Peloponneso*. Inc. Καὶ ἐν πλοίῳ κυβερνήτην νενόμισται. Des. οὐδ' ὅγε Η'σίοδος φαύλως λέγοντι ἔοικεν,

Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει.

Hae duae Orationes cum Latina Gulielmi Canteri interpretatione prodierunt Antuerpiae ex officina Plantiniana MDLXXV. in fol. ad calcem Eclogarum Physicarum & Moralium Ioannis Stobaei.

XI. pag. 120. Τοῦ αὐτοῦ ἐπιτάφιος εἰς τὴν δεσποίνην Ε'λένην. (in margine vero correctum est Υ'πομονήν.) *Eiusdem Oratio funebris in obitu despinae Helenae*, seu *Hypomonis* Palaeologina. Inc. Τῇ τῶν ἡμετέρων βασιλέων ϗ ἡγεμόνων

νων μητρί. Des. δικαςῦ πεπιςευμένυ. Exstat Ms. etiam in Biblioth. Bodleiana, & Regia Paris. teste Fabric. B. Gr. Vol. X. pag. 745. in not.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. min. Saec. XV. exeuntis. Constat fol. scriptis 123.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΖΗΤΗΜΑΤΑ ΕΙΣ ΟΜΗΡΟΝ.

PORPHYRII QVAESTIONES IN HOMERVM.

Ac de Nympharum antro Commentarius.

COD. XIX. I. pag. 1. PORPHYRII *Homericae Quaestiones XXXII. ad Anatolium*, impressae in membrana sine loco, & anno in 8. quibus deest primus quaternio, scilicet tota signatura α. Omnium primus Andr. Asulanus edidit Venetiis MDXXI. 8. una cum eiusdem Porphyrii Libello de Antro Nympharum, de quo infra.

II. pag. 18. Τοῦ αὐτοῦ Πορφυρίυ περὶ τοῦ ἐν Ὀδυσσείᾳ τῶν νυμφῶν ἄντρυ. *Eiusdem Porphyrii de antro Nympharum*, (Odyss. XIII.) *allegorica, & philosophica commentatio*. Post edit. Venet. uterque Porphyrii Libellus subiunctus scholiis minoribus in Homerum, quae Didymo tribuuntur, prodiit Argentorati MDXXXIX. 8. ac deinde Basil. MDLI. 4. edente Ioachimo Camerario, & Iacobo Micyllo.

Cod. Graec. membr. impressus, initio mutilus. Constat foliis 30.

ΠΑΛΑΙΦΑΤΟΥ ΠΕΡΙ ΑΠΙΣΤΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ.

PALAEPHATI DE INCREDIBILIBVS HISTORIIS.

COD. XX. I. pag. 1. ΠΑλαιφάτυ περὶ ἀπίςων ἱςοριῶν. *Palaephati de incredibilibus historiis* Libellus. Inc. Τάδε περὶ ἀπίςων συγγέγραφα τῶν ἀνθρώπων. Des. ὁ δὲ λόγος ἐντεῦθεν ἐλέχθη ὕτως. Prodiit primum Graece cum Aesopi Fabulis &c. ex Aldi officina Venetiis MDV. fol. deinde seorsim Basileae apud Io. Oporinum, Parisiis, & alibi pluries. Integrum Palaephati Opus ad nos haud pervenisse, praeter Suidae testimonium, qui Palaephato huic libros quinque ἀπίςων tribuit, ostendunt etiam loca, quae ex Palaephato scriptores veteres adducunt, quaeque in hoc desiderantur, ac praeterea Codicum quorumdam Mss. tituli, qui ita habent: Ἐκ τῶν τοῦ Παλαιφάτυ περὶ τῶν ἱςοριῶν. Plura vide hac super re apud Fabric. B. G. Vol. I. pag. 137. seqq.

II. pag. 14. Εἰκόνες Φιλοςράτυ Λημνίυ. *Imagines Philostrati Lemnii* Libris II. Primus inc. Ὅς τις μὴ ἀσπάζεται. Alter des. ὅτι χρὴ σὺν ὥρᾳ γράφειν, ut in editione Paris. Fed. Morelli MDCVIII. fol. a pag. 730. ad 831. In fine leguntur versiculi:

Λημνίυ ἑξήκοντα ϗ ἓξ λάχον εἰκόνες ὧδε.
Τέρμα· Θεῷ δὲ μέλοι χ' ὥτε πονῶν ϗ ἔχων.

Lemnii sex & sexaginta Imagines heic habuerunt Finem: Deo autem sit curae & qui laborat, & qui possidet.

III. pag. 71. Φυρνέτυ θεωρία περὶ τῆς τῶν Θεῶν φύσεως. *Phornuti theoria de natura Deorum*. Inc. Οὐρανὸς, ὦ παιδίον, περιέχει κύκλῳ τὴν γῆν ϗ τὴν θάλατταν. Des. τῶν πόνων καὶ τῶν φροντίδων. Graece primus edidit Aldus cum Palaephato, de quo supra, Aesopi Fabulis &c. qui in titulo quidem Libri Φυρνέτυ, in calce vero Κυρνέτυ nomine illum appellat.

IV. pag. 105. Ἐκφράσεις Καλλιςράτυ. *Callistrati Descriptiones*. Prima εἰς σάτυρον, ὃς ἦν χωρίῳ, ἔνθα ἤσκητο, *In Satyrum eo loci stantem, ubi exercitationes fiebant*, inc. Ἄντρον ἦν τι περὶ Θήβας τὰς Αἰγυπτίας. Vltima εἰς ἄγαλμα Ἀθάμαντος, *In statuam Athamantis*, des. ϗ κυμαίνειν διδαχθείσης. In cit. edit. a pag. 864. ad 883.

Codex Graec. chartac. Ms. in 4. minori, Saec. XV. Constat foliis scriptis 116.

ΝΕΜΕΣΙΟΥ ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΛΟΓΟΣ ΚΕΦΑΛΑΙΩΔΗΣ.

NEMESII DE NATVRA HOMINIS ORATIO PER CAPITA.

TItulus interior fere consimilis ita habet: COD. XXI. Νεμεσίυ ἐπισκόπυ Ἐμέσης περὶ φύσεως ἀνθρώπυ λόγος κεφαλαιώδης. *Nemesii Episcopi Emeseni de Natura hominis Liber in Capita* (XLI.) *divisus*. Caput I. inc. Τὸν ἄνθρωπον ἐκ ψυχῆς νοερᾶς. Vltimum, quod inscribitur, Διὰ ποίαν αἰτίαν αὐτεξέσιοι γεγόναμεν, des. τὰ αὐτὰ παρὰ πᾶσιν. Hic Tractatus in fine longior occurrit in aliis huius Biblioth. Codicibus, nimirum Cod. II. & XXXV. Plut. VII. (in nostro Graecorum Patrum Catalogo pag. 202. §. LXII. & pag. 298. §. XXV.) licet in ipsorum primo pauciores Capitum sectiones appareant. Vide quae de hoc egregio Opere clar. Fabricius tradit B. G. Vol. VII. p. 550. quaeque nos adnotavimus in cit. pag. 202. Praeter editiones inibi a nobis memoratas, exstat etiam Graece & Latine in Auctario Ducaeano Bibl. Patrum Paris. MDCXXIV. Tom. II. p. 466.

Cod. Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XV. Constat foliis scriptis 87. In fine rubris litteris legitur: *Mi costò il detto libretto dal Magnifico m. Zuan Griti 2. scudi d'oro con un rologio die 24. Maggio 1563. el qual gliè coppiado dal Monastier de Sancto Saba tis lauras de Hierusalem Amen.*

ΜΑΞΙΜΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

MAXIMI EPISTOLAE.

Et alia eiusdem Opuscula.

I. pag. 1. ἘΠιςολαὶ τοῦ σοφωτάτυ ϗ λογιωτάτυ Μαξίμου μοναχοῦ τῦ Πλανέ- COD. XXII.

νύδη. *Epistolae sapientissimi & eloquentissimi monachi Maximi Planudis*, CXXI. quae quum editae nondum sint, earum initia primum servato ordine, quo iacent in Codice, ac deinde per alphabetum digesta exhibentur.

I. inscribitur: Τῷ Αὐτοκράτορι.
Inc. Ἐπῄνεσα τὸ μέχρι τῦδε σιγᾷν.
II. Τῷ τοῦ Αὐτοκράτορος αὐταδέλφῳ.
Ἐμάχετο παρ' ἐμοὶ τῶν τῆς σῆς βασιλείας, κ. λ.
III. Τῷ Φακρασῇ ὄντι Λογοθέτῃ τῶν Ἀγελῶν.
Καλῶς ποιεῖς ἐπαινῶν με.
IV. Τῷ αὐτῷ.
Ἐγὼ μὲν οἶμαί σε, φίλη κεφαλή.
V. Τῷ Ὀρφανοτρόφῳ κυρίῳ Λέοντι τῷ Βαρδαλῇ.
Πολλὰ πρὸς πολλῦς.
VI. Τῷ Κανικλείῳ.
Εἴ τι τῦτο χείριςόν ἐςιν.
VII. Τῷ Φακρασῇ.
Τὰ παρ' ἐμοῦ πρός σε γράμματα.
VIII. Τῷ αὐτῷ.
Φιλῶ σου τὴν περὶ τὰ κρείττω σπυδήν.
IX. Τῷ Ἀδριανυπόλεως.
Οὕτω πολὺ παρ' ἐμοὶ τὸ βύλεσθαι.
X. Τῷ Βαρδαλῇ.
Εἰ δὲ βύλει γελᾷν, κ̀ διατριβὴν, κ. λ.
XI. Τῷ Φακρασῇ κ̀ Λογοθέτῃ τῶν Ἀγελῶν.
Οὐ τῷ βύλεσθαι πρότερος γράμματα.
XII. Τῷ αὐτῷ.
Ἆρ' εἴ τις Εὐριπίδην οἴεται ποιητήν.
XIII. Τῷ αὐτῷ.
Ἄνδρα δυνάμενον πενίαν ἐνεγκεῖν.
XIV. Τῷ αὐτῷ.
Ἐπιτροχάδην, εἰ οἷόν τ' εἰπεῖν.
XV. Τῷ αὐτῷ.
Ἐγὼ δεδοικὼς μή τις ἐξ ἡμῶν.
XVI. Anepigrapha.
Ἀλλ' ὐδὲ τῦ παναρέτυ γράφοντος.
XVII. Anepigrapha.
Τί βύλει σοι ἐπιςείλω.
XVIII. Anepigrapha.
Καὶ ἐδεξάμην σου τὴν ἐπιςολήν.
XIX. Τῷ Φακρασῇ.
Οὐκ ἴσον, ὐκ ἴσον ὑπὲρ ἄλλων.
XX. Τῷ Βαρδαλῇ κυρίῳ Ἰωάννῃ.
Σὺ δὲ φίλτατε δοκῶν παίζειν.
XXI. Τῷ αὐτῷ.
Ἔοικε τὰ πρώην ἐπιςαλέντα σοι.
XXII. Τῷ Παλαιολόγῳ κυρίῳ Ἀνδρονίκῳ.
Ἀλλ' εἰ μὴ κατόπιν ἑορτῆς.
XXIII. Τῷ Λογοθέτῃ τῦ δρόμυ τῷ Γλυκεῖ.
Ἐγὼ πανταχόθεν τὺς ἐμαυτοῦ λογισμύς.
XXIV. Τῷ μεγάλῳ Παπίᾳ.
Καὶ ἐξορμώμενόν σε πρὸς τὴν ἡγεμονίαν.
XXV. Γρηγορίῳ πρεσβυτέρῳ μονάζοντι, τῷ αὐτοῦ ὁμιλητῇ.
Ὑπὲρ μακροῦ μακρὰ γράφειν ὐ δεῖ.
XXVI. Τῷ αὐτῷ.
Πολλὰ κ̀ περὶ πολλῶν λέγειν ἔχων.
XXVII. Τῷ αὐτῷ.
Μήτε πολλῶν πεμπομένων σοι.
XXVIII. Τῷ Ξανθοπύλῳ κυρίῳ Θεοδώρῳ.
Οὐκῦν ἐπειδὴ τὴν τῶν ἐπιγραμμάτων.
XXIX. Τῷ Σγυροπύλῳ Δημητρίῳ.
Ἡδέως ἐμοὶ κ̀ κατ' εὐχήν.
XXX. Τῷ Ζαρίδῃ κυρίῳ Ἰωάννῃ.
Ἐπεμψάμην ἂν σοι μὴ ἐπιςείλαντι.
XXXI. Τῷ Αὐτωρειανῷ ἐξισωτῇ ὄντι τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων.
Ὅσῳ πονηρὸν κ̀ τῇ ψυχῇ ἐπιζήμιον.
XXXII. Τῷ Ὀρφανοτρόφῳ.
Ἐπειδή σε καλῶς κρίνων ὁ κραταιός.
XXXIII. Τῷ Βρυεννίῳ.
Εἴ τί σοι παλαιᾶς φιλίας ἐμπύρευμα.
XXXIV. Anepigrapha.
Γράμμασιν οἱ φιλοῦντες τοῖς ἀπῦσιν ὁμιλῦσι.
XXXV. Anepigrapha.
Ἔχεις ἤδη τὴν βίβλον, κ̀ θᾶττον, κ. λ.
XXXVI. Τῷ Παλαιολόγῳ κυρίῳ Ἀνδρονίκῳ.
Ἔδει μὲν μὴ γράφειν πρὸς τὸν μὴ γράφοντα.
XXXVII. Τῷ αὐτῷ.
Δαιμόνιε, τὸ δὲ μὴ γράφειν σε.
XXXVIII. Anepigrapha.
Μόλις ὁ δεῖνα τῆς εἱρκτῆς ἀνεθείς.
XXXIX. Τῷ Ζαρίδῃ κυρίῳ Ἰωάννῃ.
Καὶ τάχος ἐπαγγειλάμενος ἐπανήκειν.
XL. Τῷ δεσπότῃ.
Ἔδει μὴ μέχρι πολλοῦ με.
XLI. Τῷ Παλαιολόγῳ κυρίῳ Ἀνδρονίκῳ.
Τὸν Ἀνδρόνικον ὐ μικρῦ τῷ μέσῳ.
XLII. Τῷ Ζαρίδῃ κυρίῳ Ἰωάννῃ.
Οὕτω σοι δοκῶ τῶν σῶν ἐπιλήσμων.
XLIII. Τῷ δεσπότῃ.
Οὐκ ἄρα μόνος ἀνθρώπων αὐτός.
XLIV. Anepigrapha.
Εὐφρόσυνος εὖ ποιεῖν ἄλλους.
XLV. Anepigrapha.
Ἕως πνοὴ παρ' ἐμοὶ, κ̀ μνήμη.
XLVI. Τῷ Βέκκῳ κυρίῳ Γεωργίῳ.
Ἐμισήθη τοπαλαιὸν κ̀ διαφερόντως.
XLVII. Anepigrapha.
Σπεῦσον ἐλθεῖν.
XLVIII. Anepigrapha.
Πάνυ καλῶς ποιοῦντα σὰ γράμματα.
XLIX. Anepigrapha.
Διήγγειλεν ἡ φήμη πρὸς ἡμᾶς, κ. λ.
L. Anepigrapha.
Ἄδηλον ἡ σιγὴ κ̀ ἀμεταμέλητον.
LI. Anepigrapha.
Ἐδεξάμην τὴν ἐπιςολὴν, ἥσθην δεξάμενος.
LII. Anepigrapha.
Οἶμαι μὲν ἀμαθὴς δόξαι.
LIII. Τῷ Νικομηδείας.
Ἡ μονάζουσα γραῦς αὕτη.
LIV. Anepigrapha.
Οὐδενὸς ἀηδοῦς ἐπανελθών.
LV. Τῷ Πρωτοσεβάςῳ.
Τὸν κύριόν μου τὸν Πρωτοσέβαςον.
LVI. Τῷ Ἰητρῷ.
Ἐγὼ γράφειν τε ὑπεσχόμην.
LVII. Τῷ αὐτῷ.
Ὑγιαίνομεν, ὡς ἂν ὁ ἰατρὸς βύλοιτο.
LVIII. Τῷ Πρωτοσεβάςῳ.
Πολλοὶ τῶν πρὸς ἡμᾶς ἐρχομένων.
LIX. Anepigrapha.
Δίκαιος ἐν πρωτολογίᾳ κατήγορος.
LX. Τῷ Φιλανθρωπηνῷ.
Ἐγώ σε πολλάκις ἐλπίσας.
LXI. Anepigrapha.
Οἱ παρ' ὑμῖν λιμναῖοι ἰχθύες.

LXII.

LXII. Anepigrapha.
Ο῾ δεῖνα δυςυχεῖ μέν.
LXIII. Anepigrapha.
Εἴ τι δεῖ παντὶ τῷ αἰτοῦντι.
LXIV. Τῷ Αὐτωρειανῷ κυρίῳ Γεωργίῳ.
Α῎νδρα σε γινώσκω τῶν προαιρυμένων.
LXV. Anepigrapha.
Ε᾿μοὶ μετὰ τὴν ὑμετέραν ἔξοδον.
LXVI. Τῷ Χαλκωματο ... (1)
Εἰ μήτε τῷ βρέφει τὸ ποτόν.
LXVII. Τῷ Πρωτοβεςιαρίῳ (2) Μυζάλωνι.
Α᾿λλ᾿ εἰ ϰ̀ μήπω τῆς εὐχῆς.
LXVIII. Τῇ Πρωτοβεςιαρίᾳ Ρ᾿αυλαίνῃ.
Εἴπέρ ποτε ϰ̀ ἄλλό τι τῶν ἁπάντων.
LXIX. Τῷ Μερκυρίῳ.
Καὶ προθύμως γράφειν ἦν.
LXX. Τῷ Ε᾿ξάρχῳ ϰ̀ Λογοθέτῃ Φαπῇ. (ita vid.)
Εἰ μήτε πολλὰ πρὸς ὑμᾶς εἰπών.
LXXI. Τῷ Μελχισεδέκ.
Αἱ δὲ πρὸς ἡμῶν ἐπιςολαὶ πῶς, κ. λ.
LXXII. Τῷ αὐτῷ.
Η῎σθην ϰ̀ πρόσθεν Νικάνορα.
LXXIII. Τῷ αὐτῷ.
Τὸ μὲν ὡς ὑμᾶς ἀποπλεῦσαι.
LXXIV. Τῷ Φιλανθρωπήνῳ.
Πυθομένῳ μοι τινῶν ἐπόντων.
LXXV. Τῷ Πρωτοσεβάςῳ.
Καὶ γράμματα τῆς σοφῆς συ.
LXXVI. Anepigrapha.
Ε᾿μοῦ δὲ τίς ἂν ἴσως θαυμάσειεν.
LXXVII. Τῷ Φιλανθρωπήνῳ.
Γ᾿δυ ϰ̀ ἀγγελία, ἧς πάλαι ἐπεθύμουν.
LXXVIII. Τῷ αὐτῷ.
Α᾿εὶ σύ γε νικητικώτατος.
LXXIX. Τῷ αὐτῷ.
Οἱ μὲν ἀφ᾿ ὑμῶν ἀεὶ πρὸς ἡμᾶς.
LXXX. Τῷ αὐτῷ.
Θαυμάσεις ἴσως δύο δι᾿ ἑνός.
LXXXI. Τοῖς ἐν τῷ Κρίτζῳ μονάζυσιν.
Ε᾿μοὶ τῆς καθ᾿ ὑμᾶς μονῆς.
LXXXII. Anepigrapha.
Βραχύτης ἐπιςολῆς ὐ βραχύτητα, κ. λ.
LXXXIII. Τῷ κυρίῳ Ι᾿γνατίῳ.
Ε᾿γὼ τῆς ὑμῶν ὁσιότητος ἀεὶ δήποτε.
LXXXIV. Τῷ Φιλῇ κυρίῳ Μανυήλ.
Α᾿λλ᾿ ἐμέ γε ὐδεὶς πιγκέρνης.
LXXXV. Τῷ Μελχισεδέκ.
Σὺ δὲ ᾤυ με τοιῦτον εἶναι φιλόσοφον.
LXXXVI. Τῷ αὐτῷ.
Η῾δὺ μὲν ἐμοὶ πρὸς ὑμᾶς ἀφίκεσθαι.
LXXXVII. Anepigrapha.
Σὺ μὲν πολλὰς τὰς τῆς πρός σέ μοι σιωπῆς, κ. λ.
LXXXVIII. Anepigrapha.
Πότερον θρηνεῖς ἐπὶ τοῖς, κ. λ.
LXXXIX. Τῷ Μελχισεδέκ.
Μὴ πάλιν ἐκπλήττυ, εἰ ξενὸν δέχῃ, κ. λ.
XC. Τῷ Φιλανθρωπήνῳ.
Καὶ συνήδομαί σοι ἐφ᾿ οἷς, κ. λ.
XCI. Τῷ κυρίῳ Α᾿θανασίῳ.
Η῎σθην μὲν κἀπὶ τοῖς πεμφθεῖσιν.

XCII. Anepigrapha.
Η῾δὺ μὲν ἐν θέρει σκιά.
XCIII. Anepigrapha.
Εἰς ἡγεμονίαν συ παρελθόντος.
XCIV. Τῷ Μελχισεδέκ.
Ω῾ς μὲν ἀγχίςροφος, ὡς γράφεις, ὁ βίος.
XCV. Τῷ αὐτῷ.
Ε᾿κένωσας ἐπ᾿ ἐμοὶ πάντα συ.
XCVI. Τῷ Δύκᾳ.
Τὸν ἱερομόναχον τῦτον εἴ σοι λέγω.
XCVII. Τῷ Φιλανθρωπήνῳ.
Τὺς φιλτάτυς ὥσπερ ἀεὶ φιλητέον.
XCVIII. Τῷ αὐτῷ.
Ε᾿γὼ νομίζω, ϗ ὐκ ἀπατῶμαι.
IC. Τῷ . . . . (expunctum nomen)
Ε᾿γὼ δὲ ᾤμην σε τῶν βαρβαρικῶν.
C. Τῷ αὐτῷ.
Ε᾿πειδὴ καθάπαξ ὑπέςης ἡμῖν.
CI. Τῷ Φιλανθρωπήνῳ.
Α῎λλῳ μέν τινι τῶν σῶν ἐραςῶν.
CII. Τῷ αὐτῷ.
Η῎δη ϰ̀ ἕτερός τις ᾠήθη.
CIII. Τῷ αὐτῷ.
Καὶ εἶδον ἡδέως συ τὴν ἐπιςολήν.
CIV. Τῷ αὐτῷ.
Εἰ μὲν ἀδικῶν ὁ Ταρωνᾶς ἑάλω.
CV. Τῷ αὐτῷ.
Πότερον χαίρειν ἡμᾶς, ἢ λυπεῖσθαι.
CVI. Τῷ αὐτῷ.
Α᾿λλ᾿ εἰ μὲν ἀνέσεως ἐγίνωσκον.
CVII. Τῷ αὐτῷ.
Ταῦτ᾿ ἐςὶν, ἅπερ ἐΓὼ πρὔλεγον.
CVIII. Τῷ αὐτῷ.
Τί δ᾿ ἂν εἴποι τις ἐμοὶ τιμιώτερον.
CIX. Τῷ αὐτῷ.
Η᾿ δεινὸς εἶ σὺ, ϰ̀ τὺς βαρβάρυς.
CX. Τῷ αὐτῷ.
Α᾿ρά τις τῦδε τἀνδρὸς γένοιτ᾿ ἂν εὐτυχέςερος;
CXI. Τῷ αὐτῷ.
Προσαγορεύω σε τὴν φιλὴν κεφαλήν.
CXII. Τῷ αὐτῷ.
Εἰ δὲ ϰ̀ μηδεὶς ἡμῖν ἀπολαύειν.
CXIII. Τῷ αὐτῷ.
Οὕτω δὴ σύ γε ςρατηγῶν ἄριςε.
CXIV. Τῷ αὐτῷ.
Εἶτ᾿ ὐκ ἔλεγον, ὡς πάλιν ἀςράψειs.
CXV. Τῷ αὐτῷ.
Α᾿εὶ μὲν ηὐξάμην τὺς ἐν οἷς, κ. λ.
CXVI. Τῷ αὐτῷ.
Εἶτα ἐρεῖς, ὡς ὐκ ἐκ πολλῦ.
CXVII. Τῷ αὐτῷ.
Τοῦ βραχύτερα ἐπιςεῖλαί με.
CXVIII. Τῷ αὐτῷ.
Α᾿νέσχε πρότριτα.
CXIX. Τῷ αὐτῷ.
Τίς ἂν εἰπεῖν ἔχοι.
CXX. Τῷ αὐτῷ.
Ηὐχόμην ϰ̀ παρεῖναι.
CXXI. Τοῦ αὐτοῦ παραμυθητικὴ τῶν φίλων τινί.
Χαίρειν μετὰ χαιρόντων, ϰ̀ κλαίειν μετὰ κλαιόντων.
Ea-

(1) Forte legendum Χαλκωματοπόλῳ, postremis enim litteris superscriptum est πλ.
(2) *Primo* scilicet *Vestiariorum*, quae inter dignitates Palatinas erat sexta, eiusque munus circa vestes Imperatoris versabatur, ut est apud Codinum Cap. VI num. 31. & seqq. qua qui erant insigniti, iis rubris pileis uti concessum erat. Horum Protovestiariorum mentio passim apud Scriptores occurrit; de quibus vide plura in Glossar. Med. & Inf. Graecit. Tom. I. p. 193.

Earumdem Epistolarum Catalogus ordine alphabetico digestus, appositis etiam unicuique numeris iuxta seriem, quam in Codice obtinent, ad eas facilius inveniendas.

Epistolae CXXII. Mss. exstant etiam in Biblioth. Caesarea. Vid. Lambec. IV. p. 56. & Nesselium IV. p. 138. Cod. CCLXIX. §. I.

II. pag. 107. *b.* Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὴν θεόσωμον ταφὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Eiusdem Oratio in sepulturam corporis Domini Nostri Iesu Christi*. Inc. A῞ μὲν ἄν τις εἰκάσῃ τεκμήριον. Des. ἐ θεὸν αὐτὸν ἀνακήρυττε σὺν πατρὶ κ̣ πνεύματι δοξαζόμενον νῦν κ̣ εἰς τὺς αἰῶνας, ἀμήν. Graece prodiit Paris. MDLVII. apud Andream Wechelum: Latine ex Ioachimi Axonii Graviani versione in Supplemento Bibl. Patrum Coloniens. A. MDCXXII. & Morell. Paris. MDCXXXIX. Tom. I. p. 836. & in Bibl. Patr. Lugd. Tom. XXVII.

III. pag. 122. *b.* Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὺς κορυφαίυς τῶν ἀποστόλων, Πέτρον ἐ Παῦλον. *Eiusdem in Principes Apostolorum, Petrum & Paullum*, Oratio. Inc. E'δόκει μοι λέγειν. Des. ὃν ἅμα τῷ πατρὶ κ̣ τῷ πνεύματι προσκυνητὸν ἐκηρύξατε, νῦν κ̣ ἀεὶ, κ. λ. Edita a Gretsero sub Gregorii Nysseni nomine Ingolstad. MDCXX. 4. ab Allatio tamen pag. 87. de Simeon. & p. 294. & 295. de Consensu, & a Lamb. IV. p. 57. & VIII. pag. 70. Planudi vindicatur.

IV. pag. 153. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν ἅγιον Διομήδην τὸν μάρτυρα. *Eiusdem in S. Diomedem martyrem*. Inc. A῎λλοις μὲν ἄλλως ἐπῃνέθη τὰ τῶν μαρτύρων, καὶ ὡς ἑκάστοις ἡ προσῦσα τοῦ λόγυ δυναμις ὑπηγόρευσεν. ἐμοὶ δ' ἀποχρήσει Διομήδην, κ. λ. Des. κ̣ τοῖς πατριώταις ὁμοῦ συγκυβερνηθήσομαι. Lambec. IV. pag. 57. initio tamen parum diversa, ut videre est apud Fabric. B. G. Vol. IX. pag. 72. Citatur & ab Allatio pag. 202. contra Hottingerum.

V. pag. 177. *b.* Τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος ἐγκώμιον. *Eiusdem laudatio hiemis*. Inc. Οἶμαι καὶ πρὸς μόνην τὴν ἀκοὴν, κ. λ. Des. ὐδὲν ὅτι μὴ δῶρον κ̣ φιλοτιμία χειμῶνος. Item apud Lambecium loc. cit.

VI. pag. 187. Φωκυλίδυ ποίησις ὠφέλιμος. *Phocylidis poësis utilis* cum glossis interlinearibus. Inc. Ταῦτα δίκης ὁσίησι, λ. λ. Des. μέχρι γήραος ὐδῷ. Alibi etiam protulimus.

VII. pag. 191. *b.* Πυθαγόρυ ἔπη τὰ καλύμενα χρυσᾶ. *Pythagorae Carmina, aurea dicta*, cum glossis item aliquot interlinearibus. Inc. A'θανάτυς μὲν πρῶτα, κ. λ. Des. ὐκ ἔτι θνητός. Haec quoque alibi occurrunt.

VIII. pag. 193. Κάτωνος Ῥωμαίου γνῶμαι παραινετικαὶ δίστιχοι, ἃς μετήνεγκεν ἐκ τῆς Λατίνων φωνῆς εἰς τὴν Ἑλλάδα διάλεκτον Μάξιμος μοναχὸς ὁ Πλανύδης. *Catonis Romani sententiae admonitoriae distichis expressae, quas ex Latina lingua in Graecam dialectum transtulit Maximus monachus Planudes*, cum glossis interlinearibus, & scholiis marginalibus. Praefatio inc. A'ναπολήσας ἐγὼ κατὰ νῦν. Des. ἀσπασίως φιλίαν φέρε. Tum Liber I. inc. Εἰ ὁ θεὸς νόος ἔστ' κ. λ. Liber IV. des. σὺν δύο ταῦτα τιθεῖσα. Adnotationes Graecae marginales, & interlineares, quae in Bibl. etiam Caesarea Mss. exstant, Lambec. V. pag. 215. non viderunt lucem.

IX. pag. 201. *b.* A'ννιτίου Μαλλίου Σεβηρίνυ Βοητίου ἀπὸ ὑπάτων τέλυς τῶν πατρικίων βίβλος περὶ παραμυθίας τῆς φιλοσοφίας, ἣν μετήνεγκεν ἐκ τῆς Λατίνων φωνῆς εἰς τὴν Ἑλλάδα διάλεκτον Μάξιμος μοναχὸς ὁ Πλανύδης. *Annitii Manlii Severini Boëtii exconsulis ordinarii ac Patricii, Liber de Consolatione philosophiae, quem ex Latino sermone in Graecum transtulit Maximus monachus Planudes*, cum scholiis marginalibus. Titulum tamen hunc praecedit Boëtii vita, cuius initium: Βοήτιος ὁ σοφὸς ἦν μὲν ἐκ τῆς Τουρκουάτων οἰκίας, κ. λ. Opus vero in quinque divisum libros inc. O῞ς πάρος ἐσπύδαζον ἐπῶν περὶ σύνθεσιν, κ. λ. Des. ὁπότε πρὸ ὀφθαλμῶν ἀναστρέφεσθε κριτοῦ τὰ πάντα ἐπισκοποῦντος. Ex Ms. Caesareo, in quo leguntur etiam prolegomena Graeca, & adnotationes marginales, quaedam profert Lambec. VII. pag. 145. seq. Hac eadem Graeca versione manuscripta in Bibl. Regis Christian. usus est in sua Boëtii editione Renatus Vallinus. Alius pulcherrimus Codex huius Operis Graeco-Latinus exstat in Coislin. pag. 140. In nostro Codice prima pagina, in qua vita Boëtii, & initium Libri I. incidit, male compacta, inter pag. 208. & 209. requirenda est.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XIV. exeuntis, in quo plures leguntur adnotationes Latinae in Maximi Planudis Orationes. Constat foliis scriptis 271.

ΜΟΣΧΟΠΟΥΛΟΣ ΑΚΕΦΑΛΟΣ.

MOSCHOPVLVS SINE PRINCIPIO.

I. pag. 1. M*anuelis Moschopuli Schedae Grammaticae*, quales habentur supra in Codicibus VIII. & XVII. huius Plutei. In hoc tamen mutilae sunt initio propter primae paginae iacturam. Incipiunt a verbis . . . . . κυβεύω, κυβεία. Κυλλήνη πόλις A'ρκαδίας, κ. λ. Desinunt autem in verbis: ἐξ οὗ τὸ ὄλλυμαι, κ̣ ὠλλύμην, quae pertinent ad Caput illud, quod inc. E'ννέα ἡμέρας ἡ λοιμώδης νόσος, κ. λ. COD. XXIII.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XVI. propere, oscitanter, & analphabete scriptus. Constat foliis 137.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΔΙΑΦΟΡΑ.

PLVTARCHI VARIA.

IN aversa primae paginae parte indiculus adscribitur operum Plutarchi, quae in hoc Codice habentur, eaque sunt: COD. XXIV.

I. p. 2. *Plutarchi, scite dicta Regum, & Imperatorum*. Cit. edit. Tom. II. p. 172.

II. p. 39. *Eiusdem apophthegmata Laconica*. Ibid. p. 208.

III. pag. 78. *b. Eiusdem praecepta gerendae Reipublicae*. Ibid. p. 798.

IV. pag. 109. Τοῦ αὐτοῦ παραμυθητικὸς πρὸς A'πολλώνιον. *Eiusdem Oratio consolatoria ad Apollonium*. Ibid. pag. 101. In ultima Codicis pagina occurrit Index tantum Ethicorum, seu Moralium Sermonum Plutarchi, eorum titulos & initia exhibens.

Co-

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saec. XV. cum plurimis in margine Censoris castigationibus. Constat foliis scriptis 135.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΟΜΗΡΟΥ ΒΙΟΝ.

PLVTARCHI SERMO IN HOMERI VITAM.

COD. XXV. Scilicet *Homeri Vita*, Plutarcho vulgo tributa, de qua vide supra Cod. VII. huius Plutei §. VIII.

Codex Graec. chartac. Ms. in 4. min. Saec. XV. Constat foliis scriptis 53.

ΜΟΣΧΟΠΟΥΛΟΣ ΑΚΕΦΑΛΟΣ.

MOSCHOPVLVS SINE PRINCIPIO.

COD. XXVI. I. pag. 1. E*Aedem Manuelis Moschopuli Schedae Grammaticae*, ut supra, in principio tamen, & in fine mutilae. Incipiunt a verbis. . . . . τὸν μαθητὴν ὁ διδάσκαλος παρὰ τὸν ὄκνον αὐτοῦ, τουτέστι διὰ τὸν ὄκνον αὐτοῦ, κ. λ. quae pertinent ad primae schedae grammaticam analysin, seu meditationem: puto autem deesse folia quamplurima. Vltima desinunt in verbis: ἀντὶ διὰ τὸ μὴ εἶναι μνήματα, καὶ τύπτει . . . . quae pertinent ad extremum Caput, quod inc. Νιόβη Ταντάλου θυγάτηρ, κ. λ. Pauca desunt.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XV. Constat foliis scriptis 114.

ΜΟΣΧΟΠΟΥΛΟΣ ΠΕΡΙ ΑΤΤΙΚΩΝ ΟΝΟΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΡΗΜΑΤΩΝ.

MOSCHOPVLVS DE NOMINIBVS ET VERBIS ATTICIS.

COD. XXVII. EAdem omnino *Atticorum Nominum Collectio* est, auctore Manuele Moschopulo, cum illa, quam recensuimus supra Cod. VI. §. I.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. min. Saec. XV. Constat foliis 81.

ΜΑΝΟΥΗΛ ΕΡΩΤΗΜΑΤΑ.

MANVELIS INTERROGATIONES.

Ac praeterea

Georgii Pardi de Dialectis Liber.

COD. XXVIII. I. pag. 1. Ἀρχὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ τῶν ἐρωτημάτων τῶν διορθωθέντων παρὰ τοῦ σοφωτάτου κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Μοσχοπούλου *Incipiunt cum Deo S. Erotemata correcta a sapientissimo D. Manuele Moschopulo*. Inc. Τί ἐστι προσῳδία; ποιὰ τάσις ἐγγραμμάτου φωνῆς. Desinunt in explicatione notarum numericarum.

II. pag. 112. Περὶ τῶν διαλέκτων. *De Dialectis* Tractatus. Inc. Ἰδού σοι καὶ τὰς διαλέκτους ἐγχειρίζω. Des. ὅτε δὲ σύμφωνόν ἐστι μεταξὺ, οὐκέτι. Est Georgii, seu Gregorii, Corinthi Metropolitae, cognomento Pardi, editus Graece ab Aldo in Κέρατι Ἀμαλθείας, & ad calcem Lexici Asulani. De hoc Georgio, seu Gregorio vide Fabric. B. Gr. Vol. IV. pag. 538.

III. pag. 136. Sequuntur *de nominum declinationibus & verborum coniugationibus* Excerpta brevia, auctoris nomine destituta.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 8. Saec. XVI. eleganter nitideque exaratus. Constat foliis scriptis 140.

ΚΟΙΝΤΟΥ ΠΑΡΑΛΕΙΠΟΜΕΝΑ ΟΜΗΡΟΥ.

QVINTI DERELICTA AB HOMERO.

I. pag. 1. ΚΟίντου Καλαβροῦ παραλειπόμενα Ὁμήρου. *Quinti Calabri Praetermissa ab Homero*, Libris XIV. Primus inc. COD. XXIX.

Εὖθ' ὑπὸ Πηλείωνι δάμη θεοείκελος Ἕκτωρ.

Vltimus des.

Ὅσσοι ὑπὲρ πόντοιο λυγρὰς ὑπάλυξαν ἀέλλας.

In fine: Τέλος Κοίντου ἀρίστου ποιητοῦ. *Finis Quinti optimi poëtae*. Huius optimi Codicis collationem omisit Io. Cornelius de Pauw in nupera, quam curavit Calabri editione Lugduni Batavorum per Io. Van Abcoude MDCCXXXIV. 8. Clauditur Volumen hoc sequenti amanuensis subscriptione ac monito: Ἐγὼ Γεώργιος ὁ Τριβίζιος ὁ τῶν ἐν Βενετίαις Γραικῶν ἱερεὺς μετέγραψα τόδε τὸ παρὸν βιβλίον Κοΐντου ποιητοῦ ἐκ βιβλίου διεφθαρμένου· καὶ τὰ μὲν ἐπιδιώρθουν· τὰ δὲ ὡς ἔχει τὸ ἀντίγραφον. οὐ γὰρ οἷόν τε διορθοῦν τὰ πάντα, ἅπερ σαφῶς οὐκ οἶδα. *Ego Georgius Tribizius, Graecorum Venetiis degentium sacerdos, transcripsi hunc praesentem librum Quinti Poëtae ex codice corrupto; & alia quidem corrigebam, alia vero, ut habet exemplar; non enim possibile corrigere omnia, quae quidem manifeste non novi*. Georgium istum, Codicis exscriptorem, eumdem putamus esse, atque illum, cuius subscriptionem valde intricatam protulimus supra pag. 314. §. XIX. id enim utriusque scripturae similitudo satis comprobat. De hoc autem tachygrapho nulla apud Montfauc. mentio fit in Palaeogr. Gr.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saec. XV. nitidissimus. Constat foliis scriptis 181.

FINIS PLVTEI LVI.

BIBLIOTHECAE
MEDICEAE LAVRENTIANAE CATALOGVS.
PLVTEVS LVII.
QVI CONTINET GRAECOS CODICES MSS. L. EDITOS III.

CODEX I.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΕΡΓΑ ΔΙΑΦΟΡΑ.

LVCIANI VARIA OPERA.

Quibus adde

Anacharsidis, Phalaridis, Synesii Cyrenaei, Libanii, ac Basilii Epistolas.



IN principio Voluminis occurrit Πίναξ ἀκριβὴς τῆς παρούσης πυκτίδος. *Tabula accurata praesentis Libri*, exhibens nimirum Luciani Dialogorum, qui in hoc habentur Codice, titulos, & Synesii Epistolarum initia. Luciani Operum series, sequens est:

I. pag. 2. *b. Cataplus*, sive *Tyrannus*. Exstat G. L. cum notis in nupera eius Operum edit. Amstelodam. MDCCXLIII. 4. curante Io. Frederico Reitzio Tom. I. p. 620.

II. pag. 7. *b. Iupiter Confutatus*. Tom. II. pag. 626.

III. pag. 10. *b. Iupiter Tragoedus*. Ibid. p. 642.

IV. p. 19. *Somnium, seu Gallus*. Ib. p. 702.

V. pag. 27. *Mercurius, Prometheus, Vulcanus*. Tom. I. pag. 185, ubi inscribitur: *Prometheus, sive Caucasus*.

VI. p. 30. *Icaromenippus, sive Hypernephelus*. Tom. II. pag. 751.

VII. pag. 37. *Timon, sive Misanthropos*. Tom. I. pag. 98.

VIII. pag. 45. *Adversus indoctum, & multos ementem libros*. Tom. III. pag. 99.

IX. pag. 50. *b. Charon, sive Contemplantes*. Tom. I. pag. 487.

X. pag. 56. *Mortuorum Dialogi XXX.* (Ib. pag. 328. seqq.) eodem ordine dispositi, quo habentur in Cod. XIII. Plut. XXXII. §. XIV. supra pag 138.

XI. pag. 70. *b. Deorum Dialogi XXVI.* (Ib. pag. 204. seqq.) iidem prorsus, ut in dicto Cod. XIII. §. XV.

XII. pag. 82. *b. Marini Dialogi XV.* Concordant cum editis ibid. pag. 288. seqq.

XIII. pag. 88. *Meretricii Dialogi XV.* Tom. III. pag. 280. seqq. quorum ordo idem est, atque in memorato Codice XIII. §. XVII.

XIV. pag. 99. *Demonactis Vita*. Tom. II. pag. 374.

XV. pag. 103. *Allocutio, sive Bacchus*. Tom. III. pag. 74.

XVI. pag. 105. *De Electro, seu Cycnis*. Ib. pag. 87.

XVII. pag. ead. *b. Phalaris prior*. Tom. II. pag. 187.

XVIII. pag. 108. *b. Phalaris alter*. Ibid. p. 201.

XIX. pag. 109. *b. Hippias, seu Balneum*. Tom. III. pag. 66.

XX. pag. 111. *Allocutio, sive Hercules*. Ib. pag. 82.

XXI. pag. 112. *Patriae Encomium*. Ibid. p. 229.

XXII. pag. 113. *Ad eum qui dixerat, Prometheus es in verbis*. Tom. I. pag. 23.

XXIII. pag. 114. *b. Abdicatus*, cum argumento. Tom. II. pag. 159. In fine vero post verba τὰ προοίμια, in quibus definit editio, haec pauca in Codice adnectuntur: ἅπαξ προειλόμην, ἐπεὶ τό γε μεταβουλεύσασθαι ἐπιμηθέως ἔργον, οὐ προμηθέως ἐστίν.

XXIV. pag. 121. *Navigium, seu Vota*. Tom. III. p. 247.

XXV. pag. 128. *Deorum Concilium*. Ibid. pag. 527.

XXVI. pag. 130. *Epistolae Saturnales IV.* Ib. pag. 401. seqq. Concordant cum editis, nisi quod priorum duarum tituli diversi ita habent: I. inscrib. Οἱ πένητες τῷ Κρόνῳ χαίρειν. II. Ο Κρόνος τοῖς πένησι χαίρειν.

XXVII. pag. 133. *b. Tyrannicida*, cum argumento. Tom. II. p. 141.

XXVIII. pag. 137. *b. De Parasito, sive quod ars est parasitica*. Ibid. pag. 836.

XXIX.

XXIX. pag. 145. *b. De Dipſadibus*. Tom. III. p. 234.

XXX. pag. 147. *Iudicium Vocalium*, ſine argumento. Tom. I. pag. 82.

XXXI. pag. 148. *Muſcae Encomium*. Tom. III. pag. 91.

XXXII. pag. 149. *b. De Somnio, ſeu Vita Luciani*. Tom. I. pag. 1.

XXXIII. pag. 152. *Nigrini Philoſophia*, cui praecedit *Luciani ad Nigrinum Epiſtola*. Ib. p. 37. ubi inſcribitur, *Nigrinus, ſeu de Moribus Philoſophorum*.

XXXIV. pag. 157. *b. De non temere credendo calumniis*. Tom. III. pag. 125.

XXXV. pag. 161. *b. De Domo*. Ibid. pag. 190.

XXXVI. pag. 165. *b. Pro lapſu in ſalutando*. Tom. I. pag. 724.

XXXVII. pag. 168. *Hermotimus, ſive de Sectis*. Ibid. pag. 739.

XXXVIII. pag. 185. *Pſeudoſophiſta, ſeu Soloeciſta*. Tom. III. pag. 552.

XXXIX. pag. 187. *b. Vitarum Auctio*. Tom. I. pag. 540.

XL. pag. 191. *b. Reviviſcentes*. Ibid. p.

XLI. pag. 200. *Bis accuſatus, ſeu Tribunalia*. Tom. II. pag. 791.

XLII. pag. 207. *b. De Sacrificiis*. Tom. I. pag. 525.

XLIII. pag. 209. *b. Amores*. Tom. II. pag. 397.

XLIV. pag. 220. *De mercede conductis potentium familiaribus*. Tom. I. p. 651.

XLV. pag. 229. *Apologia pro mercede conductis &c.* Ibid. pag. 704.

XLVI. pag. 231. *b. Convivium, vel Lapithae*. Tom. III. pag. 418.

XLVII. pag. 237. *b. De Aſtrologia*. Tom. II. pag. 360.

XLVIII. pag. 240. *De Eunucho Philoſopho*. Ibid. pag. 350. ubi inſcribitur, *Eunuchus*.

XLIX. pag. 241. *b. Herodotus, ſive Aetion*. Tom. I. pag. 831.

L. pag. 243. *Dialogus Diogenis, & Herculis*. Ibid. pag. 402. Habebatur etiam ſupra inter *Dialogos mortuorum*.

LI. pag. ead. *b. Anacharſis, ſeu de Gymnaſiis*. Tom. II. pag. 883. ubi ſex circiter verſus in fine longior; in Codice enim deſinit in verbis: *ἀλλ' εἰρήσεταί γε*. Huic Dialogo adnectuntur Anacharſidis Epiſtolae IX. una Abaridis ad Phalaridem, altera Pythagorae ad Hieronem, & Phalaridis XXXI. de quibus paullo poſt, ne Luciani Operum ſeriem interrumpamus, agemus.

LII. pag. 258. *De Luctu*. Ibid. pag. 922.

LIII. pag. 260. *b. Rhetorum Praeceptor*. Tom. III. pag. 1.

LIV. pag. 265. *Menippus, vel Oraculum mortuorum conſultum*. Tom. I. pag. 455.

LV. pag. 269. *b. Verae Hiſtoriae Liber primus*. Tom. II. pag. 70.

LVI. pag. 277. *Verae Hiſtoriae Liber ſecundus*. Ibid. pag. 104.

LVII. pag. 284. *b. Harmonides*. Tom. I. pag. 850. Nonnulla autem marginalia ſcholia identidem occurrunt eiuſdem manus, quale illud initio Dialogi LV. quod ita habet: *Τάχα εἰς Πλάτωνα ἀποτείνεται πολλαχȣ̃ ϗ ἀλλαχȣ̃ μυθολογȣ̃ντα, μάλιϛα δὲ ἐν τῷ ι' τῆς πολιτείας τὰ περὶ τῶν ᾅδȣ διεξιόντα*. Nunc Epiſtolas, quae inter Dialogum LI. & LII. a p. nimirum 251. *b.* ad p. 258. interiacent (1) recenſeamus.

LVIII. pag. 251. *b. Anacharſidis Epiſtolae IX.* quarum ordo ſequens eſt:

I. Anepigrapha inc. Γελᾶται ἐμὴ φωνή.

II. Σόλωνι, inc. Ἕλληνες σοφοὶ ἄνδρες.

III. Ἱππάρχῳ, inc. Οἶνος πολὺς ἄκρατος.

IV. Δημόκῳ, inc. Φθόνος ϗ πτόησις.

V. Κροίσῳ. inc. Οἱ ἐν Ἕλλησι ποιῆται. Deſ. μᾶλλον γὰρ ἀκμάσει τοῖς ἐν ἀρχῇ τῶν ἀπολωλότων. Multo longior eſt, quam in Collectione Cuiaciana edit. Aurel. Allobr. MDCVI. fol. pag. 350.

VI. Θρασυλόχῳ, inc. Κύων ψυχῇ.

VII. Τηρεῖ θρακὶ χαλεπῷ δεσπότῃ, inc. Οὐδεὶς ἄρχων ἀγαθός.

VIII. Ἄννωνι, inc. Ἐμοὶ περίβλημα.

IX. Υἱῷ βασιλέως, inc. Σοὶ μὲν αὐλοί.

LIX. pag. 253. *Abaridis ad Phalaridem Epiſtola*. Inc. Ἔδειξας φύσιν σήν. Exſtat in cit. Collect. p. 71. inter Epiſtolas Phalaridis.

LX. pag. ead. *b. Pythagorae ad Hieronem Epiſtola*. Inc. Ἀσφαλὴς ὁ ἐμὸς βίος. Gr. & Lat. cum Io. Curterii Angli verſione ad calcem Protreptici Iamblichiani edidit Io. Arcerius. Vid. Fabr. B. G. Vol. I. pag. 413.

LXI. pag. ead. *Phalaridis Epiſtolae XXXI. ad diverſos*, quae inter editas loc. cit. occurrunt, & ſunt I. VI. VII. XV. XVIII. XIX. XX. XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXXII. XXXIII. LV. LVI. LVIII. LXVII. LXVIII. LXXII. LXXIII. LXXIV. LXXV. LXXVIII. LXXIX. LXXX. LXXXI. LXXXIV. LXXXV. & LXXXVI.

LXII. pag. 285. *b. Συνεσίȣ Κυρηναίου ϗ μητροπολίτȣ Πτολεμαΐδος ἐπιϛολαί*. *Syneſii Cyrenaei, ac Metropolitani Ptolemaidis Epiſtolae*, num. CXLVII. Prima *ad Nicandrum* inc. Παῖδας ἐγὼ λόγȣς ἐγεννησάμην. Vltima *ad Ioannem*, cuius initium, Οἶμαί σε ϗ πρὸ εὐχῆς, κ. λ. deſ. ἐῤῥώμενος εὐδαιμονῶν διαβιώῃς, θαυμάσιε. & in edit. Pariſ. eſt CXLVI. Harum Epiſtolarum initia cum editis conferentes, comperimus deeſſe in Codice Epiſtolam LXXI. & a CXLVII. uſque ad finem, excepta particula Epiſtolae CLIII. quae in Codice inſerta eſt inter Epiſtolas CX. & CXI. & abſque ullo titulo incipit a verbis . . . . . . οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ τὸν τοιȣ̃τον, κ. λ. quae incidunt in edit. pag. 291. lin. ult. & progreditur uſque ad finem.

LXIII. pag. 327. *b. Ἐπιϛολαὶ ἀμοιβαῖαι Λιβανίȣ πρὸς τὸν μέγαν Βασίλειον*. *Epiſtolae amoebaeae Libanii ad magnum Baſilium* N. XIV. quae iuxta ordinem, quem obtinent in edit. cit. ſupra in Cod. XXXVII. Plut. XXXII. §. IV. ſunt 1580. 1581. 1582. 1583. 1584. 1586. & a 1594. uſque ad 1601. incluſive. Ex his ta-

(1) Has omiſit Montfaucon. in ſuo Catalogo.

tamen Epistola 1581. brevior est edita; nam desinit in verbis, *δυναμένας δεικνῦναι πολίτην*, quae incidunt ibi in pag. 717. lin. 17. Vltima vero in Cod. quae est 1584. in edit. ob Codicem in fine mutilum desinit in verbis *παραχωρῶσι τοῖς παισὶν . . . .* quae incidunt in pag. 720. lin. 4.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saec. XV. in fine mutilus. Constat foliis 328.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

LVCIANI DIALOGI.

COD. II. LVciani Operum prima ac praestantissima editio Graeca Florentiae Anno MCDXCVI. in fol. cum Indice accuratissimo Dialogorum in fine. De hac consulendus Cl. Maittairus in Annalibus Typographicis, Hagae Comitum apud Isaacum Vaillant MDCCXIX. 4. Tom. I. pag. 34. In ultima libri pagina, Epigrammata VII. scripta sunt ἐρωτικὰ in quamdam Dorotheam, manu fortasse (ut ait Montfauc. in suo Catalogo) Francisci Philelphi, & sunt quae sequuntur:

I.

Κλεῖν μὲν Ἀλεξάνδρῳ δῶκεν Ζεὺς πρὸς τὸν Ὄλυμπον,
Σκῆπτρα δὲ σκηπτούχοις, Δωρόθεαν δέ τ' ἐμοί.
Εἰ δ' αὐτῇ κατὰ θυμὸν ἐγὼ κεχαρισμένος εἴην,
Οὐκ ἐθέλοιμι ἄναξ ἔμμεναι οὐράνιος.

II.

Ζεὺς ἀετοὺς, Ἥρη ταὼς, Κυθέρεια δὲ φάσσας
Φιλοῦσιν, χαρίεις ἐστὶ κολοιὸς ἐμοί.

III.

Εἰν ἑνὶ μὲν τούτῳ δύο εἰσὶν σώματι ψυχαὶ,
Ἡ μὲν ἐμοῦ δμοῖς ὡς τῆς τε ἄνασσα κόρης.

IV.

Τῶν μὲν καλλίστων τώδ' εἰσὶν ἀγάλματε κουρῶν,
Δωροθέας πρῶτον, θάττερόν ἐστ' Ἑλένης.
Τίπτε, κόρη σαυτὴν ἐφορᾷς, κοσμεῖς τε πρόσωπον,
Εἴσοπτρον χερσὶν πρόσθεν ἔχουσα φανόν;
Εἴ γ' ἐτεὸν βούλει βλεμεαίνειν σεῖο πρόσωπον,
Ἐς κραδίην μὲν ἐμὴν ἔγκλινον ὄσσε, κόρη.
Ἐνθάδε γράψεν Ἔρως σεῦ μὲν κάλλος τε καὶ εἶδος,
Καὶ στέρνοις σέ γ' ἐμοῖς ἔμβαλε Κύπρις ὅλην.

V.

Haec sunt fulminei fortissima pectora Martis,
Hunc Graeca, hunc cecinit musa Latina virum.

VI.

Κλέψεν ἐμὴν ψυχήν γε δολοφρονέουσ' Ἀφροδίτη,
Καὶ στέρνοις ἐνὶ τὴν ἔμβαλε Δωροθέας.
Ἡ δέ γε πρὸς γλυκερὴν κούρης εἴωθε καρδίην
Νοστήσειν, δ' ἐς ἐμοῦ ἄψ' ἀπέειπε δόμον.
Νῦν δὲ τί ποιήσω; ζεύξω προς χείλεα χείλη,
Στήθεα πρὸς στήθη, τῆς ἀπολαυόμενος.

VII.

Φεύγετε τοξοφόρον τοῦτον τὸν ἔρωτα, τιτρώσκει
Καὶ τούτου περάει σώματα πάντα βέλη.

Codex Graecus chartaceus typis impressus. Constat foliis 262.

ΛΕΞΙΚΟΝ.

DICTIONARIVM.

sive

Etymologicum Magnum.

MVtilus est initio & fine Codex. Incipit a littera A, verbo . . . . . Ἀγύρτας. COD. III.
Ἐπειδὴ κατὰ τὰς πόλεις ἀγύρται τινὲς τυχὸν, ἢ λωποδύται ὑπῆρχον, κ. λ. ex quo patet duas abesse paginas. Desinit in littera Ω, verbo, *Ὦτα, παρὰ τὸ ὠθούμενον καὶ εἰλημτὸν εἰσέρχεσθαι ἐν αὐτοῖς τὸ πνεῦμα καὶ τὸν ἄνεμον, μετὰ τὸν ἦχον. Ὦτα . . . .* Pauca desunt. Integrum hoc Etymologicum habemus infra in Codicibus XI. & XV. His tamen defectibus exceptis, videtur in hoc uberius esse, quam in dictis Codicibus, in quibus littera Ω desinit in voce Ὥρα, verbis, *εἰ δὲ ἑνὶ φωνήεντι παραλήγεται, ἐκτείνει τὸ α, οἷον χώρα, χήρα, ψώρα, οὕτω καὶ ὥρα* In hoc vero alia sequuntur usque ad finem, quem dedimus. Vide quae de Etymologici Magni auctore doctissime edisserit Fabricius B. G. Vol. X. p. 17. seq.

Codex Graecus chartaceus Ms. in fol. min. Saec. XV. tineis partim, partim etiam madore corruptus. Constat foliis 155.

ΛΥΣΙΟΥ ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ ΦΟΝΟΥ ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

LYSIAE APOLOGIA DE CAEDE ERATOSTHENIS.

Titulum corrige.

Lysiae, Gorgiae, Alcidamantis, Antisthenis, & Demadis Orationes.

LYsiae Orationum XXXI. series, ac tituli sequentes sunt. COD. IV.

I. pag. 1. *Λυσίου ὑπὲρ τοῦ Ἐρατοσθένους φόνου ἀπολογία. λόγος α'. Lysiae pro caede Eratosthenis Apologia. Oratio I.* Exstat in edit. eius Operum Hanov. Graeco-Lat. Anni MDCXV. in 8. pag. 3. N. I.

II. pag. 6. *b. Ἐπιτάφιος τοῖς Κορινθίων βοηθοῖς. λόγος β'. Funebris Oratio in laudem caesorum, dum Corinthiis auxilium ferrent Athenienses. Oratio II.* Ibid. pag. 489. N. XXXI. In Codice tamen defectus quidam occurrit, nimirum a verbis, *τὴν δ' ἐκ τῶν κινδύνων, κ. λ.* cit. edit. pag. 500. lin. 17. usque ad verba *τοῦ Ἑλλησπόντου τὴν πεζὴν*, pag. 502. lin. 12. inclusive: ad quem supplendum lacuna unius paginae cum dimidio relicta est.

III. pag. 16. *b. Πρὸς Σίμωνα ἀπολογία. λόγος γ'. In Simonem Apologia. Oratio III.* Ibid. pag. 24. N. II.

IV. pag. 22. *Περὶ τραύματος ἐκ προνοίας, περὶ οὗ καὶ πρὸς ὅν. λόγος δ'. De vulnere ex industria*

ſtria illato. *Oratio IV.* Ibid. pag. 44. N. III.

V. pag. 24. *b.* Ὑπὲρ Καλλίυ ἱεροσυλίας ἀπολογία. λόγος ε'. *Pro Callia ſacrilegii Apologia*. *Oratio V.* Exſtat tamen huius Orationis tantummodo exordium, ut in cit. edit. pag. 53. N. IV. In Codice poſt verba περὶ αὐτῶν μηνύσαντες, lacuna trium circiter foliorum ad defectum indicandum, occurrit.

VI. pag. 26. Oratio ſine titulo, atque initio, ſed eſt *contra Andocidem ſacrilegum*, carens exordio. Incipit a verbis . . . . . . ἔδησε τὸν ἵππον ἐκ τοῦ ῥόπτρυ τῦ ἱεροῦ, κ. λ. Ibid. pag. 58. N. V. In Codice paullo ante finem inter verba ἀνταποδῦς, & Ἀθηναῖοι, (ibid. pag. 78. lin. 3.) trium paginarum lacuna relicta eſt.

VII. pag. 33. *v.* Ἀρεοπαγιτικὸς ὑπὲρ τῦ σηκῦ ἀπολογία. λόγος ζ'. *Areopagitica Oratio excuſatoria, de ſacrae olivae trunco*. *Oratio VII.* Ibid. pag. 81. N. VI.

VIII. pag. 38. *b.* Κατηγορία πρὸς τὺς συνυσιαςὰς κακολογιῶν. λόγος η'. *Accuſatio adverſus familiares obtrectatores*. *Oratio VIII.* Ibid. p. 101. N. VII.

IX. pag. 41. Ὑπὲρ τοῦ ςρατιώτυ. λόγος θ'. *Pro milite*. *Oratio IX.* Ibid. pag. 112. N. VIII.

X. pag. 43. *b.* Κατὰ Θεομνήςυ πρῶτος. λόγος ι'. *Contra Theomneſtum prima*. *Oratio X.* Ibid. pag. 122. N. IX.

XI. pag. 47. Κατὰ Θεομνήςυ δεύτερος. λόγος ια'. *Contra Theomneſtum ſecunda*. *Oratio XI.* Ibid. pag. 135. N. X.

XII. pag. 49. *b.* Κατὰ Ἐρατοσθένυς τοῦ γενομένυ τῶν τριάκοντα, ὃν αὐτὸς εἶπε Λυσίας. λόγος ιβ'. *Contra Eratoſthenem ex triginta tyrannis unum* Oratio, *quam ipſe Lyſias dixit*. *Oratio XII.* Ibid. pag. 144. N. XI.

XIII. pag. 60. *b.* Κατὰ Ἀγοράτυ ἐνδείξεως. λόγος ιγ'. *Contra Agorati delationem, & iudicium*. *Oratio XIII.* Ibid. pag. 189. N. XII.

XIV. pag. 72. *b.* Κατὰ Ἀλκιβιάδυ λειποταξίυ. λόγος ιδ'. *Contra Alcibiadem, quod ordinem in militia deſeruerit*. *Oratio XIV.* Ibid. pag. 234. N. XIII.

XV. pag. 78. *b.* Κατὰ Ἀλκιβιάδυ ἀςρατείας. λόγος ιε'. *Contra Alcibiadem militiae deſertorem*. *Oratio XV.* Ibid. pag. 255. N. XIV.

XVI. pag. 80. *b.* Ἐν βυλῇ Μαντιθέῳ δοκιμαζομένῳ ἀπολογία λόγος ις'. *Pro Mantitheo magiſtratus candidato, vitae actae examen ſubeunte*. *Oratio XVI.* Ibid. pag. 262. N. XV.

XVII. pag. 83. *b.* Δημοσίων ἀδικημάτων. λόγος ιζ'. *De publicatis bonis*. *Oratio XVII.* Ib. p. 273. N. XVI.

XVIII. pag. 85. Περὶ τῆς δημεύσεως τῦ Νικίυ ἀδελφῦ ἐπίλογος. λόγος ιη'. *De publicatione bonorum Niciae fratris Epilogus*. *Oratio XVIII.* Ibid. pag. 281. N. XVII.

XIX. pag. 88. *b.* Ὑπὲρ τῶν Ἀριςοφάνυς χρημάτων πρὸς τὸ δημόσιον. λόγος ιθ'. *Pro Ariſtophanis bonis ad aerarios*. *Oratio XIX.* Ibid. p. 295. N. XVIII.

XX. pag. 96. Ὑπὲρ Πολυςράτυ. λόγος κ'. *Pro Polyſtrato*. *Oratio XX.* Ib. p. 324. N. XIX.

XXI. pag. 100. *b.* Ἀπολογία δωροδοκίας ἀπαράσημος. λόγος κα'. *Apologia pro eo, qui muneribus corruptus ferebatur*. *Oratio XXI.* Ib. p. 342. N. XX.

XXII. pag. 104. Κατὰ τῶν σιτοπωλῶν. λόγος κβ'. *Contra frumentarios negotiatores*. *Oratio XXII.* Ibid. pag. 354. N. XXI.

XXIII. pag. 107. Κατὰ Παγκλέωνος, ὅτι ὐκ ἦν Πλαταιεύς. λόγος κγ'. *Contra Pancleonem, quod non ſit Plataeenſis*. *Oratio XXIII.* Ibid. pag. 365. N. XXII.

XXIV. pag. 109. Πρὸς τὴν εἰσαγγελίαν περὶ τῦ μὴ δίδοσθαι τῷ ἀδυνάτῳ ἀργύριον. λόγος κδ'. *Ad delationem, quod quum impotens non eſſet, a Republica pecuniam acciperet*. *Oratio XXIV.* Ibid. pag. 373. N. XXIII.

XXV. pag. 112. *b.* Δήμυ καταλύσεως ἀπολογία. λόγος κε'. *De popularis ſtatus everſione Apologia*. *Oratio XXV.* (mutila). Ibid. pag. 388. N. XXIV. In Codice deſinit in verbis: τῇ αὐτῇ ψήφῳ πάντας ἡμᾶς εἰς ὑπο . . . . . ac deinde lacuna relinquitur unius folii cum dimidio.

XXVI. pag. 118. Sequitur Oratio ſine titulo, atque initio, ſed eſt, ut habet titulus in fine appoſitus: Περὶ τῆς Εὐάνδρυ δοκιμασίας. λόγος κς'. *De probatione Evandri*. *Oratio XXVI.* Ibid. p. 408. N. XXV.

XXVII. pag. 121. *b.* Κατὰ Ἐπικράτυς καὶ τῶν συμπρεσβευτῶν ἐπίλογος, ὡς Θεόδωρος. λόγος κζ'. *Contra Epicratem, & eos, qui cum ipſo legatione functi ſunt, Epilogus, ut Theodorus*. *Oratio XXVII.* Ibid. p. 421. N. XXVI.

XXVIII. pag. 123. *b.* Κατὰ Ἐργοκλέους ἐπίλογος. λόγος κη'. *Adverſus Ergoclem Epilogus*. *Oratio XXVIII.* Ibid. pag. 430. N. XXVII.

XXIX. pag. 126. Κατὰ Φιλοκράτυς ἐπίλογος. λόγος κθ'. *Adverſus Philocratem Epilogus*. *Oratio XXIX.* Ibid. pag. 440. N. XXVIII.

XXX. pag. 127. *b.* Κατὰ Νικομάχυ γραμματέως εὐθυνῶν κατηγορία. λόγος λ'. *Adverſus Nicomachum ſcribam accuſatio, de non reddita magiſtratus ſui ratione*. *Oratio XXX.* Ibid. p. 447. N. XXIX.

XXXI. pag. 132. *b.* Κατὰ Φίλωνος δοκιμασίας. λόγος λα'. *Contra Philonem non approbandum, nec admittendum ad Magiſtratum*. *Oratio XXXI.* Ibid. pag. 469. N. XXX. In Codice poſt titulum in fine repetitum, ſubditur: Τέλος τῶν Λυσίυ λόγων.

XXXII. pag. 137. Γοργίυ Ἑλένης ἐγκώμιον. λόγος λβ'. *Gorgiae Helenae Encomium*. *Oratio XXXII.* Inc. Κόσμος πόλει μὲν εὐανδρία. Deſ. ἐμὸν δὲ παίγνιον. Haec Gorgiae Oratio exſtat Graece edita ab Aldo, & H. Stephano cum aliis Oratoribus, Latine autem reddita a Guil. Cantero ad calcem Ariſtidis Baſil. MDLXVI. fol.

XXXIII. pag. 140. Ἀλκιδάμαντος περὶ τῶν γραπτὺς λόγυς γραφόντων, ἢ περὶ σοφιςῶν. λόγος λγ'. *Alcidamantis de iis, qui Orationes de ſcripto recitant, ſive de ſophiſtis*. *Oratio XXXIII.* Inc. Ἐπειδή τινες. Deſ. παρὰ τοῖς εὖ φρονοῦσιν. Ab eodem Aldo Graece edita ad calcem Iſocratis, Venet. MDXVIII. fol.

XXXIV.

XXXIV. pag. 145. *b.* Τοῦ αὐτοῦ Ὀδυσσεὺς κατὰ Παλαμήδους, προδοσίας. λόγος λδ'. *Eiusdem, Vlysses contra Palamedem, proditionis. Oratio XXXIV.* Inc. Πολλάκις ἤδη. Des. τοῦτον τιμωρησάμενοι. Ab eodem Aldo Graece edita cum Orationibus Aeschinis, Lysiae &c. Venetiis MDXIII. fol. inde ab Henrico Stephano cum iisdem Oratoribus MDLXXV. fol. & a Guil. Cantero Latine translata, cum Aristide MDLXVI. fol.

XXXV pag. 149. *b.* Ἀντισθένους Αἴας. λόγος λε. *Antisthenis Aiax. Oratio XXXV.* Inc. Ἐβουλόμην ἄν. Des. καὶ ἄνευ τείχους τέταγμαι.

XXXVI. pag. 151. Ὀδυσσεύς. λόγος λς'. (Eiusdem) *Vlysses. Oratio XXXVI.* Inc. Οὐ πρὸς σέ μοι μόνον. Des. καὶ ζευγνύναι αὐτούς. Haec & superior Antisthenis Oratio, sunt breves μελέται, sive declamationes sub Aiacis, & Vlyssis nomine compositae. Exstant Graece editae ab Aldo, & Henr. Stephano, ac Latine translatae a Guil. Cantero, locis mox citatis.

XXXVII. pag. 153. Δημάδου ὑπὲρ τῆς δωδεκαετίας. λόγος λζ'. *Demadis pro duodecennio,* sive *pro suis per duodecennium proximum gestis Apologia ad populum Atheniensem. Oratio XXXVII.* Inc. Τῆς μὲν τῶν κινδυνευόντων. Des. εἶναι μὴ συνευδοκοῦντα. Graece primum vulgata ab Aldo, & H. Stephano in memoratis editionibus; Graece, & Latine ab Iano Grutero, Hanov. MDCXIX. 8.

Codex Graecus chartaceus Ms. in fol. Saec. XV. diligenter accurateque conscriptus, cuius solemne est, singulos Orationum titulos ad finem repetere. Constat foliis scriptis 155.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΗΣ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ ΠΡΟΟΙΜΙΩΝ.

DE PROOEMIIS RHETORICES INCERTI AVCTORIS.

Sive

Ioannis Doxopatri in Aphthonii Progymnasmata Homiliae Rhetoricae, Hermogenis ars Rhetorica, De inventione Oratoria, De formis Oratoriis, De methodo apti & ponderosi generis dicendi, cum Commentariis variorum.

COD. V. I. pag. 1. Περὶ τῶν τῆς ῥητορικῆς προοιμίων. *De Rhetoricae Prooemiis.* Inc. Οἱ τὴν ἡμετέραν τέχνην διακοσμήσαντες ῥήτορες, εἰς δέκα τινὰ κεφάλαια, τὰ τῆς ῥητορικῆς τέχνης διεῖλον προλεγόμενα. Des. τὸν ἀκροατὴν μαθόντα ταῦτα, καὶ οὐδὲν ἀγνοήσαντα. Sequitur deinde progymnasmatis in genere, ac progymnasmatis rhetorici definitio; tum partitio Statuum, sive Quaestionum Oratoriarum XIV. iuxta Hermogenem & Metrophanem, & philosophos Evagoram & Aquilam. Quae omnia fortasse praeliminaria sunt in sequentes Ioannis Doxopatri Homilias Rhetoricas.

II. pag. 3. Τοῦ Δοξοπατρῆ Ἰωάννου ῥητορικαὶ ὁμιλίαι εἰς τὰ τοῦ Ἀφθονίου προγυμνάσματα. *Ioannis Doxopatri in Aphthonii Progymnasmata Homiliae Rhetoricae.* Prooemium satis longum inc. Τοῖς ἐκ ποιητικῶν μαθημάτων, καὶ τῆς ἐκεῖθεν τερατολογίας ἐπὶ τὸ τῆς ῥητορικῆς ἥκουσιν ἄρτι μέγα μυστήριον, κ. λ. Des. ἔνιοι δὲ καὶ λόγον αὐτὸν ὀνομάζουσιν, ἐπεὶ καὶ ὁ Αἴσωπος λογοποιὸς λέγεται· μύθων γὰρ πλάστης ὁ Αἴσωπος. Sequitur deinde pag. 11. initium Progymnasmatum Aphthonii cum uberrimo Io. Doxopatri commentario marginali, cuius est initium: Ζητοῦσί τινες, διατί τὰ μὲν ἄλλα γυμνάσματα ὁρίζεται ἐν προκαταρκτικοῖς, κ. λ. Pauca desunt in fine; nam Aphthonii textus desinit in verbis, καὶ μὴν ὁ μὲν διαφθείρας . . . . paullo ante finem: Doxopatri vero enarratio in verbis: καὶ κινήσας τας τῶν νομοθετῶν ἐπ' αὐτὸν γνώμας εἰς ανατροπην . . . . . quae pertinent ad illa Aphthonii verba: μοναρχία δὲ κολάζει μὲν, οὐ συνεξετάζει δὲ, κ. λ. Ms. exstat in Biblioth. Caesarea, ut habet Nesselius Catalog. P. IV. pag. 15.

III. pag. 72. Ἑρμογένους τέχνη ῥητορικὴ περὶ στάσεων. *Hermogenis Ars Rhetorica de Statibus* cum Commentariis uberrimis Anonymi, forte eiusdem Doxopatri, quales exstant in Cod. Bibliothecae Caesareae, teste eodem Nesselio l. c. pag. 77. Textus Hermogenis inc. Πολλῶν ὄντων καὶ μεγάλων. Des. μακρότερα ἐστι. Quae sunt duo tantum prima Capita Operis de *partitione statuum, & quaestionum Oratoriarum* edit. Gr. L. Colon. Allobr. MDCXIV. 8. a p. 1. ad pag. 20. Comment. inc. Δοκεῖ τισι μὴ ὁρίσασθαι τὴν ῥητορικὴν Ἑρμογένης οἱ καὶ αἰτίας τοῦ ταύτην αὐτὸν μὴ ὁρίσασθαι τάσδε λέγουσιν. Des. καὶ πάντως οὕτως ἔνι, καὶ οὐκ ἄλλως ἐπιγνῶναι αὐτάς. Tum sequitur subscriptio litteris ita intricatis ac compendiariis exarata, ut fere nihil possit exsculpi.

IV. p. 96. Περὶ τῆς τῶν στάσεων διαιρέσεως. *De Statuum divisione,* item cum uberrimis Commentariis, partim Anonymi, forte eiusdem Doxopatri, ut in Codice Caesareae Bibliothecae apud Nesselium l. c. p. 82. partim Georgii Diaeretae. Primum Caput, cui titulus Περὶ στοχασμοῦ καὶ τῶν κεφαλαίων αὐτοῦ, inc. Ὁ στοχασμὸς τοίνυν διαιρεῖται, κ. λ. Vltimum Περὶ ἀμφιβολίας, des. ἐφόρησε τὰ χρυσία. Comment. inc. Ἀρχόμενοι σὺν Θεῷ τῆς διαιρέσεως, φέρε δὴ πρός γε πάντων ζητήσωμεν, τί ὅλως ἐστὶ διαίρεσις. Des. τούτου γὰρ δεικνυμένου συναποδείκνυται καὶ τὸ ζητούμενον: quae sunt Georgii Diaeretae. Subiiciuntur deinde γνώσεως ὄργανα ὀκτώ, & μέρη εὐμαθείας τρία.

V. pag. 174. *Hermogenis de Inventione Oratoria Libri IV.* item cum uberrimis Commentariis. Initium & finis singulorum Librorum cum cit. edit. mirifice concordant. Commentariis hic titulus praecurrit: Σχόλια εἰς τοὺς περὶ εὑρέσεως τέσσαρας τόμους, ἐκ πολλῶν βιβλίων φιλοπόνῳ μελέτῃ συναθροισθέντα, καὶ εὐφυῶς τοῖς τοῦ τεχνικοῦ συναρμοσθέντα ῥητοῖς. εἰσὶ δὲ ἢ τοῦ Διαιρέτου Γεωργίου, ἢ τοῦ λεγομένου ἀνεπιγράφου καὶ ἀδεσπότου. *Scholia in quatuor de Inventione Libros, ex multis libris studiosa medi-*

di-

ditatione collecta, & apte auctoris verbis accommodata: sunt autem vel Georgii Diaeretae (1), *vel eius qui vocatur anepigraphus & incertus.* Sequuntur deinde Prolegomena quaedam satis ampla, quorum initium: Τὰς στάσεις ὁ τεχνικὸς ποιησάμενος, μεταβῆναι ᾠήθη καὶ εἰς τὴν περὶ εὑρέσεως τέχνην· καὶ γὰρ τὰ μὲν κεφάλαια τῶν στάσεων παρέδωκεν ἐν αὐταῖς, κ. λ. Pag. 178. incipit *Hermogenis de Inventione Liber I.* in quem primum scholium est sequens: Προοίμιόν ἐστι λόγος παρασκευάζων τὸν ἀκροατὴν εἰς ὑποδοχὴν τῆς ὑποθέσεως. καλῶς δὲ προοίμιον ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὰ παρὰ τῶν κιθαρῳδῶν ἐν ἀρχῇ λεγόμενα, κ. λ. Vltimum vero in postrema Libri IV. verba, παρακολουθεῖ δὲ, ἀλλὰ μὲν τόποις, κ. λ. ita des. ἓξ γάρ εἰσι τὰ περιστατικὰ, πρόσωπον, πρᾶγμα, αἰτία, τόπος, τρόπος, χρόνος. Tum aliud breve scholion, quod ad huius Libri Caput VI. de Dilemmate pertinet. Georgii Diaeretae, & aliorum Commentarios in Hermogenis Artem Oratoriam habet etiam Codex Biblioth. Vindobonensis apud Nesselium P. IV. p. 14.

VI. pag. 262. Ἐξήγησις εἰς τὰς ἰδέας τοῦ Ἑρμογένους ἀπὸ φωνῆς Ἰωάννου φιλοσόφου τοῦ Σικελιώτου. *Enarratio in Hermogenis Ideas, sive de Formis Oratoriis Libros II. excerpta ab ore Ioannis philosophi Siculi.* Praecedunt Prolegomena, quorum initium: Τοῖς πολιτικῆς ἐπιστήμης ἐφιεμένοις, καὶ τοῖς τῆς ἀπὸ ταύτης μεγαλονοίας τὸ γνωστικὸν τῆς ψυχῆς ἀποῤῥίπτειν τῆς ὑλικῆς γενέσεως ἐπειγομένοις κ. λ. Finis: καὶ ἔτυμοι αἵδε κάλλος, γοργότης, ἀλήθεια, δεινότης. Pag. vero 265. *b.* incipit Liber I. Hermogenis, cuius initium & finis cum cit. edit. concordat. Commentarii vero marginales iique uberrimi, inc. Εἴπερ ἄλλό τι, κ. λ. Πολλὰς ἐπιβολὰς ὁ συναπτικὸς οὗτος σύνδεσμος ἔχει· ἀλλ' ἐνταῦθα ἢ ἀντὶ τοῦ ὡς εἴληπται, οἱονεὶ λέγοντος τοῦ τεχνικοῦ, ὅτι ὥσπερ εἰσὶν ἀναγκαῖα τὰ τῶν ῥητορικῶν πάντα τῷ ῥήτορι, οὕτω δὴ καὶ αἱ ἰδέαι, κ. λ. Vltimum scholion in verba, ὁ δὲ λεγόμενος ὡραῖος λόγος, κ. λ. quod est τῶν αὐτῶν, (intellige τοῦ Συριανοῦ καὶ τῶν λοιπῶν, ut habetur in scholiis superioribus) des. καὶ τοῦτο ἐν τῷ περὶ ἐκείνων λόγῳ φανεῖται σαφέστερον. Sequitur pag. 272. Liber II. cuius initium item cum dicta edit. concordat, finis vero mutilus unius folii abscissione; desinit enim in verbis, ἀπό τε τοῦ περὶ ἰδεῶν λόγου .... quae in cit. edit. incidunt in pag. 514. v. 11. Scholia inc. Ἑπόμενον ἂν εἴη καὶ ἀναγκαῖον οὐδενὸν ἧττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον μετὰ τὰ προειρημένα περὶ τῆς γοργότητος διελθεῖν, κ. λ. Vltimum scholion in verba, καὶ νὴ Δία γε, ita habet: οὐ μόνον, φησὶν, γλυκύτητα ἀδυνατοῦσιν ἐργάσασθαι αἱ ἔννοιαι μόναι, ἀλλὰ δέονται πρὸς τοῦτο καὶ λέξεως, καὶ τῶν ἀκολούθων αὐτῇ· ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς ἄλλας ἰδέας τὰ .. μέρη πεφύκασιν ἐργάζεσθαι καὶ οὐχ ἕν. Notandum in hisce Libris aliqua deesse, alia fuisse transposita; duo enim quaterniones, in quibus Libri primi finis incidit, & initium secundi, male sunt inter pag. 269. & 286. inserti; qui si inter pag. 345. & 346. reponantur, omnia inter se constabunt. Desunt praeterea unius folii abscissione inter pag. 318. & 319. extrema Capitis VIII. Lib. I. incipiendo a verbis, μέθοδος δὲ σφοδρότητος, κ. λ. cit. edit. pag. 302. v. 5. usque ad finem Capitis. Inter pag. 322. & 323. alia interciderunt alterius item folii iactura, nimirum ab initio Cap. X. eiusdem libri usque ad verba τοῦτ' ἂν ἀπόστασις εἴη, pag. 314. v. 26. exclusive. Inter pag. 355. & 356. deest finis Cap. VIII. & initium IX. Libri II. a verbis βιαζομένου οὕτω ποιεῖ, pag. 450. v. 10. usque ad verba, ὁ τοῖς τῆς ῥητορικῆς, pag. 452. vers. 6. inclusive. Tandem inter pag. 373. & 374. alius defectus occurrit, quo Libri II. finis intercidit, uti mox innuimus. Plurima ex Capite XI. libri I. nimirum a verbis, εἶθ' ὕστερον ἡ ποιότης, κ. λ. pag. 331. v. 16. ad verba τὰ οὕτω προφερόμενα, pag. 347. v. 8. inclusive, diversa manu sunt exarata, ac propterea nullis Commentariis instructa. Hic Ioannes Siculus memoratur inter Commentatores Christianos in Hermogenem in Syntagmate expositionum in hunc Rhetorem, quod exhibet Bibl. Vindob. loc. cit. Vide etiam supra pag. 284. Cod. XX.

VII. pag. 374. Ἑρμογένους περὶ μεθόδου δεινότητος. *Hermogenis de methodo apti & ponderosi generis dicendi.* Initium & finis Libri cum edito concordat. Commentariis hic titulus praeit: Ἀπὸ τῆς ἐξηγήσεως τῆς εἰς τὸ περὶ μεθόδου δεινότητος τοῦ μητροπολίτου Κορίνθου κυροῦ Γρηγορίου Σχόλια. *Ex interpretatione in librum de methodo vehementiae Metropolitae Corinthi D. Gregorii Scholia.* Inc. Ἡ πᾶσα σπουδή ἐστι τῷ Ἑρμογένει διδάξαι ἡμᾶς ἐν τῷ περὶ μεθόδου δεινότητος, πῶς τεχνικῶς ἐν λόγῳ μεθοδεύσομεν, κ. λ. Des. καὶ παρ' Ἡσιόδῳ,

Ἀντία δεσμεύων κεκονιμένον οὐ μάλα χαίρων,
ἀντὶ τοῦ λυτέμενος. Subiiciuntur denique nonnullae breves παρασημειώσεις in tria huius Libri Capita, suo loco omissae.

Quae in Hermogenem scripserunt Porphyrius, & Metrophanes, Suidae, & Scholiastis Hermogenis laudatus, interciderunt. Praeter eos, quorum in Hermogenem expositiones in dicto Vindobon. Biblioth. Syntagmate Mss. continentur, memorat etiam Allatius pag. 369. Georgii Pachymeris μελέτας in Progymnasmata & στάσεις, itemque pag. 386. Georgii Gemisti Epitomen Ms. in Hermogenis Artem aliaque scripta Rhetorica, qualem etiam elaboravit Matthaeus Camariota. Troili Sophistae Prolegomena Mss. in Hermogenem manu exarata, sunt in variis Bibliothecis.

Codex Graecus Ms. bombycinus in fol. maximo, Saec. XIV. marginibus utplurimum vetustate consumtis, ac postea restauratis. Constat foliis 412.

ΛΟΥ-

(1) Montfauconius in suo Catalogo, qui titulum hunc Latine exhibet, post *Georgii Diaeretae* nomen, aliud etiam *Gregorii* adiungit, cuius tamen nullum in Codice vestigium apparet.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΕΡΓΑ ΔΙΑΦΟΡΑ.

LVCIANI OPERA VARIA.

COD. VI. LVciani Dialogorum, qui in hoc continentur Codice, series sequens est:

I. pag. 1. *De Parasito, sive quod ars est parasitica*, Tom. II. cit. edit. pag. 836. Deinceps brevitatis gratia in iis Dialogis, qui alias occurrerint, editionis paginam citare omittemus, quum id semel praestitisse satis fuerit.

II. pag. 12. *b. De non temere credendo calumniis*.

III. pag. 19. *b. Iudicium Vocalium*.

IV. pag. 22. *Iupiter Tragoedus*.

V. pag. 37. *Hippias, seu Balneum*.

VI. pag. 39. *b. De Domo*.

VII. pag. 45. *b. Muscae Encomium*.

VIII. pag. 47. *Demonactis Vita*.

IX. pag. 52. *Iupiter Confutatus*.

X. pag. 56. *b. Amores*.

XI. p. 75. *b. Lucius, sive Asinus*. Tom. II. pag. 567.

XII. pag. 100. *Demosthenis Encomium*. Tom. III. pag. 490.

XIII. pag. 114. *Quomodo historia conscribenda sit*. Tom. II. pag. 1. Hic tamen dialogus mutilus est; desinit enim in verbis: ἀλλ᾽ ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι ἐπαινετέον, καὶ . . . . . quae incidunt cit. Tom. pag. 11. vers. 14. Adnectitur autem praedictis verbis in eadem linea, tamquam unus dialogus, fragmentum ex Apologia *pro mercede conductis*, incipiens a verbis . . . . . κατόπιν ἐφεστῶσά σοι, κ. λ. quae incidunt in Tom. I. pag. 714. vers. 8. usque ad finem.

XIV. pag. 120. *Harmonides*.

XV. p. 122. *Disputatio cum Hesiodo*. Tom. III. pag. 240.

XVI. pag. 124. *Macrobii*. Ibid. pag. 208.

XVII. pag. 129. *b. De Sacrificiis*. Heic autem fere sub initium Sermonis post verba, τῶν ἄλλων θεῶν εἰς Οἰνέως πορευομένων, quae incidunt in Tom. I. pag. 526. vers. 7. redduntur illa, quae deerant supra ex Sermone, cui titulus: *Quomodo Historia conscribenda sit*, a verbis nimirum, μέτρον ἐπακτέον τῷ πράγματι, κ. λ. usque ad finem.

XVIII. pag. 145. *De Dipsadibus*.

XIX. pag. 147. *b. Saturnalia, seu Dialogus inter Sacerdotem, & Saturnum*. Tom. III. p. 385.

XX. pag. 150. *b. Phalaris prior*.

XXI. pag. 156. *Phalaris alter*.

XXII. pag. 158. *Allocutio, sive Bacchus*.

XXIII. pag. 160. *Allocutio, sive Hercules*.

XXIV. pag. 161. *b. De Electro, seu Cycnis*.

XXV. pag. 163. *Verae Historiae Liber primus*. Initio huius Sermonis in margine adscripta sunt ista: Ταῦτά εἰσι τὰ κατ᾽ ἀντίφρασιν ἀληθινὰ διηγήματα τοῦ σοφιστοῦ Λουκιανοῦ λεγόμενα.

XXVI. pag. 175. *b. Verae Historiae Liber secundus*.

XXVII. pag. 190. *Mortuorum Dialogi XII.* qui in edit. sunt I. XXII. XXI. XVIII. X. XI. XXVII. XXIX. XXX. XII. XXIII. & XXV.

XXVIII. pag. 201. *Dialogi Marini XV.* quorum primi quatuor, totidemque postremi eumdem cum editis ordinem obtinent, reliqui septem varie sunt dispositi.

XXIX. pag. 209. *b. Deorum Dialogi XVIII.* qui in edit. sunt XXI. XXII. XXIII. XXIV. I. II. III. V. VI. IV. VII. IX. VIII. X. XIII. XIV. XV. & XVI. Hic autem postremus desinit in verbis, ὡς φεύξεται αὐτὸν ἡ Δάφνη, quae incidunt in Tom. I. pag. 244. vers. 15.

XXX. pag. 222. *Traiectus, sive Tyrannus*.

XXXI. pag. 231. *Pro lapsu in salutando*.

XXXII. pag. 234. *b. Apologia pro mercede conductis &c.* quae desinit in verbis, καὶ ἐῴκει ἡ Ἀδράστεια τότε, quae enim immediate sequuntur in editione, nimirum κατόπιν ἐφεστῶσά σοι, κ. λ. habebantur supra, ut innuimus §. XIII. adnexa Sermoni inscripto, *Quomodo historia conscribenda sit*. Coniungitur autem praedictis verbis in eadem linea, instar unius eiusdemque Operis, reliquum Sermonis *de Sacrificiis*, incipiens a verbis δεινὰ ποιοῦσαν καὶ σχετλιάζουσαν, κ. λ. usque ad finem. Initium enim habebatur supra pag. 129. *b.* ut innuimus §. XVII. Ex quo patet exemplar illud, unde Codex hic transcriptus est, fuisse maxime confusum, ac male compactum.

XXXIII. pag. 240. *b. Adversus indoctum, & multos ementem libros*.

XXXIV. pag. 249. *De Somnio, seu Vita Luciani*.

XXXV. pag. 253. *Alexander, seu Pseudomantis*. Tom. II. pag. 207.

XXXVI. pag. 268. *b. De Luctu*.

XXXVII. pag. 273. *Pro Imaginibus*. Tom. II. pag. 484.

XXXVIII. pag. 280. *Pseudologista, seu de die nefasto contra Timarchum*. Tom. III. pag. 161.

XXXIX. pag. 289. *Deorum Concilium*.

XL. pag. 292. *b. Decretum*. Tom. III. pag. 536.

XLI. pag. 293. *b. Tyrannicida* cum argumento.

XLII. pag. 299. *Abdicatus* item cum argumento.

XLIII. pag. 312. *Dialogi Meretricii XV.* eodem prorsus cum editis ordine digesti.

XLIV. pag. 330. *b. De morte Peregrini* Tom. III. pag. 325.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XV. quem Montfauconius ait in suo Catalogo, *videri manu Philelphi* exaratum. Inserta autem sunt identidem folia membranacea, Constat foliis scriptis 340.

ΑΝΩ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

EPISTOLAE INCERTI AVCTORIS.

Seu potius

SS. Maximi, Athanasii, Basilii Magni, Gregorii Nazianzeni, & Ignatii Epistolae.

COD. VII. I. pag. 1. ACephala est prima Epistola, quae tamen videtur S. Maximi, & incipit a verbis . . . . . ἐγὼ τέως, κ. λ. Des. ἐποίησεν Χριςιανὸς τῇ ἡμέρᾳ τῆς πεντηκοςῆς.

II. pag. 1. *b.* Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Στέφανον θεοφιλέςατον πρεσβύτερον & ἡγύμενον. *Eiusdem ad Stephanum Deo dilectissimum presbyterum & praesidem.* Inc. Θείων μελέτῃ λόγων. Des. πάντα κ̀ λόγον, κ̀ τρόπον ἱλεέμενος. Non occurrunt hae duae Epistolae inter S. Maximi Epp. (1) edit. Paris. MDCLXXV. fol. Tom. II.

III. pag. 2. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν. *Eiusdem ad eumdem.* Inc. Τῷ σοφῷ & τιμίῳ γράμματι. Des. διαβολικῆς ἐξαιρέμενος μηχανῆς. Exstat in cit. editione Tom. II. pag. 370. ubi *Thalassio Presbytero & Hegumeno* inscribitur.

IV. pag. ead. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἰωάννην σοφιςήν. *Eiusdem ad Ioannem Sophistam.* Inc. Τὸ τίμιον. Des. ἐπιθυμῦντα. Ibid. p. 238. πρὸς τὸν Ἰωάννην ἀρχιεπίσκοπον inscripta.

V. pag. 4. *b.* Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Θαλάσσιον ἡγύμενον κ̀ πρεσβύτερον. *Eiusdem ad Thalassium Praesidem & presbyterum.* Inc. Τρία, καθὼς φησιν. Des. ὑπὲρ Μαξίμε τοῦ σου & δόλε κ̀ μαθητοῦ, τίμιε πάτερ. Ibid. p. 251.

VI. p. 5. *b.* Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν Ἀθανάσιον πρεσβύτερον κ̀ ἡγέμενον. *Eiusdem ad eumdem Athanasium presbyterum & Praesidem.* Inc. Ὁ εἰς Χριςὸν πάντα αἰχμαλωτίζειν. Des. δύνασθε ἀνέξεσθαι αὐτῆς. Ibid. pag. 371. πρὸς τὸν αὐτὸν Θαλάσσιον inscripta.

VII. pag. ead. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν. *Eiusdem ad eumdem.* Inc. Ὁ μακάριος Δαβίδ. Des. ὑπὸ πολλῶν ἁμαρτημάτων. Ibid. p. 372.

VIII. pag. 61. *b.* Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἰωάννην κυβικυλάριον. *Eiusdem ad Ioannem Cubicularium.* Inc. Ἧκεν τὸ τίμιον τοῦ Θεοφυλάκτου. Des. κ̀ ὁ τῶν ἑορταζόντων χορός. Ibid. pag. 373.

IX. pag. 8. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν. *Eiusdem ad eumdem.* Inc. Τῆς πρὸς τὸν Θεὸν κατὰ χάριν. Des. τῶν θείων ἰδιωμάτων. Ibid. p. 219.

X. pag. 12. *b.* Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Στέφανον πρεσβύτερον κ̀ ἡγέμενον. *Eiusdem ad Stephanum presbyterum & Praesidem.* Inc. Ἀγάπης ἴδιον ὑπάρχει πνευματικῆς. Des. τῶν Θεῷ νενομισμένων ἀλλότριον. Tom. II. p. 353.

XI. pag. 13. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Κόνωνα πρεσβύτερον καὶ ἡγούμενον. *Eiusdem ad Cononem presbyterum & Praesidem.* Inc. Πιςεύω, καθὼς παρέλαβον. Des. τῆς φιλανθρωπίας (2) προτιμᾷν μελετήσαντες. Ibid. p. 357.

XII. p. ead. *b* Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Κυρισίκιον ἐπίσκοπον. *Eiusdem ad Cyrisicium Episcopum.* Inc. Τῆς θείας ἐπὶ γῆς. Des. αἰνέσεως μὴ ἀπαξιώσῃς. Ibid. p. 361.

XIII. pag. ead. Τοῦ αὐτοῦ τῷ αὐτῷ. *Eiusdem ad eumdem.* Inc. Ὁ μὲν Θεὸς ζητῶν. Des. τῶν φιλτάτων ὀδύνην. Ib. p. 362.

XIV. pag. 14. Τοῦ αὐτοῦ τῷ θεοτιμήτῳ κυρῷ Ἰωάννῃ ἐπισκόπῳ. *Eiusdem Domino Ioanni Episcopo.* Inc. Φασὶν οἱ τὴν τῶν ὄντων. Des. τοῖς ὁρῶσι καθέςησας. Ibid. p. 363.

XV. pag. 14. *b.* Τοῦ αὐτοῦ τῷ αὐτῷ. *Eiusdem ad eumdem.* Inc. Ὥσπερ ἀκτίς. Des. καθέςηκεν ἴδιον. Ibid. p. 364.

XVI. p. 15. Τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννῃ κυβικυλαρίῳ περὶ τῆς κατὰ Θεὸν λύπης. *Eiusdem ad Ioannem Cubicularium de tristitia secundum Deum.* Inc. Χαίρω κ̀ εὐφραίνομαι. Des. εἰς τὴν ἑαυτοῦ δόξαν κ̀ βασιλείαν. Ibid. p. 231.

XVII. pag. 17. *b.* Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Κωνςαντῖνον Ἰλλέςριον κ̀ ἀπὸ σακελλαρίου. *Eiusdem ad Constantinum Illustrem, & Sacellarium.* Inc. Εἰ ὡς παρόντι μοι συντυγχάνων, κ. λ. Des. καὶ πάντων τῶν ἁγίων, ἀμήν. Ibid. p. 235.

XVIII. pag. 18. *b.* Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἰωάννην κουβικυλάριον παραθετική. *Eiusdem ad Ioannem Cubicularium Commendatitia.* Inc. Διὰ νόμυ κ̀ προφητῶν. Des. δοῦλε γνήσιε τοῦ Θεοῦ. Ibid. p. 376.

XIX. p. 20. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν. *Eiusdem ad eumdem.* Inc. Πάσῃ μὲν γενεᾷ. Des. ὐκ ἀπαξιῦντα. Ibid. p. 379.

XX. pag. 21. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν ἄββαν Πολυχρόνιον. *Eiusdem ad Abbatem Polychronium.* Inc. Ἐπειδὴ ταφήν. Des. πεῖραν μὴ λαβεῖν. Ib. p. 365.

XXI. pag. ead. Τοῦ αὐτοῦ τῷ αὐτῷ. *Eiusdem ad eumdem.* Inc. Εἰ κατὰ τὸν μέγαν. Des. ἡ εἰρήνη τοῦ Χριςοῦ μεθ' ὑμῶν, ἀμήν. Ibid. pag. ead.

XXII. pag. ead. *b.* Τοῦ αὐτοῦ τῷ αὐτῷ. *Eiusdem ad eumdem.* Inc. Εἰρήνην ὁ κύριος ἀπιών. Des. συναποκτείναντες. Ibid. p. 366.

XXIII. pag. ead. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν. *Eiusdem ad eumdem.* Inc. Εἰ μετὰ τὴν μεγάλην. Des. φυλάξαντες. Ibid. p. 367.

XXIV. pag. 22. Τοῦ αὐτοῦ παραθετικὴ πρὸς Ἰωάννην κυβικυλάριον. *Eiusdem Commendatitia ad Ioannem Cubicularium.* Inc. Οἱ μὲν κατὰ κόσμον. Des. διὰ φιλανθρωπίαν καταδεχόμενον. Ib. pag. 359.

XXV. pag. ead. *b.* Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Πέτρον Ἰλλέςριον. *Eiusdem ad Petrum Illustrem.* Inc. Ἔδειξεν ὡς ἀληθῶς. Des. σαφῶς τὴν ὕπαρξιν. Ibid. pag. 291.

XXVI. pag. 24. Λόγος παραινετικὸς ἐν εἴδει ἐπιςολῆς πρὸς τὸν δῦλον τοῦ Θεοῦ κύριον Γεώργιον γενόμενον ἔπαρχον Ἀφρικῆς παρὰ Μαξίμου μοναχῦ. *Maximi monachi Sermo hortatorius in forma epistolae ad servum Dei D. Geor-*

(1) In hoc Codice Epistolas S. Maximi adservari non editas adfirmat Holst. in schedis.
(2) In ed. φιλαυτίας.

Georgium, *Africae Praefectum*. Inc. Οὐδεὶς ἔτω τῶν φωτός. Des. σὺν πᾶσιν τοῖς ἁγίοις, ἀμήν. Ibid. pag. 201.

XXVII. pag. 33. Τοῦ αὐτοῦ ἑρμηνεία εἰς τὸν νθ' ψαλμόν. *Eiusdem interpretatio in LIX. Psalmum*. Post titulum: Εἰς τὸ τέλος, τοῖς ἀλλοιωθησομένοις, κ. λ. Inc. Εἰς τὸ τέλος τοῖς ἀλλοιωθησομένοις ὁ παρὼν ἐπιγέγραπται ψαλμός. Des. ὑπάρχει σωτὴρ ὅτι ὁ πάντων δημιουργός. αὐτῷ ἡ δόξα, κ. λ. Cit. edit. Tom. I. pag. 335.

XXVIII. pag. 37. *b*. Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐπιστολὴ πρὸς Ῥουφινιανὸν ἐπίσκοπον. *S. Athanasii Archiep. Alexandrini Epistola ad Rufinianum Episcopum*. Inscribitur: Κυρίῳ υἱῷ καὶ ποθεινοτάτῳ συλλειτουργῷ Ῥουφινιανῷ Ἀθανάσιος ἐν κυρίῳ χαίρειν. *Domino filio, & optatissimo comministro Rufiniano Athanasius salutem in Domino*. Inc. Σοὶ μὲν τῷ (corr. τὰ) υἱῷ, κ. λ. Des. ἐν κυρίῳ προσαγορεύει. In edit. Operum S. Athanasii Paris. A. MDCXCVIII. Tom. II. pag. 963.

XXIX. pag. 39. Τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἐπιστολαί. *S. Basilii Epistolae*, ut ex numeris Graecis in margine adscriptis colligitur, CCLXXIII. Prima inscribitur: Πρὸς Εὐστάθιον φιλόσοφον ἀπὸ Ἀντιοχείας πρὸ τοῦ πρεσβύτερον καταστῆναι. *Ad Eustathium philosophum ab Antiochia, priusquam presbyter crearetur*. Inc. Ἀπειρηκότα με ἤδη, κ. λ. Vltima inscribitur Θεοδώρῳ ἀσπαστική, *Theodoro salutatoria*, & inc. Λέγουσί τινες τοὺς ἑαλωκότας, κ. λ. Des. τῶν ἀληθῶς ἀγαπώντων διεζευγμένος (1). Notandum tamen ex hisce Epistolis nonnullas excidisse; nimirum postremam partem Epist. CXXXVIII. ac duodecim alias sequentes unius fortasse quaternionis iactura inter pag. 126. & 127. Omissus est praeterea numerus CLX. tum alius intercidit quaternio inter p. 158. & 159. unaque cum ipso finis Epistolae CC. duodecim sequentes integrae, ac initium CCXIII. Omissus denique est numerus CCXLV. Vnde colligas ex CCLXXIII. superesse nunc CCXLVII. & ex hisce tres mutilas.

XXX. pag. 190. Γρηγορίου ἐπισκόπου Ναζιανζοῦ ἐπιστολαί. *Gregorii Episcopi Nazianzeni Epistolae*, ut ex numeris patet marginalibus, CCXXXIV. Prima tamen est Basilii Γρηγορίῳ ἑταίρῳ, *ad Gregorium sodalem*, & inc. Ἐγὼ τοῦ ἀδελφοῦ μου. Vltima Λεοντίῳ, *ad Leontium*, quae inc. Ὦ τῆς δεξιᾶς νόσου, κ. λ. Des. μέμνησθαί μου τῶν λιθασμῶν. Heic quoque animadvertendum ex hisce Epistolis deesse postremam partem Epistolae II. quae est *ad Basilium*, ac praeterea septem sequentes integras, duorum fortasse foliorum iactura inter pag. 190. & 191.

XXXI. pag. 242. Τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου ἐπιστολαί. *S. Ignatii Epistolae IX*. Prima est ad *Smyrnaeos*, ultima ad *Tarsenses*, cuius finis desideratur, mutilato Codice: definit enim in verbis, ἀνεπίστατοι γάρ εἰσι τοῦ κι . . . . . S. Ignatii martyris, Antiochensis Episcopi, Epistolas ex hoc Codice Mediceo Isaacus Vossius descripsit; mox castigatiores edidit Carolus Aldrich Oxonii e Theatro Sheldoniano A. MDCCVIII. 8. quae editio inferius occurret, nimirum Cod. LIII.

Codex Graec. membran. Ms. in 4. maiori, Saec. XI. initio ac fine mutilus, in cuius primo folio indiculus manu Lucae Holstenii conscriptus legitur. Constat foliis scriptis 252.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΛΕΞΙΚΟΝ.

DICTIONARIVM INCERTI AVCTORIS.

Titulum corrige.

Georgii Lecapeni de artificio Grammatico Liber.

HVius Opusculi, in quo de significatione, ac constructione verborum, nominum, ac praepositionum, nullo litterarum ordine servato agitur, quodque nullum in hoc Codice titulum praefert, innotuit nobis auctor ex Codice XLIX. huius Plutei, in quo rursus occurrit cum hoc titulo: Ἐπιμερισμοὶ κυρίου Γεωργίου τοῦ Λεκαπηνοῦ. *Ephemerides* (ita enim in suo Catalogo interpretatur Montfaucon.) *D. Georgii Lecapeni*. Inc. Γράφειν, τὸ συγγράφειν λόγον, ἢ ἄλλην τινὰ ἱστορίαν, ὅθεν καὶ συγγραφεύς. Des. ὡς ἐνταῦθα, καὶ παρὰ Δημοσθένει, ὅτι τῶν πραγμάτων ἡμῖν ἐκείνων ἀντιληπτέον ἐστίν. Ineditum est, teste Allatio in Diatriba de Georgiis apud Fabric. in calce Vol. X. Bibl. Graec. pag. 700. Legitur autem Ms. in aliis bibliothecis, & in Vaticana praesertim Cod. DCCCLXXXIII. cum hoc titulo: Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου Γεωργίου τοῦ Λεκαπηνοῦ τεχνολογία περὶ γραμματικῆς. *Sapientissimi & eruditissimi Georgii Lecapeni de artificio Grammatico*. Diversum vero est ab altero *de Constructione Verborum* Libro, qui sub eiusdem Lecapeni nomine editus est Graece Venetiis apud Aldum in 8. MDXXVI. & Florentiae apud heredes Philippi Iuntae in 8. eodem anno, & inc. Ἡ περὶ τῆς συντάξεως τοῦ λόγου διδασκαλία, κ. λ. Hunc autem Lecapeno abiudicat Allatius loc. cit. Interim notandum, Georgium hunc monachum fuisse, ac medio saeculo post Christum natum XIV. floruisse, diu in Thessalia commoratum. Laudatur a Grammatico Verderio in suo Catalogo *Historia Georgii Monachi Lecapeni*. *Laccapenum* vocat Meursius in Gloss. Graecobarb. voce στρέμπτα. Vide plura de eo apud Allatium in cit. de Georgiis Diatriba. COD. VIII.

Codex Graecus chartaceus Ms. in fol. min. Saec. XV. Constat foliis 47.

ΛΑΚΩΝΙΚΟΥ ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ.

LACONICI DEMONSTRATIO HISTORICA.

COntinet hic nitidissimus Codex Laonici, sive, ut Simlero & aliis placet, Nicolai COD. IX.

(1) Exstat in nupera eius Operum editione Paris. Tom. III. p. 214. sub N. CXXIV.

lai (1) Chalcocondylae Atheniensis, qui floruit anno Chr. MCCCCLXX. *Historiam de origine, ac rebus Turcorum, & imperii Graecorum interitu, libris X.* ab anno Chr. MCCXCVIII. atque ab ineunte Ottomanni I. imperio ad annum MCCCCLXII. Liber I. inc. Λαονίκῳ Ἀθηναίῳ τῶν κατὰ τὸν βίον. Liber X. des. Πελοπόννησον ἐγένετο. In fine Λαονίκου ἀπόδειξις ἱστοριῶν δεκάτη. Τέλος. *Laonici declarationis Historiarum decimi Libri finis.* Prodierunt Gr. & Lat. cum Conradi Clauseri versione in tribus Historiae Byzantinae Scriptoribus iunctim Nicephoro Gregorae, & Georgio Acropolitae, Genevae MDCXV. fol. separatim vero ex typographia Regia Paris. MDCL. fol. &c.

Codex Graecus chartaceus Ms. in fol. Saec. XV. Constat foliis scriptis 186.

ΛΕΞΙΚΟΝ ΕΙΣ ΟΜΗΡΟΝ ΑΝΩΝΥΜΟΥ.

DICTIONARIVM IN HOMERVM INCERTI AVCTORIS.

COD. X. I. pag. 1. INscribitur etiam, manu Lucae Holstenii, *Scholia antiqua in Odysseam Homeri*, ita tamen exarata, ut Lexici formam praeseferre videantur; quum enim singulae paginae in duas columnas sint divisae, prima Homericas voces, non eas quidem alphabetice, sed prout Homerum legentibus obviae fiunt digestas; altera earumdem explicationes, modo breviores, modo longiores, prout res postulare videtur, itemque scholia, & enarrationes exhibet. Initium Scholiorum fit ab Hypothesibus, quae singulis praefiguntur libris, quaeque ferme cum iis concordant, quas in Codicibus Plutei XXXII. ac praesertim in Codice IV. contineri supra innuimus. Age, initium heic eorum, quae in Librum I enarrantur, & ex quibus de reliquis iudicium ferre possis, in medium proferamus. Hypoth. inc. Θεῶν ἀγορὰ γίνεται περὶ τοῦ τὸν Ὀδυσσέα εἰς Ἰθάκην πεμφθῆναι, κ. λ. Scholia inc.

Ἄνδρα, νῦν τὸν φύσει. οὐ γὰρ εὑρίσκεται δύο ἐπίθετα ἄνευ κυρίου, ἢ προσηγορικοῦ. Δηλοῖ δὲ καὶ τὸν ἀνδρεῖον, ἀνδρὸς ἀκοντίσαντος, κ. λ. varias huius vocis significationes persequitur.

Ἔννεπε, εἰπέ.

Πολύτροπον, ἐπὶ πολλὰ τρέποντα τὴν διάνοιαν, συνετὸν, ἢ πολλῶν ἔμπειρον τρόπων.

Πλάγχθη, ἐπλανήθη.

Ἐπεὶ Τροίης, ἀντὶ τοῦ ἀφ' οὗ τὴν Τροίαν.

Ἱερὸν πτολίεθρον, διὰ τὸ τετειχίσθαι ὑπὸ θεῶν, ἢ διὰ τὴν πρὸς τὸν Δία εὐσέβειαν.

Ἔπερσεν, ἐπόρθησεν.

Ἄστεα, πόλεις, κ. λ. Varia adfert ex Aphthonii Sophistae aliorumque Lexicis Homericis specimina Montfaucon. Bibl. Coislin. p. 457. seqq. sed a nostro prorsus diversa sunt.

Codex Graecus chartaceus Ms. in fol. Saec. XV. valde nitidus, diligenterque exaratus. Constat foliis 160.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΛΕΞΙΚΟΝ.

DICTIONARIVM INCERTI AVCTORIS.

sive

Etymologicum Magnum.

INcipit a littera A, voce, Ἄβαλαι, σχετλιαστικὸν ἐπίρρημα παρὰ τὸ βάλλω, κ. λ. Desinit in littera Ω, verbis, οἷον χώρα, χήρα, ψώρα, ἔτω καὶ ὥρα, quemadmodum innuimus supra in recensione Codicis III. huius Plutei. In fine legitur haec amanuensis subscriptio: Τοῦτο τὸ βιβλίον ἐγράφη ἐν Ἐνετῶν νῦν νήσῳ τῇ Κρήτῃ ἐν τῇ πόλει Κάνδακι λεγομένῃ τοῖς ἀναλώμασιν ἐμοῦ Φραγκίσκου τοῦ Φιλέλφου, ὅπερ καὶ τὸ βιβλίον ἐστίν. ἔτει χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἑξηκοστῷ ἕκτῳ ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως. *Hic liber scriptus est in Venetorum nunc insula Creta in civitate Candaci dicta, impensis meis Francisci Philelphi, cuius est liber, anno* MCCCCLXVI. *a Christi ortu.* Nescio an eiusdem Philelphi cura & impensis descriptum fuerit idem Etymologicum Magnum Mediolani hoc eodem anno, quod habetur infra Cod. XV. COD. XI.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saec. XV. optimae notae. Constat foliis 396.

ΕΠΙΣΤΟΛΩΝ ΑΘΡΟΙΣΙΣ ΑΝΔΡΩΝ ΠΑΝΣΟΦΩΝ.

EPISTOLARVM COLLECTIO VIRORVM SAPIENTISSIMORVM.

Sive

Veterum Philosophorum & Oratorum Epistolae, Callinici de laude Romae, ex Adriani Rhetoris declamationibus excerpta, Dionis Chrysostomi Sermo &c.

PRaecedit Index eorum, quorum Epistolae in hoc continentur Volumine, versiculis septem iambicis adscriptis, quos vide in Collectione Epistolarum Graecorum Veterum cum Iac. Cuiacii versione Latina Aurel. Allobr. MDCVI. fol. pag. 163. COD. XII.

I. pag. 1. *b. Phalaridis Epistolae CXXXIX.* omnes editae (ordine licet diverso) in cit. Collect. a pag. 59. ad pag. 107. ubi sunt CXLVIII. Novem igitur heic in Codice desiderantur, quae tamen inferius occurrunt, nimirum §. XXII.

II. pag 31. *b. Pythagorae ad Hieronem unica.* Ibid. pag. 107. (2).

III. pag. ead. *Anacharsidis Epistolae IX.* eodem ordine, quo iacent in dicta edit. pag. 348.

IV. pag. 33. *Bruti Epistolae LXX.* praevia Mithridatis ipsarum collectoris ad Regem Mithridatem consobrinum Epistola. Ibid a pag.

(1) Idem nomen est Nicolaus, & Laonicus, quemadmodum Theophilus & Philotheus, Demonicus & Nicodemus.
(2) Haec omissa a Montfauconio.

pag. 108. ad pag. 120. eodem prorſus ordine digeſtae.

V. pag. 41. *Chionis Epiſtolae XVII.* Ibid. a p. 24. ad pag. 35. eodem item ordine.

VI. pag. 49. *b. Euripidis Epiſtolae V.* Ibid. p. 350. eodem ordine.

VII. pag. 52. *b. Hippocratis Epiſtolae XV.* Inter has nonnullae ſunt etiam Regis *Artaxerxis, Paeti, Hyſtanis, Democriti, &c.* Ibid. a p. 317. ad p. 331. ubi ſunt XIV. Decimaquinta enim in Codice, quae inſcribitur, Ἱπποκράτης πρὸς τὸν υἱὸν Θεσσαλὸν, *Hippocrates ad filium Theſſalum*, & incipit: Ἱστορίης δὲ μελέτω σοι, κ. λ. in edit. deſideratur.

VIII. pag. 64. *Heracliti Epiſtolae IX.* Ib. a pag. 332. ad pag. 338. ubi ſunt tantummodo VIII. prima enim in Codice, Ἑρμοδώρῳ inſcripta, cuius initium, Ἄχρι τίνος, Ἑρμόδωρε, κακοὶ ἔσονται ἄνθρωποι, κ. λ. in edit. non occurrit.

IX. pag. 69. *b. Apollonii Epiſtolae XCI.* Ib. a pag. 120. ad p. 135. eodem ordine.

X. p. 78. *b. Dionyſii ſophiſtae Antiocheni Epiſtolae XLVI.* Ibid. a pag. 448. ad p. 454. eodem ordine.

XI. pag. 82. *b. Lyſidis ad Hipparchum unica.* Ibid. pag. 454.

XII. pag. 83. *b. Meliſſae ad Clearetam unica.* Ibid. pag. 358.

XIII. pag. 84. *Myiae ad Phyllidem unica.* Ibid.

XIV. pag. ead. *b. Theanus Epiſtolae III.* Ib. p. 355.

XV. pag. 86. *b. Muſonii ad Pancratidam unica.* Ibid. p. 456.

XVI. pag. 88. *b. Diogenis Epiſtolae XXIX.* Ibid. a pag. 338. ad pag. 345. ubi ſunt tantummodo XXVII. nam XXVI. in Codice, quae eſt *ad Cratetem*, & inc. Μέμνησο, ὅτι τῆς πενίας, κ. λ. & XXIX. *ad Dionyſium*, cuius initium, Ἐπειδὴ δέδοκταί σοι, κ. λ. deſiderantur in hac edit. habentur tamen, (teſte Fabric. B. G. Vol. I. p. 423.) Graece & Latine excuſae apud Commelin. MDCI. in 8. cum verſione Eilhardi Lubini.

XVII. pag. 94. *b. Cratetis Epiſtolae XIV.* Ib. p. 345. eodem ordine.

XVIII. pag. 96. *Platonis Epiſtolae VIII.* pauciores, quam editae ibid. a pag. 276. ad p. 313. ubi ſunt XIII. Primae tamen duae in Codice, *Dionyſio* inſcriptae; quarum altera inc. Πῶς χρὴ ἐμὲ καὶ σὲ, κ. λ. altera, Μεγίστη φυλακὴ, τὸ μὴ γράφειν, κ. λ. dicto loco non occurrunt. Sex vero reliquae, ſunt inter editas I. II. IV. V. IX. & X.

XIX. pag. 101. *Aeſchinis Rhetoris Epiſtolae IV.* quae ex editis loc. cit. pag. 36. ſunt I. III. VI. & VII.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XVI. marginibus, quum tineis valde perforati essent, novis pagellis restauratis. Constat foliis 84.

ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗ.

GRAMMATICA.

Seu

Variorum Opuscula Grammatica.

I. pag. 1. Μιχαὴλ πρεσβυτέρε ϗ συγκέλλε τοῦ ἀποςολικῦ θρόνε τῶν Ι῾εροσολύμων μέθοδος περὶ τῆς τοῦ λόγε συντάξεως, σχεδιασθεῖσα ἐν Ε᾿δέσσῃ τῆς Μεσοποταμίας αἰτήσει Λαζάρε διακόνε, φιλοσόφε ϗ λογοθέτου. *Michaëlis presbyteri & syncelli Apostolicae sedis Hierosolymitanae Methodus de Constructione sermonis, ex tempore dictata Edessae Mesopotamiae, petente Lazaro diacono, philosopho, & Logotheta*. Inc. Η῾ περὶ τῆς συντάξεως τῦ λόγε διδασκαλία. Def. λύχνον ϗ ὁδηγὸν τῆς ἡμῶν πνευματικῆς μεμνήμενος σχέσεως. Quae sunt ultima verba epilogi, quo clauditur opus. Tum sequitur pag. 47. *b*. Caput Περὶ τοῦ πῶς δεῖ συντάσσειν. Inc. Ποσαχῶς διαιρεμένην ἐςὶ δυνατὸν εὑρεῖν, κ. λ. Def. τῆς ἡμῶν πρὸς σὲ σχέσεως, ὦ φίλων ἄριςον μειράκιον, quod num ad superiorem Michaëlis Tractatum pertineat, ignoramus. Haec syntactica methodus, seu de constructione Orationis, Ms. servabatur etiam in Bibliotheca Palatina, quae in Vaticanam transiit. Vid. Sylburgi Catalogum Mss. Bibl. Heidelberg. pag. 109. & Mss. Coislinian. p. 230. COD. XXVI.

II. pag. 48. Πάθη λέξεων τοῦ Τρύφωνος. *Tryphonis dictionum adfectiones*. Inc. Τὰ τῆς λέξεως πάθη. Def. φθάσαν γὰρ ἀπὸ τῦ ἐνικῦ ἀποκοπῆναι ὐκέτι ἐκλίθη. Exstat hic Tractatus etiam

(1) Tam titulum, quam initium huius Operis paene obliteratum ex nonnullis litterarum vestigiis, & ex aliorum Codicum exemplaribus supplevimus.

etiam in Cod. XVI. Plut. LVI. §. IV. sed in fine septem circiter versus longior.

III. pag. 51. Ἰωάννου γραμματικοῦ τοῦ Χάρακος περὶ ἐγκλινομένων. *Ioannis Characis Grammatici de Encliticis* (1). Inc. Ἰστέον, ὅτι τὰ ἐγκλιματικά εἰσιν (corr. ἐκ εἴσιν) ἐν τοῖς ὀκτὼ μέρεσιν, κ. λ. Def. ὅτι καὶ τὰ ἑκάστῃ λέξει ἀναπέμπουσι τὸν τόνον. ταῦτα περὶ τούτων. Nihil de hoc Ioannis Opere Fabricius, qui mentionem huius Grammatici facit Bibl. Gr. Vol. IX. pag. 366.

IV. pag. 58. Ἰωάννου Ἀλεξανδρέως γραμματικοῦ περὶ διαφόρων τόνων, ὅσαι λέξεις πρὸς διάφορον σημαινόμενον διάφορον δέχονται τὸν τόνον κατὰ στοιχεῖον. *Ioannis Alexandrini Grammatici de diversis accentibus, quae voces nimirum pro diversa significatione diversum accentum accipiunt iuxta alphabetum*. Inc. Ἄγνος τὸ φυτὸν, παροξύτονον. ἁγνὸς, ὁ καθαρὸς, ὀξύτονον. Def. Ὠχρὸς, ὁ χλωρὸς, ὀξύτονον. Hic Ioannis Philoponi brevis Tractatus saepius prodiit Graecis subiectus Lexicis. Separatim vero, & quintuplo a se auctum, usibus studiosorum Graecae linguae obtulit Erasmus Schmidius Witeb. MDCXV. 8.

V. pag. 65. b. Ἐτυμολογίαι σὺν Θεῷ διάφοροι. *Etymologiae diversae, auspice Deo*, ordine alphabetico. Inc. Ἀλίβας ὁ νεκρὸς, παρὰ τὸ λιβάδα μὴ ἔχειν. Def. εἰς λεπτὸν, ὅ ἐστιν ὑδατῶδες λευκόν. Adnectuntur deinde alia pauca de verbo εἰμὶ, ac de accentibus aliarum particularum encliticarum.

VI. pag. 69. b. Λέξεις τῶν ἰαμβικῶν κανόνων. *Dictiones Canonum iambicorum*, cum sua explicatione. Inc. Ἀφεγγεῖς, μὴ ἔχοντας φῶς. Ἁγιστείας, ἁγιωσύνης. Def. Ὡς ἄημα, ὡς πνεῦμα. ἄημα γὰρ τὸ πνεῦμα παρὰ Διογενιανῷ. Hae quoque secundum alphabeti litteras dispositae sunt.

VII. pag. 71. Τοῦ σοφωτάτου Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ σύνοψις διὰ στίχων γραφεῖσα πολιτικῶν πασῶν τῶν ἐπιστημῶν, γενομένη πρὸς τὸν εὐσεβέστατον κύριον Μιχαὴλ τὸν Δούκα ἐκ προστασίας τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ βασιλέως, ὥστε διὰ τῆς εὐκολίας καὶ τῆς ἡδύτητος ἐνεχθῆναι τοῦτον εἰς τὴν μάθησιν τῶν ἐπιστημῶν. *Sapientissimi Michaëlis Pselli synopsis omnium scientiarum, versibus scripta politicis, ad piissimum D. Michaëlem Ducam iussu patris ipsius, & Imperatoris, ut facile & suaviter ille ad scientiarum cognitionem traheretur*. Inc.

Μελέτω σοι γραμματικῆς καὶ τῆς ὀρθογραφίας.

Def.

Ἀλλ' ἀποχρῶνται πέφυκε καὶ ταῦτα, στεφηφόρε.

Inter inedita Pselli scripta reponitur ab Allatio in Diatriba de Psellis ex Fabric. edit. in calce Vol. V. Bibl. Graecae pag. 40. seq. ubi titulum habet omnino diversum: inscribitur enim: Στίχοι πολιτικοὶ περὶ γραμματικῆς πρὸς κύριν Κωνσταντῖνον τὸν Μονομάχον.

VIII. pag. 77. Περὶ τῶν συστελλοφυλασσόντων τὸ ω ἐπὶ τῆς γενικῆς. *De nominibus contrahentibus, vel custodientibus ω in genitivo*, ad Leonem, ut ex brevissimo Operis Prologo colligitur, cuius initium: Παντὶ τῷ ζητοῦντι ἔνεστί τι περισσὸν, ἡ θεία παροιμία φησί. Τοῦτο γοῦν καὶ ἐπὶ σοὶ, φιλολογώτατε Λέων, κ. λ. Desinit Opus: εἰ δὲ συστέλλεται τὸ δίχρονον, φυλάττεται τὸ ω ἐπὶ γενικῆς. Auctor Anonymus, sed forte idem Psellus, cui adscribendi videntur etiam versiculi, qui sequuntur usque ad §. XIV. inclusive.

IX. pag. 81. Τοῦ αὐτοῦ στίχοι ἰαμβικοὶ ρʹ. *Eiusdem* (nimirum, ut arbitror, Michaëlis Pselli) *versus iambici centum* de rebus Grammaticis. Inc.

Καιρὸς μὲν ὕπνου, καὶ καθεύδειν ἦν δέον.

Def.

Πανευπρεπεῖς τίκτοιτε παῖδας τοὺς λόγους.

Iidem habentur etiam superius Cod. XXIV. huius Plutei §. XXVII.

X. pag. 82. b. Τοῦ αὐτοῦ στίχοι ρʹ περὶ ἀντιστοίχων. *Eiusdem versus centum de antistoechis*. Inc.

Πέδον τιθηνὸν ἀκριβοῦ πεφιλμένε.

Def.

Οὕτως κοτεῖτε καὶ χαράττειν καὶ γράφειν.

XI. pag. 84. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀντιστοίχων στίχοι ρʹ. *Eiusdem de antistoechis versus centum*. Inc.

Ἔρον σμίκρυνε, τῶν γέλων μέγα γράφε.

Def.

Ὄφις δὲ δάκνει καὶ κύων σὺν ἀσπίδι.

XII. pag. 85. b. Τοῦ αὐτοῦ στίχοι πολιτικοὶ περὶ ῥημάτων ἀνυποτάκτων καὶ ἀνθυποτάκτων ρʹ. *Eiusdem versus politici centum* (sunt tamen revera CVII.) *de verbis non suppositis, & contrasuppositis*. Inc.

Φέρε μικρόν τι παίξωμεν πολιτικοῖς ἐν στίχοις.

Def.

Καὶ πνευστιᾶν πως ἔοικεν· οὐκοῦν ἀναπαυστέον.

Exstant item in dicto Codice XXIV. §. XXIV. ubi tamen sunt versus CXXIV.

XIII. pag. 87. b. Τοῦ αὐτοῦ στίχοι πολιτικοὶ περὶ τῶν διὰ τοῦ ια θηλυκῶν ὀνομάτων λςʹ. *Eiusdem versus politici XXXVI. de nominibus faemininis desinentibus in ια*. Inc.

Ἔφης, ὦ φίλε Μιχαὴλ, μόνα με τῶν ἁπάντων.

Def.

Κἂν τῶν εἰς ος, κἂν ἴων εἰς ω περισπωμένων εἴη.

In dicto Codice XXIV. §. XXVI. ubi versus sunt XL.

XIV. pag. 88. b. Τοῦ αὐτοῦ στίχοι πολιτικοὶ περὶ συντάξεως ρμʹ. *Eiusdem versus politici CXL.* (sunt tamen CXXXVIII.) *de Constructione*. Inc.

Τί δὲ περὶ συντάξεως μῶν ταύτας παροπτέον.

Def.

Ὥσπερ φασίν που τῶν Μυσῶν καὶ τῶν Φρυγῶν τοὺς ὅρους.

Item in dicto Codice §. XXV. ubi versus CXL. Subiiciuntur deinde pag. 91. nonnulla de nominibus desinentibus in οτατος, κ. λ.

XV. pag. 91. b. Leguntur *Nomina fluminum, fontium, montium, urbium, gentium, atque lapidum*.

XVI. pag. 92. *Canones, sive regulae Gramma-*

(1) Tam heic, quam infra Codice XXV. Plut. LVIII. corrigendus Montfauconius qui in suo Catalogo semel ait: *Io. Characis Grammatici de Declinationibus*, iterum vero: *Io. Characis Grammatici de his quae declinantur*.

maticae, & orthographiae ad cantum accommodatae memoriae facilioris gratia; tum de litteris, quae contrahuntur in genitivo. Horum omnium initium est: Κανὼν περὶ ἀντιςοίχων, ἦχος δ'. ᾠδὴ α'. Θαλάσσης τὸ ἐρυθραῖον πέλαν. Τὸ α τὴν καταρχὴν ἀσπάζεται, κ. λ. Finis: τὰ λοιπὰ δὲ μεγάλα γραφέσθωσαν. Tum haec ab eadem amanuensis manu subscriptio apposita: Δόξα σοι, Χριςὲ, δι' ȣ͂ κ̀ διήνυσα τὸ φιλοτέχνημα πολυωφελέςατον ὁ σὸς οἰκέτης νίκης ἐπώνυμος, Χαλκοπρατίων πρόξενος, ἀνεψιὸς τῶν Σερῶν τοῦ ποιμένος, ὅπερ τὸν ὁμώνυμον διὰ οἶκτον ἐδέξατο Στέφανον.

Ὄνομα καλὸν κ̀ σφόδρα θαυμάσιον ἡ βίβλος κτήσεται. μεγαλεμπορία γὰρ τοῖς φιλολόγοις, οἶδα, κληθήσεται, τοῖς ἀντιςοίχοις βριθȣ͂σα, καὶ πυκνȣμένη καλῶς τοῖς κανόσιν, ȣ͂ς περ κ̀ θαυμάσονται οἱ τὸν φθόνον ψυχαῖς ὑποσμίχονται.

Gloria tibi, Christe, cuius gratia artificiosum hoc opus, atque utilissimum absolvi ego tuus famulus Nicetas, victoriae adfine nomen consecutus, Chalcopatri hospes, consobrinus Serrωn Pastoris, qui sua miseratione eiusdem nominis virum excepit Stephanum.

Nomen pulcrum, ac multum admirabile liber habebit: magnum enim emporium, ut puto, a philologis vocabitur; quum sit totus antistoechis onustus, & bene adpositis canonibus refertus, quos admirabuntur vel illi, qui invidiam animis inurunt.

XVII. pag. 112. *b.* Pro coronide huius Voluminis adferuntur *Deorum Epitheta*, quorum initium ab Iove, hoc titulo: Ἐπίθετα του Διὸς ἦχος α'. Πρὸς τὸν τάφον σȣ Σωτήρ. Ἐπίθετα Διὸς, Δωδωναῖος, Ἰδαῖος, Ἑρμεῖος, κ. λ. Sequuntur deinde *Epitheta Bacchi, Minervae, Cereris, Dianae, Iunonis, Apollinis, Martis, &c.*

Codex Graecus membranaceus Ms. in 12. Saec. XIV. cuius magna pars, veteri scriptura abrasa, nova manu conscripta est. Constat foliis 113.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΜΕΛΕΤΑΙ ΚΑΙ ΛΟΓΟΙ.

LIBANII SOPHISTAE MEDITATIONES ET ORATIONES.

COD. XXVII. Continet Libanii Opera duobus Tomis divisa, quorum alter *Declamationes XXV. Orationes* alter *XXXII.* (1) complectitur. Primo Tomo praecedit Declamationum Index, singularum titulos & initia repraesentans: Indici vero versiculi sequentes:

Πίνακά σοι πρȣ̈θηκα τῆσδε τῆς βίβλȣ,
Ὡς ἀπόνως σχῇς ὃν περ ἂν ζητεῖς λόγον.
Tabulam tibi proposui huiusce libri,
Vt sine labore habeas quem quaeris sermonem.

Declamationum series ita habet:

I pag. 3. *Apologia filii a patre abdicati.* In Cod. XXI. huius Plutei §. VII.

II. pag. 10. *Vlyssis ad Troianos Oratio super Helena.* Ibid. §. II.

III. p. 22. *Demosthenis Relatio de Ara.* Ibid. §. XI.

IV. pag. 27. *b. Patris Apologia.* Ibid. §. XXI.

V. pag. 37. *Avarus se deferens.* Ibid. §. XXXIX.

VI. pag. 45. *Neptuni Actio.* Ibid. §. XXX. In hoc tamen Codice praelocutio concordat cum edita.

VII. pag. 48. *Martis Apologia.* Ibid. §. XXXI.

VIII. pag. 53. *Divitis strenui Apologia.* Ib. §. XXIX.

IX. pag. 59. *Divitis Accusatio.* Ibid. §. XXVI.

X. pag. 66. *Orator praemium petens.* In Cod. XXIII. huius Plutei §. V.

XI. pag. 79. *b. De Laide non reducenda.* In dicto Cod. XXI. §. XXXII.

XII. pag. 88. *Archidami Apologia.* Ibid. §. XXXIII.

XIII. pag. 93. *Caeci parricidii suspecti Apologia.* Ibid. §. XV.

XIV. pag. 108. *Orestes.* Ibid. §. X. Post hanc Declamationem, amanuensis iterum describere caeperat *Vlyssis ad Troianos Orationem super Helena*, quae habetur supra §. II. sed post unum folium errore cognito destitit.

XV. pag. 120. *Achillis Oratio, Vlyssis Oratorio Sermoni adversaria.* Ibid. §. IV.

XVI. pag. 135. *Patrocli ad Achillem Oratio.* Ibid. §. IX.

XVII. pag. 148. *b. Fortis abdicari petens.* In dicto Cod. XXIII. §. IV.

XVIII. pag. 159. *Abdicati fratrem amantis Apologia.* In dicto Codice XXI. §. XXXIV.

XIX. pag. 167. *b. Damnatus exsilium petens.* Ibid. §. XXXVII.

XX. pag. 172. *b. Avarus filium pium abdicans.* Ibid. §. XVIII.

XXI. pag. 179. *b. Timon se deferens.* Ibid. §. XXIV.

XXII. pag. 189. *Rei caedis adulterorum Apologia.* In dicto Cod. XXIII. §. XXIX.

XXIII. pag. 202. *b. Ducis Apologia.* In Cod. XXI. §. XXVIII.

XXIV. pag. 213. *b. Morosus se deferens.* Ibid. §. XVII.

XXV. p. 220. *b. Parasitus alter se ipsum deferens.* Ibid. §. XIX. Sequitur deinde p. 226. analysis trium Declamationum, nimirum I. IX. & XIII. iuxta seriem, quam in hoc obtinent Codice, seu Tractatus de figuris rhetoricis a Libanio in tribus hisce Declamationibus adhibitis. Et heic definit Tomus prior.

Pag. 229. Incipit Tomus alter, *Libanii Orationes* complectens, quibus index praecurrit, & indici versiculus:

Χριςὲ, δίδȣ πονέοντι τεὴν πολύολβον ἀρωγήν.
Christe, porrige laboranti tuam felicissimam opem.

Orationum series sequens est:

I. pag. 231. *De Vita sua.* In Codice XX. huius Plutei §. XXXIV.

II.

(1) Male Montfauconius numerat XXXI. ut ex nostra recensione patebit.

II. pag. 269. *Ad Iuvenes de Oratione*. In Cod. XIII. Plut. XXXII. §. XVI.

III. pag. 272. *b.* Ἄρτεμις. *Dianae Encomium*. In cit. edit. Tom. II. pag. 661. Succedunt quidam versiculi ἄμετροι, parvi momenti.

IV. pag. 277. *b. De insatiabili cupiditate*. In Codice XX. huius Plutei §. XII.

V. pag. 279. *b. Pro Aristophane*. In dicto Cod. XIII. §. X.

VI. pag. 287. *Legatio ad Iulianum*. Ibid. §. VI.

VII. pag. 297. *b. Lamentatio super Nicomedia*. Ibid. §. III.

VIII. pag. 300. *In Imp. Iulianum Consulem*. Ibid. §. VIII. Sequitur Ἐπιστολὴ τοῦ Κυδώνη (haec enim tantummodo verba ex longiori olim titulo supersunt). Inc. Τὸν μὲν Ἡσίοδον λόγος αἱρεῖ ἰδιώτατος καταδαρθέντα ἐγερθῆναι σοφὸν, κ. λ. Des. σεμνὸν ἐπιφημίζοντες ὄνομα.

IX. pag. 311. *b. Concio funebris in Iulianum*. Ibid. §. II.

X. pag. 351. *b. Alia funebris Oratio in eumdem*. Ibid. §. I.

XI. pag. 355. *b. De ulciscenda Iuliani caede*. Ibid. §. XIV.

XII. pag. 361. *Basilicus Sermo in Constantium & Constantem*. Ibid. §. IV.

XIII. pag. 386. *Panegyricus Iuliano dictus*. Ibid. §. IX.

XIV. pag. 391. *b. Panegyricus Antiochenus*. Ibid. §. V.

XV. pag. 421. Πρὸς τὴν βουλήν. *Oratio habita ad Senatum*. Inc. Ὅσοις μὲν πρὸς ὅσους ἐχρησάμην. Des. τὴν βουλὴν ἀνθοῦσαν. Inter inedita Libanii scripta reponit Fabric. B. G. Vol. VII. pag. 411. Edidit tamen postea Ant. Bongiovanni Venetiis MDCCLIV. 4. p. 30.

XVI. pag. 428. *In eos, qui doctrinam ipsius eludebant*. In dicto Cod. XX. §. III. Titulus tamen cum illo cit. edit. Paris. concordat.

XVII. pag. 438. *b.* Πρὸς τὸν βασιλέα κατὰ τῶν προσεδρευόντων τοῖς ἄρχουσιν. *Ad Imperatorem adversus Assessores Magistratuum*. In cit. Tom. II. pag. 191.

XVIII. pag. 445. *Ad eos, qui molestum illum appellabant*. In dicto Cod. XIII. §. XV.

XIX. pag. 452. *b.* Πρὸς Ἰκάριον. *Ad Icarium*. In cit. Tom. pag. 455. ubi mutila est; desinit enim in verbis, ἐποίει δὲ ταῦτα ἢ ἐπεὶ . . . pag. vero 513. legitur peroratio huius Orationis incipiens a verbis πρὸς τὸν δεύτερον. ἦν γὰρ, κ. λ. quae quidem editi exemplaris lacuna suppleri potest hoc Codice, qui integram exhibet Orationem. Quae vero interiecta sunt inter relata verba, ἐποίει δὲ ταῦτα, & πρὸς τὸν δεύτερον, κ. λ. duo circiter foliis nostri Codicis continentur.

XX. pag. 457. *b.* Κατὰ Ἰκαρίου. *Adversus eumdem Icarium Invectiva*. Ibid. pag. 460.

XXI. pag. 464. *Ad Caesarium Magistrum*. In dicto Cod. XIII. §. XXI.

XXII. pag. 469. Πρὸς τὰς τοῦ παιδαγωγοῦ βλασφημίας. *Adversus Paedagogi convicia*. Inc. Οὐ τοὺς ὑβρικότας. Des. τί δὲ ὁ παιδαγωγός. In cit. Tom. pag. 637. & 675. Nam duae Orationes istae, nimirum (ut in Indice praemisso numerantur) XXXII. & XXXV. quum ad eamdem rem pertineant, in Codice instar unius coniunguntur.

XXIII. pag. 474. Πρὸς τοὺς οὐ λέγοντας. *Invectiva in eos, qui dicere nolunt*. Inc. Καὶ ἐμὲ, καὶ τὴν πόλιν. Des. πρὸς τὰ παρόντα φάρμακον. Ibid. pag. 633. multo tamen brevior; nam desinit in verbis, ἀλλ' ἐν τῷ . . . Codex vero ita prosequitur: ἀλλ' ἐν τῷ ὑμετέρῳ βίῳ διαφθαρῆναι τῇ πόλει τὴν δόξαν, κ. λ. usque ad finem, quem mox retulimus: quae paginas circiter quatuor complectuntur.

XXIV. pag. 479. *Ad iuvenes super tapete*. In dicto Cod. XX. §. IV.

XXV. pag. 485. *b. Adversus Aristidem pro Saltatoribus*. Ibid. §. XV.

XXVI. pag. 508. *Ad Antiochenos de Imperatoris ira*. In memorato Codice XIII. §. VII. cum quo initium & finis concordat.

XXVII. pag. 515. *b. Ad Theodosium Imp. de seditione*. Ibid. §. XI.

XXVIII. pag. 522. *b. Ad eumdem post conciliationem* cum Antiochenis. Ibid. §. XII.

XXIX. pag. 529. Ὑπὲρ ἑαυτοῦ διὰ τὴν πρὸς Ἀντίοχον συνηγορίαν. *Pro se ipso ob susceptam Antiochi defensionem*. Ibid. §. XIX. sub titulo diverso.

XXX. pag. 534. Πρὸς Ἀντιοχέας ὑπὲρ τῶν ῥητόρων. *Ad Antiochenos pro Rhetoribus*. In cit. Tom. pag. 85.

XXXI. pag. 540. *b. De servitute*. In dicto Cod. XIII. §. XX. cum quo concordat.

XXXII. pag. 551. Κατὰ Λουκιανοῦ. *Contra Lucianum*. In cit. Tom. pag. 433. Sequitur amanuensis subscriptio: Ἔτους ,ϛϡ'. τέλος σὺν Θεῷ ἁγίῳ τῆς παρούσης δέλτου μηνὶ Σεπτεμβρίῳ. χειρὶ δὲ καὶ κόπῳ Θεοπέμπτου ἐτελειώθη· καὶ πάντες, ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀντιβολῶ, εὔχεσθέ μοι (1). *Anno* 6900. (Christi MCCCXCII.) *finis cum Deo sancto praesentis libri mense Septembri; manu vero ac labore Theopempti absolutus est; & omnes vos, fratres ac patres, quaeso, orate pro me*. Tum versiculi septem πολύμετροι ad SS. Triadem, non illi quidem magni momenti.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. min. Saec. XIV. Constat foliis scriptis 556.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΣ.

LVCIANVS.

IN prima Codicis pagina occurrit statim brevis Luciani Vita, sic tamen oscitanter exarata, ut ex ea nonnulla perierint. Inc. Λουκιανὸς ὁ κατάρατος, ὃς δαίμοσι μὲν ἐξ ἀρχῆς, κ. λ. Des. τῷ σκότει προσέδραμε. Ead. pag. *b.* Operum Luciani index & ipse parum accurate conscriptus, quorum haec series: COD. XXVIII.

I. pag. 2. *Tyrannicida*, cum argumento.

II. pag. 6. *b. Abdicatus*, item cum argumento.

III. pag. 14. *Phalaris prior*.

(1) Mutilam edidit hanc subscriptionem Montfaucon.

IV. pag. 17. *Phalaris alter*.

V. pag. 18. *b. Herodotus, sive Aetion*. Tom. I. cit. edit. pag. 831.

VI. pag. 20. *Zeuxis, sive Antiochus*. Ibid. pag. 838.

VII. pag. 22. *b. Pro lapsu in salutando*.

VIII. pag. 25. *De mercede conductis*. Huius Sermonis aliquae paginae in Codice sunt transpositae.

IX. pag. 35. *Apologia pro mercede conductis*.

X. pag. 38. *b. Harmonides*.

XI. pag. 40. *Scytha, seu conciliator hospitii*. Tom. I. pag. 859.

XII. pag. 42. *b. Quomodo historia conscribenda sit*.

XIII. pag. 53. *De Dipsadibus*.

XIV. pag. 54. *Hippias, seu Balneum*.

XV. pag. 55. *b. Allocutio, seu Bacchus*.

XVI. pag. 57. *Allocutio, sive Hercules*.

XVII. pag. 58. *b. Muscae Encomium*.

XVIII. pag. 60. *Demonactis Vita*.

XIX. pag. 63. *b. De Domo*.

XX. pag. 67. *b. Patriae Encomium*.

XXI. pag. 69. *De morte peregrini*.

XXII. pag. 74. *b. Pseudologista, seu de die nefasto contra Timarchum*.

XXIII. pag. 79. *b. Adversus indoctum & multos libros ementem*.

XXIV. pag. 84. *De somnio, seu Vita Luciani*.

XXV. pag. 86. *b. De Luctu*.

XXVI. pag. 89. *Demosthenis Laudatio*.

XXVII. pag. 97. *Ad eum, qui dixerat, Prometheus es in verbis*.

XXVIII. pag. 98. *b. De non temere credendo calumniis*. In Codice tamen inscribitur: Περὶ ἀγνοίας.

XXIX. pag. 103. *b. De Electro, seu Cycnis*.

XXX. pag. 104. *b. Macrobii*.

XXXI. pag. 107. *b. Verae historiae Liber primus*. In Cod. inscribitur: Α'ληθινῶν διηγημάτων πρῶτον.

XXXII. pag. 116. *Verae historiae Liber secundus*. Inscrib. Α'ληθινῶν διηγημάτων δεύτερον.

XXXIII. pag. 124. *Iudicium vocalium*.

XXXIV. pag. 125. *b. De Sacrificiis*.

XXXV. pag. 127. *b. Rhetorum praeceptor*.

XXXVI. pag. 132. *b. Alexander, seu Pseudomantis*.

XXXVII. pag. 142. *De Dea Syria*. Tom. III. pag. 451.

XXXVIII. pag. 150. *De Astrologia*.

XXXIX. pag. 152. *b. Convivium, vel Lapithae*.

XL. pag. 158. *b. Icaromenippus, seu Hypernephelus*.

XLI. pag. 165. *Iupiter confutatus*.

XLII. pag. 167. *b. Traiectus, seu Tyrannus*.

XLIII. pag. 172. *Timon, seu Misanthropos*.

XLIV. pag. 179. *Charon, seu Contemplantes*.

XLV. pag. 183. *b. Nigrinus, seu de moribus philosophorum*. Huius Dialogi fere dimidium recentiori manu suppletum est.

XLVI. pag. 190. *Iupiter Tragoedus*. Huius quoque potiorem partem eidem recentiori manui debemus.

XLVII. pag. 201. *Somnium, sive Gallus*.

XLVIII. pag. 207. *Prometheus, sive Caucasus*.

IL. pag. 209. *Amores*.

L. pag. 218. *Vitarum auctio*.

LI. pag. 222. *b. Reviviscentes, seu Piscator*.

LII. pag. 230. *Deorum Concilium*.

LIII. pag. 232. *b. Bis accusatus, seu Tribunalia*.

LIV. pag. 239. *Anacharsis, sive de Exercitationibus*.

LV. pag. 246. *b. Eunuchus*.

LVI. pag. 248. *Navigium, seu Vota*.

LVII. pag. 254. *b. Fugitivi*. Tom. III. pag. 365.

LVIII. pag. 258. *Imagines*. Tom. II. pag. 458.

LIX. pag. 262. *b. Pro Imaginibus*.

LX. pag. 266. *b. Hermotimus, sive de Sectis*.

LXI. pag. 282. *b. De Parasito, sive quod ars est parasitica*.

LXII. pag. 289. *b. Philopseudes, sive Incredulus*. Tom. III. pag. 29.

LXIII. pag. 296. *b. De saltatione*. Tom. II. pag. 265.

LXIV. pag. 303. *b. Cynicus philosophus*.

LXV. pag. 306. *Toxaris, sive Amicitia*. Tom. II. pag. 507.

LXVI. pag. 316. *Disputatio cum Hesiodo*.

LXVII. pag. 317. *Lexiphanes*.

LXVIII. pag. 320. *Menippus, seu Oraculum mortuorum consultum*.

LXIX. p. 323. *b. Halcyon, seu de Transformatione*. Tom. I. pag. 176.

LXX. pag. 324. *b. Saturnalia*.

LXXI. pag. 326. *Cronosolon*.

LXXII pag. 327. *b. Epistolae Saturnales IV*.

LXXIII. pag. 330. *Mortuorum Dialogi XXX.* ordine ab editis diverso; sunt enim I. X. XXII. XXI. XVIII. XX. II. XVII. XXVI. XXVIII. III. XVI. XIV. XIII. IV. V. VI. VII. VIII. IX. XI. XXVII. XXIX. XXX. XII. XV. XIX. XXIII. XXIV. XXV.

LXXIV. pag. 341. *b. Dialogi Marini XV.* qui in editorum serie sunt I. II. III. IV. IX. VIII. V. VI. X. XI. VII. XII. XIII. XIV. XV.

LXXV. pag. 346. *Deorum Dialogi XXVI.* quorum ordo ab editis diversus: sunt enim XXI. XXII. XXIII. XXIV. I. II. III. IV. V. VI. VII. IX. VIII. X. XIII. XIV. XV. XVI. XI. XII. XVII. XVIII. XIX. XXV. XXVI. XX.

LXXVI. pag. 355. *b. Dialogi Meretricii XV.* quorum series eadem prorsus cum editis.

LXXVII. pag. 363. *b. Tragopodagra*.

LXXVIII. pag. 366. *Ocypus*, sive *Celeripes*, cum argumento. Tom. III. pag. 664. Huius finis in Codice, quemadmodum & alia

alia multa vetustate & madore obliterata obsoleverunt (1).

Nonnulla sunt in hoc Codice scholia marginalia, & ut videntur, eadem eius qui Codicem scripsit, manu; quorum specimen illud esto, quod legitur sub finem Dialogi *Iunonis & Iovis*, qui in Codice est XXII. (in editione vero XVIII.) ad vocem ὁ Ἰκάριος. Sic igitur habet: Ἀθηναῖος οὗτος ὁ Ἰκάριος, ᾧ πρώτῳ Διόνυσος ἐπιξενωθεὶς γεωργῷ ὄντι φιλοφρονήματι τούτῳ τετίμηκε τῆς ξενίας, τὴν τῆς ἀμπέλου φιλοπονίαν διδάξας. τιγαροῦν καὶ ἐπιμελησάμενος τοῦ δωρήματος, εἶτα κατὰ τὸν καιρὸν τρυγήσας καὶ ἀποθλίψας τὸν οἶνον, καὶ πιεῖν τοῖς συνεργαζομένοις παρασχὼν, ἀήθει τῷ πόματι, εἶχε παρειμένους τοὺς πεπωκότας. νομίσαντες οὖν οὗτοι τὸ τοιοῦτο δεινὸν, τὸν σκευάσαντα καὶ φάρμακον . . . . Vltima vox prorsus evanuit.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. min. Saec. XV. marginibus, sub finem praesertim Codicis, humore valde corruptis, ac characteribus propterea prorsus evanidis. In secunda eius pagina legitur: Αὕτη βίβλος ἐστὶν Ἁρμονίου τοῦ Ἀθηναίου. Constat foliis 367.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΘΕΩΝ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

LVCIANI DIALOGI DEORVM.

Quibus adde

Nonnulla alia Plutarchi, Isocratis, & Demosthenis Opera &c.

COD. XXIX. I. pag. 1. LVciani *Deorum Dialogi* tantummodo XXIV. qui eumdem cum editis ordinem obtinent, exceptis VIII. & IX. qui postponuntur, & XX. qui in Codice, ultimo loco ponitur (2).

II. pag. 20. *Eiusdem Dialogi Marini XV.* quorum item series cum editis concordat.

III. pag. 29. *Mortuorum Dialogi XXX.* quorum ordo idem prorsus cum editis.

IV. p. 53. *b. Eiusdem Menippus, sive Oraculum mortuorum consultum.*

V. pag. 60. *b. Charon, seu Contemplantes.*

VI. pag. 70. Πλουτάρχου περὶ τοῦ, πῶς ἄν τις διακρίνειεν τὸν κόλακα τοῦ φίλου. *Plutarchi, quomodo quis adulatorem ab amico internoscere queat.* In edit. Paris. typis Regiis A. MDCXXIV. fol. Tom. II. pag. 48.

VII. pag. 97. Τοῦ αὐτοῦ περὶ πολυπραγμοσύνης. *Eiusdem de negociositate*. Ibid. p. 515.

VIII. pag. 106. Ἰσοκράτους πρὸς Δημόνικον παραίνεσις. *Isocratis ad Demonicum Oratio admonitoria*. Inc. Ἐν πολλοῖς μέν. Des. ἐπικρατήσειεν. Exstat in eius Operum edit. alias cit. pag. 1.

IX. pag. 112. *b.* Πρὸς Νικοκλέα περὶ βασιλείας. *Ad Nicoclem de Regno*. Inc. Εἰ μὲν εἰωθότες. Des. αὐτὰς ποιήσεις. Ibid. pag. 20.

X. pag. 119. *b.* Νικοκλῆς, ἢ συμμαχικός. *Nicocles, seu socialis*. Inc. Εἰσί τινες. Des. διαπράξασθαι. Ibid. pag. 38.

XI. pag. 129. *Demosthenis Olynthiacae Orationes III.* Prima inc. Ἀντὶ πολλῶν. Des. παντὸς εἵνεκα. II. inc. Ἐπὶ πολλῶν. Des. ὑμῖν ἐχόντων. III. inc. Οὐχὶ ταῦτα. Des. ὑμῖν μέλλει. In edit. alias cit. pag. 1. seqq.

XII. pag. 142. *Epigrammata plurima*, quorum primum *in Hippocratem* ita habet:

Ἱπποκράτης φάος ἦν μερόπων, καὶ σώετο λαῶν
Ἔθνεα, καὶ νεκύων ἦν σπάνις εἰν ἀΐδῃ.

Idemque in margine repetitum, sed ordine verborum retrogrado, ita legitur:

Εἰν ἀΐδῃ σπάνις ἦν νεκύων, καὶ ἔθνεα λαῶν
Σώετο, καὶ μερόπων ἦν φάος Ἱπποκράτης.

Vltimum tetrastichon est sequens:

Χθιζὸν ἐμοὶ νοσέοντι παρίστατο δήϊος ἀνὴρ
Ἰητρὸς δεπάων νέκταρ ἀπειπόμενος.
Εἶπε δ' ὕδωρ πίνειν ἀνεμώλιος, οὐδὲ διδάχθη
Ὅττι μένος μερόπων οἶνον Ὅμηρος ἔφη.

Tandem recentiori manu in postrema pagina adiectum est Epigramma octastichon *ad Mercurium*, cuius initium:

Ἑρμῆ χαῖρε, Διὸς μεγάλου καὶ Μαιάδος υἱὲ, κ. λ.

Nonnullis autem scholiis marginalibus adspersus est Codex, quorum unum illud esto speciminis loco, quod paullo ante finem Dialogi *Iudicium Dearum* inscripti ita legitur pag. 20. Φιλόχορος ἐν Β' Ἀττίδος φησὶν, ὡς Ἐριχθονίου βασιλεύοντος πρῶτον κατέστησαν αἱ ἐν ἀξιώματι παρθένοι φέρειν τὰ κανᾶ τῇ θεᾷ, ἐφ' οἷς ἐπέκειτο τὰ πρὸς τὴν θυσίαν τοῖς τε παναθηναίοις καὶ ταῖς ἄλλαις πομπαῖς.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. min. Saec. XV. vel XVI. In ultima pagina scriptoris nomen legitur hoc pacto: Ἐγράφη παρ' ἐμοῦ Βαρθολομαίου Κομπαρίνου ἐκ τοῦ Πράτου ἐν τῇ Φλωρεντίᾳ. *Scriptus est* (hic Codex) *per me Bartolemaeum Comparinum Pratensem Florentiae*. Constat fol. scriptis 161.

ΒΙΒΛΟΣ ΠΑΡΑΒΟΛΩΝ ΚΑΙ ΛΟΓΩΝ ΑΝΘΡΩΠΩΝ ΣΟΦΩΝ.

LIBER SIMILITVDINVM ET SERMONVM VIRORVM SAPIENTVM.

I. pag. 1. N*Arratio Indica*, quae in hoc Codice inscribitur Ἰχνηλάτης, COD. XXX.
in aliis, Τὰ κατὰ Στεφανίτην καὶ Ἰχνηλάτην, a Perzoo Medico in gratiam Chosrois Regis in Perside primum ex Indica lingua in Arabicam translata, ac deinde a Symeone Setho, qui Praefationem insuper de auctore Operis, illiusque inventione adtexuit, ex Arabica in Graecam versa. Inc. Praefatio: Ἡ παροῦσα βίβλος συνεγράφη παρὰ Ἰνδῶν. Des. ὅπερ ἐστὶ τοῦ Στεφανίτου καὶ Ἰχνηλάτου. Opus inc. pag. 9. Ὁ τῶν Ἰνδῶν βασιλεὺς Δησαλὼν ἐπηρώτησέ τινα, κ. λ. Des. καὶ τὴν ἐμὴν παρὰ σοῦ ἐλεημοσύνην τε καὶ εὐεργεσίαν, ἀμήν. Hoc Opus, cui

(1) Male Montfauc. in suo Catalogo postremum hoc Luciani Opusculum *Oedipodis* nomine indigitat, quemadmodum etiam in numero Sermonum, qui in hoc habentur Codice designando fallitur, XLVIII. esse adserens; id enim recensio nostra falsum evincit.

(2) Male Montfaucon. de hoc Codice loquens, adseruit in suo Catalogo, *Luciani Dialogi Deorum VI.*

cui titulus est etiam, *Specimen sapientiae Indorum*, sive Dialogus inter Absalonem Indorum Regem, & Gymnosophistam quemdam per fabulas scite confictas animi sui sensa ei pandentem, moresque instituentem, Petrus Possinus, utpote a Mich. Palaeologo apud Pachymerem singulariter commendatum, priori Pachymeris Tomo Latine subiunxit, usus in versione sua Graeco Codice Allatiano Symeonis Sethi, qui in Graecum, uti diximus, ex Arabico transtulit circa A. C. MX. in gratiam Alexii Comneni Imp. Postea Graece ex Codice Holsteniano hunc eumdem librum cum nova versione sua Latina vulgavit Seb. Godfridus Starckius Berolini MDCXCVII. 8. Vide quae de hoc opere doctissime Fabricius edisserit B. G. Vol. VI. pag. 461. ubi hunc ipsum Codicem memorat.

II. pag. 79. ex qua paucae supersunt lineae, eaeque mutilatae, occurrunt pauca quaedam excerpta fabulosa, quorum initium: Λέγεται γὰρ, ὡς ναύτης τις εἶχεν ζῶον, κ. λ.

III. pag. 81. *Aesopi Fabulae* cum duplici Auctoris Vita. Prima valde longa inc. Ὁ κατὰ πάντα τὸν βίον γενόμενος, κ. λ. Des. καὶ ἐκκλησίαν ποιήσαντες ἐξεδίκησαν τὸν τοῦ Αἰσώπου μόρρων (l. μόρον). Alia brevissima pag. 113. inc. Αἴσωπος ὁ μυθοποιὸς, Φρὺξ μὲν ἦν τὸ γένος. Des. τὰ ἐν ἑκάστῳ μυθολογούμενα, ἅπερ εἰσὶ ταῦτα. Hanc sequuntur *Fabulae centum*, ordine alphabetico dispositae. Prima inc. Ἀετὸς καὶ ἀλώπηξ φιλίαν πρὸς ἀλλήλους ποιησάμενοι, κ. λ. Ultima inc. Ὥρᾳ δὲ ποτε χειμῶνος τυγχανούσης, κ. λ. Vita illa, quam primo loco innuimus, Maximum fortasse Planudem habet auctorem; licet enim ab ea, quam Fabricius indigitat B. G. Vol. I. pag. 399. N. XI. initio omnino sit diversa; progressu tamen verbis quidem ab ea nonnihil differt, sententiis vero propemodum cum ipsa concordat.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. min. Saec. XVI. charactere valde mendoso. Constat fol. 134.

ΤΑΚΤΙΚΑ ΠΕΡΙ ΝΑΥΜΑΧΙΑΣ ΚΑΙ ΣΤΡΑΤΗΓΗΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΠΕΙΡΑΤΙΚΩΝ.

INSTITUTIONES NAUMACHICAE, STRATAGEMATICAE, ET PIRATICAE.

COD. XXXI. I. pag. 1. Post titulum exteriori omnino similem incipiunt: Ἀφῆς δὲ εἴπομεν ταῦτα, ἀπάρτι ἵνα διαταξώμεθά σοι καὶ περὶ τῆς γενομένης εἰς τὴν θάλασσαν μάχης, κ. λ. Des. ὥς τε ἔχειν τὸ μίλιον πόδας τετρακισχιλίους πεντακοσίους. τῷ δὲ Θεῷ ἡμῶν πρέπει τιμὴ καὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, κ. λ. (1) In pag. 117. occurrit lacuna trium circiter paginarum, adscriptis in margine ab eadem scriptoris manu hisce verbis: λείπουσιν ἕως ἑξηκοντα-δύο στίχοι. In fine leguntur Κανόνες ψαλλόμενοι εἰς πολέμους, *Canones, qui canuntur ad bella*. Inc. Ὁ πάλαι Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ συμμαχήσας, κ. λ. tum amanuensis subscriptio hoc pacto: ,αφξδ'. Ἀπριλλίου κβ'. ἐτελειώθη χειρὶ Ἀντωνίου τοῦ ἐπάρχου ἐν Κερκύρᾳ. *MDLXIV.* (2) *Aprilis die XXII. absolutum est manu Antonii Eparchi Corcyrae*.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saec. XVI. cuius XXIII. prima folia manu diversa videntur exarata. Constat foliis scriptis 127.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΣΧΟΛΙΑ ΕΙΣ ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΔΑ.

SCHOLIA IN HOMERI ILIADEM INCERTI AUCTORIS.

I. pag. 1. Σχόλια πάνυ ἀναγκαῖα καὶ χρήσιμα τῆς Ἰλιάδος Ὁμήρου. *Scholia valde necessaria, & utilia in Homeri Iliadem*. Inc. Μῆνιν, παρὰ τὸ μένω, ἐπεκτάσει μῆνις. ὡς ἕνος ἦνις. ἄειδε, μετωνυμικῶς ποιεῖ τὸ ἀείδειν. βούλεται γὰρ τὰ λυπηρὰ μᾶλλον ᾄδειν, ἤτοι τῇ ἡδονῇ συγκαλύπτειν καὶ σκέπειν. ὅταν δὲ περὶ τοῦ ῥήτορος ὁ λόγος, ἔννεπε, φησὶν ἁπλῶς, κ. λ. (3) Pag. 33. inseritur Τρύφωνος περὶ παθῶν λέξεων. *Tryphonis de dictionum passionibus* Libellus, cuius initium est: Τὰ τῶν λέξεων πάθη εἰς δύο γενικώτατα διαιροῦνται, ποσόν τε καὶ ποιόν. Finis: οἷον δῶμα, δῶ· κυκεῶνα, κυκεῶ· Ἀπόλλωνα, Ἀπόλλω· ὅτι, ὅ. Scholia vero desinunt in fabulosa Niobes narratione, cuius ultima verba sunt: ἡ δὲ φεύγουσα ηὔξατο λιθωθῆναι, καὶ ἐλιθώθη. Relicta sunt deinde folia vacua septem pro ipsorum scholiorum continuatione. COD. XXXII.

II. p. 81. Sequuntur scholia antiqua in IV. primos Odysseae libros, quibus bina praeeunt argumenta; quorum primum inc. Ἡ θεῶν ἀγορὰ γίνεται, κ. λ. alterum inc. Ἡμέρα, ἐν ᾗ ἡ θεῶν ἀγορὰ, κ. λ. Scholia inc. Ἄνδρα μοι ἔννεπε, μοῦσα. Γελοῖοι οἱ τὸ ἄνδρα μοι, ἀνδρεῖον ἀκούοντες· ἔστι γὰρ ἀνδρεῖον καὶ πολύτροπον ἔννεπε. Des. ἀντὶ τοῦ, εἴ πως ἐστί. ἤτοι ἔστιν, εἴ τις μηχανή ἐστιν. Heic quoque septem folia vacua relicta sunt ad scholia eiusmodi prosequenda.

III. pag. 129. Ἰωάννου τοῦ Τζέτζου ἐπιστολὴ, διὰ στίχων πολιτικῶν περιεκτικὴ ἱστοριῶν διαφόρων. *Ioannis Tzetzae Epistola versibus politicis continens varias historias*. Inc.

Ζαβαρειώτᾳ λαχανᾷ τούτοις καὶ γὰρ ἀβρώνη.

Progreditur autem usque ad urbanitates eiusdem, sive facete dicta, quae tamquam trivialia se omisisse fatetur exscriptor; etenim post versum:

Νῦν δὲ τοῖς ἀστείσμασι τὸ σκυθρωπὸν ἐλαύνω,

ita subiungit: Καὶ τὰ ἑξῆς.

Τὰ ἀστείσματα οὐ μετέγραψα, ὡς ἐρριμμένα καὶ εὐτελῆ καὶ ἰδιώτιδος μέσης καὶ ἀγοραίας. Exstat haec Epistola in eius Chiliad. IV. & quidem a vers. 467. usque ad vers. 780. primis tamen quinque versibus, argumenti, quo de in ipsa agi-

(1) Auctor videtur Christianus.

(2) Error in Catalogo Montfaucon. ubi legitur *MDCLXIV* In Palaeogr. Graec. pag. 95. haec habet: *Antonius Eparchus scripsit in Corcyra Tactica de Naumachia, anno MDLXIV. qui Codex est in Biblioth. Laur. Dono dedit Regi Codicem Astronomicorum, qui scriptus fuerat A. MCCCCLXII. N.* 3206. *fol.*

(3) Hoc primum scholion convenit cum editis ab Antonio Bongiovanni ex Codice Bibliothecae Venetae D. Marci. Venetiis MDCCXL. 4. pag. 1.

agitur, divisionem continentibus, in Codice praetermissis. Incidit autem inter Poëtas Graecos Veteres Iac. Lectii, Tomo Lyric. pag. 330. seqq.

Cod. Graec. chartac. Ms. in 8. Saec. XV. Constat foliis scriptis 136.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ.

LIBANII SOPHISTAE EPITAPHIVS.

Sive

Libanii Sophistae Oratio funebris in Iulianum, Hephaestionis, Iuliani Imp. Aristotelis, Georgii Gemisti, Bessarionis, Ammonii Hermeae F. Zoroastris, & M. Tullii Ciceronis Opera varia.

COD. XXXIII. I. pag. 1. Λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιτάφιος εἰς τὸν βασιλέα Ἰουλιανόν. *Libanii Sophistae Oratio funebris in Iulianum Imperatorem*. Inc. Ἔδει μὲν, ὦ παρόντες, ἅπερ ἠλπίζον, κ. λ. Des. οὐκ αὐτὸς ἦγες μεγάλους. Edidit Fabricius Graece & Latine B. G. Vol. VII. a pag. 223. ad pag. 378.

II. pag. 47. *Anonymi Tractatus de Figuris*. Inc. Τὸ τοῦ σχήματος ὄνομα, φιλολογώτατε ἄναξ, κ. λ. Des. ἂν καὶ ὑπὲρ δύναμιν αὐτῆς ὄντα τυγχάνῃ.

III. pag. 50. Ἡφαιστίωνος περὶ μέτρων. *Hephaestionis de Metris*. Inc. Ἰστέον, ὅτι πᾶς ἐστι μετρικὸν σύστημα συλλαβῶν. Des. καὶ μὴ ἐν ἑτέρῳ μέτρῳ ἐμπίπτειν. Hephaestio Alexandrinus Grammaticus, inter Imperatoris Veri praeceptores Iulio Capitolino laudatus, scripsit, Suida teste, ἐγχειρίδιον περὶ μέτρων, qui libellus eruditus, atque utilis etiamnum exstat. Prodiit primum Graece cum scholiis Graecis Venetiis apud Aldum MDXXVI. 8. Vid. Fabric. B. G. Vol. VII. p. 16.

IV. pag. 60. Ἰουλιανοῦ εἰς τὸν βασιλέα ἥλιον. *Iuliani in Regem Solem*. Inc. Προσήκειν ὑπολαμβάνω τοῦ λόγου τοῦδε. Des. πολλὰς πάνυ καὶ πολυετεῖς περιόδους. Exstat inter eius Opera Gr. Lat. edita curante Ezechiele Spanhemio Lipsiae MDCXCVI. fol. Tom. I. p. 130.

V. pag. 76. Ἀριστοτέλους φυσιογνωμικά. *Aristotelis Physiognomica*. Inc. Ὅτι καὶ διάνοιαι ἕπονται τοῖς σώμασι, κ. λ. Des. ἐφ᾽ ὧν καὶ φρονήσεως πλείστης ἐπὶ πρέπειαν γίνεται. Exstant inter eius Opera edit. alias cit. Tom. I. pag. 1169. Sequuntur p. 88. *b.* fortasse ex eiusdem Aristotelis scriptis excerpti, Tractatus varii *de aquis, ventis, tempestatibus, ac serenitatibus*, quorum initium: Σημεῖα ὑδάτων, καὶ πνευμάτων, καὶ χειμώνων, καὶ εὐδιῶν ὧδ᾽ ἐγράψαμεν καθόσον ἦν ἐφικτὸν, κ. λ. Finis: ἀλλ᾽ ἢ πρὸς αὐτῶν, ἢ ὕστερον μικρῷ. Adiiciuntur pag. 96. *b.* nomina variorum ventorum, eorumque iuxta loca, unde spirant, diversae denominationes.

VI. pag. 98. Τοῦ Γεμιστοῦ πρὸς τὸν βασιλέα. *Gemisti* (Georgii) *ad Imperatorem* (Manuelem Palaeologum) *Epistola*. Inc. Θειότατε αὐτοκράτορ. Τὰ μὲν καθ᾽ ἕκαστα, περὶ ὧν ἄν σε ἐβουλόμην μαθεῖν, κ. λ. Des. ζώης ἐπιμήκιστον, ὦ βασιλεῦ. Haec Gemisti de rebus Peloponnesiacis, ac praecipue de Isthmo Epistola adhuc inedita exstat etiam in Bibl. Caesarea, teste Nessel. Part. IV. pag. 43. §. IV. Diversa autem est haec Epistola ab eiusdem Plethonis ad eumdem Manuelem Imp. Oratione *de rebus Peloponnesiacis*, quam ex Biblioth. Ioannis Sambuci cum Io. Stobaei Eclogis Physicis & Ethicis edidit Gr. & Lat. Guil. Canterus Antuerp. MDLXXV. fol. Fuit autem Georgius hic Gemistus, patria Byzantinus, & iam labentis Graeciae occasu prudentia, moribus, ac scientia spectabilis; vixit utplurimum in Peloponneso; in Italia quoque eo, quo Concilium Florentiae sub Eugenio IV. celebratum est tempore, cum Bessarione, Gaza, & aliis versatus est. Vid. Fabric. in not. ad Diatribam Allatii de Georgiis Bibl. Graec. Vol. X. pag. 743.

VII. pag. 99. *b. Bessarionis Epistola ad Theodorum Gazam*. Inc. Οὐκ ἐθαύμαζον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἠχθόμην. Des. διαπραξόμεθα ὅσαγε δυνατά. ἔρρωσο. Ms. habetur etiam in Bibl. Caesarea Nessel. Catalogi Part. IV. pag. 44. §. V.

VIII. pag. 101. *b.* Ἑρμείου φιλοσόφου προθεωρία εἰς τὴν εἰσαγωγὴν Πορφυρίου τοῦ Φοίνικος. *Hermeae* (seu potius Ammonii Hermeae filii) *philosophi protheoria in Porphyrii Phoenicis Introductionem*. Inc. Μέλλοντας ἡμᾶς ἄρχεσθαι φιλοσόφων λόγων. Des. ἀλλ᾽ ὄργανον, ὡς ἐν ἑτέρῳ δείξομεν. Vide Fabric. B. G. Vol. IV. p. 163. Haec Introductio Graece edita est apud Aldum Venetiis MDXLVI. in 8. ubi incidit a pag. 1. usque ad finem p. 13. *b.* Ms. vero legitur etiam in Codice Bibliothecae Regiae Paris. ut ex Catalogo eruitur T. II. p. 188.

IX. pag. 113. Μαγικὰ λόγια τῶν ἀπὸ τοῦ Ζοροάστρου μάγων. *Magica Oracula* num. XXXVI. *eorum qui Zoroastrem sequuti sunt sapientum*, cum scholiis. Primum inc. Δίζεο σὺ ψυχῆς, κ. λ. Ultimum est: Πατὴρ οὐ φόβον ἐνθρώσκει, πειθὼ δ᾽ ἐπιχεύει. Sequitur Ἐξήγησις εἰς τὰ αὐτὰ λόγια. *Enarratio in eadem Oracula*. Inc. Οἱ ἀπὸ Ζοροάστρου μάγοι νομίζουσιν, ὥσπερ καὶ ἄλλοι συχνοὶ, κ. λ. Des. ὡς καὶ πεντακισχιλίοις ἔτεσι τῶν Τρωϊκῶν πρεσβύτερον ἱστορεῖσθαι. Hoc Opus indigitare videtur Fabric. B. G. Vol. I. pag. 248. §. VIII. ubi ait, ex LX. Oraculorum tetradibus a Proclo collectis & illustratis, sexaginta versus, neque integros tamen illos, editos Graece cum scholiis Gemisti Plethonis a Ludovico Toletano Paris. MDXXXVIII. 4. cum titulo nostro consimili. G. & Lat. tum Oracula, tum scholia edidit Io. Opsopaeus ad calcem Sibyllinorum Oraculorum edit. Paris. MDIC. 8. &c.

X. pag. 119. *b.* Ἀριστοτέλους περὶ παντὸς κόσμου πρὸς Ἀλέξανδρον βασιλέα. *Aristotelis de Universo ad Alexandrum Regem*. Inc. Πολλάκις μὲν ἔμοιγε, κ. λ. Des. εὐθὺς μέτοχος εἴη. Sequuntur quatuor versiculi:

Σοφοῖσιν ἐξέδωκας ὄντων τὴν φύσιν
Λόγοις ἄριστα, τάξιν αὐτοῦ καὶ θέσιν,
Εὔσχημον κόσμον καλλονῆς ἀσυγκρίτου,

Χρυ-

Χρυσοῦν, Ἀριστοτέλες, ὄργανον λόγων.
Dedisti, doctis explanans rerum naturam
Sermonibus optime, nec non ipsarum ordinem & statum,
Decorum ornatum formae non confusae,
Aureum, o Aristoteles, sermonum organum.

XI. pag. 133. *b.* Μάρκου Τυλλίου Κικέρωνος περὶ μνήμης τεχνικῆς. *Marci Tullii Ciceronis de memoria artificiali.* Inc. Περὶ τῆς μνήμης πότερον ἔχει τι τέχνης, κ. λ. Des. πλείω τῆς χρείας λέγειν φιλοτιμεῖσθαι. Interprete forte Maximo Planude. Hoc *de Memoria* Opusculum inter supposita Ciceronis scripta accenset Fabricius Bibl. Latin. Tom. I. pag. 150. N. 11. ubi ait, nonnullos credidisse Tironis esse, Ciceronis liberti, seu potius interpolatam particulam e Libro IV. Rhetoricorum. De Graeca vero illius versione ne verbum quidem.

XII. pag. 138. Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Γεωργίου τοῦ Γεμιστοῦ περὶ ἀρετῶν. *Sapientissimi & eloquentissimi D. Georgii Gemisti de Virtutibus.* Inc. Ἀρετή ἐστιν ἕξις. Des. μᾶλλον εὖ πράξειμεν. Tum subiicitur divisio, & ordo Virtutum. Gr. & Lat. libellus hic, interprete Adolpho Occone Augustano prodiit Basileae apud Oporinum primum MDLII. 8. tum MDLXXVII. 8. additis Hieronymi Wolfii adnotationibus &c.

XIII. pag. 145. Ἀριστοτέλους περὶ ἀρετῶν. *Aristotelis de Virtutibus.* Inc. Ἐπαινετὰ μέν εἰσι τὰ καλὰ, κ. λ. Des. τῶν ψεγομένων ἐστίν. In eius Operum edit. Paris. MDCXIX. T. II. p. 291.

XIV. pag. 148. Ἀριστοτέλους ὅρος ἀρετῶν καὶ κακιῶν ἀπὸ τῶν ἠθικῶν. *Aristotelis definitio virtutum, & vitiorum ex eius Moralibus.* Inc. Ἀρετή ἐστιν ἕξις προαιρετική. Des. καὶ οὔτε πάθη, οὔτε δυνάμεις. Excerpta sunt etiam ex aliis eius libris, Rhetoricis nimirum, ac Politicis.

XV. pag. 152. Vltimo tandem loco occurrit *Somnium Scipionis*, scriptum a M. T. Cicerone, & a Maximo Planude in Graecam linguam translatum. Incipit, nullo tamen titulo instructum, Ἡνίκα ἐπὶ τὴν Ἀφρικὴν ἀφικόμην, κ. λ. Des. ἐγὼ δὲ τοῦ ὕπνου εὐθὺς ἀπελύθην. Exstat Ms. etiam in Coislin. Bibl. pag. 520. Cod. CCCLV. & in Bibl. Regis Christianiss.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saec. XVI. Constat foliis scriptis 159.

ΛΙΒΑΝΙΟΣ.

LIBANIVS.

Seu

De Grammatica & Rhetorica diversorum Scriptorum Opera.

COD. XXXIV. I. pag. 1. Λιβανίου σοφιστοῦ ἐπιστολιμαῖος χαρακτήρ. *Libanii Sophistae Epistolicus character*, seu *conscribendarum Epistolarum Methodus.* Inc. Ὁ μὲν ἐπιστολιμαῖος χαρακτὴρ ποικίλος τε καὶ πολυσχεδής, κ. λ. Des. διαβολὴ γὰρ φιλοσόφοις οὐχ ἁρμόζει. Inter Libanii Opera citatae toties editionis non occurrit. Proclo Lycio tribuitur in Mss. quibusdam, ut in Codice Vindobonensi & Barocciano, & tribus Regis Galliae apud Labbeum Bibl. Nov. Mss. pag. 109. Sine auctoris nomine prodiit Graece typis Regiis ex officina Fed. Morelli MDLXXVII. 4. sub Libanii nomine Graece & Latine ex versione Casparis Stiblini praemissus est Phalaridis & Bruti Epistolis apud Commelin. MDXCVII. in 8. Latine tantum vertente Wolffgango Anemoecio exstat in Gilberti Cognati farragine Epp. Laconicarum Basileae MDLIV. 12. Diversus est ab alio eiusdem argumenti libello, qui item sine auctoris nomine exstat in Collect. Epp. Graecarum Cuiaciana pag. 164. & inc. Τῶν ἐπιστολικῶν τύπων, Ἡρακλείδη, κ. λ. & quem alii Libanio, alii Theoni vindicant.

II. pag. 6. *b.* Περὶ συντάξεως. *De constructione*, Anonymi Tractatus. Inc. Ὀκτώ εἰσι πάντα τὰ μέρη τοῦ λόγου, ὄνομα, ῥῆμα, κ. λ. Des. καὶ λέγειν, λύπην ἐπάγει τῇ μητρί.

III. pag. 8. *b.* Τοῦ αὐτοῦ (nimirum, ut superscriptum est, Γρηγορᾶ) πρὸς τὸν αὐτὸν βασιλέα. *Eiusdem Gregorae ad eumdem Imperatorem*, Epistola. Inc. Ἐγκαλεῖς ἡμῖν ἀργίαν καὶ ῥαθυμίαν. Des. τῶν ἰδίων ἑκάστῳ φιλονεικιῶν ὅπλον τυγχάνουσα. Ex hoc titulo videtur, Opus superius ad Gregoram pertinere. Haec duo Gregorae opuscula non recensentur in Catalogo eius Operum Io. Boivin apud Fabric. B. G. Vol. VI. p. 312.

IV. p. 9. Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Μαξίμου τοῦ Πλανούδη διάλογος περὶ γραμματικῆς. *Sapientissimi & eloquentissimi D. Maximi Planudis Dialogus de Grammatica.* Inc. Πρὸς τῶν λόγων αὐτῶν, κ. λ. Sed huius Dialogi unicam tantum paginam amanuensis exscripsit, & alia pauca in marginibus duorum sequentium foliorum prosequutus est. Desinit igitur in verbis: οὕτως ἂν εἴποι τις, ὥσπερ ὡς ἐστιν ὅταν καθ' ὃν χρή.... Exstat Ms. & in Biblioth. Regis Galliae, ut habetur ex Catalogo T. II. p. 524.

V. pag. 10. Ἡρωδιανοῦ περὶ πνευμάτων. *Herodiani de spiritibus* (1). Inc. Τὸ α πρὸ ἑαυτοῦ ψιλοῦται. Τὸ α πρὸ τοῦ β ψιλοῦται, κ. λ. Des. καὶ ὁ ἀρνητικὸν ψιλοῦται. Inter Herodiani scripta, quorum titulos exhibet Fabricius Bibl. Gr. Vol. VII. pag. 10. seq. haec inscriptio non occurrit. In margine huius Herodiani Tractatus, incipiendo a pag. 12. *b.* descriptus est alter Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Γρηγορᾶ περὶ γραμματικῆς. *Sapientissimi & eloquentissimi D. Nicephori Gregorae de Grammatica.* Inc. Οὐ χρὴ ζητεῖν ἐν πᾶσι τοῖς ῥήμασιν, κ. λ. Des. ἐπὶ μὲν οὖν προσδοκωμένου ἀγαθοῦ λέγεται ἐπιθυμία. Vide quae de hoc Nicephori Gregorae Libello innuimus supra pag. 265. §. XL.

VI. pag. 17. Περὶ τόνων ἐκ τῶν Χοιροβοσκοῦ Αἰθερίου, καὶ ἑτέρων. *De accentibus ex Choerobosci Aetherii, & aliorum Operibus.* Inc. Πᾶν ὄνομα μονοσύλλαβον περισπᾶται. Des. ἆσμα, ὄλβος, πύργος. In fine: Τέλος τοῦ περὶ πνευμάτων λόγου. Georgii Choerobosci *de XXVII. tropis & figu-*

(1) In hoc Herodiani Opere definit huius descriptio Codicis in Catalogo Montfaucon. De reliquis mirum silentium.

figuris Poëticis, & de spiritibus, atque accentibus, exstat Ms. in Bibl. Vindob. Vid. Fab. B. G. T. VII. p. 42.

VII. pag. 26. *b.* Ἀρχὴ τῶν ἀντιςοίχων. *Initium Tractatus de Antistoechis*, scilicet (ut explicatur in Catalogo Operum Nicephori Gregorae, quem ex Ioanne Boivin inseruit integrum Fabricius Bibl. Gr. Vol. VI. pag. 300. seqq.) *de vocibus quae variae scriptae, varia significant*. Ac primo quidem Περὶ τῶν εἰς ων ὀνομάτων. *De nominibus in ων desinentibus*. Inc. Τὰ εἰς ων βαρύτονα ὀνόματα, κ. λ. Des. πλὴν τοῦ ὀλιγωρῶ, τὸ καταφρονῶ, auctore Anonymo: tum versiculi sequentes:

Τῶν ἀντιςοίχων βίβλος εἴληφεν τέλος
Τοῖς κανόσι βρίθυσα πεπυκνωμένη·
Βίβλος πάντα φέρυσα κ πάντων πλήρης,
Τῶν ὧν σποράδην πολλαὶ φέρυσι βίβλοι.
Πρὸς Καλλίνικον κάλλυς πεπυκνωμένον
Συνετέθη κάλλιςον ἐν ἱερεῦσιν.
Antistoechorum liber explicit,
Totus canonibus refertus & onustus:
Liber omnia continens, & plenus omnibus,
Quae dispersa continent alii libri:
In gratiam Callinici omni venustate spectabilis
Compositus est inter sacerdotes optimi.

VIII. pag. 49. Sequitur Tractatus Grammaticus Anonymi satis longus de verbis, nominibus, adverbiis &c. Inc. Ὄλλυμι ἐνεςὼς, κ ὀλλύω, ὤλλυον παρατατικὸς, ὀλέσω μέλλων. Des. ὑπαλλάττειν τὸ μὴ κύριον ἀντὶ κυρίυ λέγειν. In principio huius Operis a recentiori manu instar tituli adiectum est: Ἀνώμαλά τινα κ διάφορα.

IX. pag. 97. Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τοῦ περὶ συντάξεως τῶν ῥημάτων πρὸς τὰ ὀνόματα, κ τῶν ἄλλως μετὰ προθέσεων ἐναλλασσομένων ῥημάτων. *Incipit, Deo favente, liber de syntaxi verborum cum nominibus, nec non verborum, quae coniuncta praepositionibus inmutantur*, ordine alphabetico. Inc. Ἀπαγορεύω, τὸ ἀρνῦμαι αἰτιατικῇ, ὡς τὸ ἀπαγορεύω σε τὴν πρὸς ἐμὲ εἴσοδον. Des. in littera Ω in verbis, Προωθεῖ τὸ εἰς τὸ ἔμπροσθεν ὠθεῖ βίᾳ αἰτιατικῇ. In fine subditur: Εἴληφε τέρμα βίβλος ὀρθογραφίας. Auctor item Anonymus.

X. pag. 135. *b.* Περὶ ἰδεῶν τῆς ῥητορικῆς. *De formis rhetoricae*. Tum alius titulus versiculo expressus: Σύνοψις αὕτη κ φράσις τῶν ἐν βάθει. *Compendiaria haec scriptio, & rerum profundarum explanatio*. Prima est Σύνοψις τῶν περὶ καθαρότητος. Inc. Ἔννοια ἡ πᾶσι κοινὴ, κ μηδὲν ἔχυσα τοῖς πολλοῖς ἀσαφὲς, κ. λ. adiiciuntur etiam nonnulla de syllogismis recte conficiendis.

XI. pag. 145. Σύνοψις παροιμιῶν ἐκλελεγμένη. *Selecta Proverbiorum synopsis* per alphabetum. Inc. Αὕτη ἡ μήρινθος ὐδὲν ἔσπασεν. ἀπὸ τῶν ἁλιευτῶν εἴρηται τῶν μηδὲν ἑλκυσάντων. Des. Ὦδινεν ὄρος, κ ἀπέτεκε μῦν. Exstat Graece edita ad calcem Michaëlis Apostolii Paroemiarum in centurias XXI. tributarum Lugduni Batav. MDCXIX. 4. pag. 273. seqq. & quidem sub titulo: Παροιμίαι συλλεγεῖσαι παρὰ τοῦ ἁγιωτάτυ πατριάρχυ κυρῦ Γρηγορίυ τῦ Κυπρίου κατὰ ἀλφάβητον. Aliam Proverbiorum Collectionem retulimus supra pag. 266. §. XLIV. quam vide.

XII. pag. 157. Ἀρχὴ τῶν διαλέκτων. *Initium dialectorum*, nimirum *Doricae*, *Ionicae*, & *Aeolicae*. Inc. Οἱ Δωριεῖς τρέπυσι τὸ η εἰς α. Aeolica tamen innuitur tantummodo, quum eadem ferme cum Dorica, paucis exceptis, esse adseratur. Auctor Anonymus.

XIII. pag. 162. *b.* Περὶ τῶν παθημάτων τῶν λέξεων. *De dictionum adfectionibus, seu figuris*, quae fiunt sive per redundantiam, sive per defectum. Inc. Ἐν τοῖς πάθεσι τῶν λέξεων πρόσθεσις ἰδίως λέγεται. Des. κατὰ τὸν εἰρημένον ὄπισθεν λόγον. Auctor item Anonymus.

XIV. pag. 169. Παύλυ Σιλεντιαρίυ εἰς τὰ ἐν Πυθίοις θερμὰ ἡμιάμβια δίμετρα καταληκτικά. *Paulli Silentiarii in Thermas, quae sunt in Pythiis semiiambi dimetri catalectici*, cum glossis interlinearibus, & scholiis ad calcem. Inc. Βύλει μαθεῖν, ἄνθρωπε. Des. μετυσίᾳ τὸ κρεῖττον. Scholia pag. 172. inc. Ἄτεχνον, τὸ μετὰ (corr. μὴ μετὰ) τέχνης ꝗ ἐνεργείας τινὸς λεγόμενον. Des. ἢ τὸ ἁπλῶς ςοχάζομαι κ μαντεύομαι, κ ἕτερα διὰ τῆς οι διφθόγγυ. Initium scholiorum concordat cum illis, quae habentur etiam in Cod. VII. Plut. LV. §. XII.

XV. pag. 177. Ἀπὸ τῶν Φρυνίχυ. *Ex Operibus Phrynichi* Arabii, Sophistae Bithynii, M. Antonino, & Commodo eius filio imperante clari (1), *de recta verborum significatione* Excerptum. Inc. Ἐπίτοκος ἡ γυνὴ, ὐ δοκίμως εἶπεν Ἀντιφάνης ὁ κωμικός. Des. φυλάττειν ὀφείλει τὴν πρόθεσιν, ἀνέςην, ὐκ ἠνέςην.

XVI. pag. 183. Sequuntur Tractatus quatuor de totidem Mathematicis scientiis, *de Arithmetica*, nimirum, *Musica*, *Geometria*, & *Astronomia*. Titulus autem singulis praeit versiculo iambico expressus. Primus igitur inscribitur: Ἐνταῦθ' ἀριθμῶν συντομωτάτη φράσις. *Heic numerorum brevissima explicatio*. Inc. Ἀριθμητική ἐςιν ἐπιςήμη. Des. ὡς ὐ πεπερασμένων τὴν ἔκθεσιν παραιτύμενος. Alter p. 190. inscrib. Τῆς μυσικῆς σύνοψις ἠκριβωμένη. *Musicae synopsis absolutissima*. Inc. Μυσική ἐςιν ἐπιςήμη περὶ ποσὸν, κ. λ. Des. τὰ μυρία τῶν μελῳδιῶν ꝗ ποικίλα κατασκευάζεται. Tertius pag. 196. *b.* Σύνοψις αὕτη γεωμετρίας λόγων. *Synopsis haec Geometricarum rationum*. Inc. Τί ἐςι γεωμετρία; ἐπιςήμη περὶ ποσὸν, κ. λ. Des. σχημάτων συνίςαται, ὧδε εἴρηται. Quartus denique pag. 206. Ἄθροισις εὐσύνοπτος ἀςρονομίας. *Astronomiae summa brevis, & perevidens*. Inc. Σφαῖρά ἐςι σχῆμα ςερεὸν, κ. λ. Des. τὴν ἡγεμονίαν τοῦ λογικοῦ σφαλερῶς παραιτήμεθα. Haec τετράβιβλος, quae in Codice est ἀδέσποτος, auctorem habet Michaëlem Psellum iuniorem, quam testatur auctor se scripsisse anno Graecorum ςφις'. 6516. (Chr. MVIII.) Primus Graece imprimendam Romae curavit Arsenius Monembasiae Episcopus, ubi ait, incertum esse, Pselli ne, an Euthymii cuiusdam opus esset, plerisque tamen Pselli videri. Recusa deinde fuit Venetiis MDXXXII. in 8. tum Parisiis MDXLV. in 12. per Iacobum Bogar-

(1) Vid. Fabricium B. G. Vol. IV. pag. 521.

gardum. Opus hoc Latine vertit primo Elias Vinetus, ediditque Parisiis MDLVII. postrema eius parte *de Astronomia* praetermissa, ac Procli Sphaera in eius locum suffecta. Post Vinetum Xylander Augustanus suam interpretationem aggressus est, quae una cum Graeco textu prodiit Basileae per Io. Oporinum MDLVI. in 8. & cum aliis Auctoribus Wittembergae MDLX. Alias huiusce Operis editiones memorat Fabric. in notis ad Diatribam Allatii de Psellis, recusam in calce Vol. V. Bibl. Graec. p. 25.

XVII. pag. 220. Ἀρχὴ τῶν Συνεσίου ἐπιστολῶν. *Initium Synesii Epistolarum*, numero XXV. Prima anepigrapha inc. Παῖδας ἐγὼ λόγους ἐγεννησάμην. Vltima *ad Pylaemenem* inc. Οὗτος ἐκεῖνος ὁ πολὺς ἐν τοῖς λόγοις ἡμῶν Ἀγαστάσιος. Sunt autem in editarum serie, quae sequuntur: I. II. III. XVI. XVII. XXVII. XXXII. XXXIII. XXXIV. XLI. XLII. XLIV. XLVI. XLVII. LI. LII. LIII. LVIII. LXX. LXXI. LXXVI. XCVI. XCVII. XCVIII. & IC.

XVIII. pag. 240. Λιβανίου σοφιστοῦ. *Libanii Sophistae* Epistolae XVI. ad diversos, inter quas nonnullae sunt *Basilii ad Libanium*. Prima anepigrapha, in edit. toties citata *Ambrosio* inscripta, inc. Οὐκ ἦμεν ἡμῶν, κ. λ. Vltima *Proclo*, in edit. *Richomeri* inscripta, inc. Τῆς ἡμέρας ἐκείνης. Ex his sexdecim Epistolis, quatuordecim tantum initia reperimus in cit. edit. Amstelaed. MDCCXXXVIII. & iuxta seriem, quam inibi obtinent, sunt 102. 182. 289. 328. 429. 547. 660. 785. 980. 1583. 1584. 1585. 1587. & 1593. Duarum reliquarum, nimirum XIV. & XV. quarum prima Ἰαμβλίχῳ, altera Ἀριστοξένῳ φιλοσόφῳ inscripta est, initium non occurrit in editione; quare subiiciendam heic utramque, ut in Codice iacent, duximus.

ΙΔʹ. Ἰαμβλίχῳ.

Ὦ Ζεῦ, πῶς ἔχει καλῶς ἡμᾶς μὲν ἐν Θράκῃ διάγειν μέσῃ, καὶ τοῖς ἐνταῦθα Σύροις ἐγχειμάζειν· παρ' Ἰαμβλίχου δὲ τοῦ καλοῦ, καθάπερ ἔωθ τινὸς ἔαρος, ἡμῖν τὰς ἐπιστολὰς ἀντὶ χελιδόνων πέμπεσθαι, ϗ μήτε ἡμῖν εἶναι μηδέπω παρ' αὐτὸν ἐλθεῖν, μήτ' αὐτῷ παρ' ἡμᾶς ἥκειν ἐξεῖναι; τίς ἂν ἑκὼν εἶναι ταῦτα δέξαιτο, ἐὰν μὴ Θρᾷξ τις ᾖ, ϗ τηρέως ἀντάξιος.

Ζεῦ ἄνα, ἀλλὰ ῥῦσαι ἀπὸ Θράκηθεν Ἀχαιοὺς,
Ποίησον δ' αἴθρην, δὸς δ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι

II. pag. 50. *Eiuſdem Imagines* Libris duobus comprehenſae. Primus ſine ullo titulo inc. Ὅς τις μὴ ἀσπάζεται τὴν ζωγραφίαν. Deſ. αὐτῷ πιμελής. Secundus pag. 72. item anepigraphus inc. Ἀφροδίτην ἐλεφαντίνην. Deſ. σὺν ὥρᾳ γράφειν. Concordant cum cit. edit. a p. 730. ad p. 831. Sequitur ſtatim in Codice fragmentum quoddam breve, forte ex eiuſdem Philoſtrati Vitis Sophiſtarum deſumtum, ſed quo pertineat, nondum comperimus. Inc. Τὺς μὲν ἀμφὶ Τυδέα καὶ Καπανέα. Deſ. καὶ τὸ ἄμικτον δηλοῖ τοῦ τάφυ.

III. pag. 96. *b. Eiuſdem Vita Iſocratis*, item ſine titulo. Inc. Ἡ δὲ Σειρὴν ἡ ἀφεστηκῦα. Deſ. πταίσματος. In cit. edit. pag. 505.

Cod. Graec. chartac. Ms. in 8. Saec. XV. nitidiſſimus, optimeque ſervatus. Conſtat foliis ſcriptis 98.

ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗ.

HERODIANI GRAMMATICA.

Seu potius

Plurium Grammaticorum Collectio.

COD. XIX. I. pag. 1. OCcurrit Herodiani Tractatus *de Nominibus*, cum hoc titulo: Ἡρωδιανοῦ περὶ παραγωγέων γενικῶν ἀπὸ διαλέκτων. *Herodiani de derivationibus genitivorum a dialectis*. Inc. Αἱ Θετταλικαὶ γενικαὶ, εἰ μὲν ἀπὸ περισπωμένων κοινῶν γενικῶν ὦσι, προπερισπῶνται, κ. λ. Deſ. οἱ Μενέλεω, τὺς Μενέλεως· οἱ λεὼ, τὺς λεώς.

II. pag. 52. Sequitur Tractatus *de Verbis*, quem nullus quidem titulus praeit, ſed ad ipſum Herodianum pertinere comperimus. Inc. Τί ἐστι ῥῆμα; μέρος λόγυ ἄπτωτον ἐν ἰδίοις μετασχηματισμοῖς διαφόρυς χρόνυς δηλῦν. Deſ. οἷον Πάνθος, Πάνθυ, Πανθοίδης, καὶ τὰ ὅμοια. Haec *de Verbis* Excerpta primus Graece in lucem edidit Aldus Manutius in Syntagmate Veterum Grammaticorum Graecorum Venet. MCCCCXCVI. fol. pag. 189. ſeq. ſub titulo Παρεκβολαὶ τοῦ μεγάλυ ῥήματος ἐκ τῶν τῦ Ἡρωδιανῦ, ubi animadvertit Fabric. B. G. Vol. VII. pag. 13. rectius legendum μεγάλυ ῥήτορος, ut habetur in Ms. Caeſar. Philologico XV. Neſſel. Catalog. Part. IV. pag. 14. §. IV.

III. pag. 109. Alius *de Nominibus, & Verbis* Tractatus, auctore Anonymo. Inc. Πάντα τὰ ἄρθρα ἀπὸ φωνήεντος ἀρχόμενα δασύνεται. Deſ. ὕτω καὶ τὸ ἔοικα ἀπὸ τῦ εἴκω.

IV. pag. 123. *Scholia in Theocriti Idyllia*. Inc. Ἰστέον, ὡς οἱ Δωρεῖς τρέπυσι τὴν ε δίφθογγον, ὁτὲ μὲν εἰς ω μέγαν, ὁτὲ δὲ εἰς οι δίφθογγον, ὁτὲ δὲ εἰς ευ δίφθογγον, κ. λ. Deſinunt in verbis, τῶν Ἰώνων δὲ τῦτό ἐστι τὸ τὰς γενικὰς ποιεῖν εὐθείας, quae pertinent ad Idyllium, quod inſcribitur Δάφνις καὶ Μενάλκας. Videntur mutila in fine; nam quatuor circiter folia vacua relicta ſunt. Concordant autem utplurimum cum iis, quae habentur edita in calce Theocriti edit. Graecae Venet. MDXXXIX. in 8.

V. p. 162. Ἐρωτήματα σὺν Θεῷ πρὸς παῖδας. *Interrogationes cum Deo ad pueros* inſtituendos, auctore Anonymo. Inc. Πῶς ἀκύεις; μετὰ τῶν ὤτων. Deſ. τίς; Λητῦς καὶ Διὸς υἱός· παῖς; ὁ Ἀπόλλων.

VI. pag. 168. Ἰωάννυ Φιλοπόνυ περὶ τῶν διαφόρων σημασιῶν διαφόρως τονυμένων. *Ioannis Philoponi de diverſis ſignificationibus vocum ſecundum diverſos accentus* per alphabetum. Inc. Ἀγέλαιος, ὁ μαθητής. Ἀγελαῖος, ὁ ἐκ τῆς ἀγέλης. Deſ. Ὦχρος, ἡ ὠχρίασις. Ὠχρὸς, ὁ χλωρός. Saepius prodiit hoc Opus in calce Graecorum Lexicorum: ſeparatim vero, & quintuplo fere auctius edidit vir de Graeca lingua optime meritus Eraſmus Schmidius Witeb. MDCXV. in 8. ſub titulo: *Cyrilli, vel, ut alii volunt, Io. Philoponi* (1) *opuſculum utiliſſimum de differentiis vocum Graecarum &c.* Hunc Tractatum exſcripſit heic Franciſcus Philelphus.

VII. pag. 185. *b. Nomina Menſium apud Aegyptios, Aſcalonitas, Antiochenos, Romanos, Hebraeos, & Athenienſes.*

VIII. pag. 188. *Gloſſae*, ſive *dictiones quaedam diverſorum populorum*, nimirum *Athenienſium, Argivorum, Arcadum, Achivorum, Aetolorum, Acarnanum, Ambraciotarum, Aeolienſium, Hermioneorum, Theſſalorum, Cypriorum, Boeotorum, Dorienſium, Ionum, Clitoriorum, Cretenſium, Corinthiorum, Corcyrenſium, Laconum, Magneſium, Siculorum, ac Phliaſiorum, lingua communi explicatae*. Inc. Ἄγαν, λίαν. Ἆλις, ἀρκεῖ. Λωπὸς, ἱμάτιον, κ. λ. In fine depicta ſunt ſigna, ſive notae, quibus ab aſtronomis denotantur Sol, Luna, ac reliqui planetae, nec non duodecim Zodiaci ſigna, cum uniuſcuiuſque explicatione, omnia manu Franciſci Philelphi exarata, qui ſe heic ſubſcripſit.

IX. pag. 192. Κανονίσματα πάνυ ἀναγκαῖα ῥημάτων ἐπιτοπολὺ ἐκφερομένων παρά τε ποιηταῖς καὶ ῥήτορσιν ἐκλεγέντα. *Canoniſmata ſelecta valde neceſſaria verborum utplurimum a Poëtis, & Oratoribus prolatorum.* Inc. Ἰστέον, ὅτι τῆς συναλοιφῆς εἰσιν ἑπτὰ εἴδη. Deſ. ὡς τὸ δέδυκα. Collector Anonymus.

(1) Huius eſſe non dubitat Henricus Stephanus.

X. pag. 204. *b. Lexicum verborum irregularium*, cum interpretatione interdum Latina, manu itidem Francisci Philelphi. Inc. Ἄτω, *laedo*. ἀορ. ἀάσθη, *laesus est*. Des. μέλλων, οἰήσομαι. ἀόριστος, ᾠήθην.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XV. optime servatus, quem fuisse Francisci Philelphi, comprobat praeter Opuscula praedicta, nominum propriorum aliorumque memorabilium, de quibus in ipso operum progressu mentio fit, diligens & accurata ad marginem descriptio, ab eodem inter legendum facta. Constat foliis scriptis 211.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΣΥΝΟΨΙΣ ΤΗΣ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ.

COMPENDIVM RHETORICES INCERTI AVCTORIS.

Seu potius

Iosephi Rhacendytae Compendium Rhetoricae, Gregorii cuiusdam Compendium Logicae & Physicae Aristotelis, & alia eiusmodi.

COD. XX. I. pag. 1. OCcurrit primo loco *Iosephi Rhacendytae Compendium Rhetoricae*, duobus hisce versiculis tituli vicem gerentibus:

Μέλημα καὶ φρόντισμα καὶ γλυκὺς πόνος
Οἰκτροῦ πιναροῦ Ἰωσὴφ Ῥακενδύτου.
Meditatio, cura, & dulcis labor
Miserabilis ac vilis Iosephi Rhacendytae.

Inc. Ἀπροοιμιάστως ἐπὶ τὴν τῶν προοιμίων καὶ λόγων μητέρα ἐρχόμεθα. Des. ταῦτα ἐπειδὴ μείζονος ἐδεῖτο τοῦ βοηθήματος, μείζονος καὶ τυγχάνει. Finis Tractatus in hoc exemplari non convenit cum illo Codicis II. huius Plutei sub finem §. I. propter diversam Capitum, quae in eo pertractantur, dispositionem.

II. pag. 41. *Compendium Logicae Aristotelis*, Capitibus LVI. comprehensum, auctore quodam Gregorio, ut ex subscriptione quam paullo post, §. IV. adferemus, eruere licet. Primum Caput inscribitur: Περὶ πείρας, ἐμπειρίας, τέχνης, καὶ ἐπιστήμης, ἐν ᾧ καὶ περὶ τῶν δυνάμεων τῆς ψυχῆς. Inc. Σκοπὸς ἡμῖν ἐστὶ Θεοῦ συνάρσει περὶ πάντων τῶν τῆς φιλοσοφίας εἰδῶν ἀπαραλείπτως καὶ συντόμως, ὡς οἷόν τε, διαλαβεῖν. Vltimum Περὶ ἐλέγχου, καὶ ὅτι πάντες οἱ παραλογισμοὶ εἰς τὴν τοῦ ἐλέγχου ἄγνοιαν ἀνάγονται. Des. καὶ σοφιστικοὶ ἔλεγχοι δέκα καὶ τρεῖς. In principio huius Tractatus adscriptum legitur Latine: *Summam hanc fere eisdem verbis scripsit Nicephorus quidam monachus, cognomento Blemides, & physicorum summam & meteororum; uter ab altero mutuatus incertum mihi est.*

III. pag. 124. *b.* Eiusdem item *Physicorum Aristotelis scriptorum Compendium*, & quidem hoc ordine:

I. p. ead. *Librorum VIII. de physica Auscultatione*. Primum Caput, quod inscribitur, Προοίμιον τῶν φυσικῶν ἀρχῶν, inc. Σκοπὸς τοῦ παρόντος βιβλίου ἐστὶ ζητῆσαι περὶ τῶν ἀρχῶν τῶν ὄντων, κ. λ. Hoc initium concordat cum initio Prolegomenorum Georgii Pachymeris in eosdem Aristotelis Libros, quod exhibetur a Nesselio Biblioth. Caesar. Catalog. Part. IV. pag. 66. §. I. Pachymeris tamen non esse coniicitur ex Latina adnotatione in principio huius Compendii ab eadem manu, de qua supra, in margine apposita, quae ita habet: *Eadem haec fere ad verbum scripsit & Georgius quidam, cognomento Pachymeres; uter vero ab altero mutuatus incertum. Complexus ille est metaphysica, ethica Nicomachica, & mechanica, quae hic videtur omisisse. Rursus hic de rhetoricis scripsit, & de Catholica fide, quae ille praeteriit: hic tamen videtur fere totum Aristotelem complexus absolutiorem paraphrasin conficere.* Vltimum Περὶ ἀπείρου, des. ὥσπερ ὁ χαλκὸς τοῦ χαλκοῦ ἀνδριάντος. Capita complectitur XIII.

II. p. 153. Περὶ οὐρανοῦ. *De Caelo*. Inc. Σκοπός ἐστιν ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ τῷ φιλοσόφῳ προηγουμένως εἰπεῖν. Des. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον.

III. p. 164. *b.* Περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς. *De generatione & corruptione*. Inc. Πολὺς παρὰ τοῖς φιλοσόφοις καὶ ὁ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς λόγος. Des. καὶ τραχὺ, καὶ παχὺ, καὶ βαρὺ, τῆς γῆς.

IV. p. 176. *De Meteoris*, cuius primum Caput, Περὶ τῶν φαινομένων φλογῶν καιομένων περὶ τὸν οὐρανὸν, καὶ τῶν καλουμένων αἰγῶν καὶ δαλῶν, καὶ διαθεόντων ἀστέρων, inc. Ἄνωθεν μὲν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ στερεώματος μέχρι καὶ τοῦ τέρματος τῆς σελήνης. Vltimum Περὶ δραστικῶν καὶ παθητικῶν ποιοτήτων, des. τῶν τε ποιητικῶν καὶ τῶν παθητικῶν.

V. pag. 202. *b. De Mundo*, cuius primum Caput Περὶ αἰθέρος καὶ ἀστέρων, inc. Τούτων δὴ οὕτω διωρισμένων, κ. λ. ac post paucos versus instar prooemii, leguntur verba: Τὸ τοίνυν διῆκον ἀπὸ τῆς κυρτῆς ἐπιφανείας τοῦ στερεώματος, κ. λ. quae sunt initium Excerptorum *de caelo, sole, eclipsi solari, &c.* Georgii Pachymeris nomen prae se ferentium in Codice Biblioth. Caesar. ut ex ipsius Catalogo apparet loc. cit. pag. 68. §. XVIII. Vltimum Caput Περὶ οἰκήσεων, des. εἰς ἄνισα τὸ τοιοῦτον ἡμερόνυκτον διαιρεῖ.

VI. pag. 221. *b.* Περὶ ζώων μορίων. *De partibus animalium*. Inc. Ἐχόμενον ἂν εἴη καὶ περὶ ζώων μορίων εἰπεῖν. Des. πρὸς τὸ βέλτιστον πάντα ἐμηχανήσατο.

VII. pag. 233. *b.* Περὶ γενέσεως ζώων. *De generatione animalium*. Inc. Ἤδη δὲ λοιπὸν καὶ περὶ γενέσεως ζώων ἀκολούθως τοῖς ἄλλοις λέγομεν. Des. καὶ ὅλως διὰ τίνα αἰτίαν γίνεται, ταῦτά ἐστιν.

VIII. pag. 246. Περὶ ψυχῆς. *De Anima*. Inc. Τούτων δὲ διωρισμένων, σκεπτέον ἂν εἴη καὶ περὶ ψυχῆς τῆς ταῦτα κινούσης, κ. λ. Des. οἷς ἂν κληρωθείη μονιμωτάτη καὶ ἀτελεύτητος.

IX. pag. 274. *b.* Περὶ αἰσθήσεως, καὶ αἰσθητῶν. *De sensu & rebus sensibilibus*. Inc. Τὸν περὶ ψυχῆς σὺν Θεῷ πληρώσασι λόγον κατὰ

θύραν ἀπαντᾷ ἡ περὶ αἰσθήσεως κ̣ αἰσθητῶν θεωρία. Des. πρὸς τὸ διαφανὲς τὸ ὡρισμένον.

x. pag. 285. Περὶ μνήμης κ̣ τοῦ μνεμονεύειν. *De memoria, & reminiscendo.* Inc. Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ μνήμης κ̣ τοῦ μνημονεύειν λεκτέον. Des. οὐ ῥᾳδίως ἀποκαθίςανται.

xi. pag. 289. *b.* Περὶ ζώων κινήσεως. *De motu animalium.* Inc. Ἐπειδὴ ἡ ὀρεκτικὴ τε κ̣ ὁρμητικὴ τῆς ψυχῆς δύναμις. Des. ἡ ὀργῶσα ὕλη, ἢ μὴ ὀργῶσα.

xii. p. 292. Περὶ τὸ, πῦ τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς ἐςι. *De animi principatu, ubinam sit.* Ποῦ δέ ἐςι τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς, κ̣ ἐν τίνι μορίῳ, κ. λ. Des. ἐγείρονται οἱ ὑπνώττοντες ἀπολυθέντες.

xiii. pag. 297. Περὶ ἐνυπνίων ϗ τῆς μαντικῆς αὐτῶν. *De insomniis & de divinatione per somnia.* Inc. Καὶ περὶ τοῦ ἐνυπνίȣ δὲ ζητητέον, πότερον τοῦ νοητικοῦ μορίȣ πάθος ἐςίν. Des. διὰ τῆς πράξεως κ̣ θεωρίας.

xiv. pag. 300. *b.* Περὶ μακροβιότητος καὶ βραχυβιότητος. *De longitudine & brevitate vitae.* Inc. Περὶ δὲ μακροβιότητος ϗ βραχυβιότητος τῶν ζώων νῦν ἐπισκεπτέον. Des. τὴν μακροβιότητα ἐμποιεῖ.

xv. pag. 301. *b.* Περὶ νεότητος κ̣ γήρους, καὶ ζωῆς, κ̣ θανάτȣ, κ̣ περὶ ἀναπνοῆς κ̣ ἐκπνοῆς. *De iuventute & senectute, de vita & morte, de respiratione & exspiratione.* Inc. Περὶ δὲ νεότητος κ̣ γήρȣς, κ̣ ζωῆς κ̣ θανάτου, ἅμα δὲ καὶ περὶ ἀναπνοῆς ἀναγκαῖόν ἐςι, κ. λ. Des. τελευτῶσιν εἰς τὰς ἰατρικὰς ἀρχάς.

xvi. pag. 304. Περὶ σώματος. *De Corpore.* Inc. Ἐπειδὴ περὶ σώματος ἡμῖν ὁ λόγος, εὔλογον ἂν εἴη περὶ τῶν σωματικῶν ἀρχῶν κ̣ ςοιχείων πρὸ παντὸς ἑτέρȣ διαλαβεῖν. Des. παραπλησίως διανοητέον κἂν τοῖς ἄλλοις σχηματισμοῖς.

IV. pag. 317. *b.* Ἄθροισις εὐσύνοπτος τῶν μαθημάτων. *Collectio compendiaria mathematum,* sive Tractatus IV. quorum I. *de Arithmetica* inc. Μέλλοντί μοι περὶ τῶν τεσσάρων μαθημάτων, κ. λ. Des. τὴν ἔκθεσιν παραιτούμενος. II. pag. 328. *b. de Musica* inc. Μȣσικὴν οἱ παλαιοὶ συνέχειν εἶπον τὸ πᾶν. Des. ὡς κύβος καὶ πύραμις. III. pag. 339. *de Geometria* inc. Σημεῖόν ἐςιν, ȣ͂ μέρος ȣ̓θέν. Des. τῆς γεωμετρίας λόγȣ τὸ πέρας ἔσω. IV. pag. 351. *b. de Astronomia* inc. Σφαῖρά ἐςι σχῆμα ςερεὸν, κ. λ. Des. τὴν ἡγεμονίαν τȣ͂ λογικȣ͂ σφαλερῶς παραιτοῖμεθα. De hac Tetrabiblo vide supra pag. 390. §. XVI. paucis enim ab ipsa discrepat. In fine legitur ab eadem manu: Γρηγόριος τάδ' ἔγραψε τοῖς φιλομαθέσι τῶν εὐσεβῶν, εἰς εὐμάθειαν εὐσύνοπτον αὐτοῖς τὸ τῆς φιλοσοφίας ὄργανον ἅμα τῇ τῶν ἐπισημῶν τετρακτύϊ προθέμενος, ὡς μήτε κλονοῖντο τοῖς περὶ ταῦτα δεινοῖς, μήτε τριβὴν αὐτοῖς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐγγίνεσθαι, ὧν καταφρονεῖν ἐκελεύσθημεν. *Gregorius haec scripsit in gratiam eorum, qui rerum piarum sunt amantes, ut facili, & compendiaria via ediscant, hoc ipsis organum philosophiae, una cum quatuor scientiis proponens, ea mente, ut nec difficultatibus, quae in iis occurrere solent, perturbari possint, neque in iis frustra detineri, quae contemnenda esse censuimus.* Ex qua subscriptione colligitur, Gregorium hunc utriusque etiam superioris Compendii, Logicae nimirum, ac Physicae Aristotelis, auctorem esse.

V. pag. 360. Περὶ ἀρετῆς. *De Virtute* Liber. Inc. Ἐπειδήπερ ἔργα πίςεως ἔρημα, κ̣ πίςις ἔργων χωρὶς, ζωὴν τῷ κεκτημένῳ παρασχεῖν ȣ̓χ ἱκανοῦνται, κ. λ. Des. τεθεῶσθαι μακαριώτατος. Auctor Anonymus, (f. idem Gregorius).

VI. p. 371. *b.* Σύνοψις κατὰ τȣ̀ς ἐκ τοῦ περιπάτȣ τῶν ἀρετῶν τε κ̣ τῶν κακιῶν, *Compendium iuxta Peripateticos Virtutum & Vitiorum.* Inc. Ἐπαινετά ἐςι τὰ καλὰ, ψεκτὰ δὲ τὰ αἰσχρά. Des. κ̣ τὰ παρακολȣθοῦντα αὐτῇ τῶν ψεγομένων ἐςίν. Titulus huius Tractatus in margine posteriori manu appositus legitur. Exstat autem inter Aristotelis Opera edit. alias cit. Tom. II. pag. 291.

VII. pag. 375. Περὶ πίςεως κ̣ τῶν θείων δογμάτων. *De Fide, & divinis Dogmatibus.* Inc. Ἤδη πρὸς τῇ πρώτῃ καὶ δευτέραν ὑμῖν ὑπόμνησιν ἐκτίθημι. Des. ἐςι κ̣ ἀπαθὴς κ̣ ἀπερίγραπτος. Auctore Anonymo, (f. eodem Gregorio).

Codex Graecus bombycinus Ms. in 4. Saec. XV. Constat foliis scriptis 387.

ΙΩΣΗΦ ΤΟΥ ΡΑΚΕΝΔΥΤΟΥ ΣΥΝΟΨΙΣ ΤΗΣ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ.

IOSEPHI RHACENDYTI COMPENDIVM RHETORICES.

Adde

Sopatri, Cyri, & Anonymi alia Opera rhetorica.

I. pag. 1. **C***Ompendium Rhetoricae Iosephi Rhacendytae.* Inc. Ἀπροοιμιάςως ἐπὶ τὴν τῶν προοιμίων, κ. λ. Des. οἷον, Διόνυσος, Διόνισος. Concordat cum Codice II. huius Plutei §. I. COD. XXI.

II. pag. 37. Σωπάτρȣ διαιρέσεις ζητημάτων. *Sopatri Divisiones Quaestionum.* Inc. Μετὰ τὰ κατὰ Κύζικον Ἀλκιβιάδης αἰτήσας φρȣρὰν, κ. λ. Des. τὰς μὲν ὑβρίζοντες τῇ μοιχείᾳ, τὰς δὲ λυποῦντες οἷς ὑβρίζȣσιν. Exstant in Collect. Rhetorum Aldina Venet. MDVIII. fol. pag. 287. seqq. Hoc Sopatri Sophistae Opus, uti & Orationes, quas habemus Antiphontis, Andocidis, Dinarchi, Lycurgi, & Isaei ex Graecia secum attulit Io. Lascaris, ut Aldus refert.

III. pag. 187. Κύρȣ περὶ διαφορᾶς ςάσεων. *Cyri de statuum differentia.* Inc. Περὶ τοῦ κατασοφισμοῦ. Τὰς τοῦ κατασοφισμοῦ ζητήσεις, κ. λ. Des. ἢ πρόσωπον, ἢ χρόνον, ἢ αἰτίαν. Loc. cit. p. 456. seqq. De Sopatro & Cyro vide supra pag. 218. §. I. & II.

IV. pag. 193. Περὶ λογογραφίας. *De conscribendis Orationibus,* Anonymi Tractatus. Inc. Πᾶσα λόγȣ ἰδέα ἐκ μερῶν ὀκτὼ σύγκειται, ἐννοίας, λέξεως, κ. λ. Des. κ̣ προπαροξυτόνȣς κ̣ λοιπὰς λέξεις. In fine: Τέλος τῶν ὀκτὼ μερῶν τȣ͂ ῥητορικοῦ λόγȣ.

V. pag. 206. Περὶ τῶν τεσσάρων μερῶν τοῦ τελείȣ λόγȣ. *De quatuor partibus perfectae orationis*, item Anonymi. Inc. Ὁ τέλειος ἐγκωμιαστικὸς ῥητορικὸς λόγος σύγκειται ἀπὸ κεφαλαίων, κ. λ. Desſ. ἅπερ ἐπιγράφονται Μενάνδρȣ ῥήτορος περὶ τέχνης ῥητορικῆς. Sequuntur alia brevia Capita, I. *de ratione legendi rhetores & alios auctores*, II. *quinam ad unumquodque orationis genus auctorum delectus ſit habendus*, III. *de epiſtolis*, IV. *de verſibus iambicis &c.* quod tamen in fine mutilum deſinit in verbis: ὁ αὐτὸς εἶπεν ἐμπεφραγμένην τὴν τοῦ λόγȣ σαλπίγγα, ϗ . . . . in quibus Codex etiam abſolvitur.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. in fine mutilus, Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 208.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΔΗΛΩΣΙΣ ΤΟΥ ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΧΑΡΑΚΤΗΡΟΣ.

DECLARATIO CHARACTERIS THVCYDIDIS INCERTI AVCTORIS.

Titulus reddendus

Ariſtidis Rhetorica, & Dionyſii Halicarnaſſei ad Ammaeum Epiſtola.

COD. XXII. I. pag. 1. TRactatus occurrit nullo titulo appoſito, quem tandem comperimus eſſe *Ariſtidis Rhetoricam*, duobus libris diviſam, quorum alter *de civili*, alter *de ſimplici dictione* eſt. Primus inc. Περὶ σεμνότητος. Ἡ μὲν ȣ̃ν σεμνότης, κ. λ. Deſ. ἠνεσχόμεθα. Alter p. 22. *b.* inc. Ἐπειδή σοι τὰς ἰδέας, κ. λ. Deſ. ϗ ταῦτα καθ' ἕκαστον εἴρηται. Exſtant in Collectione Rhetorum Graecorum Aldi Manutii, Venet. MDVIII. fol. a pag. 641. ad pag. 682. In Codice tamen deeſt in principio brevis Praefatio, quae inc. Τάδε σοι περὶ τῶν εἰδῶν, κ. λ.

II. pag. 41. *b.* Sequitur Epiſtola item ſine ullo titulo, ſed eſt *Dionyſii Halicarnaſſei ad Ammaeum de iis, quae Thucydidi propria ſunt*. Inc. Ἐγὼ μὲν ὑπελάμβανον. Deſ. ὡς ἐπεζήτεις. Exſtat inter eius Opera edit. Lipſ. MDCXCI. fol. curante Frid. Silburgio Tom. II. pag. 132. Hanc enim editionem tum in huius, tum in aliorum Codicum eius Opera continentium recenſione ineunda prae manibus habuimus.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 45.

ΕΙΚΟΝΕΣ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ.

IMAGINES PHILOSTRATI.

Adde etiam

Heroica, Paulli Silentiarii Carmina, Aeſopi Vitam & Fabulas.

COD. XXIII. I. pag. 1. P*hiloſtrati Imagines XXXII.* ſive *Imaginum Liber I.* praevio ſingularum indice in principio, & cum marginalibus ſcholiis uberrimis, & gloſſis interlinearibus. Poſt ultima huius Libri verba, quae incidunt in p. cit. edit. 778. haec alia in Codice ſubiiciuntur: Ἐρῶσι δὲ, οἶμαι, τάφου· τὴν γένεσιν δὲ ἱκανῶς ᾄδȣσιν· ἀναβλέπȣσαι μὲν γὰρ ἐμφαίνȣσιν, ὅτι ἀπ' οὐρανοῦ· τὰς δὲ χεῖρας ὑπτίας ὑποκινȣ̃σαι δηλοῦσιν, ὅτι ἐκ θαλάττης. τὸ μειδιαμα δὲ αὐτῶν γαλήνης ἐστὶν αἴνιγμα. Scholiorum vero marginalium hoc eſt initium: Τὸ ὅς τις μὴ ἀσπάζεται, ταὐτὸν τῷ, μὴ ἀσπαζόμενος, ϗ ὁμοίως ἀτελές· ὥσπερ γὰρ τὸ ὁ μὴ ἀσπαζόμενος ζητεῖ ἀποδόμενος ῥήματος, ἵνα τετελεσμένος ὁ λόγος γένηται, κ. λ.

II. pag. 53. Παύλȣ Σιλεντιαρίȣ εἰς τὰ ἐν Πυθίοις Θερμὰ ἡμιάμβια δίμετρα καταληκτικά. *Paulli Silentiarii in Thermas, quae ſunt in Pythiis, ſemiiambi dimetri catalectici*, cum ſcholiis, & gloſſa interlineari. Inc. Βέλει μαθεῖν, ἄνθρωπε. Deſ. μετȣσίᾳ τὸ κρεῖττον. Concordant cum alio exemplari Codicis VII. Plut. LV. §. XIII. ſupra pag. 256. quemadmodum etiam ſcholia.

III. pag. 57. *Philoſtrati Heroica*, ut in Cod. XVII. huius Plutei. Heic tamen habentur ſcholia marginalia, & gloſſae interlineares, illa nigro, hae rubro charactere exaratae. Primum ſcholion ita incipit: Ξένος, ὁ ἀλλότριος, ϗ ξένος ὁ εἰς φιλίαν συνημμένος ἐξ ἀλλοδαπῆς, ὅθεν ϗ ξενίζω, τὸ φιλοφρονοῦμαι, κ. λ. In fine: Τέλος τῶν ἡρωϊκῶν τοῦ Φιλοστράτȣ, τὰ πάντα κβ'. *Finis Heroicorum Philoſtrati, omnia ſunt Capita XXII.*

IV. pag. 143. Βίος Αἰσώπου τοῦ μυθοποιοῦ. *Vita Aeſopi fabulatoris* eadem, quae legitur in editione Fabularum Aeſopicarum Aldina Venetiis MDV. fol. Inc. Πραγμάτων φύσιν τῶν ἐν ἀνθρώποις ἠκρίβωσαν μὲν ϗ ἄλλοι, κ. λ. Deſ. τιμωροὶ ϗ αὐτοὶ τῷ Αἰσώπȣ θανάτῳ γεγόνασι. Sequuntur Μῦθοι Αἰσώπȣ τȣ̃ μυθοποιοῦ κατὰ ἀλφάβητον. *Fabulae Aeſopi fabulatoris iuxta alphabetum*. Incipiunt a littera A, nimirum: Ἀετὸς ϗ ἀλώπηξ. Deſinunt in littera Ψ in verbis, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἀναγκαίων, quae in edit. cit. incidunt in pag. 36.

In fine litteris rubricatis haec ſubſcriptio adpoſita eſt: Ἐτελειώθη ἡ παροῦσα βίβλος διὰ χειρὸς ἐμȣ̃ Μανȣὴλ τοῦ Ζαρειωάννȣ (1) ἐν ἔτει ... γ'. μηνὶ Μαΐω ζ'. ἡμέρᾳ β'. *Abſolutus eſt hic liber manu mei Manuelis Zaroioannis anno ... III. menſe Maio die VII. feria II.*

Codex Graec chart. Ms. in 8. Saec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 226.

ΕΡΜΟΓΕΝΟΥΣ ΡΗΤΟΡΙΚΗ.

HERMOGENIS RHETORICE.

Seu potius

Hermogenis, Ariſtidis, Sopatri, Syriani, Longini, & aliorum Excerpta de rebus rhetoricis; Aeſopi Proverbia, & Anonymi quaedam.

I. pag. 1. COntinet hic Codex varia Excerpta rhetorica ex Hermogene, Ari- *COD. XXIV.*

(1) Nil de hoc exſcriptore habet Montfauc. in Palaeogr. Graec.

Aristide, Sopatro, Longino, &c. Quae tamen in primis decem foliis habentur, nullum auctoris nomen praeseferunt, suntque ἀκέφαλα. Agitur autem de nonnullis Rhetoricae figuris, nimirum *Hyperbato*, *Antonomasia*, *Ironia &c.* tum pag. 4. *de vocum adfectionibus*, *de encliticis &c.*

II. pag. 10. *b. Excerpta plura ex Hermogenis Rhetorica.* Primum est ex eius Libro *de Partitione Statuum*. Inc. Στάσις ἐςὶ καθ' ἣν αἱ πίςεις ἀνάγονται. Des. εἴτε ἡ ποιότης κ, ἡ γνώμη, ὡς εἴρηται. II. pag. 20. *b.* ex eius Libris *de Formis Oratoriis*. Inc. Ὅτι ἰδέαι εἰσὶν ζ'. σαφήνεια, μέγεθος, κ. λ. Des. κ, τέτῳ χώραν ἤδη δεδώκασιν. III. pag. 36. *b.* ex eius *Methodo de apta & ponderoso genere dicendi*. Inc. Ὅτι πάσης λέξεως τῆς ἀγνοουμένης, κ. λ. Des. ἐδ' ἄρα τόγε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς. IV. pag. 43. *b.* ex eius quatuor Libris *de Inventione*. Inc. Ἡ πρώτη κ, καλλίςη τῶν προοιμίων εὕρεσις. Des. ὅτε αὐτῇ οἰκουμένῃ αἱ δωρεαὶ ἔσονται.

III. p. 71. Μεταβάσεις λόγου ἀφ' ἑτέρου σκοποῦ πρὸς ἕτερον, κ, σχήματα ἐκ διαφόρων ῥητόρων. *Transitiones orationis ex uno ad aliud argumentum; & figurae ex diversis Oratoribus.* Inc. Εἰσέρχεται δέ με κἀκεῖνο κ, δεινῶς ἀνιᾷ. Des. μεγέθει φωνῆς ἐκκλίνων θόρυβον. Auctor Anonymus.

IV. p. 79. *b.* Ἐκ τοῦ Ἀριςείδου περὶ ἰδεῶν. *Ex Aristide de formis dicendi*, Excerptum. Inc. Ὅτι ἡ σεμνότης τριχῇ συνίςαται. Des. μὴ ἐῶσαι καθεύδειν.

V. pag. 83. Ἐκ τῶν Πλάτωνος διαλόγων. *Ex dialogis Platonis*. Inc. Γραφήν σέ τις ὡς ἔοικε γέγραπται, ὡς ἐγῷμαι. Des. εἴ τι βέλεται ἀντὶ τοῦ ὥς τε πράττειν.

VI. pag. 88. Ἐκ τῶν Σωπάτρου μεταποιήσεων. *Ex Sopatri translationibus.* Inc. Ὅτι Σώπατρος διδασκαλίαν ποιούμενος πρὸς Αὐσώνιόν τινα τῶν ἑταίρων. Des. ὠνεῖται βάρβαρος τὰ ἡμέτερα.

VII. pag. 92. *b.* Ἐκ τῶν Συριανοῦ ἢ Σωπάτρου. *Ex Syriani & Sopatri Operibus*. Inc. Ὅτι Δημοσθένης καθόλου ἔνθα τῇ καλουμένῃ μεσώσει κέχρηται. Des. τοῦτον ἡμεῖς φοβέμεθα.

VIII. pag. 94. Ἐκ τῶν Λογγίνου. *Ex Longini Operibus*. Inc. Ὅτι χρὴ πεφεισμένως χρῆσθαι ταῖς τροπαῖς. Des. καθάπερ ἐκ χρυσηλάτων μύδρων.

IX. pag. 96. Ὅροι. *Definitiones* philosophicae, ac theologicae, ordine alphabetico dispositae. Inc. Τί ἐςιν ἀγαθόν; ἓ πάντα ἐφίεται. Des. Τί ἐςιν ὥρα, ἤτοι κάλλος; συμμετρία μελῶν κ, μερῶν μετ' εὐχροίας. Sequuntur pag. 104. quaedam Theologica, quibus hic titulus: Ὅτι διαφέρει ἐπὶ Θεοῦ κ, ἡμῶν τὸ ὅλον. Inc. Ἐπὶ μὲν γὰρ ἐκείνου, οὔτε ἐκ μερῶν συνέςηκεν, οὔτε ἐν τοῖς μέρεσι θεωρεῖται, ἀλλ' ἐν ὑποςάσεσιν, κ. λ.

X. pag. 111. Ἐκ τῆς ξ' βίβλου τοῦ Πλουτάρχου. *Ex LX. Plutarchi Libro*. Inc. Ὅτι τὸ ἐν Δέλφοις εἴ τινές φασιν ἀνιερῶσθαι. Des. ἐτραχηλοκόπησεν δὲ ὡς ςρατηγικὸν ὑβρίσαντα νόμον.

XI. pag. 113. Παροιμίαι Αἰσώπου. *Proverbia Aesopi*. Inc. Ἄνευ χαλκοῦ Φοῖβος οὐ μαντεύεται, τὴν ἰσχὺν τοῦτο σημαίνει τῶν δώρων, κ. λ. Sequuntur pag. ead. alia ferme eiusdem generis, nullo auctorum nomine apposito, quorum initium: Καδμεῖα νίκη, ἐπὶ τῶν ασυμφόρως νικώντων τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον, κ. λ. Des. ὅτι ἡ ψυχὴ πρώτως ἐνεργεῖ, ἢ πάσχει, δευτέρως δὲ τὸ σῶμα.

XII. pag. 118. Περὶ διαφορᾶς γενναμένων. *De diversa generandi ratione*, Excerptum brevissimum. Inc. Ἰςέον, ὅτι ἡ γαλῆ ἀπὸ τοῦ ὠτίου τὸ σπέρμα δέχεται, ἐκ δὲ ςόματος γεννᾷ, κ. λ. Haec, & quae sequuntur, prorsus adespota sunt.

XIII. pag. ead. Πρὸς τοὺς λέγοντας. ὡς πρῶτος θρόνος ἢ ἡ Ῥώμη, ὅτι δέξαιτο τὸν κορυφαῖον ἐπίσκοπον πρώτη. *Adversus eos, qui dicunt, quod prima sedes sit Roma, propterea quod prima Coryphaeum Episcopum exceperit*. Inc. Ἡ Ἀντιόχεια μᾶλλον ἕξει τὸ πρωτεῖον. ἔτη γὰρ η' πρὸ τῆς Ῥώμης ὁ ἀπόςολος Πέτρος ἐπεσκόπησεν ἐν Ἀντιοχείᾳ, κ. λ. Des. τὸν δὲ τυρὸν, καθ' ἣν ἄγομεν τὴν α' τῶν νηςειῶν.

XIV. pag. 121. *b.* Recensentur aetates diversorum veteris Testamenti Patriarcharum, ab Adam nimirum usque ad Abraham; tum Hebraeorum Ductores numerantur a Moyse usque ad Sedeciam; Persarum Reges a Cyro usque ad Cleopatram; ac tandem Romanorum Imperatores a Iulio Caesare ad Alexium.

XV. pag. 122. *b.* Περὶ συντάξεως. *De Constructione*, brevissimus Tractatus. Inc. Τὰ κατ' ἐπικράτειαν λεγόμενα, γενικῇ συντάσσονται· βασιλεύω σου, κ. λ.

XVI. pag. 123. *b.* Nonnulla occurrunt *de XII. Signis Zodiaci*, quibus subditur *Computus quidam Paschalis*.

XVII. pag. 126. Excerpta tandem brevia *de generatione hominis*, *de mense Augusto*, *unde sic dictus*; *de Bissexto*, *ac de stipulatione Aquiliana*.

Codex Graecus, partim membranaceus, partim chartaceus in 12. Saec. XIV. valde oscitanter ac propere exaratus; tineis praeterea in primis praesertim atque ultimis paginis corrosus. Constat foliis 128.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΧΟΡΑΣΣΟΥ ΠΕΡΙ ΦΩΝΩΝ.

IOANNIS CHORASSI DE VOCIBVS.

Seu potius

Nonnullorum recentiorum Carmina quaedam; Ioannis Characis, Georgii Pardi, & anonymi Opuscula grammatica.

I. pag. 1. MVtilus est initio Codex, ac prima eius pagina valde corrupta, in qua occurrunt versiculi quidam iambici. Primi Carminis titulus, quem ex evanidis prorsus characteribus vix exsculpere potuimus, sequens est: Τοῦ μακαριωτάτου Βου- COD. XXV.

Βυλγαρίας εἰς τὸν Και . . . (1) ὄντα πανυπερσέβαςον. *Beatissimi Bulgariae Archiep.* (f. Theophylacti) *in Caesarem Augustissimum*. Initium vero ita habet:

Φρονεῖς μὲν αὐτὸς ἀξίως τῦ συ λόγυ,

Ὁ πανυπερσέβαςος ὄντως ἐν λόγῳ, κ. λ.

Finem nullum proferimus; margine enim inferiori restaurato, postrema periere.

II. pag. ead. *b*. Τῦ φιλοσόφυ κυροῦ Θεοδώρυ τοῦ Προδρόμυ τετράςιχα ἡρῶα ϗ ἰαμβεῖα εἰς τὰς δεσποτικὰς ἑορτάς. *Philosophi D. Theodori Prodromi tetrasticha heroica & iambica in Dominicos dies festos*, nimirum:

I. Εἰς τὴν γέννησιν (intellige) Θεοτόκου, *in Nativitatem Deiparae*.

II. Εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, *in sancta sanctorum*, seu *in Praesentationem eiusdem*.

III. Εἰς τὴν Χριςοῦ γέννησιν, *in Christi Nativitatem*.

IV. Εἰς τὴν ὑπαπαντὴν, *in Occursum*.

V. Εἰς τὸ βάπτισμα, *in Baptismum*.

VI. Εἰς τὴν μεταμόρφωσιν, *in Transfigurationem*.

VII. Εἰς τὸν Λάζαρον, *in Lazarum*.

VIII. Εἰς τὸν βαϊοφόρον, *in Dominicam Palmarum*.

IX. Εἰς τὸ δεῖπνον, *in Caenam*.

X. Εἰς τὸ νίπτρον, *in Pelluvium*.

XI. Εἰς τὴν προδοσίαν, *in Proditionem*.

XII. Εἰς τὴν ςαύρωσιν, *in Crucifixionem*.

XIII. Εἰς τὴν ἀποκαθήλωσιν, *in Depositionem e cruce*.

XIV. & ultimum εἰς τὸν ἐνταφιασμὸν, *in Sepulturam*. Primum tetrastichon iambicum inc.

Ναὶ λυχνία πρόκειςο, ναὶ πάςας δέχυ.

Vltimum, quod est heroicum, des.

Α'λλ' ἀΐδυ τε τάφυ τε μοχλὺς καταθραύσει ἀναςάς.

Duobus enim singula argumenta pertractantur tetrastichis, altero iambico, altero heroico: sunt autem pars ex iis Carminibus, quae sub titulo, Τετράςιχα ἰαμβεῖα ϗ ἡρῶα εἰς τὰ κεφαλαιωδῶς ῥηθέντα ἐν τῇ γραφῇ, habebantur in Cod. II. Plut. XXXI. §. VIII. supra p. 76. Huius Theodori tria Epigrammata cum versione & notis exhibet Gretserus Tom. III. de Cruce Lib. IV. Habentur Mss. etiam in Bibl. Vindob. teste Lambec. VI. 32.

III. pag. 3. Στίχοι ἐπιτάφιοι. *Versus sepulcrales* (CXXVI.) Inc.

Εἰ καταποντίζει με συμφορῶν κλύδων.

Des.

Ὦ φωτοκυήτρια λιταῖς μου κόρη.

IV. pag. 4. Ἕτεροι ςίχοι ἐπιτάφιοι πρὸς τὸν εἰρημένον ἱερομόναχον Θεόδωρον, ὧν ἡ ἀκροςιχὶς, ὁ Θεόδοτος. *Alii versus sepulcrales* (IX.) *in dictum hieromonachum Theodorum, quorum acrostichis*, ὁ Θεόδοτος. Inc.

Ὁ Θεόδωρος τῶν μοναςῶν τὸ κλέος, κ. λ.

V. pag. ead. Ἕτεροι ςίχοι ἐπιτάφιοι. *Alii versus sepulcrales* [LII.] in eumdem Theodorum. Inc.

Δακρυῤῥοῶν ςύγναζε πᾶς ἴδρις λόγων.

Des.

Ὢ δόξα πᾶσα ϗ τιμὴ μόνῳ πρέπει.

VI. pag. ead. *b*. Alii versus iambici XLIII. nullo quidem titulo, sed & ipsi sepulcrales in eumdem Theodorum. Inc.

Τί τοῦτο, τύμβε; τίνος ἐκπλήττει χάριν;

Des.

Ἐν τῇ κρίσει δὲ τῶν ἁμαρτάδων λύσιν.

VII. pag. 5. *Alia quinque, vel sex Epigrammata item iambica* anepigrapha, argumenti utplurimum sacri, auctore quodam Nicolao sacerdote, qui in ipsis nominatur, quique ipsius Codicis scriptor est: sunt autem ita evanidi, ac per compendiarias notas exarati, ut vix haec duo potuerimus oculorum acie percipere. Primum, quod in laudem Virginis videtur compositum, sequens est:

Ἐσθὴς, καλύβη, ϗ λιμὴν σὺ τυγχάνεις,
Τέρψις, καταφύγιον, ὄλβος, ϗ σκέπη.
Γυμνῶν ἐσθὴς εἶ, καλύβη τῶν ἀτέγων,
Λιμὴν γαληνὸς ναυαγέντων ἐν ζάλῃ,
Τέρψις γλυκεῖα σφόδρα τῶν λυπυμένων,
.... καταφύγιον .... (2)
Ὄλβος πενήτων, ϗ σκέπη χριςωνύμων.
Δι' ἅπαν αὐτὸς Νικόλαος σὸς λάτρης,
Ἀνάξιος μέντοιγε κυρίυ θύτης,
Ὁλοψύχως ἔσπευσα σὸν θεῖον δόμον
Βάθρων ἀπ' αὐτῶν ἀνεγεῖραι ποικίλαις
Ζωγραφίαις χρωσίν τε· λοιπὸν δεσπότην
Ἐξιλεώσῃς ἡμέρᾳ τῇ τῆς κρίσης
Ἐμοὶ παρασχεῖν ἄφεσιν ἁμαρτάδων.

Vltimum, quod est in communem hostem, ita habet:

Ὦ πατραλοῖα ϗ σπορεῦ τῆς κακίας,
Καλῶν μισητὰ ϗ κακῶν ὑπηρέτα,
Τί κατὰ τῦ πράξαντος ἀγαθυργίαν
Αἰεὶ προτείνεις μηχανὰς ϗ πικρίας;

VIII. p. 6. Ἰωάννυ γραμματικῦ τοῦ Χάρακος περὶ ἐγκλινομένων. *Ioannis Characis grammatici de Encliticis*. Inc. Ἰςέον, ὅτι τὰ ἐγκλιτικὰ ὐκ εἰσὶν ἐν τοῖς η' μέρεσιν, ἀλλ' ἐν πέντε μέρεσι. Des. περ, μήδ' ὕτως ἀγαθός περ ἐών. Τέλος. Habes editum hunc Tractatum Graece Venetiis in aedibus Aldi, & Andreae Asulani MDXXIV. fol. pag. 94. seq. Meminit autem Ioannis Characis Fabricius B. G. Vol. IX. pag. 366. qui Vol. VII. pag. 15. hanc editionem anno antiquiorem facit.

IX. pag. 10. *De Syntaxi* Tractatus Anonymi. Inc. Τὰ εἴδη τῆς συντάξεώς εἰσι πέντε· ἢ ἄρχεται ἡ σύνταξις ἀπὸ εὐθείας, κ. λ. Tum p. 11. *b*. incipiunt ipsa constructionum exempla, ordine alphabetico disposita, hoc pacto: Ἀγορανομῶ, γενικῇ. Ἀγχιςεύω, ἄγαμαι, αἰτιατικῇ, ϗ γενικῇ. Des. Ὡραΐζω, δοτικῇ. Ὠφελῶ, αἰτιατικῇ.

X. pag. 22. Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῶν διαλέκτων τῶν παρεκβληθεισῶν ὑπὸ τοῦ τιμιωτάτυ μητροπολίτυ Κορίνθου. *Initium cum Deo Dialectorum excerptarum a maxime venerabili Metropolita Corinthi*. Inc. Ἰδὲ σοι ϗ τὰς διαλέκτυς ἐγχειρίζω, σεβαςῶν μοι πάντων φιλολογώτατε. Des. ϗ τὸ θρίσσειν, τὸ κατὰ ψυχὴν ἐξίςασθαι, ἢ τὸ μαίνεσθαι. Libellus hic valde utilis, in quo be-

(1) Forte Καίσαρα. (2) Reliqua huius versiculi expiscari oculis minime licuit.

bene multae phrases, multaque vocabula dialectis singulis, Atticae, Doricae, Ionicae, & Aeolicae propria exponuntur, Graece editus est ab Aldo tum in Κέρατι ἀμαλθείας, tum ad calcem Lexici Asulani; Latine ab Henr. Stephano Tom. IV. Thes. Graec. Linguae, &c. Hunc Georgium, sive Gregorium, cognomine Pardum, Corinthi Metropolitam, qui & absolute Corinthus appellatur, nonnulli levissima ac falsa coniectura, auctorem faciunt poëmatis, quod vulgo fertur sub nomine Cointi Smyrnaei, seu Quinti Calabri.

XI. p. 36. b. Κανονίσματα διάφορα τοῦ Ὁμήρου. *Canonismata, sive regulae variae Homeri*, auctore Anonymo. Inc. Ἄειδε, τὸ θέμα, εἴδω, τὸ ἐπίσαμαι, καὶ μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ α ἀείδω, τὸ πάνυ γινώσκω, κ. λ. Des. in verbis, ἠνίξαμεν πρὸς τὸ σημαινόμενον, εἴτε ἀπὸ τοῦ ἐνίσσω τοῦ σημαίνοντος τὸ . . . mutila sunt.

Codex Graecus bombycinus Ms. in 12. Saec. XIV. charactere valde minuto, ac per compendia exarato, nonnullis in locis situ ac madore prorsus evanido. Constat foliis scriptis 41.

ΙΟΥΛΙΟΥ ΠΟΛΥΔΕΥΚΟΥΣ ΟΝΟΜΑΣΤΙΚΑ ΒΙΒΛΙΑ.

IVLII POLLVCIS LIBRI ONOMASTICI.

COD. XXVI. I. pag. I. IN primis quatuordecim foliis diligentissimi indices praecurrunt, singulorum Onomastici Librorum Capita complectentes. Pag. 15. incipit Onomasticon, quod cum exemplari Cod. XXXII. Plut. XXVIII. conlatum, in hisce quae sequuntur, ab ipso discedit, nimirum: Liber I. caret Capitum Tabula, & iis verbis, quae in illo legebantur ad calcem Libri hoc pacto: Τουτὶ τὸ πρῶτον βιβλίον, κ. λ. Lib. II. & III. carent Epistola, & Capitum tabula. Finis Libri V. idem est cum illo Codicis III. huius Plutei. Liber VI. Epistolam, & Indicem habet, & inc. Χρὴ λέγειν τὸ συμποσικὸν, κ. λ. Libro VIII. Capitum Index praecurrit, nulla tamen Epistola. Liber IX. utroque instructus est. Liber tandem X. desinit in verbis, κιβωτὸν, καὶ λήϊνον (corr. in marg. λύχνον). Praecedunt Operi Πολυδεύκους ἔπη εἰς Κόμοδον τὸν βασιλέα. *Pollucis Carmina ad Commodum Caesarem*, quae sunt:

Χρυσοῦ μεταλλεῦ, καὶ γεωργὲ σπερμάτων,
Τρέφεις, κατολβίζεις με καμάτων δίχα.
Ἀνηρότως ἤλησα τὴν πανσπερμίαν,
Ἀμαλθίας εὕρημα τὴν βίβλον κέρας.
Κάμνεις ὀρύττων τὰς πολυχρόνους φλέβας,
Ὡς αὐτὸς ἀκάμαντον ἕξω τὴν πόσιν.
Τὴν γοῦν ἀμοιβὴν χάριν ὑψόθεν λάβοις,
Ἂν εὐσέβειαν τοῖς πόνοις κεραννύῃς.
Auri effossor, & seminator seminum,
Me nutris, me beas sine laboribus.
Non arans laetus collegi omnia semina:
Vere Amaltheae inventum est hic liber & Cornucopia.
Tu quidem in effodiendis venis perennibus defícis,
Vt ego non defatigatus bibam.
Itaque pro munere gratiam caelitus acceperis,
Si pietatem laboribus insperseris.

Clauditur vero hoc iambico heptastico:

Ἔλαβε τέρμα βίβλος ἡ Πολυδεύκους
Ἰουλίου, Καίσαρος Κομμόδου χάριν.
Ἡ χεὶρ μὲν ἡ γράψασα τήνδε τὴν βίβλον,
Οἰχήσεται καὶ κἂν φθαρῇ καθὰ κόνις.
Ὁ λαμβάνων δὲ τήνδε χερσὶ καὶ βλέπων,
Θάνατον εἰς νοῦν καὶ κρίσιν λαμβανέτω,
Μνήμην τε κἀμοῦ, κἂν μακρὰν εἰμὶ λίαν.
Accepit finem liber Pollucis
Iulii, in Caesaris Commodi gratiam compositus.
Manus quidem, quae scripsit hunc librum,
Abibit plane (corrumpetur enim) in pulverem.
At qui librum ipsum in manus sumit & videt,
Mortem in mentem & iudicium revocet,
Et mei memoriam, quamquam absim longissime.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saec. XV. Constat foliis scriptis 192.

ΕΙΣΑΓΩΓΗ ΕΙΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗΝ ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΚΟΥΡΤΕΣΗ.

INTRODVCTIO AD GRAMMATICAM GEORGII CORTESII.

Ac praeterea

Constantini Lascaris Grammaticae Liber III.

COD. XXVII. I. pag. I. ΤΟῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου Γεωργίου Κουρτέση τοῦ Σχολαρίου περὶ στοιχείων, ἤτοι γραμμάτων, περὶ προσῳδιῶν, καὶ τῶν ὀκτὼ τοῦ λόγου μερῶν, εἴτουν εἰς γραμματικὴν εἰσαγωγὴ πρώτη. *Sapientissimi & eloquentissimi Georgii Curtesii Scholarii de elementis, & litteris, de accentibus, & octo partibus orationis, seu potius in Grammaticam introductio prima*, in gratiam amici, qui eam postulaverat, confecta. Inc. Τῶν στοιχείων, ἃ καὶ γράμματα λέγεται. Des. ἐπὶ γὰρ τῶν εἰς μι ἰσοσύλλαβόν ἐστι τὸ τρίτον τῶν πληθυντικῶν τῷ πρώτῳ αὐτοῦ. Ms. exstat etiam Mediolani in Bibl. Ambrosiana, & Romae in sancta Silvestrina, & Vallicelliana. Dubitat Allatius in Diatriba de Georgiis, idemne sit cum Georgio Scholario, qui sub Gennadii nomine notissimus est.

II. pag. 34. Κωνσταντίνου Λασκάρεως τοῦ Βυζαντίου προοίμιον τοῦ περὶ ὀνόματος καὶ ῥήματος τρίτου βιβλίου. *Constantini Lascaris Byzantini prooemium Libri tertii de nomine, & verbo.* Inc. Ἐν τοῖς προεκδοθεῖσιν ἡμῖν δυσὶ βιβλίοις. Des. τοσοῦτον ἐπαινετώτεροι. Liber inc. Τί μὲν οὖν ἐστι ῥῆμα, κ. λ. Des. τῇ τῶν λόγων ἐρημίᾳ, ἔτει ἀπὸ θεογονίας ,αυξς'. Est ex tribus Constantini Lascaris Grammaticae Graecae Libris, tantum Liber III. formis excusus, sine anni ac loci nota; sed particula fortasse est edit. Mediolanensis anni MCCCCLXXVI. in 4. quam inter alias huiusce Operis editiones commemorat Fabricius Bibl. Gr. Vol. VII. pag.

pag. 39. In fine huius tractatus, auctor adfirmat, fuisse Librum I. de nomine Mediolani a se compositum, in summam vero redactum Neapoli; de constructione vero secundum, & de verbo hunc, aliosque Messanae anno a Christi ortu MCCCCLXVI. (1)

Cod. Graec. chartaceus manuscriptus in 4. quoad Georgii Curtesii; impressus vero pariter in 4. quoad Constantini Lascaris Grammaticam, Saec. XV. Constat pars manuscripta foliis 33. edita foliis 18.

ΕΙΚΟΝΕΣ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ.

PHILOSTRATI IMAGINES.

Et alia, quorum hic ordo:

COD. XXVIII. I. pag. 450. *Flavii Philostrati Lemnii Imaginum Libri II.*

II. pag. 483. *Philostrati iunioris Imaginum Liber I.*

III. pag. 493. *Flavii Philostrati superioris Heroica.*

IV. pag. 523. *Callistrati Descriptiones Statuarum.*

V. pag. 530. *Flavii Philostrati Vitae Sophistarum.* Horum autem Operum exactissimum exhibet indicem postrema pagina. Margines vero notulis quibusdam adspersi sunt manu Marci Antonii Flaminii, cuius nomen in calce Codicis legitur.

Codex Graecus impressus in folio *Venetiis in aedibus Aldi mense Iunio M. DIII.* qui incipit a pag. 450. & desinit in pag. 571. Deest enim fortasse huiusce editionis pars illa superior, quae Luciani scripta complectitur, quaeque a Fabricio memoratur Bibl. Gr. Vol. IV. pag. 47. §. IV.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΠΕΡΙ ΣΥΝΤΑΞΕΩΣ.

DE CONSTRVCTIONE INCERTI AVCTORIS.

Corrige

COD. XXIX. *Maximi Planudis, Io. Damasceni, Basilii Magni, Michaëlis Pselli, Manuelis Bryennii, Nicomachi Geraseni, Asclepii Tralliani, Claudii Ptolemaei, Porphyrii, ac Plutarchi Opera varia.*

I. pag. 1. *Maximi Planudis Libellus de Verborum Constructione.* Inc. Τῶν ῥημάτων τὰ μὲν ὐδαμῇ μεταβαίνυσαν, κ. λ. Des. κρύπτω σε τὴν ἐμαυτοῦ βυλὴν, μυῶ, καὶ τελῶ σε . . . . . . Mutilus videtur in fine. Exstat in Bibliotheca Regis Galliae Cod. MMDLX. Vid. Catalog. T. II. pag. 522. ubi inscribitur *de syntaxi.*

II. pag. 9. Παροιμίαι. *Adagia* secundum ordinem litterarum disposita. Incipiunt a littera A, nimirum: Αὕτη ἡ μήρινθος ὐδὲν ἔσπασεν. Desinunt in Ω. Ὤδινεν ὄρος, εἶτα μῦν ἀπέτεκεν. Edita sunt ad calcem Proverbiorum Michaëlis Apostolii Lugd. Batav. ex officina Elzeviriana anno MDCXIX. 4. collectore Anonymo.

III. pag. 12. *Alia Adagiorum Collectio*, item Anonymi, iuxta alphabetum. Inc. Ἀρχαϊκὰ φρονεῖς. Desinit item ut supra, Ὤδινεν ὄρος, εἶτα μῦν ἀπέτεκεν, ὅταν ἐλπίσας τις μεγάλα, μικροῖς ἐντύχῃ.

IV. pag. 14. *b. Tertia proverbiorum, aliarumque loquendi formularum sylloge*, nullo tamen litterarum ordine servato, auctore item Anonymo, Inc. . . . νεχαμαὶ (2) πέσῃ, περὶ τῶν διακενῆς ὐδὲν λεγόντων. Des. Αἰσχίνης. ἐάσατε ὖν αὐτὸν τοιῦτον προστρόπαιον. Vide quae de Collectoribus Proverbiorum doctissime, ut assolet, Fabricius edisserit B. G. Vol. III. pag. 280. seq.

V. pag. 17. Εἰσαγωγὴ δογμάτων στοιχειώδης ἀπὸ φωνῆς Ἰωάννυ πρεσβυτέρυ μοναχῦ τοῦ Δαμασκηνῦ πρὸς Ἰωάννην ἐπίσκοπον Λαοδικείας. *Isagoge dogmatum elementaris, excepta ab ore Ioannis presbyteri monachi Damasceni, ad Ioannem Episcopum Laodiceae.* Inc. Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς κ. λ. Des. καθ' ὑπόστασιν, καὶ περιχωρῦσιν. Exstat inter Opera Damasceni T. I. p. 53. edition. Paris. A. MDCXII.

VI. pag. 22. *S. P. N. Archiepiscopi Caesareae Cappadociae Basilii, quomodo e Graecis doctrinis utilitatem capere possint adolescentes, Oratio.* Concordat cum edit. Gr. Lat. Paris. anni MDCCXXII. Tom. II. pag. 173.

VII. pag. 27. *b. Pselli in Platonis animi generationem Liber.* Vide in Cod. XI. Plut. XXVIII. §. II. cum quo concordat.

VIII. pag. 33. *Manuelis Bryennii Harmonicorum Libri III. cum suis diagrammatibus musicis diligentissime depictis.* Habes ibidem §. I. cum quibus conveniunt, excepto Libri tertii fine, qui sequens est: ὡς οἴοντε ἄρα γε ἦν ἡμῖν, ἐξεθέμεθα, quibus verbis totius Operis epilogus absolvitur. Ratio discriminis est, quia tertius hic Liber, qui sectiones continet undecim, in dicto Codice XI. mutilus erat in fine, quatuor saltem foliorum abscissione inter paginam 63. & 64. isque defectus nostram tunc diligentiam effugerat, quem nunc tandem huius collatione Codicis edocti, comperimus, Librum ibi desinere in calce pag. 63. *b.* in verbis, τοῦ αὐτοῦ διαστηματός που μὲν . . . . . quae paullo ante finem epilogi occurrunt; ea vero, quae sequuntur initio paginae 64. a verbis . . . . . ὅσον συμπληρῶσαι τὸ διάγραμμα, κ. λ. usque ad illa τῦτο γὰρ καὶ ἔδει ποιῆσαι, non ad Manuelem Bryennium, sed ad Michaëlem Psellum pertinere, eademque esse cum illis, quae mox in hoc ipso Codice recensenda occurrent, uti suo loco monebimus.

IX. pag. 94. *b. Nicomachi Geraseni Arithmetices Introductio cum Commentario Asclepii Tralliani*

(1) Vide etiam de hisce Grammaticae Graecae Constantini Lascaris Libris tribus, quae doctissime memoriae prodidit Christianus Frid. Boërnerus in eruditissimo suo *de Doctis Hominibus Graecis &c.* Libello, Lips. MDCCII. in 8. pag. 175. seqq.

(2) Primae litterae prorsus evanuerunt.

liani, *&* *glossis interlinearibus*. Aliud exemplar innuimus supra in Codice XXXV. Plut. XXVIII. sed quum inibi aliquanto fuerimus breviores, heic plenior nostro more dabitur recensio. Praecedit itaque ipsius Interpretis Prologus, cui titulus: Ἀσκληπιοῦ φιλοσόφου Τραλλιανοῦ εἰς τὸ πρῶτον βιβλίον τῆς Νικομάχου ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς σχόλια. *Asclepii philosophi Tralliani in primum Librum Nicomachi Arithmeticae Introductionis scholia*. Inc. Πλατωνικὸς ὢν ὁ πατὴρ τοῦ βιβλίου τούτου. Des. ἐξηγήσεως τῆς προσηκούσης ἀξιωθήσεται. Tum pag. 96. Opus ipsum in duos Libros divisum, quorum priori titulus: Νικομάχου Γερασηνοῦ Πυθαγορικοῦ ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς τῶν εἰς δύο τὸ πρῶτον. *Nicomachi Geraseni Pythagorici Arithmeticae Introductionis de duobus Liber primus*. Inc. Οἱ παλαιοὶ καὶ πρῶτοι μεθοδεύσαντες τὴν ἐπιστήμην. Des. ὁ ἔσχατος καὶ μείζων τετράγωνος ὁ αὐτός ἐστιν. Asclepii in ipsum Commentarius inc. Ἐπεὶ ἡ ψυχὴ διττὰς ἔχει τὰς ἐνεργείας. Des. καὶ τοῦτο τοῦ ἐπιτετραμμένου. Secundus Liber pag. 153. inscribitur: Τοῦ αὐτοῦ ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς εἰς δύο τὸ δεύτερον βιβλίον. *Eiusdem Arithmeticae Introductionis de duobus Liber secundus*. Inc. Ἐπεὶ δὲ στοιχεῖον λέγεται καὶ ἔστιν, κ. λ. Des. τοσαῦτα ὡς ἐν πρώτῃ εἰσαγωγῇ ἀρκείτω. Commentarius inc. Ἐνταῦθα μέλλει εἰπεῖν, ὅτι ἡ ἰσότης στοιχεῖόν ἐστι, κ. λ. Des. τοσαῦτα τοίνυν ἀρκείτω πρὸς εἰσαγωγικὴν διδασκαλίαν. Nicomachi Textus, uti in dicto Codice adnotavimus, lucem vidit Parisiis &c. Commentarius vero Asclepii nondum est editus; loca quaedam ex ipso Graece protulere Ismaël Bullialdus ad Theonem pag. 293. & Marcus Meibomius in Dialogo de Proportionibus pag. 82. & 186. qui etiam pag. 8. specimen scholiorum, seu glossarum Graecarum interlinearium, quales in hoc etiam habentur Codice, profert. Holstenius in schedis suis Mss. haec habet: *Nicomachi Geraseni Pythagorici philosophi Arithmetica cum Commentario Asclepii Tralliani: opus quantivis pretii*. Exstat etiam in Bibliotheca Regis Galliae, ubi innuitur opus esse ineditum. Vid. Catalog. T. II. pag. 491.

X. p. 196. Προλαμβανόμενα τῆς κατ' ἀριθμητικὴν Αἰγυπτιακῆς μεθόδου τοῦ Ψελλοῦ. *Pselli ea, quae praesumuntur in methodum Aegyptiacam Arithmeticae*. Inc. Γλαφυρωτάτην παρέχεται χρείαν τῇ κατὰ τοὺς ἀριθμούς. Des. ἀλλ' οὐ θιγγάνειν αὐτῶν. Forte unum est ex eius scriptis philosophicis, quae in Vaticana adservari notat Gesnerus, inter quae *Arithmetica* etiam enumerantur, ut videre est in Allatii Diatriba de Psellis edit. Fabrician. ad calcem Vol. V. Bibl. Graec. pag. 38.

XI. pag. 197. Τοῦ αὐτοῦ ὑποτύπωσις κεφαλαιώδης τῶν παρὰ Χαλδαίοις ἀρχαίων δογμάτων. *Eiusdem hypotyposis summaria veterum dogmatum apud Chaldaeos*. Inc. Σύντομόν σοι τῶν Χαλδαϊκῶν δογμάτων. Des. ἡ τῶν Χαλδαίων θεολογία καὶ φιλοσοφία ἐστίν. Differt ab illa, quam edidit primum Franc. Patricius in Nova Philosoph. de Vniversis in Zoroastre Ferrariae MDXCI. & Venet. MDXCIII. fol. imperfecte tamen & confuse; absolutius deinde cum Sibyllinis Oraculis, aliisque Paris. MDLXXXIX. MDIC. & MDCI. in 8. Ioannes Opsopaeus &c. Vide Allatii Diatrib. de Psellis edit. cit. pag. 28.

XII. pag. 198. Τοῦ αὐτοῦ ἐξήγησις τῆς ἐν τῷ Τιμαίῳ Πλάτωνος μαθηματικῆς περὶ ψυχῆς ὑπάρξεως, καὶ γνώσεως. *Eiusdem expositio mathematicae in Timaeo Platonis de animi exsistentia, & cognitione*. Inc. Ἐκ μέρους ἠρώτηκάς με τὸ Πλατωνικὸν περὶ ψυχῆς διάγραμμα. Des. ἡ δὲ μαθηματικὴ αὕτη. Forte eadem est, atque illa, quae inter inedita eius Opera innuitur in Allat. Diatrib. de Psellis cit. edit. pag. 38. §. LVII. licet aliquod in titulo sit discrimen; diversa certe est ab eiusdem Psychogonia, ut ex eius initio, & fine, quem in memorato Codice XI. Pl. XXVIII. §. II. adtulimus, adparet. Interim notandum huius ἐξηγήσεως extrema, incipiendo a verbis . . . ὅσον συμπληρῶσαι τὸ διάγραμμα, κ. λ. usque ad totum paragraphum XVIII. sequentem, haberi etiam in dicto Codice XI.

XIII. pag. 199. Ἑτέρας Πλατωνικῆς διανοίας ἐξήγησις ἀπὸ Τιμαίου. *Alterius Platonicae sententiae explicatio ex Timaeo*. Inc. Ἐρᾷς τῆς Πλατωνικῆς ἀκορέστως πηγῆς. Des. εἰ καί τι τῶν παρ' αὐτῷ ἀδύτων κατοπτεῦσαι δεδυνήμεθα.

XIV. pag. 200. Ἐξήγησις τοῦ αὐτοῦ τελεωτέρα τοῦ λείμματος. *Eiusdem expositio perfectior lemmatis*. Inc. Τί ποτέ ἐστι τὸ λεῖμμα, ἠρώτηκας. Des. τὸν περὶ ὧν ἐζήτησας λόγον.

XV. pag. 201. Περὶ τῶν ἰδεῶν, ἃς ὁ Πλάτων λέγει. *De ideis, quas dicit Plato*. Inc. Αἱ τῶν ὄντων ἰδέαι, ἃς ὁ Πλάτων τίθεται. Des. καὶ σαφέστερον συνοψισθεῖσα. Expositiones Pselli variae in varios Platonis locos citantur ab Allatio l. c. aitque exstare in Biblioth. Bavarica Cod. CLXV.

XVI. pag. 202. Excerptum brevissimum, forte eiusdem Pselli, sine titulo, sed agitur *de cubo*. Inc. Πᾶσα πλευρὰ ἐφ' ἑαυτὴν πολλαπλασιαζομένη. Des. εὑρήσεις ἀκριβῶς τὴν ἑκάστου ὀνομασίαν.

XVII. pag. ead. *b*. Πρὸς τὸ εὑρεῖν πλευρὰν οὑτινοσοῦν ἀριθμοῦ. *Ad inveniendum latus cuiuscumque numeri*. Inc. Δεῖ γινώσκειν, ὅτι ἀπὸ β' μεθόδων εὑρίσκεται ἡ πλευρά, κ. λ. Des. καὶ τὰ γινόμενα, ἐστὶν ἡ πλευρά.

XVIII. p. 205. Alius Tractatus Arithmeticus, item sine titulo, sed agit *de cubo*, *eiusque multiplicatione*, forte eodem Psello auctore. Inc. Τὸ ὅτι οἱ δύο κύβοι κύβος, δύναται μὲν καὶ ἄλλω νοεῖσθαι. Des. τοῦτο γὰρ καὶ ἔδει ποιῆσαι. Varia Pselli Geometrica Romae in Vaticana exstare adfirmat Allatius l. c. pag. 38.

XIX. pag. 207. *b*. Κλαυδίου Πτολεμαίου ἁρμονικῶν πρῶτον. *Claudii Ptolemaei Musicorum Liber I.* praevia argumentorum Capitum, quae sunt XVI. tabula. Primum, quod inscribitur, Περὶ τῶν ἐν ἁρμονικῇ κριτηρίων, inc. Ἁρμονική ἐστι δύναμις, κ. λ. Vltimum, cui titulus est, Πόσα ἐστὶ τὰ συνηθέστερα ταῖς ἀκοαῖς γένη, καὶ τίνα, des. δύο λόγους ἔχει τομιαίους. Liber II. pag. 234. Capita continet XV. quorum

rum nullus index. Primum inscribitur, Πῶς ἂν καὶ διὰ τῆς αἰσθήσεως ληφθεῖεν οἱ τῶν συνήθων γενῶν λόγοι, & inc. Λάβοιμεν δ' ἂν καὶ καθ' ἑκάτερον τρόπον, κ. λ. Vltimum, Ἔκθεσις τῶν ποιούντων ἀριθμῶν τὰς ἐν τοῖς ἑπτὰ τόνοις τῶν συνήθων γενῶν (sic, forte deest μεταβολάς.) Des. τῆς ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τὰς ἰσοτονίας ἀποκαταστάσεως. Liber III. pag. 258. *b.* Capitibus constat IX. quorum primum inscribitur: Πῶς ἂν ἡ δι' ὅλου χρῆσίς τε καὶ ἀνάκρισις γίνοιτο τῶν λόγων διὰ πεντεκαιδεκαχόρδου κανόνος. Inc. Αὐτάρκης μὲν οὖν δόξειε, κ. λ. Vltimum, Πῶς τὰ τοῦ ἡρμοσμένου σύμφωνα καὶ διάφωνα ὁμοίως ἔχει τοῖς ἐν τῷ ζωδιακῷ, des. λοιπὸν δὲ ἐπισκέψασθαι καὶ τὰς καθέκαστον πιθανῶς ἂν ἐπιτηρηθέντα διὰ τῶν γενομένων..... Mutilus videtur in fine.

XX. pag. 274. Πορφυρίου εἰς τὰ ἁρμονικὰ Πτολεμαίου ὑπόμνημα. *Porphyrii in Ptolemaei Musica Commentarius.* Incipit Prooemium: Πολλῶν αἱρέσεων οὐσῶν ἐν μουσικῇ περὶ τοῦ ἡρμοσμένου, ὦ Εὐδόξιε, δύο πρωτεύειν ἄν τις ὑπολάβοι. Des. ἃ μὲν οὖν ἀναγκαῖον ἦν μοι προειπεῖν, ἔστι ταῦτα. παρεὶς δέ σοι κρίνειν τὴν ἐξήγησιν, ἐντεῦθεν ἄρχομαι τοῦ προκειμένου. Commentarius, & quidem in prima tantummodo Libri primi Capita integra quatuor, inc. Τὴν μουσικὴν σύμπασαν διαιρεῖν εἰώθασιν, εἴς τε τὴν ἁρμονικὴν καλουμένην πραγματείαν, εἴς τε τὴν ῥυθμικήν, κ. λ. Des. ὅμως τοῦ κατ' αὐτὴν διηρθρωμένου οὐ κατὰ πᾶν τυγχάνειν δύνανται. Ἐμβὰς τοίνυν εἰς τὸν περὶ τῶν συμφώνων λόγον, τὰς τῶν Πυθαγορείων περὶ αὐτῶν διατάξεις δοκιμάζει πρότερον· εἶθ' οὕτως ἄρ τὰ αὐτῷ ἀρέσκοντα τίθησιν, ὧν ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς τὴν ἐξήγησιν ποιησόμεθα. Quibus verbis ἑρμηνεὺς ad V. Capitis explanationem gradum facit. Ptolemaei Harmonicorum Libros tres ex undecim Codicibus Mss. Graece cum versione sua & notis vulgavit Io. Wallisius Oxon. MDCLXXXII. 4. recusos deinde T. III. Operum eiusdem Wallisii ibid. MDCIC. fol. una cum Porphyrii in ipsos Commentariis (1), & Manuelis Bryennii Harmonicis.

XXI. pag. 304. Πλουτάρχου περὶ μουσικῆς. *Plutarchi de Musica* Liber. Inc. Ἡ μὲν Φωκίωνος τοῦ χρηστοῦ γυνή. Des. ἀπέλυσε τοὺς ἑστιωμένους. Inter eius Opera Tom. II. pag. 1131. Paris. edit. MDCXXIV. fol.

XXII. pag. 312. *b.* Tandem manu diversa adscripta legitur *Erotesis quaedam, seu Quaestio contra Arrianos, quare neque plura, neque pauciora quatuor sint Evangelia.* Responsio inc. Ἐπειδὴ τέσσαρα κλίματα τοῦ κόσμου. Des. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ τοῖς .... Imperfecta est, nullumque auctoris nomen prae se fert.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saec. XIV. minutissimo charactere exaratus, quem Lucas Holstenius in schedis suis Mss. *insignem* vocat. Constat fol. scriptis 312.

ΔΙΟΡΙΣΜΟΙ ΠΟΙΚΙΛΟΙ ΚΑΤΑ ΣΤΟΙΧΕΙΟΝ ΑΝΩΝΥΜΟΥ.

DEFINITIONES VARIAE SECVNDVM ORDINEM ELEMENTORVM INCERTI AVCTORIS.

Ac praeterea

Cyrilli Alexandrini Lexicum; ex Iosephi Hypomnestico Excerptum; Athanasii Psalmorum Interpretatio, & aliorum Opuscula.

I. pag. 1. PRimum huius Voluminis opus, est quoddam Lexicum, definitiones continens theologicas, ac philosophicas, ordine alphabetico dispositas: sed quum mutilus sit initio Codex, ac propterea desideretur tota littera A, & ex littera B pauca supersint, initium damus ex littera Γ, quod ita habet: COD. XXX.

Γάλα ἐστὶν ὑγρὸν, ἡ πρώτη τροφὴ ζώου, κ. λ.
Γάμος ἐστὶ σύνοδος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, κ. λ.

Definit in Ω, cuius postrema sunt: Ω'φ..τὴ (2), κέρδος πνευματικὸν ψυχῆς λογικῆς, κατὰ τὴν πρακτικὴν, ἢ θεολογικὴν θεωρίαν κερδαινούσης. Quae quidem in fine Codicis requirenda sunt, quo ultimum huius Lexici folium bibliopegi incuria reiectum fuit.

II. pag. 51. In duabus paginis, quae vacuae inter superius, ac sequens Lexicum supererant, diversa manus, item antiqua, nonnulla exaravit *de tempore Baptismi, Passionis, & Crucifixionis Iesu Christi, ac de hebdomada Tyrophagi;* tum quaedam Grammaticalia *de prosodia.*

III. pag. 53. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον. *S. P. N. Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini Lexicum iuxta ordinem litterarum.* Inc. Ἄαπτος, ἀβλαβής· ἔνιοι ἀπλήρωτον, οἱ δὲ μελένα (sic). Ἄαπτον, ἀψηλάφητον. Des. Ὠψισμένον, ὀψὲ τῆς ὥρας βραδέως ἐρχόμενον. ὠψίσθην, ὤψισα, ἐχρόνισα. Ὧ, τοῦ ἰδίου, ᾧ, ᾧ τινι. Eiusmodi Lexicum etiam supra recensuimus, p. nimirum 418. Cod. XLII. & pag. 427. Cod. XLVIII. sed utroque in Codice mutilum in principio. Forte exemplar hoc innuit Fabric. Bibl. Graec. Vol. X. pag. 52. ubi ait, *exstare etiam in Vaticana, nec non in Medicea, in Gottorpiensi, in Bremensi &c.* λεξικὸν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου κατὰ στοιχεῖον. Laudatur hoc Cyrilli lexicum, tamquam a Glossario edito Graecolatino diversum, tum a Meursio in Glossario Graeco, tum a Cangio, qui optimae notae Codicibus, Regio & Colbertino, usus est. Subiicitur Computus Paschalis per annos undecim, incipiens ab anno 6865. (Christi MCCCLVII.) ind. X. in quo Pascha incidit in diem

(1) Commentaria illa longiora multo sunt, quam nostra; progrediuntur enim usque ad secundi Libri Caput octavum, ut videre est apud Fabric. B. G. Vol. III. pag. 451.
(2) Margine interiori corroso, quae interiacent periere.

diem XII. Aprilis, usque ad annum 6875. inclusive (Christi MCCCLXVII.) ind. V.

IV. pag. 152. *Prophetiae VII. sapientum, qui prophetarunt in templo Deae Minervae, quorum nomina haec sunt, Titan, Tias* (forte legendum *Bias*) *Polo, Chilo, Thucydides, Tenander, & Plato: qui quidem VII. sapientes consuluerunt Apollinem, rogantes ut prophetaret ipsis prophetias*. Inc. Τίταν φησὶ, καὶ Ἀπόλλων, τί ἐστι, τίνος τε εἴη μετὰ σὲ δόμος οὗτος, κ. λ. Des. γῆ τέτοκε τὸν οὐρανὸν γεννήτορα.

I. pag. 3. ΑΠομνημονεύματα ἐκ διαφόρων ποιητῶν τε καὶ ῥητόρων, ἔκ τε τῶν θύραθεν, καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱερᾶς καὶ φιλοθέου παιδείας. *Apomnemoneumata, seu sententiae memorabiles ex diversis Poëtis atque Oratoribus, tum ex profana, tum sacra nostra ac divina eruditione* collectae, & in Capita LXXI. digestae, quorum praecedit Index. Primum est Περὶ βίου ἀρετῆς καὶ κακίας. *De vitae virtute, ac malitia*. Inc. Στενὴ ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν. Vltimum Περὶ ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας. *De tolerantia & longanimitate*. Des. ἀλλὰ θέλε ὡς ἂν τὰ γινόμενα γίνεται, quae sunt ex Metrodoro desumta. De hac sententiarum collectione vide recensionem Cod. XV. Plut. VII. §. IV. Catalogi nostri pag. 252. col. 2. ubi singulorum Capitum argumenta protulimus. In hoc tamen Codice ipsorum ordo aliquantum ab illo diversus occurrit. In fine legitur manu ipsius scriptoris: Μιχαὴλος Ἀπόστολης Βυζάντιος μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς φίλης πατρίδος αὐτοῦ πενίᾳ συζῶν ἐν Κρήτῃ καὶ τόδε τὸ βιβλίον μισθῷ ἐξέγραψεν. *Michaël Apostolius Constantinopolitanus post captivitatem carae ipsius patriae in paupertate vivens in insula Creta hunc quoque librum mercede descripsit*.

Codex Graecus chartaceus Ms. in fol. min. Saec. XV. cuius primae XVI. paginae explicationes Latinas singulis ferme verbis superscriptas exhibent. Constat foliis scriptis 105.

ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

EPIPHANII EPISTOLAE.

CONtinet Codex fragmentum Epiphanii Operis, quod inscribitur, *Anchora, sive Expositio Fidei Catholicae adversus LXXX. haereses, &c.* cui praecedit primo Vita, quae inc. Ὁ θεῖος οὗτος καὶ μέγας, κ. λ. secundo *Matidii, Tarasini, aliorumque Ecclesiae Suedrorum presbyterorum Epistola ad Epiphanium*, cuius initium, Ποικίλως ὁ ἐχθρὸς, κ. λ. tertio *alia Palladii, ipsius Suedrorum urbis praesidis, ad eumdem Epistola*, quae inc. Οἱ τὴν μεγάλην, κ. λ. quae quidem omnia recensuimus etiam in Cod. XII. Plut. VI. §. I. II. & III. Catalogi nostri T. I. p. 117. col. 2. cum quo noster hic Codex penitus concordat. Opus vero ipsum Epiphanii, cuius titulus est, Ἀντεπιστολὴ πεμφθεῖσα πρὸς αὐτὸς, κ. λ. inscriptio vero, Τοῖς κυρίοις, καὶ τιμιωτάτοις, κ. λ. inc. Ἤδη μὲν ἦν, κ. λ. ut in dicto Cod. §. IV. Desinit in verbis: ἀπὸ δὲ τοῦ νόμου πρὸ Χριστοῦ παρουσίας τῆς ἐνσάρκου . . . . quae in eius Operum edit. Colon. MDCLXXXII. fol. incidunt in Tom. II. pag. 18. vers. 9. COD. XXI.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saec. XV. Constat fol. scriptis 8.

ΔΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ ΡΗΤΟΡΙΚΑΙ ΜΕΛΕΤΑΙ.

DIONIS CHRYSOSTOMI RHETORICAE MEDITATIONES.

Sive

Orationes LXXX.

PRaecedit diligentissimus Index, ac Prolegomena in Dionem, variis distincta Capitibus. Primum Ἀρέθα ἀρχιεπισκόπου, *Arethae Archiepiscopi*, inc. Σοφὸς οὑτοσὶ τῷ ὄντι Δίων ὁ Προυσαεὺς, κ. λ. Des. εἴ τι τῷ ἀσκρέσῳ πιστεύων ποιμένι. Alterum inscribitur: Δίωνος τοῦ Προυσαέως βίος. *Dionis Prusaeensis Vita*. Inc. Οὗτος ὁ Δίων Προυσαεὺς ἦν Προύσης τῆς κατὰ τὸν Ἀσιατικὸν, κ. λ. Des. τῆς εἰς ἅπαν μέμψεως COD. XXII.

ψεως ἀπολύοιτο τὸ ἔργον. Tertium est: Περὶ Δίωνος καὶ τῶν κατ' αὐτὸν, καὶ τῆς τοῦ λόγου αὐτοῦ ἰδέας. *De Dione, eiusque operibus, ac de ipsius orationis stylo*. Inc. Ὁ Δίων οὗτος ἦν μὲν Προυσαεὺς, Προύσης τῆς πρὸς τῷ Μυσῷ Ὀλύμπῳ, κ. λ. Des. δὲ τὴν ἀφέλειαν ἐξαίρων διὰ σεμνότητος. Sequuntur deinde Orationes ipsae, & quidem hoc ordine:

I. pag. 6. *De Regno Oratio I.*

II. pag. 16. *b. De Regno II.* cum brevi summario Orationis in fine,

III. pag. 27. *b. De Regno III.*

IV. pag. 42. *De Regno IV.*

V. pag. 58. *b. Fabula Libyca.*

VI. pag. 61. *b. Diogenes, seu de Tyrannide.*

VII. pag. 69. *b. Euboica, aut Venator.*

VIII. pag. 91. *Diogenes, seu de Virtute.*

IX. pag. 96. *Diogenes, aut Isthmia.*

X. pag. 100. *Diogenes, seu de Servis.*

XI. pag. 106. *Troiana, seu de eo quod Ilium non sit captum.*

XII. pag. 135. *b. Olympica, aut de prima Dei cognitione.*

XIII. pag. 153. *b. Oratio Athenis habita, de fuga.*

XIV. pag. 161. *De Servitute, & Libertate I.*

XV. pag. 165. *De Servitute, & Libertate II.*

XVI. pag. 171. *b. De Aegritudine.*

XVII. pag. 173. *b. De Avaritia.*

XVIII. pag. 178. *b. De dicendi exercitatione.*

XIX. pag. 183. *De sua auscultandi cupiditate*

XX. pag. 184. *De Secessu.*

XXI. pag. 189. *b. De Pulcritudine.*

XXII. pag. 193. *De Pace, & Bello.*

XXIII. pag. 194. *b. Quod felix sit sapiens.*

XXIV. pag. 197. *De Felicitate.*

XXV. pag. ead. *b. De Genio.*

XXVI. pag. 199. *b. De Consultatione.*

XXVII. pag. 201. *b. Expositio eorum, quae fiunt in compotatione.*

XXVIII. pag. 203. *De Melancoma prima, ordine secunda.*

XXIX. pag. 207. *b. De Melancoma secunda, ordine prima.*

XXX. pag. 209. *b. Charidemus.*

XXXI. pag. 218. *Rhodiaca.*

XXXII. pag. 242. *b. Ad Alexandrinos.*

XXXIII. pag. 265. *Tarsica prior.*

XXXIV. pag. 279. *Tarsica posterior.*

XXXV. pag. 290. *In Celaenis Phrygiae.*

XXXVI. pag. 296. *Borysthenitica, quam in patria recitavit.*

XXXVII. pag. 308. *Corinthiaca.*

XXXVIII. pag. 317. *b. Ad Nicomedienses, de concordia cum Nicaeensibus.*

XXXIX. pag. 329. *De concordia Nicaeae, quum cessasset seditio.*

XL. pag. 331. *Habita in patria, de concordia cum Apameensibus.*

XLI. pag. 340. *Ad Apameenses, de concordia.*

XLII. pag. 343. *Disputatio habita in patria*

XLIII. pag. 344. *b. Politica in patria.*

XLIV. pag. 347. *Oratio benevolentiae, demonstrativa erga patriam, honores sibi decernentem.*

XLV, pag. 350. *Apologetica Oratio, qui affectus fuerit erga patriam.*

XLVI. pag. 354. *Antequam in patria philosopharetur.* (In edit. diverse inscribitur).

XLVII. pag. 357. *b. Concio habita in patria.*

XLVIII. pag. 363. *Politica in concione.*

IL. pag. 367. *b. Recusatio magistratus in Senatu.*

L. pag. 371. *De administrationibus in Senatu.*

LI. pag. 373. *b. Ad Diodorum.*

LII. pag. 376. *De Aeschylo, & Sophocle, & Euripide, seu de Philoctetae arcu.*

LIII. pag. 379. *b. De Homero.*

LIV, pag. 382. *De Socrate.*

LV. pag. 383. *De Homero, & Socrate.*

LVI. pag. 387. *b. Agamemnon, sive de Regno.*

LVII. pag. 390. *Nestor.*

LVIII pag. 392. *b. Achilles.*

LIX. pag. 393. *b. Philoctetes.*

LX. pag. 396. *Nessus, sive Deianira.*

LXI. pag. 398. *Chryseis.*

LXII. pag. 402. *De Regno, seu Tyrannide.*

LXIII. pag. 404. *De Fortuna*, prior.

LXIV. pag. 405. *b. De Fortuna*, altera.

LXV. pag. 411. *De Fortuna*, tertia.

LXVI. pag. 413. *b. De Gloria*, prima.

LXVII. pag. 420. *De Gloria*, secunda.

LXVIII. pag. 421. *b. De Gloria*, tertia.

LXIX. pag. 423. *b. De Virtute.*

LXX. pag. 426. *De Philosophia.*

LXXI. pag. 428. *De Philosopho.*

LXXII. pag. 430. *De corporis cultu, vel habitu.*

LXXIII. pag. 434 *De Fide.*

LXXIV. pag. 436. *De Incredulitate.*

LXXV. pag. 442. *b. De Lege.*

LXXVI. pag. 444. *b. De Consuetudine.*

LXXVII. pag. 445. *b. De Invidia*, prior.

LXXVIII. pag. 449. *De Invidia* posterior.

LXXIX. pag. 455. *b. De divitiis eorum, qui in Cilicia sunt.*

LXXX. pag 457. *De Libertate.*

Concordant autem omnia tum quoad Orationum ordinem, tum etiam quoad titulos cum editione Operum Dionis Chrysostomi Paris. G. L. anni MDCIV. fol. curante Feder. Morellio, exceptis Orationibus XXVIII. & XXIX. quae ibi postponuntur, & Praeliminaribus; nam diversa sunt ab iis, quae inibi etiam Orationibus praemittuntur ex Photio, Philostrato, & Synesio excerpta: fortasse tamen sunt ex ipsis contracta & concinnata. Notandum vero est, in Codice singulis ferme praefigi breve quoddam argumentum, sive summarium, in margine appositum, ac rubrica exaratum, ac rarissima apparere aliquando scholia aeque antiqua.

Co-

Codex Graecus bombycinus Ms. in 8. Saec. XIV. optime servatus, qui fuit olim Francisci Philelphi (1), ita enim eius manu bis adnotatur: *Ἡ βίβλος αὔτη Φραγκίσκου τοῦ εὐγείου Φιλέλφου ἐςίν*. postea vero Petri Laurentii de Medicis; ita enim in fine, ipsius fortasse manu subiungitur: *Νῦν δὲ γέγονε Πέτρου τοῦ Λαυρεντίου τοῦ ἐκ Μεδικέων οἰκίας*. Constat foliis 460.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΔΙΑΦΟΡΩΝ.

EPISTOLAE DIVERSORVM.

Corrige

Manuelis Chrysolorae Epistolae IV.

COD. XXIII. I. pag. 1. Prima est *ad Ioannem Palaeologum Graecorum Imperatorem, de comparatione veteris, & novae Romae*, quam vide in Cod. XX. Plut. VI. §. I. Catalogi nostri Tom. I. pag. 139. col. 1.

II. pag. 25. *b.* Secunda *ad Ioannem Chrysoloram*. In dicto Cod. §. II.

III. pag. 28. Tertia *ad Demetrium Chrysoloram*. Ibid. §. III.

IV. pag. 31. Quarta *ad Pallantem Strozzam, Onuphrii filium, de morte sui fratris consolatoria*. Ibid. §. VI. ubi initium paullo longius protulimus. Finis vero, quem ibi nullum dedimus, sequens est: *ὃ δὲ λοιπὸν εὔχομαι ὑμῖν τοῦτο παρὰ τοῦ Θεοῦ. ὑγίαινε.*

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XV. vel XVI. nitide scriptus, optimeque servatus. Constat foliis 65.

ΛΟΓΟΙ ΚΑΙ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΔΙΑΦΟΡΩΝ.

ORATIONES ET EPISTOLAE DIVERSORVM.

Scilicet

Isocratis, & Demetrii Cydonis.

COD. XXIV. I. pag. 1. *Isocratis Oratoris Atheniensis Orationes IV.* quarum

1. *Περὶ τῆς ἀντιδόσεως, De permutatione*: inc. *Εἰ μὲν ὅμοιος ἦν*. Def. *παραινέτω τὴν ψῆφον*. In edit. Basileensi ex officina Oporini MDLXX. fol. p. 455.

II. pag. 20. *Περὶ τοῦ ζεύγους, De bigis*, inc. *Περὶ μὲν οὖν τοῦ ζεύγους*. Def. *τῆς πόλεως στερήσομαι*. Ibid. pag. 511.

III. pag. 25. *b.* *Τραπεζιτικὸς, Trapeziticus*, inc. *Ὁ μὲν ἀγὼν μοι μέγας*. Def. *πιστοτέρους ἡγεῖσθαι τῶν ἐμῶν*. Ibid. pag. 527.

IV. pag. 32. *Παραγραφικὸς πρὸς Καλλίμαχον, Exceptio adversus Callimachum*, inc. *Εἰ μὲν καὶ ἄλλοι τινές*. Def. *καὶ τὰ συμφέροντα ψηφίζεσθαι*. Ibid. p. 547.

II. p. 39. *Λόγοι τοῦ σοφωτάτου κυροῦ Δημητρίου τοῦ Κυδώνη. Orationes sapientissimi D. Demetrii Cydonis*. Prima inscr. *Συμβουλευτικὸς περὶ τῆς Καλλιπόλεως. Oratio deliberativa de Callipoli*. Inc. *Ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες Ῥωμαῖοι, κ. λ.* Def. *τὸ μέλλον κοινῇ συνοίσειν*. Graece & Latine Tom. II. Auctar. novi Combefis. pag. 1284. seqq.

III. pag. 50. *Ἕτερος συμβουλευτικός. Altera deliberativa*. Inc. *Πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες*. Def. *δοκεῖν τὴν ἐπιθυμίαν*. Ibid. pag. 1221. seqq. de qua vid. Fabric. Bibl. Graec. Vol. X. pag. 386. Num. 3.

IV. pag. 68. *b.* *Ὅτι ἄλογον τὸ τοῦ θανάτου δέος. Quod sine ratione sit timor mortis*. Inc. *Τὸν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος χωρισμόν*. Def. *γένοιτο βίου λαβέσθαι*. Ita inscribitur etiam in Cod. Caesareo, Nessel. Part. I. pag. 366. §. XVI. in aliis vero Codd. *Περὶ τοῦ καταφρονεῖν τὸν θάνατον, De contemnenda morte*. G. & Lat. cum versione sua edidit primum Raphaël Seilerus Augustanus Basileae MDLIII. 8. Hieronymus vero Volfius in Notis, quas addidit A. MDLVII. testatur magnam huius Orationis partem, nimirum usque ad verba, *τοσαῦτα ἡμῖν εἰρήσθω*, ex Nemesii libello eiusdem argumenti (2) transcriptam fuisse. Vid. Fabr loc. cit. pag. 387. N. 5.

V. pag. 86. *Μονῳδία ἐπὶ τοῖς ἐν Θεσσαλονίκῃ πεσοῦσι. Monodia, sive Lamentatio super iis, qui Thessalonicae ceciderant*. Inc. *Ἄνδρες, ὅσοι τὰς τῶν συγγενῶν, κ. λ.* Def. *οἱ δὲ μισήσαντες ἀποφεύξονται*. Gr. & Lat. exstat inter Scriptores post Theophanem in Corpore Historiae Byzant. pag. 385. edente Francisco Combefisio Paris. MDCLXXXV. fol.

VI. pag. 91. *b.* *Λόγος εἰς τὸν βασιλέα Καντακουζηνόν. Oratio ad Imperatorem Cantacuzenum*. Inc. *Ἀνηνέγκαμεν, ὦ βασιλεῦ, τῶν συνεχῶν ἐκείνων, κ. λ.* Def. *δεῖξον, ὡς κοινή τις εἶ τοῖς ἀτυχοῦσι καταφυγή.*

VII. pag. 98. *b.* *Λόγος εἰς τὸν αὐτὸν βασιλέα. Oratio ad eumdem Imperatorem*. Inc. *Ὅτι μὲν τα παρόντα χρὴ προσειπεῖν*. Def. *ἢ πάντας ἀνθρώπους ἀνὴρ νικῶν ἀρεταῖς.*

VIII. pag. 104. *Εἰς τὸν βασιλέα κύριον Ἰωάννην τὸν Παλαιολόγον. Ad Imperatorem D. Ioannem Palaeologum*. Inc. *Ἄριστε βασιλεῦ, πολλῶν ἀγαθῶν πολλάκις, κ. λ.* Def. *μηδὲ τῆς κλήσεως τῶν ἀνθρώπων ἀντιποιείσθω*. In syllabo Operum huius Demetrii, quem exhibet Fabric. loc. mox cit. hae tres postremae Orationes non recensentur.

IX. pag. 115. *b.* *Eiusdem Demetrii Epistolae XXII.* quarum titulos & initia, utpote quae nondum typis impressae lucem viderint, heic subiicere placuit. Sunt igitur sequentes:

I. Anepigrapha.

Inc. *Χθὲς πρὸ τῶν ἀκτίνων.*

II. *Τῷ Ταρχανιώτῃ.*

Ἦσαν οἱ τὸ βέλος, ᾧ τέτρωσαι, κ. λ.

III. *Τῷ βασιλεῖ κυρῷ Μανουήλ.*

Ἤδειν μὲν, ὅτι μου μέμνησαι.

(1) Eius manu leguntur in margine adscripta nomina propria eorum, quorum in Orationibus mentio fit memoriae iuvandae gratia, ac praeterea signa apposita in iis locis, ubi aliqua notatu digna occurrunt.

(2) Cuius exemplar in Codice Bibliothecae Fuggerianae exsistebat cum titulo, *Νεμεσίου λόγος ὡς ἄλογός ἐστιν ὁ θανάτου φόβος.*

IV. Τῷ Χίῳ ἰατρῷ.
Καὶ τὰ παρὰ τῆς τέχνης σοι πάντα.
V. Anepigrapha.
Ἔπεμψά σοι τὸν λόγον.
VI. Τῷ φιλοσόφῳ κυρῷ Γεωργίῳ.
Τὴν σὴν πρὸς ἐμὲ μὲν μακρὰν, κ. λ.
VII. Τῷ βασιλεῖ κυρῷ Μανυὴλ.
Ὦ τίς τὰς συνεχεῖς ταύτας παύσας.
VIII. Anepigrapha.
Ἀμφοτέρωθεν ἥσθην.
IX. Τῷ αὐτῷ.
Ἐγὼ μὲν ᾤμην τὴν Λῆμνον.
X. Τῷ αὐτῷ.
Ἧς πρότερον ἀπέλαυες ἡδονῆς.
XI. Τῷ αὐτῷ.
Ἐπιστολὴν πέμπω τῷ βασιλεῖ.
XII. Τῷ βασιλεῖ Μανυὴλ.
Σὺ καὶ ἄρχειν οἶσθα.
XIII. Τῷ αὐτῷ βασιλεῖ κυρῷ Μανυὴλ.
Ὁρμῶντι γράφειν σοι, βασιλεῦ, κ. λ.
XIV. Τῷ αὐτῷ.
Οὐκ οἶδ' ὅτι παρ' ἡμῶν ἠδικημένος.
XV. Τῷ αὐτῷ.
Οὐχ ὥς τι τῶν παραδόξων.
XVI. Τῷ αὐτῷ.
Τοὺς ταῖς εὐεργεσίαις τάχος συνάπτοντας.
XVII. Τῷ δεσπότῃ κυρῷ Θεοδώρῳ.
Ἀεί με διὰ πάντων εὐεργετῶν.
XVIII. Τῷ Ταρχανιώτῃ.
Οὐκ ἔμελλεν ὁ χρυσὸς ἀπλησφάρης.
XIX. Τῷ βασιλεῖ Μανυὴλ.
Ἤδειν ϗ αὐτὸς, ὅτι μετὰ λόγου.
XX. Τῷ αὐτῷ.
Ὁ μὲν λόϊζος, ὡς ἔφησε πνεύματος, κ. λ.
XXI. Τῷ αὐτῷ.
Τί τοῦτο χρὴ νομίσαι τὸ σόφισμα.
XXII. Τῷ αὐτῷ.
Μόλις εἱρκτὴν ϗ δεσμὰ ϗ τυράννους.

Recensita Epistolarum serie, qualis est in Codice, accipe nunc earumdem initia alphabetice digesta.

Cod. Graec. chartaceus Ms. in 4. Saec. XV. optime servatus. Constat foliis 133.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΛΟΓΟΙ.

DEMOSTHENIS ORATIONES.

Quibus adde

Eiusdem Epistolas, Aristidis, & Philostrati quaedam.

IN primo folio praecedit Orationum Index; in secundo Libanii rhetoris ad Proconsulem Montium, Vita Demosthenis, & in Orationes eius Praefatio. A quarto incipiunt Orationes ipsae N. XXI. hoc ordine: COD. XXV.

I. pag. 4. *Olynthiaca I.* In edit. cit. pag. 1.
II. pag. 7. *Olynthiaca II.* Ibid. p. 6.
III. pag. 10. *Olynthiaca III.* Ibid. pag. 10.
IV. pag. 13. *b. Contra Philippum I.* Ibid. pag. 15.
V. pag. 18. *De Pace*. Ibid. p. 19.
VI. pag. 21. *Contra Philippum II.* Ibid. pag. 25.
VII. pag. 24. *De Haloneso*. Ibid. p. 29.
VIII. pag. 28. *De Chersoneso*. Ibid. pag. 35.
IX. pag. 34. *Contra Philippum III.* Ibid. pag. 44.
X. pag. 39. *Contra Philippum IV.* Ibid. pag. 53.
XI. pag. 44. *b. Ad Philippi Epistolam*. Ib. pag. 64. sequitur deinde in Codice *Epistole Philippi*.
XII pag. 48. *De Repub. ordinanda*. Ibid. pag. 67.
XIII. pag. 51. *b. De Classibus*. Ibid. pag. 72.
XIV. pag. 55. *De libertate Rhodiorum*. Ibid. pag. 77.
XV. pag. 58. *Pro Megalopolitis*. Ibid. pag. 82.
XVI. pag. 61. *De foedere Alexandreo*. Ib. pag. 86.
XVII. pag. 64. *De Corona*. Ibid. p. 313.
XVIII. pag. 94. *b. Contra Aeschinem de falsa legatione*. Ibid. pag. 200.
XIX. pag. 124. *b. Adversus Leptinem de immunitate*. Ibid. pag. 362.
XX. pag. 141. *Contra Midiam de alapa*. Ibid. pag. 383.
XXI. pag. 162. *b. Contra Androtionem, violatarum legum reum*. Ibid. pag. 416. Praecedunt autem singulis Orationibus Libanii argumenta, ut in edit. illa tamen *contra Midiam* duas habet hypotheses, Libanii, & Anonymi, quae quidem postrema septem circiter versus in fine brevior est in Codice, quam in edito.
XXII. pag. 170. *Eiusdem Demosthenis Epistolae VI.* eodem ordine, quo in dicta edit. iacent a pag. 107. ad pag. 125.
XXIII. pag. 179. *Aristidis Oratio de Rhetorica*. Inc. Οἶμαι δεῖν. Des. ϗ ξένω πλεῦσαι ... quae verba incidunt in cit. edit. Tom. II. p. 66. vers. 12. fine enim caret.

XXIV.

XXIV. pag. 200. *Philoſtrati Imagines quaedam*, nimirum, *Hyacinthi*, *Andriorum*, *Mercurii fetus*, *Amphiarai*, *ſuum venationis* (1), & *Perſei*; ſed haec poſtrema mutila eſt; deſinit enim in verbis: καὶ τὸ δεῖμα τῆς Γοργοῦς ἔχων ἀπὸ . . . . quae incidunt in Philoſtrati Operum edit. Gr. Lat. Pariſ. MDCVIII. fol. curante Fed. Morello, pag. 775. lin. 29.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saec. XV. in fine mutilus. Conſtat fol. ſcriptis 202.

ΚΥΡΟΣ ΠΕΡΙ ΣΥΝΤΑΞΕΩΣ.

CYRVS DE CONSTRVCTIONE.

Seu potius

Maximi Planudis, Io. Philoponi, & Anonymi Tractatus Grammaticales.

COD. XXVI. I. pag. 1. ΤΟῦ σοφωτάτȣ ϗ λογιωτάτου κυροῦ Μαξίμου τοῦ Πλανȣ́δη περὶ συντάξεως. *Sapientiſſimi & eloquentiſſimi D. Maximi Planudis de Conſtructione* Liber. Inc. Τῶν ῥημάτων τὰ μὲν ȣ̓δαμῆ μεταβαίνȣσαν εἰς ἕτερον πρόσωπον, κ. λ. Deſ. προσήκει μοι τοῦδε, καὶ προσήκει μοι τάδε. In fine: Τέλος τῶν περὶ συντάξεως. Sub Planudis nomine legitur in quatuor Codicib. Biblioth. Regiae Pariſienſis, & in MMDLX. idem initium habet, ac noſtrum. Supra etiam, nec ſemel alia huius libelli occurrunt exemplaria, ſed in fine prorſus diverſa ſunt. Subnectuntur deinde alia pauca item ad conſtructionem ſermonis pertinentia, quorum initium: Ποσαχῶς διαιρȣμένην ἐςὶ δυνατὸν εὑρεῖν τὴν σύνταξιν, κ. λ. Finis: τῆς ἡμῶν πρός σε σχέσεως, ὦ φίλων ἄριςε. Τέλος. Quae num omnia ipſius ſint Planudis, an alterius, ignoramus; quemadmodum etiam ſequentes Grammatici tractatus, nimirum:

II. pag. 21. *De Propoſitionibus, & quibus iungantur caſibus.* Inc. Ἡ ἐν πρόθεσις μετὰ δοτικῆς συντάσσεται, οἷον, ἐν τῷ θλίβεσθαί με. Deſ. ὑπὲρ τὸ φῶς, οὐδέποτε δὲ μετὰ γενικῆς.

III. pag. 25. *De Verbis, & quibus iungantur caſibus*, una cum ipſorum conſtructionis exemplis, per alphabetum. Inc. Ἀγορανομῶ, γενικῇ. Ἀγορανομῶν Ῥωμαίων ἐτελεύτησε Δέκιος. Deſ. Ὠφελῶ, αἰτιατικῇ. Τί ὠφέλησε τὸν Ἀδὰμ ὁ παράδεισος.

IV. pag. 49. *De Verbis ſynonymis*, per alphabetum. Inc. Ἀγαπῶ, φιλῶ, ἀσπάζομαι, ςέργω, κ. λ. Deſ. Ὠφελῶ, ὀνίνημι, λυσιτελῶ, συντελῶ.

V. pag. 55. Ἰωάννȣ Φιλοπόνȣ Ἀλεξανδρέως τοῦ γραμματικοῦ περὶ τῶν διάφορα σημαινόντων διαφόροις τόνοις ϗ πνεύμασι, κατὰ ςοιχεῖον. *Ioannis Philoponi Alexandrini Grammatici de vocibus, quae pro accentuum ac ſpirituum varietate, varia ſignificant, ſecundum alphabetum.* Inc.

Ἀγέλαιος, ὁ ἀμαθής.
Ἀγελαῖος, ὁ ἀπὸ τῆς ἀγέλης.

Deſ.

Ὦχρος, ὠχρίασις.
Ὠχρὸς, κύτρινον.

In Biblioth. Regis Galliae Cod. MMDCXVIII. inſcribitur: *Ioannis Philoponi illarum vocum collectio, quae pro diverſa ſignificatione, accentum diverſum accipiunt.* Habes etiam ſupra pag. 458. §. VI.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saec. XV. manu, ut videtur, Ioannis Roſi exaratus, &, ut in ultima adnotatur pagina, *Liber Laurentii & Io. P. Franciſci de Medicis.* Conſtat fol. ſcriptis 60.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΛΟΓΟΙ ΤΙΝΕΣ.

DEMOSTHENIS ORATIONES QVAEDAM.

Ac praeterea

Euripidis, Hippocratis, & Syneſii Epiſtolae quaedam, & alia.

PRimae undecim Codicis paginae continent argumenta in ſequentes Demoſthenis Orationes, nimirum, contra Leptinem, Midiam, Ariſtocratem, Androtionem, Timocratem, Ariſtogitonem, Neaeram, Theocrinem, Eubulidem, Aphobum I. II. & III. Onetorem I. & II. Cononem, Boeotum I. & II. Pro Phormione, In Stephanum I. & II. Zenothemidem, Pantaenetum, Nauſimachum, Lacritum, Phormionem, Apaturium, Calliclem, Callippum, De Corona Praefecturae Navalis, adverſus Polyclem, Timotheum, Nicoſtratum, Phaenippum, Spudiam, Olympiodorum, Dionyſiodorum, Evergum & Mneſibulum, Macartatum, & Leocharem; quae omnia ſuis quaeque locis habentur in edit. ubi notandum, ex binis quandoque hypotheſibus, quibus nonnullae ſunt orationes inſtructae, eam tantummodo in Codice haberi, quae ſub Libanii nomine circumfertur. His praenotatis, Orationum ſeriem adgrediamur, quae ſequens eſt: COD. XXVII.

I. pag. 11. *Contra Leptinem.* In cit. edit. pag. 362.

II. pag. 28. *b. Contra Midiam, de alapa.* Ibid. pag. 385.

III. pag. 52. *b. Contra Ariſtocratem.* Ibid. pag. 429.

IV. pag. 76. *Contra Timocratem.* Ibid. pag. 461.

V. pag. 96. *b. Contra Ariſtogitonem I.* Ibid. pag. 491.

VI. pag. 105. *b. Contra Ariſtogitonem II.* Ibid. pag. 503.

VII. pag. 108. *b. Contra Neaeram.* Ibid. pag. 517.

VIII. pag. 123. *Oratio Amatoria.* Ibid. p. 157.

IX.

(1) Haec effugit Montfauconium, ut ex eius Catalog. apparet pag. 358. litt. D. col. 1.

IX. pag. 129. *Oratio Funebris*. Ibid. pag. 152.

X. pag. 133. *In Aphobum I.* Ibid. pag. 547.

XI. pag. 140. *b. In Aphobum II.* Ibid. p. 556.

XII. pag. 143. *In Aphobum de falso testimonio*. Ibid. pag. 560.

XIII. pag. 149. *In Onetorem I.* Ibid. pag. 567.

XIV. pag. 153. *In Onetorem II.* Ibid. pag. 572.

XV. pag. 154. *b. In Zenothemidem*. Ibid. pag. 575.

XVI. pag. 157. *In Apaturium*. Ibid. pag. 579.

XVII. pag. 161. *b. In Phormionem*, Ibid. pag. 585.

XVIII. pag. 167. Sequuntur *Euripidis Epistolae V.* ut in Cod. XII. Plut. LVII. §. VI.

XIX. pag. 169. *b. Hippocratis Epistolae XIII.* eodem ordine, quo exhibentur in toties cit. Collectione Cuiac. a pag. 317. ad pag. 331. ubi tamen sunt XIV. desideratur enim postrema in Codice, quae est *ad Democritum*.

XX. pag. 179. Occurrit Epistola quaedam anepigrapha, ac posteriori manu exarata, cuius initium: Α'λλ' ἔγωγε ϗ πρὶν τοῖς σοῖς ἐντυχεῖν γράμμασι, κ. λ. Finis: τῆς πρὸς ἡμᾶς εὐγνωμοσύνης σȣ.

XXI. pag. ead. *b. Synesii Epistolae VIII.* omnes anepigraphae; sunt autem inter editas Graece & Latine Paris. MDCXXXIII. fol. curante Dionysio Petavio S. I. presbytero, CXLIII. CXLIV. CXLV. CXLII. CVII. XCVII. IIC. & IC. Inter septimam vero, & octavam alia est inserta, item sine ullo titulo, quam tamen comperimus esse *Lysidis ad Hipparchum*, ac legitur in dicta Epistolarum Graecarum Collect. Cuiac. pag. 454.

XXII. pag. 183. Vltimo tandem loco exhibetur *Synesii Oratio de Regno*. Inc. Α'ρα εἰ μή τις ἐκ πόλεως ἥκοι. Desinit imperfecte una cum Codice in verbis, γνώσεται μὲν δὴ τὰ ποιητέα ϗ γνώμην . . . . quae quidem verba incidunt in cit. edit. pag. 12. v. 16.

Cod. Graec. bombycinus Ms. in 4. minori, Saec. XIV. mutilus in fine. Constat foliis scriptis 187.

ΕΚΘΕΣΙΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΠΡΟΣ ΕΛΕΓΧΟΝ ΤΩΝ ΔΙΑΒΑΛΛΟΝΤΩΝ ΑΥΤΟΝ.

EDITIO CONSTANTINI AD REDARGVTIONEM EORVM QVI IPSVM DAMNABANT.

Seu potius

Constantini, & Michaëlis Pselli Opuscula quaedam.

COD. XXVIII. I. pag. 1. ΤΟῦ σοφωτάτȣ ϗ ὑπερτίμȣ κυρίου Κωνσταντίνȣ τοῦ Ψελλοῦ ἔκθεσις πίστεως, ἐκδοθεῖσα τῷ βασιλεῖ κυρίῳ Κωνσταντίνῳ τῷ Μονομάχῳ πρὸς ἔλεγχον τῶν διαβαλλόντων αὐτόν. *Sapientissimi & honoratissimi D. Constantini Pselli expositio Fidei, tradita Imperatori D. Constantino Monomacho ad eorum, qui ipsum damnabant redargutionem*. Inc. Πιστεύω εἰς πατέρα ϗ υἱὸν, ϗ ἅγιον πνεῦμα, τὴν ἁγίαν Τριάδα ϗ ὁμοούσιον. Des. ἀλλ' εἰς τὸ πρωτότυπον ἀναφέρων τὴν ὁμοιότητα. Innuitur ab Allatio in Diatriba de Psellis edit. Fabricianae in calce Vol. V. Bibl. Graec. pag. 65. §. LXXX. Hunc vero Constantinum Psellum neutiquam diversum esse a Michaële Psello, Michaëlis Ducae praeceptore, videtur monere Cangius Glossario Graeco pag. 1637. voce ὕπατος φιλοσόφων, quod confirmatur ex titulis sequentium Opusculorum, quae Michaëli tribuit Allatius loco citato pag. 32. §. XLIX.

II. pag. 7. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν βασιλέα τὸν Δύκα κύριν Μιχαὴλ διὰ στοιχείων πολιτικῶν περὶ δόγματος. *Eiusdem ad Imperatorem D. Michaëlem Ducam* Carmen *versibus politicis* (XCVI.) *de Dogmate*. Inc.

Δέχȣ ϗ τὸν θεμέλιον τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων.

Des.

Α'ρχὴ γὰρ τῦτο ϗ κρηπὶς τυγχάνει βασιλείας.

In Ms. Caesareo, tam hi, quam sequentes versus, *Constantino Monomacho* sunt inscripti. Vid. Nessel. Catalog. Biblioth. Vindob. Part. I. pag. 313. Cod. CCXIII. Graece una cum Michaëlis Pselli Synopsi Legum edidit Franc. Bosquetus Narbonensis Paris. apud Io. Camusar. MDCXXXII. in 8.

III. pag. 15. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν περὶ τῶν ἑπτὰ συνόδων. *Eiusdem ad eumdem de VII. Synodis* politici versus LXXXIX. Inc.

Γίνωσκε ϗ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἱερῶν συνόδων.

Des.

Α'λλως τε πλείστȣς τὰς σεπτὰς εἰκόνας μὴ τιμῶντας.

Plures sunt, quam quos innuit Fabricius in notis ad Allatii Diatribam de Psellis cit. pag. ubi ait, *totum opus politicis versibus LXXI. absolvi*. Latine editi sunt in Collect. Concilior. Binian. Colon. Agripp. MDCVI. Tom. III. P. I. pag. 400. Graece sub Io. Pselli nomine, cum Theodori Prodromi, & Nicephori Callisti versibus, Basileae apud Io. Bebelium MDXXXVI. 8.

IV. pag. 23. Κανὼν εἰς τȣς τρεῖς ἱεράρχας, φημὶ δὴ, Βασίλειον τὸν μέγαν, Γρηγόριον τὸν Θεολόγον, ϗ Ι'ωάννην τὸν Χρυσόστομον. *Canon* (seu Canticum sacrum) *in tres Hierarchas, videlicet, Basilium Magnum, Gregorium Theologum, & Ioannem Chrysostomum*. Inc. Οὐκ ἀνθρωπίνης τὸ παρὸν ἐγχείρημα σπȣδῆς κατόρθωμα. Des. διδάξαντα μητέρα ϗ θεοτόκον ἐμεγάλυνεν. Auctor incertus; sed forte idem Psellus.

V. pag. 36. *b.* Sequuntur Capita quaedam e Michaëlis Pselli Opere *de Omnifaria Doctrina* excerpta, quorum hi sunt tituli, & initia:

1. inscribitur: Τῷ Ψελλῷ κυρίῳ Κωνσταντίνου περὶ τῆς ἐν Εὐβοίᾳ παλιῤῥοίας. *D. Constantini Psel-*

Pselli de aestu Euboico. Inc. Τὸ Ἰώνιον πέλαγος ἐκ πολλῆς εὐρυχωρίας, κ. λ. Est Caput CXXXV. apud Fabricium in calce Vol. V. Bibl. Graec. pag. 168.

II. pag. 37. *b*. Πότε ἡ ψυχὴ τῷ κυουμένῳ ἑνοῦται σώματι; *Quando anima nascenti corpori unitur?* Inc. Ὁ μὲν τὴν θεολογίαν μέγας, κ. λ. Cap. XLII. ibid. pag. 100.

III. pag. 39. Πῶς ἑνοῦται τῷ σώματι ἡ ψυχή; *Quomodo anima unitur corpori?* Inc. Εἰσκρίνεται τῷ σώματι, κ. λ. Cap. XLIII. pag. 102.

IV. pag. 41. Πῶς συνέχεται ἡ ψυχὴ ἐν τῷ σώματι; *Quomodo anima continetur in corpore?* Inc. Ψυχὴ συνέχεται ἐν τῷ σώματι. Des. τὴν ψυχὴν ἀναπαύουσιν. Hoc Caput in dicto Opere non invenimus.

V. pag. 42. *b*. Πότερον ἡ ψυχὴ λύεται ἀπὸ τοῦ σώματος, ἢ τὸ σῶμα ἀπὸ τῆς ψυχῆς; *Vtrum corpus anima, an anima corpore solvatur?* Inc. Ἐπὶ μὲν τοῦ φυσικοῦ, κ. λ. Cap. XLVII. pag. 104.

VI. pag. 44. Περὶ διαφορᾶς γνώσεων. *De variis generibus cognitionis*. Inc. Πρώτη ἐστὶ καὶ ὑψηλοτέρα, κ. λ. Caput LXIX. pag. 120.

VII. pag. 45. *b*. Πῶς οἶδε Θεὸς μεταβαλλόμενα πράγματα; *Quomodo praescit Deus res mutationibus obnoxias?* Inc. Οὐχ ὡς ἔχει τὰ πράγματα. Caput XVI. pag. 82.

In fine leguntur haec, fortasse *in Virginem Deiparam*: Χρυσοσπλοκωτατε πύργε, καὶ δωδεκάτειχε πόλις, ἡλιοσέλακτε θρόνε, καθέδρα τοῦ βασιλέως, ἀκατανόητον θαῦμα, πῶς γαλουχεῖς τὸν δεσποτην;

Codex Graecus membranaceus Ms. in 12. Saec. XV. Constat foliis 48.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΛΟΓΟΙ ΤΙΝΕΣ.

DEMOSTHENIS ORATIONES QVAEDAM.

Nimirum

COD. XXIX. I. pag. 1. *Contra Midiam de alapa*, cum Libanii argumento in principio. In cit. edit. pag. 383. In nostro Codice multis haec Oratio scatet lacunis; quaedam vero, quae deerant, ad finem suppleta sunt ab eadem manu.

II. pag. 51. *Contra Aeschinem de falsa legatione*, sine ullo argumento. Ibid. pag. 200.

III. pag. 129. *De Corona*, cum Libanii argumento in fine. Ibid. p. 311.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XV. Constat fol. scriptis 203.

ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΣΥΓΓΡΑΦΕΩΝ ΕΡΓΑ ΔΙΑΦΟΡΑ.

DIVERSORVM SCRIPTORVM OPERA VARIA.

COD. XXX. I. pag. 1. Mvtilus est initio Codex, ac propterea primi Operis, quod satis prolixum occurrit, auctor ignoratur. Sunt autem Excerpta e variis Scriptoribus, Geographica, Historica, ac Moralia, singula a verbo ὅτι incipientia, & nullo ordine congesta. Pag. 55. (ut ait Montfaucon. in suo Catalogo) citatur Xiphilinus ex fratre nepos Ioannis Xiphilini, & Patriarchae, confector Epitomes multorum librorum Dionis, qui floruit sub Michaële Duca Imperatore. In extrema vero pag. 97. adscribitur annus ,ςψιβʹ. nimirum 6712. (Christi MCCIV.) quo fortasse huiusce Codicis pars est exarata. Incipit igitur Tractatus una cum Codice a verbis . . . μὴ ἔχειν πρότερον το κατὰ τὸ Βυζάντιον στόμα, τοὺς δ' εἰς αὐτὸν ἐκβάλλοντας ποταμοὺς βιάσασθαι καὶ ἀνοῖξαι, κ. λ. Montfauconius unius tantum paginae defectum adsignat. In summo vero margine pag. 1. adparet nomen *Strabonis*. Desinit: Νῦν οὖν τηρεῖτε τὰ σάββατα· καὶ οὐδὲ οὕτως ὑμῖν καταλλάττεται ὁ θεός· τὸ γὰρ εἰς Χριστὸν ἁμάρτημα μεῖζον ἁπάντων ἦν.

II. pag. 104. Παροιμίαι δημώδεις κατὰ στοιχεῖον. *Proverbia popularia iuxta ordinem litterarum*. Inc. Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα. ἐπὶ τῶν ἀηδῶν τάττεται ἡ παροιμία. μέμνηται δὲ αὐτῆς Εὔδοξος ἐν ὑποβολιμαίῳ. Des. ὡς οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος. ταύτης μέμνηται Μένανδρος ἐν Ὀλυνθίᾳ. Est Collectio Proverbiorum Tarrhaei, & Didymi, eorumque, quae apud Suidam aliosque habentur edita Graece ab Aldo Venetiis mense Octobri MDV. fol. a p. 1. ad pag. 172. ubi tamen multo sunt uberiora, quam in nostro Codice. Vide etiam Andreae Schotti Adagia, seu proverbia Graecorum ex Zenobio, Diogeniano, & Suidae Collectaneis Antuerpiae ex officina Plantiniana MDCXII. 4. nec non Michaëlis Apostolii Paroemias cum versione Petri Pantini Lugduni Bat. ex officina Elzeviriana MDCXIX. 4.

III. pag. 142. *b*. Ἕτεραι παροιμίαι δημώδεις συλλεγεῖσαι παρὰ τοῦ σοφωτάτου κυρίου Μαξίμου τοῦ Πλανούδη *Alia Proverbia popularia collecta a sapientissimo D. Maximo Planude*. Inc. Ὅλον τὸν βοῦν ἔφαγε, κατὰ δὲ τὴν κέρκον ἀπηγόρευσε. Des. ποίησόν με ἔνοικον, ἵνα σε ποιήσω ἔξοικον. A Nicolao Comneno Adagiorum centuriae tres adlegantur eiusdem Planudis, ex quibus fortasse haec desumta sunt.

IV. p. 146. *b*. *Philostrati Epistolae XVIII*. (1) quae sunt totidem primae ex editis in Collect. Cuiac. pag. 381. seq. licet ordine diverso. Excipe tamen XII. & XIII. quae desunt in Codice, qui tamen alias duas exhibet, quae in edito non adparent. Harum prima brevissima inscribitur Νικήτῃ, & inc. Οὐ τὸ ἐρᾶν νόσος. Altera paullo longior inscribitur Κλεωνίδῃ, & inc. Ἡ Σαπφὼ τοῦ ῥόδου ἐρᾷ, κ. λ.

V. pag. 148. *b*. Διογενιανοῦ περὶ παροιμιῶν. *Diogeniani de Proverbiis*. Inc. Τὴν παροιμίαν ὀνομάζεσθαί φασί τινες ἀπὸ τῶν οἴμων. Des. ὧδ' ἐστὶ μύθων τῶν λιβυκῶν τὸ κλέος. Est quaedam veluti Introductio in Proverbiorum Collectionem. Diogenianum hunc Heracleotam Pon-

(1) Has Epistolas cum sequenti Excerpto de Proverbiis, omisit in suo Catalogo Montfaucon.

Ponticum fuisse Suidas refert, & Hadriani Imp. temporibus vixisse. Vide Fabricium B. Graec. Vol. III. pag. 284. Non videtur singulare opus de Proverbiis scripsisse. Sane ex Hesychii Alex. Praefatione ad Glossarium patet, Diogenianum proverbia explicasse, nonnulla etiam sine explicatione posuisse in magno suo Lexico, quo Suidas etiam est usus. Idem fecisse in Lexico suo Eudemum coniicio ex Apostolii V. 96. Ex hoc Diogeniani dictionario nescio quis singulari libello paroemias collegit, quem Schottus primus ex Codice Ms. Petri Pantini & altero Palatino cum versione sua & notis edidit, Zenobioque subiunxit. Inscribitur: Παροιμίαι δημώδεις ἐκ τῆς Διογενιανοῦ συναγωγῆς. Eadem plane inscriptio Codicis Caesarei apud Nessel. Part. IV. p. 101. Decurrit ordine alphabetico, & complectitur proverbia DCCLXXV. in centurias a Schotto digesta.

VI. pag. 149. Τοῦ σοφωτάτυ κυρίυ Μαξίμυ τοῦ Πλανούδη τῷ Φιλανθρωπηνῷ. *Sapientissimi D. Maximi Planudis Philanthropeno* Epistola. Inc. Πάνυ καλῶς, κ. λ. In serie Epistolarum, quam ex Codice XXII. Plut. LVI. protulimus supra pag. 321. seqq. est ordine XLVIII. & anepigrapha.

VII. p. 151. *Basilii & Libanii Epistolae mutuae XXIII.* quae in nuperrima Christophori Wolfii edit. alias citata habentur a Num. MDLXXX. ad MDCII. inclusive. Vltimae tamen in Codice (in edit. MDCI.) haec pauca subiunguntur: Μήτηρ πατρὶ πέπομφα παῖδας, ἡ κατὰ φύσιν τῷ κατὰ λόγους· ὅπερ ἂν ἐμοὶ μελήσει, σοὶ μελήσει, quae inibi non occurrunt. Has Epistolas conferre laudatus Christophorus praetermisit.

VIII. pag. 157. *b. Libanii Monodia, seu Lamentatio super Daphnaei Apollinis Templo.* Vt in edit. Morell. Lutet. MDCXXVI. fol. Tom. II. pag. 185.

IX. pag. 158. *b.* Τοῦ αὐτοῦ διάλεξις, ἥτις ἔχει μὲν τὸ ῥόδον ὑπόθεσιν· ἐπισαμένη δὲ διακορεῖς ἡμᾶς ὄντας τῦ μύθυ, καινότερόν τι συνεισφέρει διήγημα. *Eiusdem disputatio* (1), *cui est argumentum rosa; sciens autem scriptor, nos esse usque ad satietatem instructos de eo quod est in fabula, novam quamdam narrationem producit.* Inc. Λέγυσι Μῆδοι, Μήδων ὅσοι μνήμη τὰ πρότερα διαδέχονται, κ. λ. Des. τί γὰρ ἂν τις ἕτερον ἐν τῷδε ὑμᾶς ἑςιάσειε τῷ καιρῷ. Non invenimus in cit. edit.

X. pag. 160. Hinc incipit nova quaedam ac recentior manus; sequuntur autem eiusdem Libanii Orationes VI. quarum prima est *Panegyricus Antiochenus*. In cit. Tom. II. pag. 332. seqq.

XI. pag. 180. *b. Panegyricus in Imperatores Constantium & Constantem*, cum prolocutione. Ibid. pag. 100. Huius Orationis postremae sex paginae recentiori manu suppletae sunt.

XII. pag. 202. *b. Ad Theodosium Imp. de seditione.* Ibid. pag. 389.

XIII. pag. 208. *b. Ad eumdem post conciliationem cum Antiochenis.* Ibid. pag. 406.

XIV. pag. 214. *b. De servitute* (2). Ibid. pag. 642. Desinit tamen, ut in Cod. XIII. Plut. XXXII. §. XX. supra pag. 137.

XV. pag. 222. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ὑπὲρ τῶν ἱερῶν. *Eiusdem ad Imperatorem* (Theodosium) *pro templis Gentilium non exscindendis.* Inc. Ἐπὶ πολλῶν πρότερον. Des. κὴ αὐτοῖς καὶ τῷ νόμῳ βοηθήσοντας. Edidit Iac. Gothofredus Genev. MDCXXXIV. 4. qui circa annum Christi CCCXC. habitam censet a Libanio plusquam septuagenario.

XVI. pag. 228. Subnectuntur alia manu ad implendam paginam, eiusdem Descriptiones duae, *Ebrietatis* altera, altera *Heroum Curriculi*, ut in cit. edit. Morell. Tom. I. p. 175. & 181.

XVII. pag. 229. Eiusdem *Declamationes XVII.* quarum prima est *Neoclis Oratio*, praevia summa, ab alia tamen manu posterius adiecta. In cit. Tom. pag. 511.

XVIII. pag. 235. *Themistoclis Oratio superiori adversaria.* Ibid. pag. 526.

XIX. pag. 240. *b. Cimonis Oratio.* Ibid. pag. 479.

XX. pag. 247. *Divitis strenui Apologia*, cum proloquio. Ibid. p. 727.

XXI. pag. 253. *Neptuni Actio*, cum praelocutione breviori, quam in edit. Ibid. pag. 540.

XXII. pag. 256. *b. Martis Apologia.* Ibid. pag. 548.

XXIII. pag. 261. *b. Demosthenis relatio de ara*, cum praelocutione. Ibid. pag. 411.

XXIV. pag. 267. *Abdicati Apologia*, cum summa, ac proloquio, quod tamen a recentiori manu in margine adiectum fuit. Ibid. pag. 818.

XXV. pag. 273. *b. Avarus strenuum abdicans*, cum brevi summa. Ibid. p. 801.

XXVI. pag. 281. *Invidus se deferens.* Ibid. pag. 323.

XXVII. pag. 291. *Menelai Oratio ad Troianos in legatione super Helena*, sine praefatione, quae legitur in edit. Ibid. pag. 189.

XXVIII. pag. 295. *b. Callaeschri actio*, cum praevia summa. Ibid. pag. 586.

XXIX. pag. 301. *b. Oratoris Apologia*, praevia summa. Ibid. p. 882.

XXX. pag. 309. *Demosthenes se deferens*, cum brevi summa, quae inc. Μετὰ τὰ ἐν Χαιρωνείᾳ, κ. λ. Diversa est ab illa, quae in edit. Morell. legitur sub eodem titulo loc. cit. pag. 397. eademque cum illa, quam exstare in Cod. Bibl. Vaticanae, testis est Fabric. Bibl. Graec. Vol. VII. pag. 413. cuius initium: Ὃν μὲν ἐβυλόμην, κ. λ. Finis: τὰ ὑμέτερα κατορθώματα. Hanc Declamationem una cum sequentibus tertiae cuidam manui debemus.

XXXI. p. 313. *b. Demosthenis Apologia*, cum brevissimo argumento. In dicta edit. p. 435.

XXXII.

(1) Haec quoque Montfauconium effugit.
(2) De hac etiam nulla apud Montfauconium mentio.

XXXII. pag. 325. *b.* Ἀντιῤῥητικὸς πρὸς τὸν Ἀριστείδου Ὀδυσσέα. Ἀχιλλεύς. *Achillis Oratio adversaria Vlyssis Orationi, quae apud Aristidem habetur.* Ibid. pag. 228.

XXXIII. pag. 335. *Patrocli ad Achillem Oratio*, cum Argumento, ac Divisione, seu Praelocutione. Ibid. pag. 257. Huius Declamationis postremae septem paginae recentiori manu, eadem nimirum, quae partem Panegyricae Orationis in Constantium & Constantem exscripsit, suppletae sunt.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. partim Saec. XIII. partim Saec. XV. cuius meminit Holstenius in schedis Mss. Constat foliis 346.

ΕΡΩΤΗΜΑΤΑ ΤΟΥ ΚΥΡΟΥ.

CYRI EROTEMATA.

Titulum corrige

Manuelis Moschopuli Cretensis Grammaticae Artis Methodus.

COD. XXXI. I. pag. 1. Continet primo Erotemata, quorum initium: Τί ἐστι προσῳδία; ποιὰ τάσις ἐγγραμμάτου φωνῆς ὑγιοῦς, κ. λ. secundo pag. 16. Regulas, seu praecepta Declinationum Nominum; tertio pag. 57. Canones Coniugationum Verborum; quarto pag. 87. *b.* Declinationes ipsas, & Coniugationes; quinto denique p. 100. σχεδογραφίαν, sive praxin de partibus orationis, qua exempla analyseos Grammaticae, sive ratio examinandae orationis traditur. Scheda prima inc. Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν. Analysis vero: Κύριε, κ. λ. Πόσα μέρη λόγου εἰσί; τρία· Κύριε, Ἰησοῦ, Χριστὲ, Θεὸς, ὄνομα· ὁ, ἄρθρον· ἡμῶν, ἀντωνυμία, κ. λ. Finis vero totius Libri est: Κρονίωνος δὲ, καὶ οὐρανίωνος, καὶ Μοσχίωνος, ι καὶ μέγα. Τέλος. Subiiciuntur deinde quaedam pauca Latine de Aoristi formatione &c. Duo fuere Manueles Moschopuli, unus Cretensis, temporibus Andronici Palaeologi senioris clarus circa annum Christi MCCCXCII. alter huius patruelis, Byzantinus, qui post captam Constantinopolim una cum aliis Graecis in Italiam profugus venit. Priori igitur, ut vidimus, tribuuntur in nostro Codice tum Erotemata, tum schedographia, quam tamen posterioris esse Moschopuli, opinari videtur Fabric. Bibl. Graec. Vol. VII. pag. 37. Haec Grammatica, eodem Fabric. teste ibid. una cum Gazae libris duobus prioribus prodiit Graece Basil. apud Io. Walderum MDXL. 4. Notandum in prima pagina quaedam legi de quinque particulis privativis, quas Graeci dicunt στερητικὰ μόρια, quae sunt α, νε, νη, νο, νω.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XV. vel XVI. Constat foliis scriptis 329.

ΓΕΩΠΟΝΙΚΟΝ ΕΚ ΤΩΝ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΣΥΓΓΡΑΦΕΩΝ.

DE AGRICVLTVRA E DIVERSIS AVCTORIBVS.

Geoponica, sive Collectio Auctorum Geoponicorum, iussu, atque auspiciis Constantini Porphyrogeniti, Leonis Sapientis filii, concinnata, & in Libros XX. distributa. COD. XXXII. Praecedit pag. 1. Πίναξ τῶν γεωπονικῶν. *Tabula Geoponicorum*, sive Index diligentissimus Capitum singulorum librorum, quem excipit pag. 11. Προοίμιον, *Prooemium*, sive *Praefatio* ad ipsum Constantinum Porphyrogenitum (1), quae inc. Πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις βασιλεῦσι, κ. λ. Des. τὰ βέλτιστα προμηθέμενος. Tum pag. 12. Βιβλίον Α'. *Liber I.* Inc. Τὰ διαφόροις τῶν παλαιῶν, κ. λ. Vltimus vero des. τὸ καλέμενον αἱμάτιον. Ex his duodecim primi de agricultura, octo postremi de cura rei pecuariae agunt. Auctores, quorum referuntur excerpta, quique in hisce laudantur libris, ad marginem diligenter adscripti leguntur, iidemque cum iis sunt, quorum catalogum exhibet Fabric. loc. cit. pag. 506. seqq. De Collectionis auctore adhuc incertum est. Varias variorum sententias refert laudatus Fabric. pag. 501. Plures fuere Geoponicorum editiones; omnium vero optima ac luculentissima Graeco-Latina Cantabrig. MDCCIV. in 8. curante V. C. Petro Needhamo. In principio nostri Codicis quaedam a recentiore Graeculo, eiusdem forte possessore, barbare partim, partim analphabete sunt exarata, nullius momenti; quorum propterea nullam rationem habuimus. In eadem vero pagina, posteriori parte, videtur legi nomen Εὐλογίου μοναχοῦ.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saec. XI. optimus, ac nitidissimus, librorum titulis unciali charactere exaratis, & auro variisque coloribus elegantissime depictis. Constat foliis scriptis 252.

ΕΡΩΤΗΜΑΤΑ.

EROTEMATA.

Seu potius

Grammatica Graeca, & Aesopi Fabulae quaedam.

I. pag. 1. Hvius Grammaticae inscriptio Latina est, & sic habet: *Incipiunt Regulae Graecae, quas Graeci vocant* ἐρωτήματα, *seu* ἐρωτηματικὰ, *idest, Interrogationes magistrales, partim secundum communem usum, partim secundum ordinem Ang. Decembrii Praeceptoris.* Latina quoque sunt, quae traduntur circa pronunciationem littera- COD. XXXIII.

 rum

(1) Hunc indigitant Praefationis illa verba, τὸ τερπνὸν τῆς πορφύρας ἀπάνθισμα, ut recte monet Fabric. Biblioth. Graec. Vol. VI. pag. 501.

cum Graecarum, quarum figurae multiplires adferuntur. Reliqua deinde sunt Graeca.

II. pag. 41. *Aesopi Fabulae LXI.* quarum prima est *de Vulpe & Hirco*, ultima *de Lupo, & Grue*. Harum nonnullae Latinas habent verborum interpretationes interlineares.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saec. XVI. in cuius prima pagina legitur nomen *Jacobi P.* Constat fol. scriptis 61.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΝΕΑΙΡΑ.

DEMETRII NEAERA.

COD. XXXIV. OPus Dialogi forma, cui praecedit primo Epistola Nuncupatoria, titulo adposito: Τῷ λαμπροτάτῳ ἡγεμόνι κυρίῳ Λυδοβίκῳ Ἰῶ Γωνζαγίῳ Δημήτριος ὁ Μόσχος. *Illustrissimo Duci D. Ludovico Gonzagio Demetrius Moschus*. Inc. Ὁ μὲν σοφώτατος ποιητῶν Ὅμηρος, ἡγεμὼν λαμπρότατε. Des. ὡς οἷόν τε τῇ σῇ μεγαλειότητι. Tum Epigramma tetrastichon eiusdem Demetrii εἰς τὴν λαμπροτάτην Σωσάνην, *in illustrissimam Susannam*. Inc.

Αὐτὴ Κύπρις πλάσσε σ' ἐν ὑρανῷ εἰκόν' ἑαυτῆς, κ. λ.

Tertio Argumentum, cuius initium: Ὁρῶν ὁ Πανταγόρας τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν Κλεινίαν τῷ τῆς Νεαίρας ἔρωτι καταφλεγόμενον, κ. λ. Finis: τῆς ἐλευθερίας τετύχηκε, cui subnectuntur Dramatis personae. Quinque sunt Operis στάσεις, sive *Actus*, quorum primus, Πανταγόρας, Μήδος, inc. Εἶπε μοι, ὦ κατάρατε, ἵνα περὶ ὧν ἀνάγκη, κ. λ. Vltimus des. ἔπυ κ͵ σὺ, ὦ Μῆδε. Demetrii Moschi Grammatici glossulae, & argumentum in librum Orphei de Lapidibus memorantur a Labbeo Bibl. Nov. Mss. p. 273. & in Catalogo Bibl. Regiae toties citat. T. II. p. 550. De hoc tamen Opusculo nulla apud Fabricium occurrit mentio.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saec. XVI. Constat fol. scriptis 12.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΔΙΑΦΟΡΩΝ.

EPISTOLAE DIVERSORVM.

Scilicet

Synesii, Theodori Lascaris, & Anonymi.

COD. XXXV. I. pag. 1. MVtilus est initio Codex, ac propterea ex *Synesii Epistolis*, quae olim plures erant, supersunt nunc tantummodo *LXXIX.* ac postrema verba Epistolae VIII. quae sunt . . . . . τοιούτου γὰρ ἐρῶμεν ὑπὲρ ὑμῶν ἀκροάματος, a quibus incipit Codex. Prima Epistola integra, *Anysio* inscripta, inc. Ὁ δὲ Καρνᾶς ἔτι μέλλει, κ. λ. & est in edit. Paris. toties cit. numero VI. Vltima τῷ αὐτῷ, nempe *Pylaemeni* inscripta, inc. Οὐ μὰ τὸν φίλιον, κ. λ. & est CIII. Habentur igitur in Codice, quae inter sextam, & centesimam tertiam interiacent, exceptis VII. VIII. XXXVIII. XLIV. XLV. LVII. LVIII. LXVI. LXXIX. *b.* (1) LXXXIV. cum reliquis usque ad XCIII. inclusive, quae omnes desiderantur. Praeterea quinquagesima quarta in Codice (in edit. sexagesimaseptima) mutila est in fine, ac desinit in verbis, ἐκ μετανοίας ἀφῆκε . . . . . . quae incidunt in pag. edit. 215. lin. 5. Denique septuagesima prima in Codice (in edit. nonagesima quarta) initio caret, & incipit a verbis . . . . περ ἐμοῦ, ἢ τῆς κοινῆς, κ. λ. quae incidunt ibid. in p. 234. lin. ultimam. Ad calcem Synesii Epistolarum apposita est ab ipsa librarii manu sequens subscriptio: Μηνὶ Αὐγούστῳ ιϛ'. ἡμέρᾳ ε'. ἰνδ. ζ'. τοῦ ͵ϛωλβ' ἔτους ἐτελεύτησεν εἰς τὴν Ῥαιδεστὸν, ἀπερχομένη εἰς Κωνσταντινούπολιν ἡ ἐξ Ἀλαμανῶν δέσποινα κυρία Εἰρήνη ἡ Παλαιολογίνα, ἢ ἐτέθη. *Mense Augusto, die XVI. fer. V. indictione VII. anno* 6832. (Christi MCCCXXIV.) *obiit in Radasto, quae ex Alamannis Constantinopolim advenit Imperatrix Domina Irene Palaeologina, & deposita est*. Tum manu Angeli Politiani subiunctum est: Ἀγγέλου κτῆμα Πολιτιανοῦ ἢ τῶν φίλων. *Politiani, & amicorum*, cuius etiam pluribus locis adspersae leguntur notulae.

II. pag. 39. Τοῦ μεγάλου Λογοθέτου κυρίου Γεωργίου τοῦ Ἀκροπολίτου. *Magni Logothetae D. Georgii Acropolitae* iambici versus LXIII. qui sunt Praefationis loco in sequentes Theodori Lascaris Epistolas. Inc.

Ἂν ὑρανοῦ τὸν γῦρον ἡ δέρρις φέρῃ.

Des.

Καὶ τῶν λόγων θαύμαζε τὴν πρώτην βρύσιν.

In pagina, quae vacua supererat inter hoc Carmen iambicum, & Tabulam eorum, ad quos scriptae sunt Theodori Lascaris Epistolae, diversa, ut videtur, manus aliam inseruit Epistolam, cui titulus: Ἐπιστολὴ τοῦ Ξανθοπούλου κυροῦ Θεοδώρου πρὸς τὸν μέγαν Λογοθέτην. *Epistola Xanthopuli D. Theodori ad magnum Logothetam*. Inc. Οὔτ' ἐμοὶ τούτοις δίκαιον ἐγκαλεῖν, κ. λ. Sequitur deinde Tabula eorum, ad quos scriptae sunt Epistolae, cuius ad calcem ita legitur: Ὁμοῦ ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ ἐπιστολαὶ ἑκατὸν τριακοντατρεῖς, ἐγράφησαν δὲ πᾶσαι αὗται πρὸ τῆς βασιλείας ἐντελεχείας, κ͵ τῆς τοῦ Μαρκίωνος πρὸς τὸν μέγαν βασιλέα κύριον Ἰωάννην τὸν Δούκαν πρεσβείας. *Simul sunt in hoc libro Epistolae CXXXIII.* (sunt tamen revera CXXXI.) *Scriptae autem sunt omnes istae ante plenam imperii potestatem, & Marcionis ad magnum imperatorem D. Ioannem Ducam legationem*. Pag. 42. succedunt Epistolae ipsae, quibus hic titulus praecurrit: Ἐπιστολαὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ μεγάλου βασιλέως κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Δούκα, κυροῦ Θεοδώρου τοῦ Λάσκαρι. *Epistolae filii magni Imperatoris D. Ioannis Ducae, D. Theodori Lascaris*. Primae XLI. scriptae sunt Πρὸς τὸν ἐν φιλοσόφοις μέγαν διδάσκαλον κ͵ ἁγιώτατον ἱερομόναχον κύριον Νικηφόρον τὸν Βλεμμύδην πρὸ τῆς τοῦ Μαρκίωνος Βελτόρδου δεσεμβύργ πρεσβείας πρὸς τὸν αὐτὸν μέγαν βασιλέα κύριον Ἰωάννην τὸν Δούκαν. *Ad magnum* in

(1) Duae enim in edit. eodem numero 79. sunt designatae.

in philosophia magistrum & sanctissimum hieromonachum D. Nicephorum Blemmydam ante Marcionis Beltordi de Oemburg legationem ad ipsum magnum Imperatorem D. Ioannem Ducam. Istarum vero haec sunt initia:

I. Οἱ μάλιστα τῶν βροτῶν τιμῶσιν ἀεί.
II. Πότερον ἐρῶν ἡμῶν ἡμᾶς τυραννεῖς.
III. Οὐδέν ἐστι φθαρτὸν, ἀγαθόν.
IV. Ἡ μὲν ἀνοικειότης ἀναγκαίως, κ. λ.
V. Οἱ μὲν ἄλλοι τοὺς τῆς φιλοσοφίας καρπούς.
VI. Οὔποτ' ἂν ἡμεῖς ἀκνηροὶ φανησώμεθα.
VII. Βραδεῖς ἡμεῖς καὶ ἐπιλήσμονες.
VIII. Τὰ πᾶσιν ὡς αἰνίγματα ὄντα.
IX. Ἐστείλαμεν τὴν ἡμίονον.
X. Πόῤῥω που Δανιὴλ ὁ προφήτης. Mutila haec in fine est.
XI. Πέπαυται τῶν ἀθέων ἡ φιλαρχία.
XII. Αἰδὼς μέν ἐστιν ἐν ἐμοί.
XIII. Ἐνεχειρίσθη μοι γραφὴ πατρική.
XIV. Πρὸς κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαί με ἐκέκραξα.
XV. Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου.
XVI. Ἀντ' ἐμπλοκῆς μὲν ἀρίστης.
XVII. Τῷ ὄρει τῶν σῶν προσευχῶν ἐγγίσαντες.
XVIII. Πάλιν πολλάκις εἰς τὸ πρὶν ναυάγιον.
XIX. Ἅπερ ἐλάβομεν, καὶ προσφέρομεν.
XX. Ἔστιν ὅπου καὶ ἡ ἀνάγκη καλόν.
XXI. Καὶ πάλιν ἐπιθυμοῦνται καρποί.
XXII. Καὶ φωτὸς μὲν στέρησις.
XXIII. Πάτερ ἅγιε, τῇ παρούσῃ δευτέρᾳ.
XXIV. Πάντα ὅσα ἂν εἰς κυρίου δόξαν. Haec quoque in fine mutila.
XXV. Εἰ δὲ καὶ τὸ τῆς δωρεᾶς ποσὸν, κ. λ.
XXVI. Τῇ πατρικῇ σῇ εὐχῇ ποδηγούμενος.
XXVII. Συνημμένον ἀεὶ τῇ διαστάσει.
XXVIII. Παιόνειον ἱερὸν, ἢ μᾶλλον παλινῳδίαν.
XXIX. Πολλῶν μοι αἰτιαμάτων.
XXX. Οὐκ ἔστι τοῖς ἀσκληπιοῦσι παισὶ, κ. λ.
XXXI. Καλὰ μὲν πάντα καιρῷ.
XXXII. Στέργω μὲν πάντα.
XXXIII. Χαίροις μοι τὰ πάντα ποθούμενε.
XXXIV. Ἀρεστὰ πεφύκασι τὰ καλὰ, κ. λ.
XXXV. Ὥσπερ δὲ τοῖς ζώοις τὸ πνεῖν.
XXXVI. Πρὸς τὴν ἐπιστολὴν, οὐχ ὡς φοιτητὴς, κ. λ.
XXXVII. Ἰσχυρὸν ἡ ἀλήθεια.
XXXVIII. Ἡ ἀλήθεια οὐδεμίαν ἔχει ἀντιδικίαν.
XXXIX. Φωνὴ ἀγαλλιάσεως δι' ὑπακοῆς, κ. λ.
XL. Ὄχλος πολὺς, καὶ οἱ μὲν συνεζήτουν.
XLI. Ναρκᾷ καὶ ἡ χεὶρ, καὶ ἡ γλῶττα, κ. λ.

III. Sequuntur p. 85. eiusdem Epistolae πρὸς τὸν μέγαν φιλόσοφον κύριον Γεώργιον τὸν Ἀκροπολίτην, πρὸ τῆς τοῦ Μαρκίωνος πρεσβείας. *Ad magnum philosophum D. Georgium Acropolitam, ante Marcionis legationem*. Eae vero sunt XXXVIII. quarum series sequens est:

I. Μεσονύκτιον ἐξεγειρόμην τοῦ κοσμικοῦ.
II. Κέντρου δίκην ὑπάρχεις σὺ ἐν ἐμοί.
III. Ὁ μὲν ποιητὴς τὰ δῶρα οὐ δεκτά.
IV. Νόμος ἐστὶν ὀνομαστὶ τὸ μὴ κωμῳδεῖν.
V. Ἡμεῖς μὲν, ὦ σοφὴ κεφαλὴ, στέργομεν.
VI. Θαυμάζω σου τὴν πρὸς ἐμὲ πρόνοιαν.
VII. Ἡμεῖς μὲν αἰδῶ τὴν πρὸς τὴν ἀλήθειαν.
VIII. Ὦ μέγα κάρα, ἀντιχαρίζομαί σοι.
IX. Θεὸς ἐκδικήσεων κύριος.
X. Τί σοι εἴπω, ἢ τί σοι προσφθέγξομαι.
XI. Ἐγὼ μὲν ἄρτι γνοὺς τὴν σὴν στεῤῥότητα.
XII. Μετὰ τῶν ἄλλων πάσχομεν.
XIII. Ἐπαινῶ πάλιν σου τὴν ἀγχίνοιαν.
XIV. Τῶν πρόσθεν λόγων, ὦ φίλε.
XV. Ἀμέσως οὐδείς τι ἑώρακε πώποτε.
XVI. Ἡμεῖς μὲν ἐκ τοῦ εἰπεῖν σε.
XVII. Οὔτε πηγὴ ἄφθονος ἀντλουμένη.
XVIII. Ἐρωτῶντας οὔποτ' ἄν τις ἡμῶν, κ. λ.
XIX. Λύπη τιτρώσκει, ἐλπὶς δὲ θαῤῥύνει.
XX. Δέχου καὶ τὸν δεύτερον τοῦ προτέρου.
XXI. Φιλόσοφον γράμμα παιδείας μεστόν.
XXII. Ἡ μὲν νὺξ πολλαχῶς λαμβάνεται.
XXIII. Πρωΐας δὲ ἤδη γεγονυίας.
XXIV. Ἡ μὲν λύπη λελύπηκεν ἡμᾶς.
XXV. Φίλη, ὦ φίλε, ἐξαιρέτως ἐστὶν ἡ ἀλήθεια.
XXVI. Ἐμπόρευμα μὲν ἡδὺ τῶν τροφίμων.
XXVII. Νόμος μὲν ὢν ἐστὶ τῆς φύσεως.
XXVIII. Ἡ σιγὴ τοῦ χρυσοῦ τὴν ῥίζαν ἐμάρανε, κ. λ.
XXIX. Πάλαι μὲν ἱπποκενταύρους οἶδεν.
XXX. Πολλοῖς κατατραχυνθεὶς ἀνιαροῖς.
XXXI. Πέργαμος πόλις οἷον εὐαερία.
XXXII. Παρελπίδα τὸ ἀνυπόφορον.
XXXIII. Ἐγὼ δὲ ἀνὰ χεῖρας τὸν ἐμὸν χάρτην, κ. λ.
XXXIV. Τισὶν ὁ φιλόσοφος πολλὴν ἰσχύν.
XXXV. Καὶ ἔλεγέ τις, ὅτι πᾶς κύκλος.
XXXVI. Μικροῦ καὶ χαρίσῃ χαράν.
XXXVII. Τοῖς γνησίοις τὰ γνήσια.
XXXVIII. Τοῖν δυοῖν ἐμοῖν φυτευμάτοιν.

IV. pag. 122. *b.* Τοῦ αὐτοῦ βασιλέως πρὸς τὸν Ἁγιοθεοδωρίτην. *Eiusdem Imperatoris ad Hagiotheodoritem* Epistola unica. Inc.

I. Σὺ μὲν, ὦ Ἁγιοθεοδωρίτα.

V. pag. 124 Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν ἁγιώτατον καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχην κύριον Μανουὴλ, πρὸ τῆς τοῦ Μαρκίωνος Βελτόρδου δεοεμβοὺργ πρεσβείας πρὸς τὸν αὐτοῦ πατέρα καὶ βασιλέα κύριον Ἰωάννην τὸν Δούκαν. *Eiusdem ad sanctissimum & oecumenicum Patriarcham D. Manuelem, ante Marcionis Beltordi de Oemburg legationem ad ipsius patrem & Imperatorem D. Ioannem Ducam*, Epistolae XIII. quarum haec sunt initia:

I. Πάτερ, δόξασόν σου τὸν υἱόν.
II. Εἰ πνεύματος κίνησις καὶ φωνή.
III. Καὶ ἔμπορος νοήμων καὶ ἄριστος.
IV. Ἀνέβη θεὸς ἐν ἀλλαλαγμῷ.
V. Λύπη μὲν χαρὰν διαδέχεται.
VI. Σοφία κυρίου φωτιεῖ πρόσωπον συνετοῦ.
VII. Πάλαι μὲν ἐτύρβαζε τὰ μέρη.
VIII. Ἀξία λύπης, ἀξίας λύπη.
IX. Ὑπὸ τῆς δεινῆς νόσου.
X. Πᾶσα ἀνάγκη τὸν λατρευτήν.
XI. Καὶ ποιμένες μὲν πρότερον.
XII. Ὅτι μὲν παρῆλθε καιρός.
XIII. Τὸ ἀσθενεῖν τὴν ἁγιωσύνην σου.

VI. pag. 143. *b.* Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν μητροπολίτην Ἐφέσου κύριον Νικηφόρον, πρὸ τῆς τοῦ Μαρκίωνος Βελτόρδου δεοεμβοὺργ πρεσβείας. *Eiusdem ad Metropolitam Ephesi D. Nicephorum, ante Marcionis Beltordi de Oemburg legationem*, Epistolae VI. quarum haec initia:

I. Τεττάρων εὐθειῶν ἴσων γραμμῶν, κ. λ.
II. Καὶ στάσις μὲν τετυχήκει ποτέ.
III. Ἠρώτησας, πῶς ἐσμεν, κ. λ.

IV. Τῶν ἰδεῶν αἱ μὲν εἰσιν ἁπλαὶ, κ. λ.

V. Τὸ μὲν προϊςασθαι τὸν ἀρχιεράρχην.

VI. Τοῦ κυρίε ἡ γῆ, κ τὸ πλήρωμα αὐτῆς.

VII. pag. 151. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν Μεσοποταμίτην κύριον Ἰωσὴφ πρὸ, κ. λ. *Eiusdem ad Mesopotamitam* (1) *D. Ioseph ante &c.* Epistolae item VI. nimirum:

I. Αἰδεῖσθαι μὲν ὁ πόῤῥω λόγε ἐςί.

II. Εἰ τὸ γενόμενον ἅπαν ἔχει ἀρχὴν.

III. Ἐν τοῖς Τρωϊκοῖς ὁ ποιητής.

IV. Ἡ τῶν πολλῶν τυραννῦσα ἐπιθυμία.

V. Ἀνθηρὰ μὲν ἡ ἐπιςολὴ τῦ ἐμοῦ φίλε.

VI. Καὶ ἡ ἄνεσίς ἐςιν, ὅτε προξενεῖ ἡδονήν.

VIII. pag. 158. Τοῦ αὐτῦ πρός τινα γραμματικὸν τὸν Βαλσαμὼν πρὸ, κ. λ. *Eiusdem ad quemdam grammaticum Balsamonem ante &c.* Epist. I.

I. Ἐκ βαλσάμων κ τῶν βαλσάμων ὐδὲν ἄλλο, ἢ εὐοσμία.

IX. p. 159. *b.* Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν πανιερώτατον μητροπολίτην Φιλαδελφείας κύριον Φωκᾶν, πρὸ, κ. λ. *Eiusdem ad SS. Metropolitam Philadelphiae D. Phocam, ante &c.* Epistolae III. Post inscriptionem, Πανιερώτατε μητροπολῖτα Φιλαδελφείας κ ὑπέρτιμε, inc.

I. Οἶδεν ἡ ἁγιωσύνη συ, ὅτι, κ. λ.

II. Μικρὰ μὲν ἡ προσαγωγή.

III. Προὐφέςηκε τῆς ἕξεως σέρησις.

X. pag. 162. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὺς αὐτοῦ γραμματικὺς τους Φάϊκας μικρόν τι ἀποσκιρτήσαντας, πρὸ, κ. λ. *Eiusdem ad suos grammaticos Phaicas* (2) *aliquantum lascivientes, ante &c.* Epistolae V.

I. Ἡ μὲν ἐπιςήμη ἀπαιτεῖ τὴν σχολήν.

II. Τὰς τῶν ἀδελφῶν κ πῶς ὁμοφρόνων, κ. λ.

III. Ἄχαρις ἐγὼ ταῖς γραφαῖς.

IV. Τοῖς πρόσθεν λόγοις συνᾴδω.

COD. VII. Σωκράτυς Σχολαςικοῦ ἐκκλησιαςικῆς ἱςορίας τόμος πρῶτος. *Socratis Scholastici Ecclesiasticae historiae Tomus I.* qui usque ad Caput XXVII. (2) deducitur, scholiis quibusdam marginalibus rubrica conscriptis instructus. Finis tamen Capitis desideratur. Inc. Εὐσέβιος ὁ Παμφίλυ, Des. ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας διάγοντι . . . quae verba incidunt in cit. edit. p. 54. lin. 25.

Cod. Graec. membr. Ms. in fol. Saec. XV. optime servatus. Constat foliis scriptis 29.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΓΟΤΘΙΚΩΝ ΠΟΛΕΜΩΝ.

PROCOPIVS DE GOTHICIS BELLIS.

COD. VIII. I. pag. 1. Προκοπίυ Καισαρέως ἱςορία τῶν Γοτθικῶν πολέμων, ὓς διὰ τῦ Βελισαρίυ ςρατηγῦ Ἰυςινιανὸς βασιλεὺς συνεςήσατο, ἐν τέσσαρσι τόμοις διῃρημένη. Ἀρχὴ τοῦ α' τόμου. *Procopii Caesariensis Historia bellorum Gothicorum per Belisarium Ducem a Iustiniano Imperatore susceptorum, in quatuor Tomos, seu Libros distributa. Tomus primus.* Inc. Τὰ μὲν οὖν ἐν Λιβύῃ πράγματα. Tomus, sive Liber IV. des. πάντα ἐξεῖλον Ῥωμαῖοι. κ̣ τὸ ὀκτωκαιδέκατον ἔτος ξυνετελεύτα τῷ Γοτθικῷ πολέμῳ τῷδε, ὃν Προκόπιος ξυνέγραψεν. Concordat initium & finis cum edita inter Byzantinae Historiae Scriptores Venet. MDCCXXIX, T. II. a p. 1. ad pag. 248. Notandum, quum ex duabus tetradibus, quibus tota Procopii constat Historia, haec de bellis adversus Gothos gestis posterior sit, Libros secundum, tertium, & quartum, iuxta totius historiae seriem, sexti, septimi, & octavi titulo designari.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saec. XIV. optime servatus. Constat foliis scriptis 276.

ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑ.

POLYBII HISTORIA.

I. pag. 1. *Polybii Historiarum Libri V.* cum notulis ad oram libri manu, ut videntur Angeli Politiani. Francisci Philelphi insignia in libri fronte adparent. Liber I. inc. Εἰ μὲν τοῖς πρὸ ἡμῶν ἀναγράφουσι. Desinit Liber V. ἐν ἀρχαῖς ὑπάρχεσιν, ut in editione Graeca Haganoae per Ioannem Secerium A. MDXXX. in folio. Clauduntur vero hisce versiculis, scriptoris nomen indicantibus: COD. IX.

Ὧδε πέρας λάβεν ἱςοριῶν Πολυβίοιο βίβλος,
Ἥν περ Ἀθηναῖος γεγραφὼς Ἀντώνιός ἐςι,
Φιλέλφυ δ' ἀναλώμασι τοῦ Φραγκίσκοιο κλῆσιν.

Ἐτελειώθη μηνὶ Νοεμβρίῳ κβ'. ἔτους ἀπὸ τῆς Χριςοῦ γεννήσεως ͵αυλε'. ἐν Σήνῃ τῆς Τυῤῥηνίας.

Heic finem adcepit historiarum Polybii liber,
Quem scripsit quidem Antonius Atheniensis,
Sumtibus vero Francisci cognomento Philelphi.
Absolutus est mense Novembri, die XXII. anno a Christi nativitate MCCCCXXXV. *Senis in Thuscia.*

II. pag. 296. *Excerpta ex eiusdem Polybii historiarum Libris XII. a sexto nimirum usque ad decimumseptimum inclusive.* Primum, quod inscribitur, Ἐκ τοῦ ἕκτου περὶ συςάσεως καὶ αὐξήσεως τῆς Ῥωμαίων πολιτείας, ἔτι δ' ἀκμῆς τε κ̣ διαφορᾶς πρὸς ἄλλας, *Ex sexto Libro de Romanorum reipublicae principio & incremento, adhuc autem & de eius florenti statu, ac differentia ab aliis*, inc. Τῶν μὲν γὰρ Ἑλληνικῶν πολιτευμάτων. Vltimum des. ταῖς ἐξυσίαις αὐτῶν ἀπρεπῆ. Τέλος. De his Excerptis vide quae adnotat Fabricius Bibl. Graec. Vol. II. pag. 755. seqq. ubi etiam varias tum ipsorum, tum superiorum quinque librorum editiones recenset.

Co-

(1) Erat quidem olim auctoris nomen appositum, sed illo deinde abraso vestigia tantummodo litterarum supersunt, ex quibus nihil prorsus expiscari licuit.

(2) Montfaucon. male ait XXVI. in suo Catalogo.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. quoad primos quinque Polybii libros ab Antonio Atheniensi, quoad reliqua vero ab alia eiusdem aevi manu elegantissime scriptus. Constat foliis scriptis 467.

ΙΩΣΗΠΟΥ ΠΕΡΙ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ.

IOSEPHI DE IVDAICA ANTIQVITATE.

Ac praeterea

De sua ipsius vita, ac de Maccabaeorum martyrio Liber.

COD. X. I. pag. 1. F*Lavii Iosephi Iudaicarum Antiquitatum Libri XX.* quorum priores undecim, & pars duodecimi nova manu de integro suppleta. Inscripti sunt Epaphrodito, quem sub extremum adloquitur, & *κράτιςον* appellat, & in prooemio ingenti encomio prosequitur. Perducit autem Iosephus historiam suam ab origine Mundi usque ad duodecimum Neronis annum, quo rebellare Iudaei adversus Romanos coeperunt; & finem operi imposuisse se testatur anno tertiodecimo Domitiani, qui fuit Christi XCIII. aetatis suae LVI. In hoc Codice singuli Libri praemissum habent indicem Capitum, cuius auctorne sit Iosephus ipse, an alius aliquis iunior, incertum est; a decimotertio vero usque ad vicesimum inclusive annorum etiam numerum, quorum historiam complectuntur, qui cum illo concordat, quem exhibet Fabric. Biblioth. Graec. Vol. III. p. 232. libro ultimo excepto, qui annos XXVI. complecti dicitur in Codice, apud Fabricium vero annos XXII. Primus Liber inc. Τοῖς τὰς ἱςορίας συγγράφειν βουλομένοις. Vltimus des. τὰ δὲ κεκώλυται. Reliquorum initium & finem adferre praetermisimus, quum concordent cum editione Amstelod. Anni MDCCXXVI. T. I. pag. 1. seqq.

II. pag. 411. *b.* Περὶ Ἰωσήπυ ἐ γένους αὐτοῦ, ϗ πολιτείας. *De Iosepho, vita, & conversatione ipsius.* Inc. Ἐμοὶ δὲ γένος. Des. καταπαύω τὸν λόγον. Clausulae loco Iosephus operi Antiquitatum hanc Vitam suam subiunxit, licet in editionibus ab Antiquitatibus divulsa legatur post libros de Bello Iudaico. Clarissime hoc testatur Iosephus Lib. XX. §. IX. & iam observavit Dominicus Wannerius in Praef. ad Vitam Iosephi Latine versam a Godfrido Tilmanno.

III. pag. 434. *b.* Sequitur sine titulo *eiusdem Iosephi Libri pars de Maccabaeis, seu de rationis imperio*, a verbis nimirum: Φιλοσοφώτατον λόγον, κ. λ. usque ad λαιμαργίᾳ, μονοφαγίᾳ, quae incidunt in edit. cit. T. II. p. 499. lin. 4.

IV. pag. 435. *b.* Idem *de Maccabaeis* Liber integer, praemisso titulo, Διήγησις Ἰωσήπου εἰς τὸ μαρτύριον τῶν ἁγίων Μακκαβαίων. *Iosephi Enarratio in martyrium sanctorum Maccabaeorum.* Inc. Φιλοσοφώτατον. Des. τῶν αἰώνων. Inscribitur autem *De imperio rationis, in laudem septem Maccabaeorum*, qui una cum patre Eleazaro, & matre Salomone (1), sub persecutione Antiochi Epiphanis martyrium pro lege alacriter subierunt. Iosepho nostro diserte tribuitur ab Eusebio III. 10. Hist. Eccles.

In fine Graeculus quidam analphabetus, qui & alibi Codicem inquinavit, precatiunculas quasdam adiunxit, nullius prorsus momenti.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XIV. cuius primae 226. paginae alia manu suppletae sunt, ultimae vero quinque madore & vetustate male adfectae. Constat foliis scriptis 453.

ΦΙΛΩΝΟΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΒΙΟΥ ΜΩΣΕΩΣ.

PHILONIS DE VITA MOYSIS.

Seu potius

Philonis Opera quaedam.

I. pag. 1. ΦΙλωνος περὶ τοῦ βίου Μωϋσέως λόγος α'. *Philonis de vita Mosis Liber I.* Inc. Μωσέως τοῦ κατὰ μέν τινας. Des. μάλιςα βασιλείᾳ. Exstat inter Opera edit. Lond. A. MDCCXLII. T. II. p. 80. COD. XI.

II. pag. 35. *b.* Τοῦ αὐτοῦ λόγος δεύτερος. *Eiusdem Liber II.* Inc. Ἡ μὲν προτέρα. Des. ἀϊδίῳ γενητῇ. Ibid. pag. 134.

III. pag. 42. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἱερωσύνης. *Eiusdem de Sacerdotio, seu de vita Mosis Liber III.* Inc. Δύο μέν. Des. μνημονεύεται. Ibid. p. 145. Libri Philonis de Mose, quod sane mirandum sit, ab Eusebio & Hieronymo in Indiculis eius Operum non recensentur, sed agnoscuntur a Suida V. Φίλων. Insigne de his testimonium perhibet Iustinus Martyr Cohort. p. 11. Clemens quoque Alexandrinus agnoscit Stromat. I. pag. 413. Isidorus etiam Pelusiota fragmentum bene longum de rubo ardente exinde depromsit Libro II. Ep. 142. His adde Io. Damascenum in sacris Parallelis p. 363. necnon Catenas Graecas super Exodum ineditas in locupletissima Christianissimi Regis Bibliotheca. Ab his omnibus non plures uno libri videntur agnosci; unde coniici posset, unum solummodo librum a Philonis manu profectum, postea in tres a librariis distinctum. Verum ista distinctio Philonem ipsum videtur habuisse auctorem: sic enim in optimo Cod. XX. Plut. X. huius Bibl. scriptum est: Περὶ τοῦ βίυ Μωσέως τὸ Α'. Περὶ τοῦ βίυ Μωσέως τὸ Β'. Περὶ τȣ βίυ Μωσέως τὸ Γ'. Philo quidem ipse initio Lib. de Human. haec habet, ἐν δυσὶ συντάξεσι, ἃς ἀνέγραψα περὶ τοῦ βίου Μωσέως. Atqui in Codice Regio MMCCLI.

(1) Ita in Erasmi versione, & in Menaeis I. Augusti; Genebrardo vero *Salome*, Gorionidi *Ama* appellatur.

MMCCLI. scribitur τρισὶ, atque adeo sic reponendum opinatur Cl. Th. Mangey in nupera editione Philonis Londinensi A. MDCCXLII. fol. T. II. pag. 80. In hoc vero absolute inscribitur περὶ ἱερωσύνης, quod non animadvertit idem editor l. c.

IV. pag. 65. *b.* Τοῦ αὐτοῦ βίος πολιτικοῦ, ὅπερ ἐςὶ περὶ Ἰωσήφ. *Eiusdem Vita Viri Civilis, sive de Iosepho.* Inc. Τρεῖς μέν εἰσιν. Des. ἱκανώτατος. Ibid. p. 41. Huius titulus in Mss. βίος πολιτικὸς, sed forsan nil mutandum. Cum editis enim convenit Photius Codice CIII. ἀνεγνώσθη Φίλωνος τῦ Ἰυδαίου περὶ βίου πολιτικοῦ. Eusebius Hist. Eccles. Lib. II. Cap. XVIII. partem tituli agnoscit; sic enim ille ὁ πολιτικός. Hieronymus vero post eum longe aliter, *de conversatione vitae*; unde Suidas V. Φίλων, περὶ ἀγωγῆς βίυ. Continet vero hoc opusculum tum historiam, tum allegoriam vitae Iosephi.

V. pag. 94. Τοῦ αὐτοῦ βίος σοφῶν τῶν κατὰ διδασκαλίαν ἐκθέντων, ἢ περὶ νόμων ἀγράφων, ὅ ἐςι περὶ Ἀβραάμ. *Eiusdem Vita sapientum per doctrinam perfectorum, sive de legibus non scriptis, hoc est de Abrahamo.* Inc. Τῶν ἱερῶν. Des. κ̀ θεσμὸς ἄγραφος. Ibid. p. 1. Idem ferme huius libelli titulus in omnibus Mss. legitur, qualis in editis. Multa hinc derivavit Ambrosius in libros suos de Abrahamo, tacito tamen Philonis nomine.

VI. pag. 123. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀρετῶν, ἤτοι περὶ ἀνδρείας κ̀ εὐσεβείας, κ̀ φιλανθρωπίας, κ̀ περὶ μετανοίας. *Eiusdem de virtutibus, nempe de fortitudine, & pietate, & humanitate, & de poenitentia.* Inc. Περὶ δικαιοσύνης. Des. ἀποχρώντως λελέχθω. Ibid. p. 375. In isto titulo differunt Codices. In nonnullis legitur, ut in Bodleiano, περὶ τριῶν ἀρετῶν, κ. λ. De tribus solum virtutibus agit hic noster, fortitudine, humanitate, poenitentia, nec quidquam expresse inibi de pietate scripsit: ita ut vox εὐσεβείας in titulo potius a librario, quam a Philone videatur profecta. Dictis fidem facit Eusebii testimonium Eccles. Hist. Lib. II. Cap. XVIII. κ̀ ἔτι τὸ περὶ τῶν τριῶν ἀρετῶν, ἃς σὺν ἄλλαις ἀνέγραψε Μωσῆς. Hieronymus quoque de Viris Illustrib. *de tribus virtutibus Liber unus.* Suida male vertit περὶ τριῶν δυνάμεων. Multa lectu digna hinc depromsit Clemens Alexandrinus Strom. II.

VII. pag. 129. *b.* Τοῦ αὐτοῦ νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον. *Eiusdem sacrarum legum allegoriae post sex dierum opus* Liber. Inc. Καὶ ἐτελέσθησαν. Des. καὶ ἡγίασεν αὐτήν.

VIII. pag. 131. *b.* Τοῦ αὐτοῦ νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον τὸ δεύτερον. *Eiusdem sacrarum legum allegoriae post sex dierum opus Liber II.* Inc. Τοὺς κατὰ ἕβδομον. Des. τοῦ συνδέτου σώματος. Hi duo Libri, qui in Codice distincti sunt, in editione unum constituunt, qui habetur T. I. a p. 43. ad p. 65. Initium vero secundi incidit in pag. 46. lin. 28. Eadem haec libri divisio legitur etiam in Codice X. Plutei LXXXV. huius Bibliothecae, ut suo loco monebimus. Opuscula Allegoriarum non agnoscuntur sub hoc titulo ab Hieronymo, & Suida, sed dubio procul sunt pars operum, quae in quinque libros Mosis edidisse testantur. Ioannes Damascenus huius Opusculi locum adducens, citat ἐκ τοῦ περὶ Μωσέως; qui locus exstat pag. 57. Hodie tria exstant Opuscula sub hoc nomine; sed Damascenus saepius in Parallelis Sacris, tum octavum, tum nonum Allegoriarum librum memorat. Vel igitur olim aliter divisi sunt hi libri, vel pars eorum periit.

IX. pag. 143. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν Χερυβὶμ, κ̀ τῆς φλογίνης ῥομφαίας. *Eiusdem de Cherubim, & de flammeo gladio.* Inc. Καὶ ἐξέβαλεν. Des. ὅτι πάντα αὐτοῦ κτήματα κ̀ ὡς μεγαλοπρεπῶς περὶ τύτων κατανοήσωμεν. Ibid. pag. 138. ubi finis diversus, propterea quod in Codice multo brevior est, quam in edito: ultima enim verba, quae retulimus, incidunt in pag. 154. lin. 13. Duplex est Opusculi titulus in omnibus Codicibus Mss. licet unicus tantum agnoscatur a Suida εἰς τὰ Χερυβὶμ, τυτέςι τὴν φλογίνην ῥομφαίαν. Damascenus in Parall. Sacr. citat ἐκ τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν Χερυβίμ· qui locus exstat pag. 126. Item in Parall. Sacr. ineditis Tit. Περὶ δημιουργίας, nonnulla adducuntur ἐκ τοῦ περὶ Χερουβὶμ, quae exstant huius libelli pag. 129. Continet Commentarium in Genes. Cap. III. vers. ult. usque ad vers. 4. Capitis sequentis.

X. p. 153. Τοῦ αὐτοῦ περὶ γενέσεως Ἄβελ, καὶ ὧν αὐτὸς κ̀ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Κάϊν ἱερουργοῦσιν. *Eiusdem de generatione Abel, & de sacrificiis ipsius, & fratris eius Cain.* Inc. Καὶ προσέθηκε. Des. τὸ γὰρ αἰσχρὸν βέβηλον· τὸ δὲ βέβηλον, πάντως ἀνίερον. τῦτο δὲ τὸ ἡγεμονικὸν διακεχώρηκεν. Ibid. pag 163. ubi finis diversus, qui ita habet: πάντα τὰ μέλη παρέχεται, ὁλοκαυτοῦν Θεῷ. Nec mirum, quum post primos octo, aut decem Sermonis versus, huiusce Codicis lectio ab edita differre prorsus incipiat. Non occurrit hic Opusculi titulus in quovis Indiculo apud Eusebium, Hieronymum, Suidam, vel Photium. Multa vero exinde depromta sunt a D. Ambrosio libro de Cain & Abel, tacito tamen Philonis nomine.

XI. pag. 171. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς Μωσέως κοσμοποιΐας λόγος ε′. *Eiusdem de Mundi creatione secundum Mosen liber V.* Inc. Τῶν ἄλλων. Des. χαραχθῆσαν. Ibid. pag. 1. Hoc Opusculum est Commentarius partim litteralis, partim mysticus in Geneseos Cap. I. meritoque inter reliqua Philonis Opera primum tenet locum. Agit enim de rerum initiis a Mose descriptis, admista tamen Pythagoreorum de numeris doctrina. Scriptores Christiani in Hexaëmeron, praecipue D. Ambrosius, multa ex hoc mutuati sunt.

XII. pag. 186. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι. *Eiusdem de mercede meretricis non accipienda*

in

in sacrarium. Inc. Πάνυ καλῶς. Des. εἰπεῖν δυνηθείη. Tom. II. pag. 264.

XIII. p. 189. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ γιγάντων λόγος. *Eiusdem de Gigantibus Sermo*. Inc. Καὶ δὴ ἐγένετο. Des. ἔςι δὲ ταῦτα. Tom. I. pag. 262. Non quodvis e Philonis scriptis apud antiquos Scriptores celebrius; nec mirum, quum tot singulares & reconditas sententias de Anima, Angelis, Daemonibus rerumque natura prodat: adeoque agnoscitur sub hoc titulo ab Eusebio, Hieronymo, & Suida. Citatur inde locus ab Origene Lib. V. contra Celsum, tacito licet auctoris nomine. Ioannes monachus ineditus saepius citat ἐκ τοῦ περὶ γιγάντων.

XIV. pag. 196. Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ ἄτρεπτον τὸ θεῖον, λόγος. *Eiusdem, quod Deus sit immutabilis, Sermo*. Inc. Καὶ μετ' ἐκεῖνά φησιν. Des. ἀναγκάζοιεν (1). Ibid. pag. 272. Libellus iste videtur praecedentis *de Gigantibus* pars, licet in Mss. Codd. distinguatur: non enim memoratur huius titulus a quovis Scriptorum veterum, excepto Eusebio Hist. Eccles. Lib. II. C. 18. sed ita ut doceat unius libelli duos fuisse titulos; sic enim ille, Περὶ γιγάντων, ἢ ὅτι ἄτρεπτον τὸ θεῖον. Huc accedit, quod multa a Ioanne monacho inedito citata ἐκ τοῦ περὶ γιγάντων, in hoc occurrant Opusculo. Auctor libri de Mundo, quisquis fuerit, multa hinc depromsit.

XV. p. 213. *b.* Τοῦ αὐτοῦ εἰς δεκάλογον Μωϋσέως λόγος α'. *Eiusdem in Decalogum Mosis Liber I.* Inc. Τοὺς βίους. Des. ἡγεμόνες εἰσίν. T. II. p. 180. ubi inscribitur *de decem Oraculis*. Etenim in libelli huius titulo multum discrepant Codices Mss. unusque, quod sciam, Codex Augustanus cum editis congruit. Reliqui habent εἰς τὸν δεκάλογον Μωσέως. In dicto vero Codice XX. inscribitur Φίλωνος περὶ τῆς νόμων ἰδέας. Vulgata tamen editorum lectio ab Eusebio confirmatur Ecclesiast. Hist. Lib. II. Cap. XVIII. ibi enim scribitur: Περὶ τῶν δέκα λογίων.

XVI. pag. 250. *b.* Τοῦ αὐτοῦ νόμων ἱερῶν ἀλληγορία δευτέρα. *Eiusdem sacrarum legum allegoria secunda*. Inc. Καὶ ἐκρύβη, ὅτε Ἀδάμ. Des. ἀλλ' ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῦ ἡ γῆ κατάρατος. T. I. pag. 87. ubi inscribitur: *Sacrarum allegoriarum Liber III.* Huius tamen Sermonis duae tertiae partes desunt in Codice ob defectum duorum saltem quaternionum inter fol. 250. & 251. Quae vero desiderantur, sunt a verbis: ὁ δ' ἀρετῆς φυγὰς, κ. λ. (edit. pag. 87. lin. 9.) usque ad verba ὅταν πειράσω αὐτοὺς, εἰ πρεσβεύσονται τῷ νό . . . . inclusive (edit. pag. 119. lin. 16.) Alia praeterea desiderantur in fine; nam postrema, quae retulimus, incidunt in pag. 136. lin. 17. Interim notandum in omnibus Codicibus Opusculum hoc inscribi ἀλληγορίαν δευτέραν, propterea quod praecedens liber, qui revera est secundus, rarius in Codicibus occurrit: qui vero illum exhibent, titulum apponunt, Ποιήσωμεν βοηθὸν κατ' αὐτὸν, ut habetur etiam in toties memorato Codice XX. Plut. X. Continet autem Commentarium in Geneseos Cap. IV. a vers. 8. ad vers. 18. quae enim in septem priores versus scripsit, desiderantur.

Tandem scias velim, amice Lector, editionem, quam tum in hoc, tum in sequentibus Philonis Codicibus recensendis prae manibus habuimus, illam esse recentissimam, quae curante Thoma Mangey Canonico Dunelmense prodiit Londini typis Gulielmi Bowyer MDCCXLII. duobus maximae molis Voluminibus, quamque nunc tandem in Anglia, & quidem iniquissimo pretio nobis comparavit amicus optimus ac doctissimus David Runckenius: cuius quidem praefationem quum ipse legerem, comperi, quod iam suspicabar Catalogi Tom. I. pag. 487. ad eximii illius Codicis XX. Plut. X. exemplar, & quidem ex Antonii Cocchii memoriae numquam interiturae viri collatione fuisse adornatam. Hunc enim Codicem ab editore intelligi arbitramur in Praefat. pag. XVIII. ubi haec habet: *Textum nullibi ex coniectura muto, nec ex unius tantum Codicis manuscripti fide, nisi Medicei, quem reliquorum omnium longe optimum esse existimo, & ex quo solo hiatus bene multos supplere in textu non dubitavi*. Non unius tamen Medicei Codicis, sed plurium collationes fuisse in eius editionis usum comparatas crediderim. Etenim in eadem Prefatione pag. XIX. iterum Bibliothecae Mediceae meminit hisce verbis: *Denique postremo loco venit Codex Mediceus, reliquorum omnium, ut videtur, & antiquissimus, & praestantissimus, quem in meum usum Cl. Ant. Cocchius, Medicus Florentinus, Tusciae litteratae decus egregium, accuratissime contulit cum editis, cuiusque adeo in collatione ista industriam, sagacitatem & eruditionem lubens & gratus agnosco. Ea vero collatio quum sero nimis ad manus meas venisset, & non exigua pars operis nostri praelum iam subiisset, necesse habui plurimas eius emendationes inter praetermissa & corrigenda ad calcem reiicere*. Quum igitur & huius antiquissimi Codicis, quisquis ille fuerit, collationes non in tempore in editoris manus, ut ipse adfirmat, pervenerint; & in ipso Tomi I. limine, nimirum pag. 1. in notis litt. d. Medicei Codicis variae lectiones adferri incipiant, patet plures ex hac Bibliotheca Codices pro ipsa adornanda praesto fuisse. Quod si, uti par erat, ipsorum numerus ac Pluteus distincte fuisset appositus, nihil esset, in quo vel collatoris, vel editoris diligentia desiderari posset: id certe adfirmare possumus, tum hunc, quem prae manibus habemus, tum Codicem XX. Plut. X. in quibus Cocchii manus identidem occurrit, fuisse procul dubio consultos.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saeculi XIV. ineuntis, optimus. Constat foliis scriptis 262.

(1) In edit. ἀναδικάζοιεν.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΠΑΡΑΛΕΙΠΟΜΕΝΑ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

XENOPHONTIS THVCYDIDIS OMISSA GRAECAE HISTORIAE.

COD. XII.

Continet hic nitidissimus & optimae notae Codex

I. pag. 1. *Xenophontis Historiarum Graecarum Libros VII.* quorum primus inc. Μετὰ δὲ ταῦτα. Vltimus des. ἴσως ἄλλῳ μελήσει. Vt in editione Gr. Lat. Parisiensi per Henric. Stephanum MDLXI. in fol. a pag. 251. ad p. 378.

II. pag. 140. *Eiusdem Cyropaediae, seu de Cyri Persarum Regis institutione Libros VIII.* ut in Cod. XIX. Plut. LV. supra pag. 251. §. III.

Codex Graec. papyraceus Ms. in 4. min. Saeculi XV. cum brevibus rerum in historia pertractatarum summariis in margine adpositis. Constat foliis scriptis 300.

ΛΑΕΡΤΙΟΥ ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΒΙΟΙ ΚΑΙ ΓΝΩΜΑΙ ΤΩΝ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ.

LAERTII DIOGENIS VITAE ET SENTENTIAE PHILOSOPHORVM.

Ac praeterea

Cleomedis de Mundo Libri II.

COD. XIII.

I. pag. 1. IN prima Codicis pagina antiqua manus adscripsit fragmentum, cui titulus: Τριώδιον σὺν Θεῷ τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς, ἀρχόμενον ἀπὸ τῆ κυριακῆ τοῦ Τελώνου ϗ τοῦ Φαρισαίου μέχρι καὶ τῶν ἁγίων πάντων. *Triodium cum Deo sanctae Quadragesimae, incipiens a Dominica Publicani & Pharisaei, usque ad Dominicam Sanctorum omnium.* Inc. Ὁδὸν ἡμῖν ὑψώσεως ἀρίστην τὴν ταπείνωσιν. Desinit imperfecte in verbis: κενοδοξία ἐκκενοῖ πλοῦτον δι . . .

II. pag. 2. Λαερτίου Διογένους βίοι, καὶ γνῶμαι τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάντων, καὶ τῶν ἑκάστῃ αἱρέσει ἀρεσκόντων, τῶν εἰς δέκα τὸ πρῶτον. *Diogenis Laërtii vitae, & sententiae eorum, qui in philosophia claruerunt, & de placitis singularum sectarum, e decem Liber primus.* Inc. Τὸ τῆς φιλοσοφίας ἔργον. *Liber X.* des. τὴν τῦ τελευτήσαντος καταστροφήν (1). Convenit initium & finis librorum cum editione Amstelodamensi apud Henricum Wetstenium MDCXCII. in 4. ex recensione Marci Meibomii, cum qua tamen ob antiquitatem & excellentiam hic Codex esset conferendus. Titulus quidem Operis, quem noster exhibet Codex, ab editionibus ferme omnibus, & a duobus Mss. Regis Galliae differt, ubi tamen in alio Codice legitur, ut in nostro.

III. pag. 137. *b.* Κλεομήδυς κυκλικῆς θεωρίας τῶν εἰς δύο τὸ πρῶτον. *Cleomedis Cyclicae, seu circularis inspectionis meteororum, ex duobus Liber primus.* Inc. Τοῦ κόσμου πολλαχῶς λεγομένυ. Des. ὧν ἐστι ϗ Ποσειδώνιος. *Liber II.* pag. 151. inc. Ἐπίκουρος ϗ οἱ πολλοί. Des. ἐκ τῶν Ποσειδωνίυ εἴληπται. Concordat initium & finis cum editis Gr. & Lat. Basileae MDXLVII. in 8. min. una cum Proclo, Arato, & Dionysio Periegete a pag. 42. ad p. 332. Quando vixerit Cleomedes iste astronomus, non omnino liquet, nec eorum certa sententia est, qui sub Theodosio secundo circa annum Christi CCCCXXVII. claruisse adfirmant, quum forte Claudio Ptolemaeo, cuius alioqui meminisset, sit antiquior. De titulo Operis vide quae adnotat Fabricius Biblioth. Graec. Vol. II. pag. 103. in not.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XII. vere insignis, a pag. 8. ad 20. & a pag. 161. ad 164. nova manu saeculi XV. accuratissime suppletus Constat foliis scriptis 164.

ΙΣΤΟΡΙΑΙ ΙΩΑΝΝΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ ΤΟΥ ΤΖΕΤΖΟΥ.

HISTORIAE IOANNIS GRAMMATICI TZETZAE.

Seu potius

Chiliadum Opus, & Iambi; & Herodiani Grammatici Opuscula varia.

COD. XIV.

I. pag. 1. Continet primo Codex hic nitidissimus celeberrimum *Chiliadum Opus*, auctore Ioanne Tzetza (2), quod in eo totum versatur, ut velut Commentarii instar sit in epistolas ab eodem scriptas, & uberius enarret quaecumque in ipsis memorantur, ad veterem historiam, vel fabulas, vel etiam philosophiam pertinentia. Constat autem versibus politicis 12675. & Historias continet sexcentas, quae per Πίνακας, sive *Tabulas* tres sunt digestae; in Chiliades enim versuum non auctor ipse, sed qui Graece illud cum Paulli Lacisii Veronensis versione, ad calcem Lycophronis, Basil. MDXVI. fol. ex Io. Oporini officina edidit, Nicolaus Gerbelius divisit. Primus Πίναξ, cui titulus est, Ἱστορίαι Ἰωάννυ γραμματικῦ τῦ Τζέτζυ, ὧν περ ἐμνήσθη ἐν μιᾷ τῶν αὐτοῦ ἐπιστολῶν, *Historiae Ioannis Grammatici Tzetzae, quarum meminit in una suarum Epistolarum* (3), continet Historias CXLI. & desinit in Chiliade IV. vers. 466. Secundus πίναξ p. 27. *b.* titulum habet: Τοῦ αὐτοῦ ἕτεραι ἱστορίαι καὶ λέξεις ἱστοριώδεις τῆσδε τῆς γραφείσης ἐπιστολῆς. *Eiusdem aliae hi-*

(1) In edit. προκαταστροφήν.

(2) *Zezen* vocant Politianus, Parrhasius, Crinitus, & Gyraldus: *Zezium* Volaterranus: Theodorus Gaza, & Aldus *Caecum*.

(3) Intellige primam Epistolam ad Io Lachanam, quae tota subiungitur huic primae tabulae, & incidit in Chiliade IV. a versu 467. ad vers. 780.

historiae, *atque dictiones historicae huius scriptae Epistolae* (nempe ad Ioannem Lachanam). Complectitur autem Historias tantum XXIII. ab auctore propterea ipso πάνυ σμικρότατος appellatus, & desinit in Chiliade V. vers. 192. Tertius tandem πίναξ pag. 30. *b.* inscribitur: Ἱστορίαι ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς τῆς δευτέρας ἐπιστολῆς μέχρι τέλους τῶν ἑκατὸν ἑπτὰ ἐπιστολῶν. *Historiae a principio ipso secundae Epistolae usque ad finem centum septem Epistolarum*. Historiis absolvitur CCCCXCVI. & ad finem usque porrigitur. Clauditur autem Opus his verbis, summam omnium versuum, quibus constat, declarantibus: Τέλος βίβλου ἱστορικῆς Ἰωάννου τοῦ Τζέτζου, τῆς διὰ στίχων πολιτικῶν, ἄλφα δὲ καλουμένης· ὧν στίχων πολιτικῶν τὸ ποσὸν, μυριὰς μία καὶ δισχίλιοι ἑπτακόσιοι πεντήκοντα ἐννέα. *Finis historici Libri Ioannis. Tzetzae, qui constat versibus politicis, Alpha autem vocati: quorum versuum politicorum summa, myrias una, & bis mille septingenti quinquaginta novem*: sed quum ex hisce exciderint versus octoginta quatuor, supersunt, ut supra diximus, 12675. Quoniam vero de politicis versibus saepe incidit mentio, placet hoc loco adnotare, ideo politicos dictos, quod vulgaris per πόλιν *civitatem* essent usus, ut πολιτικὴ pro *scorto*. Eusthathius δημοτικοὺς, Tzetzes ἡμαξευμένους appellat. Sunt autem versus prosae simillimi, nec quantitatem syllabarum, sed tantum numerum & accentum servantes; quindecim enim constant syllabis, in quarum nona novum incipit vocabulum, decimaquarta autem gaudet accentu.

II. pag. 92. Sequuntur *Eiusdem Tzetzae alia Carmina*, quorum primum iambicum, *in quo indignatur, in locum poëseos metris adstrictae, politicorum versuum usum invaluisse*. Inc. Μούσης μέτρα. Des. ἀνηνύτων. Alterum item iambicum ibid. *de filiorum educatione*, cum argumento praemisso. Inc. Σύμπας πατὴρ ἄκουε. Des. ἐστὶ γέλως. Tertium heroicum pag. 94. inc. Τζέτζου ῥήτορος. Des. κλαύσατ' ἐρανῆς. Quartum denique iambicum p. ead. *b.* inc. Ὦ τὰς βεβήλους, κ. λ. Des. παλαιῶν καὶ νέων. Exstant autem haec omnia, quae hactenus recensuimus, Io. Tzetzae Carmina Graece & Latine in Iacobi Lectii Veterum Poëtarum Graecorum Collectione Tom. III. a pag. 274. ad pag. 492. cum qua singularum historiarum initio, & fine diligentissime collatis, omnia inter se convenire comperimus. Fuit autem Ioannes Tzetzes Grammaticus Constantinopolitanus, Isaaci Tzetzae, sub cuius nomine Commentarium in Lycophronis Cassandram edidit, frater, suamque ipsemet prodit aetatem, quum Chiliad. XI. vers. 719. centum se post Michaëlem Psellum annis scripsisse significat, suasque Homericas allegorias obtulit Irenae Augustae, Manuelis Comneni Imp. coniugi, quae illi anno Christi MCXLIII. nupta, obiit anno MCLVIII. Patrem habuit Michaëlem, matrem Eudociam. Eius operum catalogum vide apud Fabric. Biblioth. Graec. Vol. X. pag. 246. seqq.

III. pag. 95. *Herodiani de derivationibus genitivorum ex dialectis Libellus*, qualis exstat in Codice XIX. Plut. LVIII. §. supra pag. 457.

IV. pag. 104. *b. Eiusdem Tractatus de Verbis*, qualis in dicto Codice XIX. §. II. Inscribitur heic Παρεκβολαὶ τοῦ μεγάλου ῥήτορος.

Codex Graecus chartaceus Ms. in folio min. Saec. XV. nitidissimus, charactere valde minuto conscriptus, rarisque aliquando scholiis marginalibus adspersus. Constat foliis scriptis 116.

ΞΕΝΟΦΩΝ ΕΛΛΗΝΙΚΑ.

XENOPHON DE REBVS GRAECIS.

Ξενοφῶντος Ἑλληνικῶν. *Xenophontis Historiarum Graecarum* Libri VII. ut in Codice XII. huius Plutei supra pag. 635. §. I. Scholia quaedam, & notulae marginales occurrunt in primum Librum, grammaticales utplurimum verborum explicationes continentes. In fine scriptionis annus adiicitur rubris litteris, nimirum: Τελειωθὲν κατὰ τὴν κε' τοῦ Ἀπριλλίου ἔτους ,ςϡξγ' ἰνδ. γ'. Παμμεδέοντι πατρὶ σὺν υἱεῖ, πνεύματι δόξα. *Absolutus est die XXV. Aprilis, anno 6963.* (Christi MCCCCLV.) *indictione textia. Omnia gubernanti Patri cum Filio, & Spiritu Sancto gloria.* COD. XV.

Codex Graecus chartaceus Ms. in folio min. Saeculi XV. Constat foliis scriptis 70.

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑ.

THVCYDIDIS ATHENIENSIS HISTORIA.

Thucydidis de Bello Peloponnesiaco Libri VIII. ut in Codice II. huius Plutei, cum scholiis nonnullis in margine pessimae & intricatae scripturae. In fronte primae paginae legitur: Θουκυδίδης ἄριστε. εὐκόλως οὐ νοῶ σε. *Optime Thucydides, non te bene intelligo.* COD. XVI.

In fine legitur Epigramma illud *in laudem Thucydidis*, quod supra protulimus pag. 622. quodque a scriptore quodam Graeculo, vel lusus, vel exercitationis gratia, quinque vicibus repetitum fuit. In ultima tandem pagina rudi calamo charta quaedam topographica delineata conspicitur, cum hac epigraphe: Ἐν τῷ γῆς ἁπάσης περίοδος ἐνετέτμητο, καὶ θάλασσά τε πᾶσα καὶ ποταμοὶ πάντες. *In hac charta terrae universae ambitus descriptus est, itemque totum mare, & omnia flumina.*

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XIV. cuius primae 56. & ultimae 20. paginae nova manu suppletae sunt. Constat foliis scriptis 256.

ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑ ΠΕΡΙ ΑΛΩΣΕΩΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

IOSEPHI DE CAPTIVITATE IVDAEORVM.

COD. XVII. ΦΛαβίου Ἰωσήπου Ἰουδαϊκῆς ἱστορίας περὶ ἁλώσεως. *Flavii Ioſephi de bello Iudaico & everſa Hieroſolyma* Libri VII. quod opus ante Libros XX. Antiquitatum compoſitum eſt, imperante adhuc Veſpaſiano, & in illis ſubinde adlegatur. Compoſitum eſt a Ioſepho Hebraeo patria lingua primum in civium ſuorum uſus, deinde Graece oblatum Veſpaſiano, non certe ante annum eius ſeptimum, Chriſti LXXV. Liber I. inc. Ἐπειδὴ τὸν Ἰουδαίων πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον. Liber VII. deſ. ἐστοχασάμην. Notandum quod initio & fine ſingulorum librorum idem titulus repetitur, ut in aliis antiquis Codicibus obſervavimus, & quidem litteris uncialibus; quemadmodum etiam adnotatiunculae ad oram libri litteris minoribus quadratis exhibentur. Inter pag. 208. & 209. magnus in Codice hiatus occurrit, quo finis intercidit Libri VI. & initium VII. ut vetuſta quaedam manus hiſce verbis adnotavit: *Vide, lector, & conſidera, quia hic deſunt multa folia ſcripta, in quibus ſcribebatur civitatis Hieruſalem excidium.* Ac revera, diligenti facta perquiſitione, deprehendimus, Librum ſextum deſinere in verbis λαβεῖν γὰρ δεξιὰν οὐ τοῦ μένειν. . . . quae pertinent ad Cap. VI. cit. edit. Tom. II. pag. 391. lin. 25. ſeptimum vero incipere a verbis . . . . ἀνέθηκε δὲ ἐνταῦθα, κ. λ. quae ſunt poſtrema Capitis V. & incidunt in pag. 415. lin. 48. Praeterea prima & ultima pagina, alia manu recentiori ſuppletae ſunt, characteribus tamen ita evaneſcentibus, ut vix legi poſſint.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saec. XII. vere inſignis. Conſtat foliis ſcriptis 225.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΙΣΤΟΡΙΑ.

XENOPHONTIS HISTORIA.

COD. XVIII. ΞΕνοφῶντος Κύρου ἀναβάσεως ἱστοριῶν πρώτη. *Xenophontis de Cyri expeditione Liber I.* Inc. Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος. *Liber VII.* deſ. ἐνιαυτὸς, καὶ τρεῖς μῆνες. Concordat initium & finis ſingulorum Librorum cum editione alias citata a pag. 191. ad pag. 333.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saeculi XV. in cuius prima pagina, quae vacua ſupererat, verſiculi leguntur, quos alibi invenimus, Ὥσπερ ξένοι χαίρουσιν, κ. λ. & alia pauca nullius ſane momenti. Conſtat foliis ſcriptis 142.

ΦΛΑΒΙΟΣ ΙΩΣΗΠΟΣ ΠΕΡΙ ΑΛΩΣΕΩΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ.

FLAVIVS IOSEPHVS DE CAPTIVITATE IVDAICA.

COntinet *Flavii Ioſephi de bello Iudaico, ſive Iudaicae Hiſtoriae de Captivitate Libros VII.* (1), ut in Codice XVII. ſuperiori. Prima & ultima pagina, nova manu ſuppletae ſunt. Nulla in hoc praeterea Capitum diviſio eſt, nulluſque ipſorum index; ſed tantum adnotatiunculae ad oram libri, ab eadem antiqua manu exaratae. In fine nonnullorum Librorum idem titulus repetitur, qui eſt in principio. COD. XIX.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. min. Saec. XI. vere inſignis, & quantivis pretii. Conſtat foliis ſcriptis 363.

ΙΩΣΗΠΟΥ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑ.

IOSEPHI DE ANTIQVITATE.

Ac praeterea

De Maccabaeis Liber.

I. pag. 1. COntinet primo loco *Flavii Ioſephi Antiquitatum Iudaicarum Libros priores XV. cum prooemio, & indice Capitum ſingulis libris praemiſſo*, ut in edit. cit. Amſtelodamenſi Tom. I. a pag. 1. ad pag. 783. Exceptis vero Libris primo, & ſecundo, reliqui annorum exhibent numerum, quorum complectuntur hiſtoriam. Inter Tabulam Capitum, & initium Libri III. adnotatur numerus annorum ͵βφλς'. ſcilicet *MMDXXXVI.* nonus habet numerum ἐτῶν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, καὶ μηνῶν ἑπτὰ, nimirum *annorum CL. & menſium VII.* undecimus ἐτῶν σμγ'. μηνῶν ε'. *annorum CCXLIII. menſium V.* Reliquorum ſumma concordat cum illa, quam exhibet Fabric. Bibl. Graec. Vol. III. pag. 232. COD. XX.

II. pag. 189. *Enarratio eiuſdem in martyrium ſanctorum inclytorumque Maccabaeorum.* Inc. Φιλοσοφώτατον λόγον, κ. λ. Imperfecta eſt; deſinit enim in verbis, τὰ ἁγνὰ τῆς παρθενίας λυμεῶν . . . . quae incidunt in Tom. II. pag. 519. lin. 45.

In fine adſcribitur ordo precum, quae fiunt in Eccleſia, pro regibus nimirum, pro patre, amicis, inimicis; pro defunctis, pro fructibus terrae, valetudine, pro carcere detentis, pro navigantibus, &c.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 4. Saeculi XIV. temporis ſenio male habitus, cuius primae duae paginae nova manu ſuppletae ſunt. Conſtat foliis ſcriptis 194.

ΠΟ-

(1) Non autem VI. ut male habet Montfauconius in ſuo Catalogo pag. 375. litt. D.

ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΕΚ ΤΟΥ ΕΚΤΟΥ ΛΟΓΟΥ ΠΕΡΙ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΩΝ.

E VI. LIBRO POLYBII DE DIVERSIS REBVSPVBLICIS.

COD. XXI. Continet hic Codex *Polybii Historiarum Excerpta e Libris VI. VII. VIII. IX. & X.* quorum singula quoad initium & finem concordant cum editis G. & L. Amstelod. MDCLXX. in 8. cum versione & notis Isaaci Casauboni Tom. I. a pag. 627. ad pag. 865. Cum hac editione illorum etiam initium & finem contulimus, quae habebantur in Codice IX. huius Plutei §. II. supra pag. 628. & comperimus omnia inter se convenire.

Codex Graecus chartaceus Ms. in folio Saeculi XV. cuius ultimae octo paginae, alia manu elegantissime suppletae sunt. Constat foliis scriptis 79.

ΙΩΣΗΠΟΥ ΠΕΡΙ ΑΡΧΑΙΟΤΗΤΟΣ.

IOSEPHI DE ANTIQVITATE.

COD. XXII. Φλαΐου Ἰωσήπου περὶ ἀρχαιότητος Ἰυδαίων. *Flavii Iosephi de antiquitate Iudaica* Libri II. adversus Manethonem, Apollonium, Molonem, Lysimachum, Posidonium, & alios, Apionem praecipue, qui nationi Iudaeorum detraxerat libro III. & IV. Rerum Aegyptiacarum. Hos vero libros Epaphrodito suo *κρατίςῳ* & *τιμιωτάτῳ* inscripsit: unde ante annum Christi XCV. editos fuisse oportet, quo Epaphroditum Domitianus interfecit. Primus Liber inc. Ἱκανῶς μέν. Alter des. *γεγράφθω βιβλίον*. Exstant cit. edit. T. II. a pag. 437. ad pag. 496. cum quibus initium & finis concordat. Pag. 25. *b.* adnotatur in margine manu antiqua deesse circa quinque folia; qui quidem defectus occurrit etiam in editione pag. 472. seqq. Repetitur in fine Codicis titulus hoc pacto: Φλαΐου Ἰωσηπου περὶ ἀρχαιότητος ἀντιῤῥήσεως λόγος β'. Ἑβραιων τουτέςιν Ἰουδαίων ἀντιλεγομένων Διωρ. Atque haec quidem clausula iisdem omnino verbis adfertur in variantibus lectionibus ad calcem paginarum cit. edit. subiectis ex Codice Hafniensi, quem propterea huic nostro simillimum colligas. Verum tamen est, huius quoque Bibliothecae Codices fuisse consultos, atque adeo hunc ipsum, quem prae manibus habemus, licet nullo adscripto numero; quae enim variantes notam habent *Flor.* eae mirum in modum cum huius lectione Codicis conveniunt, ut ex ipso petitas proculdubio iudicemus. Clauditur tandem Opus Epigrammate quodam heroico cui titulus: Ἡρωϊκοὶ ὡς ἐκ προσώπου τοῦ γραφέως πρὸς τὺς ἐντυγχάνοντας τῇ βίβλῳ. *Heroici versus, tamquam ex persona scriptoris ad legentes librum*. Epigramma vero, glossis aliquot adspersum, sequens est:

Νητρεκὲς, ὥσπερ ἔοικεν, ἐφήσατο θέσπιν αὐτὴν
Δαβίδης Σολομὼν πολυγνώμων ποικιλομήτης,
Ὡς κραδίη συνετὴ σῆς ὀςέα εἰλαπινάζων.
Καὶ γὰρ ἐγὼ, φιλότης, πλεόνεσσί τε κηδοσύνησιν
Ἦτορ ἐμὸν κατέδαψα ῥαθυμοτόκοις μελεδῶναις
Σπερχόμενος σοφίης περιώσια τέρμαθ' (1) ἱκέσθαι.
Βυλομένῳ δὲ βίβλυς ὁκόσας χρέος ἦεν ἀγεῖραι
Ὄλβος ἀπῆν. ἔγραφον δὲ κατ' ἠῶ εὐφρονέην τε
Συνεχέως (2), ὁτὲ μὲν τα μαθήματα, ἄλλοτε βίβλυς
Εὐφρονέως μελέδαινον ἐπεξιέναι φιλοτίμως (3),
Ἔσθ' ὅτε ϛ ὁμοεργὸν ἐπεζήτυν φιλέοντα
Ἀντιάαν· ἐξ ὧν ἐνυπάρχει ὁ προκατάρξας
Βίβλυ ἡμετέρης ἑτάρων ὁ φιλαίτατος ἄλλων
Πάτροκλον, ὃν φιλέεσκον, ἄριςά τε κυδαίνεσκον.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saec. X. insignis. Constat foliis scriptis 37.

ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑ.

IOSEPHVS DE ANTIQVITATE IVDAICA.

COD. XXIII. I. p. 1 *Flavii Iosephi Antiquitatum Iudaicarum Libri XX.* in hoc Cod. habentur, qui ab aliquo epitomatore concepti videntur quum aliquanto breviores sint iis, qui occurrebant supra in Codice X. huius Plutei: nisi adfirmare velimus, hanc esse alteram ex binis Operis editionibus, quas a Iosepho adornatas fuisse, non dubitat Emericus Bigotius, ea est manuscriptorum Codicum in Antiquitatum Libris discrepantia. Capitum argumenta in margine ut plurimum adponuntur, litteris rubricatis, quae, uti etiam ipsorum distinctiones, in Graecis alia, alia sunt in Latinis. Vide Fabric. B. Gr. Vol. III. p. 233. Plerisque etiam librorum subiectus est annorum numerus, quorum complectuntur historiam: sextus enim, octavus, nonus, decimus, & undecimus hac nota carent: reliquorum vero concordat cum illa, quam exhibet Fabric. loc. cit. pag. 232. exceptis Libro I. XIX. & XX. primus enim *annos* 833. decimusnonus *annos* 3. *& menses* 6. vigesimus vero *annos* 26. complecti adnotantur. Animadvertendum etiam est secundae decadi praemissum esse titulum: Ἐντεῦθεν ἀρχὴ τῆς βίβλυ ῆς δευτέρας. In fine nonnulla Epigrammata sint apposita, quorum primum est in laudem Iosephi, alterum scriptoris nomen repraesentat, reliqua recentior Graecus exercitationis gratia exaravit. Ea vero sunt:

I.

Πέφυκε διδάσκουσα τοῖς φιλιςόροις,
Ἃ συνέβησαν τοῖς Ἰουδαίοις πάλαι
Κατά τε τὴν Αἴγυπτον ϗ Παλαιςίνην,
Καὶ Συρίαν τε, βίβλος ἡ προκειμένη·
Πεπόνθασιν ὅσα τε παρ' Ἀσσυρίων,
Βαβυλωνίων, Περσῶν, ϗ Μακεδόνων,
Ὅσα μετὰ τούτους γε Ῥωμαίων πάρα.
Ἁπλῶς γὰρ οὐδὲν τῶν κατὰ τύτυς πέλει,
Ὃ καταλιπὼν συγκεκαλύφθαι χρόνῳ

Ὁ θαυ-

(1) ἀπλήρωτα, ὑπερβολικά. (2) Νωλεμέως. (3) Δαψιλῶς, λαμπρῶς, πλυσίως.

Ὁ θαυμάσιος Ἰώσηπος τυγχάνει.
Docet historiae amatores,
Quae Iudaeis olim contigerunt
In Aegypto, & Palaestina,
Et Syria, praesens liber;
Tum quae passi sunt ab Assyriis,
Babylonensibus, Persis, & Macedonibus,
Quaeque post ipsos a Romanis.
Nihil enim omnino est eorum, quae ad ipsos pertinent,
Quod praetermittens, una cum tempore in oblivionem abire
Mirabilis Iosephus permiserit.

II.

Χειρὶ Μανουὴλ (1) τήνδε μοι γνῶθι, ξένε,
Δέλτον γραφῆναι ἐ πέρας εἰληφέναι,
Αὐλῆς λογιστοῦ τοὐπίκλην ἐξ Ἀγγέλων.
Manu Manuelis hunc mihi noveris, hospes,
Descriptum fuisse, & absolutum librum,
Manuelis, inquam, *aulici Logistae cognomento ex Angelis.*

III.

Στίχοι τοῦ Προδρόμου κυροῦ Θεοδώρου εἰς τὸν ἅγιον Λοῦπον.
Ἔκλεψε Λοῦπος δεσποτικὴν σφενδόνην,
Μεθ' ἧς ἐνεργεῖ πλεῖστα τῶν τεραστίων.
Οὐκοῦν ὑπέσχεν ἀξίαν καὶ τὴν δίκην
Τμηθεὶς κεφαλὴν, καὶ συνὼν τῷ δεσπότῃ.

IV.

Εἴς τινα φοβοῦντα ῥοῦχον θάλασσαν καὶ παλαισθὲν ἀντιστρεψεν αὐτό (2).
Ἰδοῦσα καινὸν ὕδεν ὡς Ἰορδάνης
Πῶς ἐστράφης θάλασσα νῦν εἰς τοὐπίσω;
Οἶμαι, ῥύπον φεύγουσα τὸν σὸν ἐστράφεις.
Κἂν καὶ στραφεῖσα τοῦτον οὐκ ἀποξήσω.

II. pag. 286. Ἰωσήπου ἐκ τοῦ πρὸς Ἕλληνας λόγου τοῦ ἐπιγεγραμμένου κατὰ Πλάτωνα περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας. *Ex Iosephi Sermone ad Graecos, qui inscribitur de caussa Vniversi contra Platonem.* Inc. Καὶ οὗτος μέν. Des. τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν αὐτῷ ἡ δόξα. Incidit in cit. edit. Tom. II. Part. II. a pag. 145. ad 147. Tum distichon:

Ὥσπερ λόγῳ Λάζαρον ἤγειρας, λόγε,
Οὕτως ἔγειρον κἀμὲ τῆς ἀμαθίας.
Quemadmodum verbo Lazarum resuscitasti, Verbum,
Ita etiam me ab ignorantia resuscita.

Tandem quaedam Epitheta de Deo sunt adscripta &c.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 4. minori, Saeculi XIV. Constat foliis scriptis 288.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΒΙΟΣ ΚΡΑΣΣΟΥ.

PLVTARCHI VITA CRASSI.

COD. XXIV. *Vita Crassi a Plutarcho conscripta*, cum notis, & glossis marginalibus, partim Graece, partim Latine exaratis, manu, ut videntur, Angeli Politiani, cum stemmate Strozziorum in fronte Codicis. Initium & finis cum edita concordat.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XV. Constat foliis scriptis 35.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑ.

XENOPHONTIS LACEDAEMONIORVM RESPVBLICA.

Ac praeterea

Platonis Dialogus, qui dicitur Gorgias.

I. p. 1. *Xenophontis Lacedaemoniorum Respublica*, qualis exhibetur in Codice XXI. Plut. LV. supra pag. 286. §. IX. In hoc autem dimidia pars manu recentiori elegantissime suppleta est. COD. XXV.

II. pag. 9. *Platonis Gorgias*, sive, *de Rhetorica* Dialogus, ut in edit. alias cit. pag. 305.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saec. XV. Constat foliis scriptis 51.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΤΥΑΝΕΩΣ ΒΙΟΣ.

APOLLONII TYANEI VITA.

Apollonii Tyanei Vita a Philostrato conscripta Libris octo. Primus inc. Οἱ τὸν Σάμιον Πυθαγόραν. Liber VIII. des. ὧν αὐτοὶ ἠξιοῦντο. Reliquorum initium & finis concordant cum editis Graece & Lat. Paris. MDCVIII. fol. a pag. 1. ad pag. 431. In Codice anepigraphi sunt Libri, scholia tamen quaedam in margine occurrunt eiusdem manus: e quibus speciminis instar unum selegimus, quod legitur pag. 130. in Libri VI. verba, εἰ δ' αἰτία ἑλομένου ἔσται τις, κ. λ. (edit. pag. 286. lin. 10.) & ita habet: Τὸ ὅλον νόημα τοιοῦτον. εἰ ἐμοὶ ἑλομένῳ τὰ ὑμέτερα, αἰτία ἐπακολουθήσει, τίς ὁ τρόπος μὴ καὶ τοῖς ἑλομένοις αἰτίαν ἐπάγεσθαι· ὅτι ἃ νῦν ἐγὼ νεώτερος ὢν ᾕρημαι, αὐτοὶ μὴ γέροντες ὄντες ἠρετίσαντο· ἀλλ' οὔπω δῆλον, εἰ Θεσπεσίωνι σύμψηφος τῇ ὑπὸ Νείλου συγκαταθέσει, ὥστε ψευδομένου ὁ λόγος, καὶ πρὸς τοὺς τὸ ἐν ἀρχαῖς αἰτουμένους ἀποσκυβαλιζόμενος. Clauditur Opus disticho quodam ioculari, in quo iambici quidem versus sonum, metrum vero nullum agnoscas: COD. XXVI.

Ἔστη γραφὶς γράφουσα γραφῆς γραφέως,
Γραφῆς ἐνταῦθα τελευθείσης ἀξίως.

In prima vero pagina antiqua manus adnotavit: *Translatus in Latinum per Alamannum Rinuccinum A. D.* 1473. forte ex hoc eodem Codice, qui nitidissimus est, atque optimus.

Codex Graecus membran. Ms. in 4. minori, Saeculi XV. Constat foliis scriptis 196.

ΒΙΟΣ

(1) Nihil de hoc Manuele calligrapho occurrit in Palaeogr. Graec. Montfauc.
(2) Ita videtur legi posse titulus hic, e vestigiis quibusdam litterarum evanescentium erutus.

ΒΙΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΤΥΑΝΕΩΣ.

VITA APOLLONII TYANEI.

Adde

Hori Apollinis Hieroglyphica, & *Procli Lycii Elementa Physica*.

COD. XXVII. I. p. 1. PHilostrati *de Vita Apollonii Tyanei Libri VIII.* ut in Codice superiori. Heic tamen singuli Libri suis sunt titulis instructi. In superiori autem paginae primae margine adnotatio quaedam apposita est, quae paene iam evanuit.

II. pag. 68. *Hori Apollinis Niloi Hieroglyphica Libris II.* de quibus vide Codicem VIII. Plut. LVIII. supra pag. 445. cum ipso enim penitus concordant.

III. pag. 72. Πρόκλου Διαδόχου Λυκίου στοιχείωσις φυσική. *Procli Diadochi Lycii Elementa Physica*, sive, *de motu Libri II.* collecti ex Aristotelis Physicorum Libro III. seq. Liber I. inc. Συνεχὴ ἐστιν, ὧν τὰ πέρατα ἕν. Des. οὐκ ἄρα τὸ ἀμερὲς ἴσον ἑαυτῷ κινηθήσεται. Liber II. pag. 74. inc. Πᾶν σῶμα φυσικὸν, κινητόν ἐστι κατὰ τόπον. Des. οὐκ ἄρα ἐστὶν ἄπειρος βαρύτης, οὐδὲ κουφότης. Tum Codicis possessor, qui erat Christophorus de Bondelmontibus, ita adnotavit: *Imperfectus Liber, multa namque desunt*. Hoc Opus Graece prodiit Basil. MDXXXI. in 8. & cum Latina versione Iusti Velsii Medici ibid. MDXLV. item in 8. & alibi posterius: de quibus editionibus vide Fabric. Bibl. Graec. Vol. VIII. pag. 517. seq. Nos prae manibus habuimus edit. Basileensem secundam, ubi postrema, quae retulimus incidunt in pag. 24. lin. 25.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. mai. Saec. XIV. variis in locis madore ac temporis diuturnitate corruptus, in cuius calce legitur: *Ego Christophorus presbyter de Bondelmont de Florentia hunc emi librum apud Andron insulam maris Aegaei MCCCCXIX. mensis Iunii*. Constat foliis scriptis 75.

ΛΑΕΡΤΙΟΥ ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΒΙΟΙ ΚΑΙ ΓΝΩΜΑΙ ΤΩΝ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ.

DIOGENIS LAERTII VITAE ET SENTENTIAE PHILOSOPHORVM.

COD. XXVIII. DIogenis *Laërtii Vitarum & Sententiarum eorum, qui in philosophia claruerunt, & de placitis philosophorum Libri decem*, ut in Codice XIII. huius Plutei §. II. supra pag. 635. cum quo concordant.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XIV. cum summariis aliquot in primis paginis ad oram libri. Constat foliis scriptis 262.

ΚΟΙΝΤΟΥ ΤΑ ΜΕΤΑ ΤΟΝ ΕΚΤΟΡΟΣ ΘΑΝΑΤΟΝ.

QVINTI DE IIS QVAE ACTA SVNT POST HECTORIS MORTEM.

KOίντου τὰ μετὰ τὸν Ἕκτορος θάνατον, ὅσα πέπρακται ὑπὸ Ἑλλήνων καὶ Τρώων ἐν Τροίᾳ, καὶ ὅπως ἑάλω τὸ Ἴλιον. *Cointi*, seu, *Quinti post Hectoris mortem, quaecumque gesta sunt a Graecis & Troianis in urbe Troia, & quomodo captum sit Ilium*, sive, *Homeri Paralipomenon Libri XIV.* Concordant cum illis Codicis XXIX. Plut. LVI. supra pag. 330. quem vide. COD. XXIX.

Codex Graecus chartaceus Ms. in fol. minori, Saeculi XV. eleganter nitideque descriptus. Constat foliis scriptis 209.

ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ.

THVCYDIDES.

Adde

Philostrati, & Dionis quaedam.

I. pag. 1. THucydidis *Atheniensis Historiarum Libri VIII.* ut in Codice II. huius Plutei supra pag. 622. Heic tamen Liber VIII. in fine mutilus est, desinit enim in verbis: προσεγένοντο δὲ καὶ ἐκ τοῦ Ἑλλησπόντου . . . . . quae in edit. inibi cit. incidunt in pag. 569. lin. 19. COD. XXX.

II. pag. 176. *Flavii Philostrati Vitae Sophistarum ad Illustrissimum Hypatum Antonium* Libris II. ut in editione Parisiensi alias cit. a pag. 485. ad pag. 623.

III. pag. 213. *b. Eiusdem Heroica*. Ibid. a pag. 631. ad pag. 729.

IV. pag. 241. *Eiusdem Imagines* Libris item II. Ibid. a pag. 730. ad pag. 831.

V. pag. 268. Sequuntur, sed diversa manu, *Excerpta duo e Dionis Chrysostomi I. & II. Oratione de Regno*. Primum inc. Εἰ δ' ἄρα μῦθόν τινα. Des. ἕως ἂν τυγχάνῃς βασιλεύων, quod habetur in edit. Graec. Lat. alias cit. a pag. 10 lin. 33. usque ad finem Orationis. Alterum pag. 269. inc. Ὁ Φίλιππος εἶπε πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον γελάσας, ὅτι δεῖ μὴ λυπεῖν τοὺς ἀγαθοὺς ποιητὰς, κ. λ. Des. ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον κηρύττεσθαι. Ibid. a pag. 20. lin. ultim. ad pag. 22. lin. 6.

Cod. Graec. membr. Ms. in 4. Saec. XIII. insignis. Constat foliis scriptis 269.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΒΙΟΙ ΤΙΝΕΣ.

PLVTARCHI VITAE QVAEDAM.

ANtequam Plutarchi Opera, quae in hoc habentur Volumine, recenseamus, breviter monendus est lector, Codicem hunc in principio mutilatum esse, ut ex vetusta qua- COD. XXXI.

quaternionum numeratione in imo margine apposita eruitur: a folio enim vigesimoquinto incipit numerica nota ιη'. scilicet *XVIII.* ita ut e praecedentibus quaternionibus XVII. folia tantummodo vigintiquatuor, seu quaterniones III. supersint. Hoc praenorato, Parallelas Vitas prosequamur, quae sunt XV. & quidem hoc ordine:

I. pag. 1. est *Demetrii*.
II. pag. 24. *Antonii*.
III. pag. 57. *Caesaris*. Sed huius Vitae postrema tantum supersunt, a verbis nimirum . . . περὶ Ἀντωνίυ καὶ Δολοβέλλα, κ. λ. quae incidunt in citatae editionis pag. 737. lin. 28. usque ad finem: desunt enim in Codice inter folium 56. & 57. integri quaterniones sex, a vigesimo secundo nimirum ad vigesimum septimum inclusive.
IV. pag. 59. *b. Pyrrhi*,
V. pag. 76. *b. Marii*.
VI. pag. 95. *b. Agesilai*.
VII. pag. 111. *b. Pompeii*.
VIII. pag. 142. *Cimonis*,
IX. pag. 149. *Luculli*.
X. pag. 167. *Niciae*.
XI. pag. 177. *Crassi*.
XII. pag. 190. *b. Lysandri*.
XIII. pag. 199. *b. Syllae*.
XIV. pag. 213. *b. Alcibiadis*.
XV. pag. 226. *C. Marcii Coriolani*. In fine huius Vitae scriptor ipse admonuit, hanc superiori praemitti debuisse.

Codex Graec. chartac. Ms. in 4. Saec. XV. mutilus in principio. Constat foliis scriptis 236.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΠΑΡΑΛΛΗΛΑ ΤΙΝΑ.

PLVTARCHI PARALLELA QVAEDAM.

COD. XXXII. *Plutarchi Vitae Parallelae XII.* quarum praecedit Index. Sunt autem istae:

I. pag. 1. *Aratus*.
II. pag. 12. *Artoxerxes*.
III. pag. 18. *b. Agis & Cleomenes*.
IV. pag. 30. *Tiberius & Caius Gracchi*.
V. pag. 39. *b. Lycurgus*.
VI. pag. 48. *b. Numa*.
VII. pag. 57. *Pericles*.
VIII. pag. 66. *b. Fabius Maximus*.
IX pag. 74 *Demosthenes*.
X. pag. 80. *b. Cicero*.
XI. pag. 92. *Aristides*.
XII. pag. 100. *Cato maior*, cuius finis desideratur: desinit enim in verbis: καὶ δεομένην τῆς ἐκείνυ κηδεμονίας . . . . . quae in cit. edit. incidunt in pag. 351. lin. 5.

Codex Graecus chartac. Ms. in 4. maiori, Saeculi XV. in fine mutilus. Constat foliis scriptis 105.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΤΥΑΝΕΩΣ ΒΙΟΣ.

APOLLONII TYANEI VITA.

Vita Apollonii Tyanei Libris octo conscripta a Philostrato Lemmo, ut in Codice XXVI. huius Plutei. Heic quoque occurrunt adnotationes marginales, ab eadem antiqua manu exaratae, & quidem multo uberiores, quam in dicto Codice. Dolendum tamen est, ipsarum portionem quamdam reciso margine periisse. Vt autem de veteri hoc Scholiaste aliquod ferre possis iudicium, benigne lector, unum aut alterum ex eius scholiis accipe. Primum igitur in illa primi libri verba, ὁ δ' ἤγαγεν εἰς ὑγιειαν τὸ μειράκιον, κ. λ. (1) ita habet: Ἀλλ' οὐχ ὁ ἐμὸς οὕ ω Χριςος οὐδὲ διαίτῃ προμηθούμενος τὰ τῆς ὑγιείας ἀλλὰ τῷ μὲν λεπρῷ, θελω, φησὶ, καθαρίσθητι· καὶ ἐγερθεὶς, ἄλλῳ πάλιν, ἆρον τὸν κράβατον· καὶ τῷ κωφῷ, διανοίχθητι. ὡσαύτως καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἀνάςα, καὶ ςῆθι ἐπὶ τοὺς πόδας συ· ἀλλ' οὐκ ἐκ φυλακῆς τῶν βλαπτόντων τὴν ῥῶσιν προμνηςευόμενος. Ex quo Christianum esse colligitur. Alterum pag. 8. in verba, διθυραμβώδη & φλεγμαίνουσαν (2) sequens est: Διθυραμβώδη συνθέτοις ὀνόμασιν σεμνυνομένην, καὶ ἐκτοπωτάτοις πλάσμασι ποικιλλομένην. τοιοῦτοι γὰρ οἱ διθύραμβοι, ἅτε Διονυσίων τελετῶν ἀφωρμημένοι. διθύραμβος δὲ ὁ Διόνυσος ἀπὸ δὶς βεβηκέναι τὴν θύραν τοῦ βιυ, πρότερον μὲν τῆς μητρὸς. εἶτα καὶ τοῦ Διὸς τοῦ μηροῦ. Φλεγμαίνουσαν λέγει τὴν ὑπέρσεμνον, οἵα ἡ Θουκυδίδου. λεπτολογίᾳ δὲ, οἱονεὶ περιττότητι, χρώμενος, τοῖς διπλασιασμοῖς τῶν κώλων & τῶν ὀνομάτων εἰρωνευόμενος. COD. XXXIII.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XI. vere insignis. cuius ultima pagina de novo suppleta est. Constat foliis scriptis 311.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΒΙΟΙ ΤΙΝΕΣ.

PLVTARCHI VITAE QVAEDAM.

In ipso recensionis limine adnotandum est, Codicem hunc appellari posse Codicis XXXI. superioris supplementum, quum ea contineat adamussim, quae in illo desiderari monuimus. Primae enim octo Vitae, quae integris quaternionibus XIV. continentur, primum eius Codicis supplent defectum; reliquae vero duae, quaternionibus VI. comprehensae, secundum, qui inter folium 56. & 57. occurrebat. Ac profecto eadem prorsus scriptoris manus, eademque est in calce paginarum, numeratio quaternionum, quae si cum illa dicti Codicis coniungatur, mirifice tota ipsorum series constabit; quin etiam illud Vitae Caesaris fragmentum a verbis, περὶ Ἀντωνίυ καὶ Δολοβέλλα, κ. λ. usque ad finem, quod in illo remanserat, in hoc nova ma- COD. XXXIV.

(1) In edit. pag. 11. lin. 15.

(2) Edit. cit. pag. 23. lin. 11.

manu suppletum videas, ut dubitari amplius non possit, ex uno olim Volumine, duo fuisse, improba quadam avulsione, confecta. His praenotatis, Vitae, quae in hoc continentur, sunt:

I. pag. 1. *Phocion*.
II. pag. 12. *Cato minor*.
III. pag. 33. *b. Dio*.
IV. pag. 49. *b. Brutus*.
V. pag. 67. *Aemilius*.
VI. pag. 80. *Timoleon*.
VII. pag. 96. *Sertorius*.
VIII. pag. 102. *Eumenes*.
IX. pag. 111. *Alexander*.
X. pag. 138. *b. Caesar*.

In fine legitur: *Ego Christophorus presbyter de Bondelmont de Florentia hunc emi librum apud Embrum insulam in Aegaeo mari MCCCCXIX.*

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XIV. Constat foliis scriptis 161.

ΛΑΕΡΤΙΟΣ ΔΙΟΓΕΝΗΣ.

LAERTIVS DIOGENES.

COD. XXXV. DIogenis Laërtii vitarum & sententiarum eorum, qui in philosophia claruerunt, & de placitis singularum sectarum Libri X. ut in Codice XIII. huius Plutei. Praecedit Index Vitarum litteris grandioribus exaratus; & rara quaedam ac brevia scholia in margine occurrunt.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saeculi XII. optimus, ac dignus profecto qui cum Amstelodamensi editione conferatur. Constat foliis scriptis 246.

ΙΩΣΗΠΟΥ ΠΕΡΙ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΛΩΣΕΩΣ.

IOSEPHI DE CAPTIVITATE IVDAICA.

COD. XXXVI. FLavii Iosephi de Bello Iudaico Libri VII. ut in Codicibus XVII. & XIX. huius Plutei. Singulis libris, primo excepto, heic praemittuntur Capitum summaria, ut in editione citata.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 4. Saec. XIV. Constat foliis scriptis 214.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ ΒΙΟΣ.

VITA APOLLONII ALEXANDRINI.

Seu potius

Apollonii Alexandrini de Constructione Libri IV. Anonymi de eadem Tractatus; Libanii, & aliorum opuscula varia.

COD. XXXVII I. pag. 1. LIbanii Rhetoris Declamatio, cuius titulus, & argumentum inc. Παράσιτος ἐπὶ δεῖπνον κληθεὶς, κ. λ. Declamationis initium est: Ἰσχύω μὲν οὐδ' ἂν πέπυθα. Finis: κἂν αὐτόθι δεικνύντε σωφρονοῦντα. Exstat in eius Operum editione Graec. Lat. Paris. anni MDCVI. Tom. I. pag. 315. sub N. VII.

II. pag. 3. *b.* Τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἐκ τοῦ λόγου τοῦ, Πρόσεχε σεαυτῷ, ὅς τις ἀναγινώσκεται τῇ δευτέρᾳ τῆς τυρινῆς, οὗ ἡ ἀρχὴ, Τοῦ λόγου τὴν χρῆσιν, κ. λ. *S. Basilii ex Oratione, quae inscribitur*, Attende tibi ipsi, *quae legitur feria secunda hebdomadis* Tyrinae *dictae*, seu, *in qua lactitiniis vesci licet; cuius initium*, Τοῦ λόγου τὴν χρῆσιν, κ. λ. Excerptum brevissimum. Inc. Ἐὰν γὰρ προσέχῃς σεαυτῷ, οὐδὲν δεήσῃ, κ. λ. Des. τὴν περὶ ἑαυτοῦ κατάληψιν. Incidit in eius Operum edit. Gr. Lat. Paris. anni MDCCXXII. Tom. II. pag. 23. a lin. 29. ad lin. 43.

III. pag. 4. Excerptum quoddam lyturgicum, cui titulus: Ὅτι πρώην εἰς χεῖρας ἐδίδοτο τὸ ἅγιον τοῦ κυρίου σῶμα, *Quod primum in manus dabatur sanctum Domini Corpus*, ex quartae Synodi Capite centesimo primo. Inc. Σῶμα Χριστοῦ, καὶ ναὸν τὸν κατ' εἰκόνα Θεοῦ, κ. λ. Des. καὶ ὁ ταῦτα ἐπιφερόμενος.

IV. pag. ead. Τοῦ ἁγίου Ἀναστασίου ἐρωτηθέντος, πότερον καλῶς τὸ συνεχῶς κοινωνεῖν, ἢ ἐκ διαλειμμάτων, ἀπόκρισις. *Sancti Anastasii, quum interrogatus fuisset, utrum melius assidue communicare, an ex intervallo, responsio*. Inc. Τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, δοκιμαζέτω ἕκαστος ἑαυτὸν, κ. λ. Des. καὶ τότε ἔδωκεν αὐταῖς τοὺς ἄρτους.

V. pag. ead. *b.* Τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐκ τῆς πρὸς Καισάρειον Πατρίκιον ἐπιστολῆς. *Magni Basilii ex Epistola ad Caesarium Patricium*, Excerptum, *Quod possit quis, si absit sacerdos, propriis manibus se communicare*. Inc. Τὸ δὲ ἐν ἀναγκάζεσθαί τινα, κ. λ. Des. εἴτε πολλὰς μερίδας ὁμοῦ. Incidit initium huius fragmenti in cit. edit. Tom. III. pag. 186. lin. ult. & prosequitur usque ad finem Epistolae.

VI. pag. ead. *Alia brevia Excerpta duo ex S. Io. Chrysostomi interpretatione in Epistolam ad Ephesios, & ad Hebraeos, Quod non ex consuetudine, ac lege, sed consulto, ac mente pura ad sacram synaxin accedendum sit*. Primum inc. Πολλοὺς ὁρῶ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ. κ. λ. Alterum inc. Πολλοὶ τῆς θυσίας ταύτης ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μεταλαμβάνουσιν, κ. λ.

VII. pag. 5. *Alia duo S. Basilii in idem argumentum Excerpta*. Primum inc. Τὸ κοινωνεῖν καθ' ἑκάστην ἡμέραν, κ. λ. Alterum inc. Σπούδασον, ὦ ἱερεῦ, σαυτὸν παραστῆσαι, κ. λ.

VIII. pag. 6. Quaedam pauca Grammaticalia *de verbis & eorum derivatione*.

IX. pag. 7. Canones quidam ex prima & secunda Synodo Constantinopolitana in templo SS. Apostolorum congregata, *Quod nemo monasticum habitum audeat induere, nisi prius facta trium annorum probatione*; quibus adiungitur quaedam Iustiniani Imp. Novella Constitutio, *Ne quis imitari habitum monasticum, aut illi quoquomodo illudere audeat*. Tandem ex Canonibus expositis a S. Synodo in celebri S. Sophiae templo congregata, Excerpta pauca *de iis, qui excommunicatione*

aut

aut alia Ecclesiastica poena affecti a sede veteris Romae ad illam novae Romae confugiunt. Notandum, omnia haec hactenus recensita, fuisse a diversa manu exarata in iis foliis, quae initio Codicis vacua superfuere.

X. pag. 8. *Apollonii Alexandrini*, cognomento *Dyscoli*, *de syntaxi partium Orationis Libri IV.* cum eiusdem Vita in principio, & Capitum tabulis unicuique praefixis. Vita inc. Ἀπολλώνιος οὗτος, Ἀλεξανδρεὺς μὲν ἦν τὸ γένος, κ. λ. Des. περί τε Ἀπολλωνίου κ̀ Ἡρωδιανοῦ. Liber I. inc. Ἐν ταῖς προεκδοθείσαις ἡμῖν σχολαῖς. Des. ἀντίος ἐςὶ τῷ τοῦ ὠκεανοῦ. Liber II. p. 43. *b.* inc. Τῇ προεκδοθείσῃ συντάξει τῶν ἄρθρων. Des. τῶν προειρημένων ἐθνῶν. Liber III. pag. 66. *b.* inc. Τῶν ἐξαιρέτως παρεπομένων. Des. ἐν τῷ περὶ μετοχῆς ὑπαγορευομένῳ. Liber IV. pag. 108. inc. Μετὰ τὰς τῶν ῥημάτων συντάξεις. Des. προσγενήσεται τὸν παραγινώσκοντα. Concordat initium & finis singulorum librorum cum edit. Gr. Ald. Venet. MCCCCXCV. fol. quam ad manus habuimus, quamque Fabricius B. G. Vol. VII. pag. 3. inter editiones Graecas imperfectas recenset, citans Gesnerum in Bibliotheca, & loca enumerans, in quibus defectus occurrunt, collatione habita cum optima Graecolat. edit. Wecheliana Francof. MDXC. 4. Apollonius iste Alexandrinus temporibus Hadriani, & Antonini Pii Alexandriae floruit, magnumque inter Grammaticos nomen est consequutus tum ob scripta, quae ipse composuit, tum ob filium, quem instituit Herodianum. *Dyscoli* autem, seu *difficilis* cognomen a moribus potius, quam a phrasi perplexa & abrupta, & a difficultate quaestionum, quas proposuerit, tulisse opinatur Fabric. B. G. Vol. VII. pag. 2.

XI. pag. 120. Anonymi Tractatus Grammaticus item *de Constructione*, valde diffusus, cuius titulus hoc tetrasticho exprimitur:

Τάδ' ἐν συνόψει σοι παρ' ἡμῶν, ὦ φίλος,
Γραμματικῆς ἕνεκα τῆς πολυπλάνου.
Σὲ δ' ἂν σοφίσαι κἀμὲ κ̀ σῶσαι πλέον
Ἡ τοῦ Θεοῦ πηγαία μόνη σοφία.

Tractatus inc. Ἰςέον, ὅτι λόγος σημαίνει πλεῖςά τινα. λόγος γὰρ λέγεται ὅτε ἐνδιάθετος λογισμὸς, καθ' ὃν λογικοὶ λεγόμεθα κ̀ διανοητικοὶ, και ὁ ὀργανικὸς ὅτος κ̀ προφορικὸς, κ. λ. Des. τῷ ξένῳ σὺν ἀντίκειται ὁ ἀςὸς, τῷ δ' ἐνδήμῳ ὁ ἀπόδημος. Attinguntur autem pag. 154. quaedam etiam de figuris Rhetoricis; pag. 155. variarum rerum nomina, puta, animalium, domorum, brutorum, servorum, regum, principum, arborum, herbarum, humani corporis partium, navium; tandem a pag. 162. usque ad finem, quarumdam vocum variae significationes, puta, ἐπιςήμης, σχολῆς, ῥήτορος, πίνακος, &c. quae omnia utrum ad unum eumdemque scriptorem pertineant, quum titulis careant, diiudicare minime possumus.

XII. pag. 164. In postremis quinque Codicis foliis, ab eadem manu, qua priora septem, exaratis, loca quaedam adferuntur ex XII. Prophetis minoribus, & ex propheta Isaia, una cum SS. PP Cyrilli, Basilii Magni, Eusebii Caesareensis, Apollinarii, Severi Antiocheni, & aliorum fortasse in ipsa expositionibus.

Codex Graecus chartaceus Ms in 4. minori, Saeculi XV. Constat foliis scriptis 168.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗ ΙΣΤΟΡΙΑ.

THEOPHYLACTI OECVMENICE HISTORIA.

Theophylacti Simocattae Expraefecti, & observatoris coactorum, Historiae Mauricii Tiberii Imperatoris Libri VIII. Praecedit Dialogus, in quo Simocatta in Phocam, ut importunissimum tyrannum invehitur: quo imperante (imperavit autem annis octo) nemo res Mauricii ausus est litterarum memoriae commendare: ac proinde eius Imperatoris historia ignota posteris, ac velut mortua iacuit. Iacuerunt item bonae disciplinae, quae sub Heraclio demum, Phocae successore, iterum emerserunt. Multum laudatur Sergius Patriarcha illius temporis, studiis liberalibus, ipsique historico amicissimus, cuius auctoritate ac voluntate permotus, ad hanc conscribendam historiam adcessisse videtur. Fingit, ut mos est Dialogorum, Historiam ipsam res gestas Mauricii enarraturam cum Philosophia sub platano considere. Hunc itaque titulum praesefert: Τὰ τοῦ διαλόγου πρόσωπα φιλοσοφία, κ̀ ἱςορία. Προλογίζει ἡ φιλοσοφία. Inc. Τί τοῦτο, θύγατερ. Des. ἐςεφάνωται. Pag. 2. *b.* sequuntur Tabulae Librorum VIII. quae aliquantulum diversae videntur ab editis ante Simocattae Historiam ab Iacobo Pontano Ingolstadii MDCIV. in 4. pag. 12. seqq. Denique pag. 13. legitur Θεοφυλάκτου Σιμοκάτου οἰκουμενικῆς ἱςορίας βιβλίον α'. *Theophylacti Simocattae Oecumenicae Historiae Liber I.* Inc. Δεῖ μὴ μόνον. Liber VIII. des. βεβαίαν ἱδρύσασθαι. Concordat cum citata Iacobi Pontani editione, qui omnium primus ex Bibliotheca Serenissimi Maximiliani, utriusque Bavariae Principis, hanc depromsit historiam, & in turbam dedit. In fine rubris litteris repetitur titulus hoc pacto: Θεοφυλάκτου τοῦ Σιμοκάτου οἰκουμενικῆς ἱςορίας βιβλίου ὀγδόου τέλος. COD. XXXVIII.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. nitidissimus. Constat foliis scriptis 214.

FINIS PLVTEI LXIX.

BI-

BIBLIOTHECAE
MEDICEAE LAVRENTIANAE CATALOGVS.
PLVTEVS LXX.
QVI CONTINET GRAECOS CODICES MSS. XXXVII.

CODEX I.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΠΕΡΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ.

ARRIANI DE ASCENSV ALEXANDRI.

Ac praeterea

Plutarchi de Alexandro Libri II. Diodori Siculi Bibliothecae Historicae Libri IV. & alia Anonymi.

I. p. I. Ῥ'ῥιανοῦ, Α'λεξάνδρου ἀναβάσεως βιβλίον πρῶτον. *Arriani de expeditione Alexandri Liber I.* Praefatio inc. Πτολεμαῖος ὁ Λάγυ. Des. οὕτω θαυμαζέτω. Liber inc. Λέγεται δὲ Φίλιππος. Des. ὑπὲρ τῶν αὐτῶν πρεσβευομένους. Liber II. pag. 17. inc. Ε'κ δὲ τύτου Μέμνων. Des. ἐς τὸν πόλεμον. Liber III. pag. 30. inc. Α'λέξανδρος δ' ἐπ' Αἰγύπτου. Des. ὀκτακισχιλίων. Liber IV. pag. 43. inc. Οὐ πολλαῖς δὲ ἡμέραις. Des. πάλαι ἦσαν. Liber V. pag. 55. inc. Ε'ν δὲ τῇ χώρᾳ ταύτῃ. Des. τὰ κατὰ τὴν χώραν ἐκόσμει. Liber VI. pag. 65. inc. Α'λέξανδρος δὲ ἐπειδή. Des. ἐς τήνδε τὴν ξυγγραφήν. Quae quidem postrema sunt Libri VII. ut videre est in nuperrima Arriani editione G. L. Lugdun. Batav. MDCCIV. fol. curante Iac. Gronovio; Libri enim VI. & VII. nulla prorsus distinctio fit, neque in hoc, neque in aliis tribus exemplaribus, quae in hoc delitescunt Pluteo, ut idem Gronovius admonet cit. edit. pag. 312. ipse enim quatuor contulit huius Bibliothecae Codices Mss. nimirum Codicem I. XXVIII. & XXX. huius Plutei, & XXXII. Plut. IX. quem merito optimum appellat, Holstenium sequutus, qui de Hieroclis expositione in Aurea Pythagorae Carmina, in ipso contenta, loquens, hoc illum elogio prosequitur: *Exemplar omnium quotquot vidi (vidi autem plura) longe correctissimum, ex quo editum exemplar quamplurimis locis insigniter emendavi.* Notandum ad finem Capitis XII. inter verba, οὐχ ὡσαύτως εἶναι αὐτῷ πρὸς θυμοῦ ἀντὶ ...... & alia Ἡφαιστίων. τύτῳ, κ. λ. lacunam paucorum versuum relictam ad defectum indicandum.

II. pag. 87. Α'ῤῥιανοῦ ἀνάβασις (1) Α'λεξάνδρυ ἑβδόμη. Ἰνδική. *Arriani expeditio Alexandri septima. Indica.* Inc. Τὰ ἔξω Ἰνδοῦ. Des. τὸν Μακεδόνα. In fine: Τέλος τῶν Ἰνδικῶν. *Finis rerum Indicarum.* Hic liber, licet & ipse res Alexandri persequatur, quemadmodum priores septem, quos recensuimus, peculiariter tamen ab auctore scriptus & publicatus est, stylo etiam peculiari, Ionica scilicet dialecto, quum illi Atticam eloquentiam referant. Quum tamen in plerisque exemplaribus Mss. hic reliquis annexus reperiretur, & ex illorum sexto & septimo unus exsisteret, factum est, ut hic, qui Indica continet, septimi locum obtineret: quam quidem deformationem pluribus destet laudatus Gronovius, ac varias huiusce Libri inscriptiones, quae tum in editionibus, tum in manu exaratis Codicibus occurrunt, sub oculos ponit loc. cit.

III. pag. 100. *b.* Πλουτάρχου περὶ τῆς Α'λεξάνδρου τύχης, ἢ ἀρετῆς λόγος πρῶτος. *Plutarchi de Alexandri fortuna, vel virtute Liber I.* Inc. Οὗτος ὁ τῆς τύχης λόγος ἐστίν. Des. περιτέθηκεν. Inter Plutarchi Opera edit. alias cit. Tom. II. pag. 326.

IV. pag. 104. Περὶ τῆς Α'λεξάνδρου τύχης, ἢ ἀρετῆς λόγος β'. *De Alexandri fortuna, vel virtute Liber II.* Inc. Διέφυγεν ἡμᾶς. Des. φοβεῖσθαι ὑμεῖς. Ibid. pag. 333.

V. pag. 111. Διοδώρου Σικελιώτου ἀπογραφαὶ, ἤτοι ἱστορικῆς βιβλιοθήκης τὸ α'. *Diodori Siculi descriptiones, sive Historicae Bibliothe-*

(1) Non ἀναβάσεως, ut adstruit Gronovius cit. edit. pag. 312. in not. col 1. vers. 17.

cae Liber I. & quidem ob ipsius longitudinem in duas sectiones divisus. Prima inc. Τοῖς τὰς κοινὰς ἱστορίας πραγματευσαμένοις. Des. παρ' Αἰγυπτίοις. Exstat in eius Operum nuperrima editione Amstelodam. Gr. Lat. per Iac. Wetstenium ex recensione Petri Wesselingii MDCCXLVI. fol. T. I. a pag. 3. ad pag. 51. quam nos tum in hoc, tum in reliquis huius Scriptoris exemplaribus recensendis prae manibus habuimus. Notandum heic est huius primae Partis plurima fuisse ab exscriptore consulto praetermissa; etenim p. 113. post verba, βεβαιοῦν ἐγχειρήσομεν, quae sunt postrema Capitis V. edit. pag. 9. sequuntur in eadem linea, Περὶ δὲ τῆς χώρας καὶ τοῦ Νείλου, κ. λ. quae incidunt sub finem Capitis XXIX. edit. pag. 35. his in margine verbis ab eodem appositis: ἅ τινα ὡς μυθώδη ὑπάρχοντα κατελείφθησαν, scil. *quae utpote fabulosa praetermissa sunt*. Sectio altera pag. 118. *b.* inscripta pariter, Διοδώρου Σικελιώτου ἱστορικῆς βιβλιοθήκης α', *Diodori Siculi Historicae Bibliothecae I.* inc. Τῆς πρώτης τῶν Διοδώρου βίβλων. Desinit autem in verbis, δι' ὧν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐθαυμάσθησαν, quae incidunt in Capite XCVI. edit. pag. 107. lin. 30.

VI. pag. 136. *b.* Sequitur *eiusdem Diodori Bibliothecae Historicae Liber II.* cum praevio Indice Capitum XV. Inc. Ἡ μὲν πρὸ ταύτης βίβλος. Des. περιγράψομεν τήνδε τὴν βίβλον. Exstat ibid. a pag. 112. ad pag. 172.

VII. pag. 157. *b. Liber III.* item cum tabula Capitum V. inc. Τῶν πρὸ ταύτης βίβλων, κ. λ. ut in edit. pag. 174. Desinit autem in verbis, τῶν μυθολογουμένων παρ' Ἕλλησιν, quae incidunt sub initium Capitis LVI. edit. pag. 224. lin. 31. Heic quoque amanuensis in margine notulam adscripserat, suae omissionis rationem reddens, quae quum in hoc Codice abrasa deinde fuerit, integra tamen superfuit in nono, cuius ex hoc lectio tota defluxit, uti suo loco monebimus: & ita habet: τὰ γοῦν λοιπὰ ὡς μυθώδη τε καὶ ληρώδη, διὰ αὐτῶν πολυγραφίαν κατέλειψα.

VIII. pag. 177. *b. Liber V.* (quartus enim totus est omissus) praevio item Capitum XV. (1) elencho, inc. Πάντων μὲν τῶν ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς, κ. λ. ut in edit. pag. 330. Desinit autem in verbis, εὐεργεσίαις διαπορευόμενοι, quae incidunt paullo ante medium Caput XLVI. edit. pag. 367. lin. 47. (2) Interim notandum, Mediceorum Codicum, huius Scriptoris Opera continentium, collationes ultro in se suscepisse clarissimum Antonium Cocchium, earumque luculentam & accuratam descriptionem laudato Petro Wesselingio pro ipsius editione adornanda transmisisse; *quarum tamen usura* (verba sunt Wesselingii in sua Praefatione) *quia spissum, & bibliopolae damnosum videbatur negotium, frui non licuit*. Subdit tamen, *id se animadvertisse, in plerisque eas cum Claromontanis amice consentire*. Collationis praeterea a Cocchio institutae testes sunt numeri quidam marginales ipsius manu diligenter exarati, ac veluti depicti, quibus editionis pro textu adhibitae Capita adnotare solitus erat.

IX. pag. 193. *b.* Liber anepigraphus *de rebus Persicis* (3). Inc. Ἀρταξέρξης ὁ Περσῶν βασιλεὺς οὐκ ἔλαττον οἰόμενος εἶναι τὸ μεγάλα διδόναι τοῦ μικρὰ λαμβάνειν εὐμενῶς καὶ προθύμως, κ. λ. Des. καὶ οὐχ ἧττον ἐν τοῖς λεγομένοις ἀγαθοῖς. Hunc Tractatum posteriori manui debemus.

Codex Graecus bombycinus Ms. in folio, Saeculi XIV. optime servatus, quem contulit in sua Arriani editione Gronovius, ac tertium nominat. Constat foliis scriptis 197.

ΑΛΕΞΙΑΣ ΙΣΤΟΡΙΑ ΤΟΥ ΥΙΟΥ ΑΛΕΞΙΟΥ ΤΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ.

ALEXIAS HISTORIA FILII ALEXII ROM. IMP.

Annae Commenae Porphyrogenitae & Caesarissae, Alexiados, sive de rebus Alexii Comneni parentis sui Libri XIV. absoluti Manuele Comneno imperitante circa annum Christi MCXLVIII. dum annum ageret LXV. ut constat ex Libro XIV. pag. 747. seqq. edit. Paris. MDCLI. fol. ubi testatur se usam Commentariis virorum fide dignissimorum, qui patris olim sequuti militiam, postea monasticam vitam sunt amplexi; neque ex iis solis, quae referret, hausisse, sed diligenter cum iis, quae ipsa videndo & audiendo compererat, contulisse. Fuit vero soror Ioannis Comneni, Alexii Comneni Imp. & Irenes primogenita filia, nata anno Christi MLXXXIII. atque exstincto ante nuptias, qui ipsi desponsatus fuerat Constantino Duca, uxor Nicephori Bryennii Caesaris, anno Christi MCXXXVII. defuncti, de cuius Libris IV. Commentariorum de rebus Byzantinis agit Cl. Fabric. Bibl. Gr. Vol. VI. p. 343. ac teste Ioanne Zonara Lib. XVIII. Cap. XXVI. & Niceta in Ioanne Comneno Cap. III. omnibus disciplinis, ac politiori litteratura erudita erat. Huius Historiae Libros VIII. priores mancos mutilosque ex Codice Augustano vulgavit cum notis suis David Hoeschelius Augustae Vindelic. MDCX. 4. Totum vero Opus, omnes nimirum XV. Libros e manuscripto Vaticano, & Barberino, quem Holstenius cum hoc omnium praestantissimo Codice contulerat, & multis in locis suppleverat, Graece descripsit Petrus Possinus S. I. & cum versione sua & Glossario, Hoescheliique notis vulgavit Paris. MDCLI. fol. His praemissis animadvertendum est, deesse in hoc exemplari totum ferme Prologum, cuius tantum exstant ultima verba . . . . τοίνυν ἐντεῦθεν τῆς ἱστορίας τοῦ μου πατρὸς, κ. λ. mox incipit Ἀλεξιὰς πρώτη. *Alexiados Liber I.* Inc. *COD. II.*

(1) In edit. Capita continet XVIII. quorum postrema tria desunt in Codice.

(2) Corrigendus itaque Montfauconius hoc loco, quippe qui Catalogi sui pag. 377. litt. A ait, contineri in hoc Codice *Diodori Siculi Bibliothecae Historicae Libros priores V.* quum revera quatuor sint.

(3) *Fragmenti* nomen, quo Montfauconius Librum hunc indigitat loc. cit. minime arridet.

Inc. Oʿ βασιλεὺς Ἀλέξιος, κ. λ. Desinit in Libro XIV. in verbis, καὶ τὰς δυνάμεις ἁπάσας . . . . quae incidunt in edit. Parif. pag. 449. ubi adnotatur in margine: *Hic deficit Codex Florentinus*. Alius praeterea defectus duorum foliorum erat paullo ante finem Codicis, ut ex apposita marginali nota eruitur, ἀπὸ τῶν ὧδε λείπουσι φύλλα δύο, qui deinde manu item antiqua suppletus fuit.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. maiori, Saec. XII. omnium praestantissimus, quem vel descriptum, vel approbatum ab ipsa Anna doctissimus Langius suspicatur. Constat foliis scriptis 210.

ΗΡΟΔΟΤΟΣ.

HERODOTVS.

COD. III. Continet hic vetustissimus Codex, & omni laude maior, *Historiarum Herodoti Libros IX.* totidem Musarum nominibus inscriptos (1); suavissimum profecto Opus, quod exorditur a Gyge Lydorum rege, qui uno ac dimidio fere saeculo Cyrum antecessit; inde a Cyro res Medo Persicas fusius prosequitur ad Xerxis usque e Graecia fugam, Aegyptiorum simul, Scytharumque & Graecorum res attingens, dialecto usus Ionica, ac genere orationis cum lenitate quadam aequabili instar sedati amnis profluente. Liber I. Κλειὼ inscriptus inc. Ἡροδότου Ἁλικαρνησσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε. Liber IX. inscriptus Καλλιόπη, des. ἄλλοισι δουλεύειν. Hunc vero Codicem paucis expediam, quum a celeberrimo Iacobo Gronovio diligentissime fuerit collatus, qui Herodotum ad eius fidem plurimis in locis emendatum, in aliis nova luce adspersum, Lugduni Batavorum excudit anno MDCCXV. ac praeterea eiusdem variae lectiones in calce paginarum nuperrimae editionis Amstelodam. MDCCLXIII. fol. curante Petro Wesselingio, fuerint recusae: cuius Praefationem quum ipse legerem, duo minus vere dicta sub oculos inciderunt: primum, Gronovii laudem & gloriam, nimia ac paene superstitiosa Libri Florentini (huius nimirum, quem prae manibus habemus) veneratione fuisse dedecoratam; quum potius auctam dicere debuisset, quippe qui bene intellexerit, in membranis vetustis ne unum quidem apicem esse negligendum: alterum, huic nostro Codici octingentos prope annos iactanti, Passioneum praeferri, qui circa saeculum duodecimum fuerit exaratus. De fide vero in variantibus exhibendis, quam primo quidem integerrimam arbitrabar, dubitare tandem caepi, tum quum aliud agens in illum incidi locum prope finem Historiarum, ubi Codici nostro adstruitur vox τῷ Πρωτεσιλάῳ pro τῷ Πρωτεσίλεῳ; quod falsum omnino comperi. Atque haec quidem breviter notanda visa sunt, ut, si viri ceteroquin summi aliquando peccaverunt, nobis etiam, qui ab iis longe absumus, siquid in tanta rerum mole diligentiam nostram effugerit, venia concedatur.

Codex Graecus membranaceus Ms. in fol. minori, Saeculi X. optime servatus, cum notulis quibusdam in margine, seu summariis charactere minori, sed quadrato, nullisque accentibus, ac spiritibus instructo exaratis; tituli vero librorum uncialibus litteris aureisque sunt descripti. Correctiones quaedam manus multo recentioris occurrunt in principio, quae deinde in progressu rariores fiunt. Constat foliis scriptis 374.

ΕΠΙΤΟΜΗ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ.

COMPENDIVM HISTORIAE IOANNIS ZONARAE.

I. pag. 1. Ἐπιτομὴ ἱστοριῶν συλλεγεῖσα καὶ συγγραφεῖσα παρὰ Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ Ζωναρᾶ, τοῦ γεγονότος μεγάλου Δρουγγαρίου τῆς βίγλας καὶ πρωτοασηκρῆτις. *Compendium historiarum collectum & conscriptum ab Ioanne monacho Zonara, qui fuit magnus Drungarius Vigilum, & primus a Secretis*. Inc. Εὐσόχως ἂν εἴ τις. Desinit imperfecte in verbis: καὶ εἰς τὰ ἐν τῇ μονῇ τῶν Μαγγάνων βασίλεια . . . . quae inter Histor. Byzant. Scriptores edit. Venat. A. MDCCXXIX. incidit in Tom. X. P. II. pag. 233. lin. 15. Ioannes hic Zonaras Constantinopolitanus sub Alexio Comneno magnus Drungarius, sive Praefectus Vigilum, & primus a secretis, deinde monasticam vitam amplexus, sub Ioanne Comneno variis ingenii monumentis operam & animum impendit, a Theodoro Balsamone, qui illum in Ecclesiasticis Canonibus interpretandis sequutus est, ὑπερφυεστάτου, *excellentissimi* praeconio commendatus. Praecipuum eius Opus sunt Annales, sive Χρονικὸν in Partes duas, & Libros XVIII. divisum, & ab O. C. usque ad annum Christi MCXVIII. deductum. De eius editionibus & versionibus agit Fabric. B. Gr. Vol. VI. p. 156. Alia eiusdem Opera persequitur Vol. X. p. 242. seqq. ubi Codicem hunc memorat, de quo notandum, nullam Librorum divisionem adesse, sed Capitum tantummodo titulos apponi, qui desiderantur in editione. In primo folio legitur auctoris nomen litteris intricatissimis exaratum, cui tabella subiicitur generationum veterum Patriarcharum ab Abraham usque ad Iacob. COD. IV.

Codex Graecus bombycinus Ms. in 4. Saeculi XIV. ineuntis, multis in locis vetustate consumtus. Constat foliis scriptis 206.

ΑΠ-

(1) Quae quidem librorum inscriptiones ab ipsone auctore, an ab alio quopiam profectae fuerint, dubitat Fabric. Bibl. Graec. Vol. I. pag. 697. ubi varias hac super re doctorum virorum sententias profert.

ΑΠΠΙΑΝΟΥ ΙΤΑΛΙΚΗ ΙΣΤΟΡΙΑ.

APPIANI HISTORIA ITALICA.

Seu potius

Ex XXIV. ipsius Romanae Historiae Libris ea quae supersunt, fere omnia; tum Evagrii, Philostorgii, Diodori Siculi, Procopii Caesareensis, Pselli, Paeanii, Plutarchi, Memnonis, Dionysii Halicarnassei, Procli Diadochi, & Theodori Balsamonis Opera quaedam.

COD. V. Codex est non aspernandae antiquitatis, & in primo folio elenchum Operum exhibet, Lucae Holstenii manu diligenter exaratum: tum in summo margine Appiani aetatem hisce verbis recentior Graecus exposuit: Οὗτος ὁ Ἀππιανὸς ἐν χρόνοις ἤκμασε Τραιανοῦ καὶ Ἀδριανοῦ. *Hic Appianus temporibus floruit Traiani & Hadriani*. Sed ipsius Opera more nostro recensere adgrediamur.

I. pag. 1. Ἀππιανοῦ τῆς Ἰταλικῆς ἱστορίας τὸ προοίμιον. *Appiani Historiae Italicae provemium*. Inc. Τὴν Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν ἀρχόμενος. Des. καὶ περὶ τούτου συγγραφή. Habetur in eius Historiarum Romanarum editione Gr. Lat. Amstelod. MDCLXX. 8. curante Alexandro Tollio Part. I. toti Operi praemissum. Huic adnectitur illud Anonymi, qui Romanae Historiae Corpus ex variis auctoribus concinnatum ediderat, Excerptum, quod in edit. Tolliana cit. in calce secundae Partis occurrit, pag. nimirum 1228. seq. & inc. Τὸ προοίμιον μόνον, κ. λ. des. συνέθηκα τεύχεσιν. Hinc patet, ex Appiani Libris plures ideo intercidisse, quia pleraque videbantur a Dionysio Halicarnasseo, & a Dione Cassio diligentius pleniusque pertractata: ait enim Anonymus, in duo se Volumina, seu τεύχη selectos Appiani libros coniecisse, reliquis, utpote de quorum argumento alii rectius consuli possint rescissis. Partem illius Excerpti refert etiam Fabricius Bibl. Graec. Vol. III. pag. 394.

II. pag. 4. Ἐκ τῶν Ἀππιανοῦ Κελτικῶν. *Ex Appiani Celticis*, sive, *Romanarum historiarum de bellis Gallicis Epitome*. Inc. Κελτοὶ Ῥωμαίοις ἐπεχείρησαν πρῶτοι. Des. ὁ Καῖσαρ ἐς τὴν Βρεττανίαν. In cit. edit. Part. II. a pag. 1190. ad pag. 1193. Subiicitur diversa ac recentiori manu ad implendam paginam vacuam, librorum, quibus totum Appiani Opus constat, elenchus, quem utpote a Fabriciano (1) diversum, referre lubet: ita vero habet:

Ἡ τοῦ Ἀππιανοῦ Ῥωμαϊκὴ ἱστορία ἐν λόγοις εὕρηται περικλειομένη κβʹ.

Καὶ ὁ μὲν αʹ λόγος περιέχει τῶν ἀπὸ Ῥωμύλου μέχρι Ταρκυνίου βασιλέων ζʹ τὰς πράξεις, ἐπιγράφεται δὲ Ῥωμαϊκῶν βασιλικὴ ἱστορία.

Ὁ δὲ βʹ Ῥωμαϊκῶν Ἰταλική.

Ὁ δὲ γʹ Ῥωμαϊκῶν Σαυνιτική, ὃς καὶ πʹ ἐτῶν περιέχει πολέμους.

Ὁ δὲ δʹ Ῥωμαϊκῶν Κελτική.
Ὁ δὲ εʹ Ῥωμαϊκῶν Σικελική.
Ὁ δὲ ϛʹ Ῥωμαϊκῶν Ἰβηρική.
Ὁ δὲ ζʹ Ῥωμαϊκῶν Ἀννιβαϊκή.
Ὁ δὲ ηʹ Ῥωμαϊκῶν Λιβυκή.
Καὶ Καρχηδονικὴ ὁ θʹ.
Ῥωμαϊκῶν Μακεδονικὴ δὲ ὁ δέκατος.
Ὁ ιαʹ Ῥωμαϊκῶν Ἑλληνικὴ καὶ Ἰωνική.
Ὁ ιβʹ Ῥωμαϊκῶν Συριακή.
Ὁ ιγʹ Ῥωμαϊκῶν Παρθική.
Ὁ δὲ ιδʹ Ῥωμαϊκῶν Μιθριδάτειος.
Ὁ δὲ ιεʹ Ῥωμαϊκῶν Ἰλλυρική.
Ὁ δὲ ιϛʹ Ἀράβιος.

Ἔτι δὲ τούτοις εἰσὶν οἱ ἐπιγραφόμενοι Ῥωμαϊκῶν ἐμφυλίων εʹ.

Ὁ δὲ ἐφεξῆς κβʹ ἐπιγράφεται ἑκατονταετία.

Ὅμου λόγοι κβʹ. ἐξ ὧν ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ εἰσὶν θʹ μόνοι.

III. pag. 6. Ἀππιανοῦ Ῥωμαϊκῶν Συριακή. *Appiani Romanarum Historiarum de bellis Syriacis Liber*. Inc. Ἀντίοχος ὁ Σελεύκου. Des. ὡς ἐν ἀλλοτρίᾳ συγγραφῇ. In cit. edit. a p. 141. ad pag. 215.

IV. pag. 17. Τοῦ αὐτοῦ Λιβυκή. *Eiusdem de bellis Punicis Liber*. Inc. Καρχηδόνα τὴν ἐν Λιβύῃ. Des. ἑκατὸν καὶ δύο. Ibid. a pag. 1. ad pag. 140. Ad locum huius Libri, ubi nonnulla interciderunt, edit. pag. 51. lacunam paucorum versuum exscriptor reliquit, ibique manus posterior adscripsit in margine, Ζήτει το λεῖπον τοῦ καταβάτου· ὀλίγον γάρ ἐστι.

V. pag. 32. *b*. Τοῦ αὐτοῦ Ἰλλυρικὴ Ῥωμαϊκῶν. *Eiusdem Romanarum historiarum de bellis Illyricis Liber*. Inc. Ἰλλυριοὺς Ἕλληνες. Des καὶ δράσαντες καὶ παθόντες. Ibid. Part. II. a pag. 1194. ad pag. 1197. & est tantum huiusce Libri fragmentum, sive uti ait Fabric. loc. cit. pag. 396. exordium: Graecum enim exemplar, unde Illyrica transtulerat interpres, nondum nactus fuerat integrum Tollius, quare huius Libri Latinam tantummodo interpretationem adiecit, & quidem a pag. 1194. ad pag. 1209. Integrum tamen Librum pridem ex Ms. Cod. bibliothecae Augustanae ediderat Graece David Hoeschelius Augustae Vindel. MDIC. 4. In Codice nostro ad calcem huius fragmenti legitur: Ζήτει τὸ λεῖπον.

VI. pag. 33. Τοῦ αὐτοῦ Ῥωμαϊκῶν Παρθική. *Eiusdem Historiarum Romanarum de bellis Parthicis Liber*. Inc. Μετὰ δὲ τοὺς ἐκ Πομπηΐου, κ. λ. Des. πόλεμον τρεψόμενος. Ibid. a pag. 216 ad pag. 293.

VII. pag. 42. Τοῦ αὐτοῦ Ῥωμαϊκῶν Μιθριδάτειος. *Eiusdem Romanarum Historiarum de bellis Mithridaticis Liber*. Inc. Ὧδε μὲν Ῥωμαῖοι. Des. τῆς ἐντὸς θαλάσσης ἔτι ἔλιπεν. Ibid. a pag. 294. ad pag. 420. Inter hunc & sequentes quinque Appiani *de bellis civilibus* Libros, quum duo ferme folia vacua intercederent, diversa, ut videtur, manus quaedam ex aliis Historicis excerpta in iis exscripsit, hoc praeterea monito in margine apposito: γύρισον φύλλα βʹ. καὶ εὑρήσεις Ἀππια-

(1) Bibl. Graec. Vol. III. pag. 393. seq.

πιανοῦ τὰ ἐμφύλια. Ea vero sunt, quae sequuntur:

VIII. pag. 62. *b.* Εὐαγρίου τοῦ ἀπὸ ἐπάρχων ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας. *Evagrii Expraefecti ex Ecclesiastica Historia* Excerpta duo. Primum inc. Μωσέως μὲν ἄρξαντος ἱστορίας. Des. ἀποκαταστάσεως, & est ferme totum Caput XXIV. Libri V. paucis initio & fine exceptis, & seriem historiarum a Moyse usque ad Evagrii tempora complectitur. Alterum pag. 63. inc. Ἔθος παλαιὸν γίνεται. Des. καὶ ταῦτα μὲν τῇδε γέγονε, & est Caput XXXVI. Libri IV. si pauca demas in principio, & continet prodigium, quod sub Mena Patriarcha factum est in puero cuiusdam Hebraei Constantinopoli.

IX. pag. 63. Φιλοστοργίου. *Philostorgii* item Excerpta duo ex eius Ecclesiasticarum Historiarum Epitome. Primum inc. Ἐπεὶ Θεοῦ γε βουληθέντος. Des. ἔχοντες τὴν ἐξουσίαν, & est pars Capitis X. Libri XII. Alterum inc. Ἡ δὲ ἱερὰ ἡμῶν γραφή. Des. τόπον τῇ ῥοπῇ τοῦ βρίθοντος ὕδατος παρασχὼν, & est Caput IX. Libri III. In his autem Evagrii & Philostorgii Excerptis investigandis adhibuimus editionem Graec. Lat. Amstelodam. apud Henric. Wetstenium MDCXCV. fol.

X. pag. ead. *b.* Ἐκ τοῦ λβ΄ λόγου τῶν ἱστορικῶν Διοδώρου. *Ex XXXII. Libro rerum historicarum Diodori* Excerptum. Inc. Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως χρηστηριαζομένου κατὰ τὴν Κιλικίαν. Des. ταῦτα μὲν εἰρήσθω πρὸς διόρθωσιν δεισιδαιμονίας. Est ex Libro XXXII. Diodori Siculi Bibliothecae Historicae Ecloga prima, paucis exceptis in principio, & incidit in edit. cit. (1) Tom. II. pag. 519. Post adlata autem verba ita prosequitur exscriptor: Ὁ μὲν οὖν Διόδωρος πρὸς τῷ τέλει που τοῦ λβ΄ λόγου τῆς ἱστορικῆς αὐτοῦ πραγματείας τοσαῦτα διέξεισι, καὶ ἄλλοι δὲ πλεῖστοι τοιαύτης περιπετείας ἱστορήκασι. Redeunt nunc Appiani Opera, nimirum:

XI. pag. 65. Ἀππιανοῦ Ῥωμαϊκῶν ιδ΄. ἐμφυλίων α΄. *Appiani Romanarum Historiarum Liber XIV. de bellis civilibus primus.* Inc. Ῥωμαίοις ὁ δῆμος καὶ ἡ βουλή. Des. ἀπὸ τῆς ἀναιρέσεως Τιβερίου Γράκχου. Incidit in cit. edit. Tollianae Tomum II. a p. 599. ad p. 708. Quod autem hic primus de bellis civilibus Liber, in serie totius Romanae Historiae decimusquartus numeretur in Codice, qui apud Fabric. loc. & pag. cit. (2) sit decimustertius, ratio fortasse est, quia undecimus iuxta Fabricii descriptionem, bella Syriaca & Parthica iunctim complectens, in duos dividitur tum in editione, tum in hoc nostro Codice, quorum alterum innuimus supra §. III. alterum §. VI.

XII. pag. 80. Τοῦ αὐτοῦ Ῥωμαϊκῶν ιε΄. ἐμφυλίων β΄. *Eiusdem Romanarum Historiarum XV. de Civilibus bellis II.* Inc. Μετὰ δὲ τὴν Σύλλα μοναρχίαν. Des. αἱ ἑξῆς βίβλοι δείκνυσιν. Ibid. a pag. 709. ad pag. 854. Inter pag. 111. ubi desinit Liber II. & pag. 112. ubi incipit III. alia quaedam fuisse olim, unius folii spatio comprehensa, suspicamur; nam ad calcem huius libri eadem recentior manus, de qua supra, in margine sic adnotavit: γύριστον φύλλ. α΄. καὶ εὑρήσεις τοὺς ἑξῆς λόγους, quod ex ipso etiam quaternione, uno folio ceteris minore, coniicere licet.

XIII. pag. 112. Τοῦ αὐτοῦ Ῥωμαϊκῶν ἐμφυλίων τρίτον. *Eiusdem Romanarum Historiarum de bellis civilibus Liber III.* Inc. Οὕτω μὲν δὴ Γάϊος Καῖσαρ. Des. ἐπὶ τιμωρίᾳ. Ibid. a pag. 855. ad pag. 951.

XIV. pag. 132. *b.* Τοῦ αὐτοῦ Ῥωμαϊκῶν ἐμφυλίων τέταρτον. *Eiusdem Romanarum Historiarum de bellis civilibus Liber IV.* Inc. Δύο μὲν δὴ Γαΐου Καίσαρος φονεῖς. Des. καὶ Βρούτου ἀπήντα. Ibid. a pag. 952. ad pag. 1070.

XV. pag. 160. *b.* Τοῦ αὐτοῦ Ῥωμαϊκῶν ιη΄. ἐμφυλίων πέμπτον. *Eiusdem Romanarum Historiarum Liber XVIII. de bellis civilibus V.* Inc. Μετὰ δὲ τὸν Κασσίου καὶ Βρούτου θάνατον. Des. τῇ ὁμόρῳ Μακεδονικῇ. Ibid. a pag. 1071. ad pag. 1189. Atque heic desinunt Appiani Opera in hoc Volumine contenta; de quo praeter ea, quae diximus supra §. I. addere libet, Romanam illum historiam non ordine omnem persequi, ut factum Dionysio Halicarnasseo, vel Polybio; neque per vitas illustrium virorum, ut fecit Plutarchus; sed ordine regionum, ac provinciarum, ut quas res in Italia, quas in Sicilia, Africa, Hispania &c. gessissent Romani singillatim constaret.

XVI. p. 192. Προκοπίου Καισαρέως ἐκ τῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ κτισμάτων. *Procopii Caesareensis ex Libris de Iustiniani Aedificiis* Excerptum. Inc. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ἀφροντιστήσας χρημάτων ἁπάντων. Des. καθῆσθαι οἴκοι, καὶ μὴ πράσσειν. Ταῦτα μὲν οὖν ὧδέ πῃ ἔχει. Est autem, ut in margine recentior Graecus adscripsit, ἔκφρασις τῆς ἁγίας σοφίας, *Descriptio S. Sophiae.* Κτισμάτων, seu *Procopii Librorum VI. de aedificiis conditis seu restauratis auspicio Iustiniani Imp.* plures circumferuntur editiones; castigatior vero est Parisiensis Gr. Lat. anni MDCLXIII. fol. curante Claudio Maltreto, qui Augustanam editionem Davidis Hoeschelii, ex Codicis Seguierianae Bibliothecae apographo supplevit, emendavitque, ac variis lectionibus adornavit. Libri primi Caput primum de restaurato S. Sophiae templo, quod cum nova versione sua ac notis exhibet Franc. Combefisius in Manip. Origin. rerumque Constantinopolitanarum Paris. MDCLXIV. 4. pag. 283. seq. fortasse est nostrum hoc Excerptum. Fuit autem Procopius hic ex Caesarea Palaestinae Rhetor, sive Caussarum Patronus, & eloquentiae professor Constantinopoli, cuius urbis fuit etiam Praefectus anno Iustiniani XXXVI. Christi DLXII.

XVII. pag. 194. *b.* Εὐαγρίου σχολαστικοῦ Ἐπιφανέως, καὶ ἀπὸ ὑπάρχων ἀπὸ τοῦ δ΄ τόμου τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας, ἔκφρασις τῆς ἁγίας

(1) Supra Codice I. huius Plutei § V.

(2) In hoc ipso Codice §. I.

ἁγίας σοφίας. *Evagrii Scholastici* (1) *Epiphaniensis & Expraefecti ex IV. Libro Ecclesiasticae Historiae*, *descriptio* templi *sanctae Sophiae*. Inc. Ἀνέστησε δὲ καὶ κατὰ τὴν Κωνσταντίνου. Des. τῆς νενομισμένης ταφῆς τυγχάνειν. Est Caput XXXI. dicti Libri, & incidit in edit. cit. pag. 405.

XVIII. pag. 195. Περὶ παραδόξων ἀναγνωσμάτων τοῦ Ψελλοῦ. *De incredibilibus lectionibus*, *Pselli* Excerptum. Inc. Μηδὲ καινῶν ἀναγνωσμάτων εἴης ἀνήκοος. Ἴσθι τοιγαροῦν, ὡς ὁ ἐπιμενίδειος εὔλιμος, κ. λ. Des. ἵν' ἔχω ἐντεῦθεν ἀντιλέγειν τοῖς χρωμένοις αὐτοῖς.

XIX. pag. 196. Περὶ ὠμοπλατοσκοπίας καὶ οἰωνοσκοπίας. *De divinatione ex ossibus humerariis mactatorum animalium*, *& ex avibus*, eiusdem Pselli. Inc. Ὁ Σωκράτης ἐκεῖνος. Des. χειμῶνα ἐντεῦθεν καταμαντεύονται.

XX. pag. ead. *b*. Περὶ λίθων δυνάμεως. *De lapidum virtute*, eiusdem. Inc. Αἰτιολογήσασθαι μέν τοι τὰς ἐν τοῖς λίθοις δυνάμεις. Des. παρὰ τοῖς ἄνω θησαυροῖς ἔασον. Haec tria Pselli opuscula habentur etiam in Cod. XI. Plut. XXVIII. supra pag. 21. §. III. & IV. ubi tamen quum tertium titulo careret, cum secundo coniunctum innuimus.

XXI. pag. 198. Παιανίου μετάφρασις εἰς τὴν τοῦ Εὐτροπίου Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν. *Paeanii Metaphrasis in Eutropii Romanam Historiam*. Inc. Τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας ἐν προοιμίοις οὐδὲν ἐγένετο μεῖον. Desinit imperfecte in verbis: πολὺν γὰρ ἂν ἔτεκον τῇ πόλει θρίαμβον, εἰ πρὸς ἄλλο . . . ., quae pertinent ad Librum X. ac propterea eadem manus, de qua supra, adscripsit in fine: ζήτει τὸ λεῖπον. In marginibus huius metaphrasis, breves identidem adnotationes, ac summaria eorum, quae pertractantur, rubris characteribus sunt exarata. Eutropii Breviarium Romanae Historiae in X. Libros distinctum, dicatumque Valenti Augusto, pluries in lucem prodiit, sed in antiquioribus editionibus mire interpolatum additamentis Paulli Vinfridi Longobardi, qui Caroli Magni aetate Diaconus Aquileiensis fuit. Primus Eutropium a Paulli interpolationibus separare conatus est Io. Baptista Egnatius Venetiis apud Aldum MDXXIV. 8. eiusque editio saepius deinde repetita est. Tandem Fridericus Sylburgius non tantum Tomo I. Romanae Hist. Scriptorum anno MDLXXXVIII. fol. Eutropii Breviarium castigavit, sed & anno MDXC. Tomo III. eiusdem Paraphrasim Graecam Paeanii, hactenus ἀνέκδοτον, vulgavit, quam deinde in praestantissima sua Eutropii editione repetiit Christophorus Cellarius, notis ac variis lectionibus adiectis, Cizae MDCLXXVIII. 8. & Ienae MDCXCVII. 8. Nos prae manibus habuimus recentissimam Eutropii, ac Paeanii editionem Lugd. Batav. MDCCLXII. in 8. curante Henrico Verheyk, ubi Paeanii paraphrasis habetur a pag. 529. ad pag. 664. cum qua nostrae initium & finis concordat. Vide Fabric. Bibl. Latinae Lib. III. Cap. IX. Vol. II. pag. 84. seqq. Quis fuerit iste Paeanius, vel quando vixerit, incertum. Sylburgius & Huetius Eutropio non multo iuniorem fuisse suspicantur, eiusque diligentiam interdum, & fidem in hac paraphrasi desiderant, quae Ms. occurrit etiam in Codice Bavarico CCXIII.

XXII. pag. 220. Πλουτάρχου περὶ τῆς ἐν τῷ Τιμαίῳ ψυχογονίας. *Plutarchi de animae generatione, quae in Timaeo Platonis describitur*, cum figuris geometricis in margine delineatis. Inscr. Ὁ πατὴρ Αὐτοβούλῳ καὶ Πλουτάρχῳ εὖ πράττειν. *Pater filiis Autobulo & Plutarcho salutem*. Inc. Ἐπεὶ τὰ πολλάκις εἰρημένα. Des. καὶ σωτηρίαν τῶν γινομένων διακεκόσμηκεν. Habetur inter eius Opera edit. alias cit. Tom. II. pag. 1012. Heic item ab alia, ut videtur, manu in quodam paucarum linearum spatio vacuo inter hoc, & sequens Opus relicto, adscripta leguntur nomina Pastorum, & Magorum, qui natum in Bethleem Iesum adoraverunt, & alia quaedam circa ipsorum nominum invocationem.

XXIII. pag. 226. *b*. Ἐκ τῶν τοῦ ἱστορικοῦ Μέμνονος. *Ex Operibus Memnonis historici* Excerptum. Inc. Φησὶν ὁ ἱστορικὸς Μέμνων, Κλέαρχον ἐπιθέσθαι πρῶτον κατὰ τῆς Ποντικῆς Ἡρακλείας, κ. λ. Des. ὁ δὲ κατὰ τὴν Ἡράκλειαν, καὶ αὐτὸς ἐν τῷ τοῦ Διὸς ἱερῷ. Commentariorum historicorum de rebus Heracleae Ponticae Libros XVI. compleràt Memnon, quorum primi octo penitus deperditi: ex reliquis autem octo, excerpta tantum adfert non exigua Photius, qui illos legit. Haec Excerpta Photii primus Graece edidit cum λειψάνοις quibusdam Ctesiae, Agatharchidis, &c. Henr. Stephanus MDLVII. 8. recusa deinde MDXCIV. 8. Graece & Latine prodierunt Genevae MDXCIII. 8. & Oxonii MDXCVII. 8. Nos editionem Henrici Stephani anni MDLVII. consuluimus, ac comperimus ea in nostro Codice haberi, quae leguntur ibi a pag. 76. lin. 7. ad pag. 92. lin. 9. paucis tantum in fine diversis. Memnonem hunc vixisse sub Augusto coniicit Vossius ex eo quod Liber XVI. in temporibus Iulii Caesaris desinat. Iunior tamen esse potuit ex Photio, qui post Librum XVI. alios ab ipso fuisse scriptos testatur, licet illos numquam viderit.

XXIV. pag. 230. Διονυσίου Ἁλικαρνασσέως Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας λόγος ια'. *Dionysii Halicarnassei Romanarum Antiquitatum Liber XI.* Inc. Ἐπὶ δὲ τῆς ὀγδοηκοστῆς καὶ τρίτης Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα Κρίσων Ἱμεραῖος. Des. καὶ οἱ παρὰ τούτων τὴν ἀρχὴν παραλαβόντες, Μάρκος γε . . . . . . Exstat in edit. Lipsiensi anni MDCXCI. fol. curante Friderico Sylburgio, a pag. 684. ad p. 737. Finis vero ideo diversus, quia verbis ὡς προῄρηνται, in quibus desinit editio, adnectitur huius ipsius Libri pars illa, quae habetur in edito a p. 725. ad p. 729. incipiendo a verbis ἀλλ' ὑπὲρ τῶν Ῥωμαϊκῶν, κ. λ. usque ad verba, παραλαβόντες, Μάρκος γε . . . . quae mox retulimus; quaeque suo loco omittuntur in Codice, qui propterea in-

(1) Scilicet *Causarum in foro patroni*.

inter verba Λεύκιος δὲ Οὐαλέριος, & μηδὲν δὲ αὐτῶν ἀποκρινόμενον, κ. λ. unius folii lacunam exhibet, verbis in margine appoſitis: λείπει φύλλα β'.

XXV. pag. 248. *b.* Τοῦ ἁγίου Νείλου ἐκ τοῦ εἰς τὸ πάσχα λόγου δευτέρου. *Sancti Nili ex ſecundo Sermone in Paſcha* Excerptum. Inc. Ἀνάστασις τῆς τοῦ κυρίου προνοίας τὸ κεφάλαιον. Deſ. πῶς ἂν εἰς γῆν διαῤῥυὲν ἄτιμον καταλείψει. Duo S. Nili Excerpta ſatis ampla ex prima, & ſecunda Oratione in Paſcha affert in ſua Bibliotheca Photius a pag. 1527. ad pag. 1536. Noſtri initium incidit in pag. 1532. lin. 37. & progreditur ad pag. 1533. lin. 54.

XXVI. pag. 249. Πρόκλου Διαδόχου ὑποτύπωσις τῶν ἀστρονομικῶν. *Procli Diadochi Hypotypoſis, ſeu deſignatio rerum Aſtronomicarum* cum figuris mathematicis, & ſcholiis quibuſdam in margine. Vide in Codice VII. Plut. XXVIII. ſupra pag. 18. §. IV. cum quo initium & finis concordat.

XXVII. pag. 284. *b.* Τοῦ πατριάρχου Ἀντιοχείας κυροῦ Θεοδώρου τοῦ Βαλσαμῶν στίχοι γραφέντες εἰς τὸ διάλιθον ἴδικτον τοῦ κυρωθέντος δόγματος παρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ, καὶ ἀναστηλωθέντος ἐντὸς τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας. *Patriarchae Antiocheni D. Theodori Balſamonis verſus ſcripti in lapidem continentem edictum approbati dogmatis ab Imperatore D. Manuele, & erectum intra ſanctiſſimam Dei magnam Eccleſiam.* Inc.

Ὁ λίθος οὗτος λυχνίτης ἐστὶ λίθος.

Deſ.

Καὶ δὸς πολυχρόνιον αὐτῷ τὸ κράτος.

Sunt verſus iambici quinquaginta, de quibus apud Fabric. Bibl. Gr. Vol. IX. p. 186. ſeqq. ubi Theodori Balſamonis ſcripta recenſet, nulla occurrit mentio.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XV. Conſtat foliis ſcriptis 284.

ΗΡΟΔΟΤΟΣ.

HERODOTVS.

COD. VI. HErodoti Halicarnaſſei Hiſtoriarum Libri IX. ut in Codice III. huius Plutei. Heic quoque rerum ſummaria, ſive res notatu dignae in margine ab eadem manu memoriae iuvandae gratia ſunt adſcriptae. In calce ita ſe ſubſcripſit amanuenſis: Ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ Νικολάου τοῦ Τρικλίνη μηνὶ Μαρτίῳ ἰνδ. α'. ἔτους ϛωκϛ'. *Abſolutus eſt praeſens liber manu mea peccatoris Nicolai Triclinii menſe Martio, indict. I. anno 6826.* (Chriſti MCCCXVIII.) (1) Paullo infra ab alia manu legitur ſcriptum nomen Λεονίκου τοῦ Ἀθηναίου, *Leonici Athenienſis*, qui forte poſſeſſor fuit Codicis.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saec. XIV. Conſtat foliis ſcriptis 340.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗ ΙΣΤΟΡΙΑ.

EVSEBII PAMPHILI HISTORIA ECCLESIASTICA.

Adde

Socratis Scholaſtici item Hiſtoriae Eccleſiaſticae Libros VII.

I. p. 1. COdex eſt vetuſtiſſimus, & omni pretio maior; antiquitatem eius produnt ſcripturae genus ad quadratum accedens, ſpirituum forma, quorum denſus, & lenis indicantur diſſectis litterae H partibus hoc pacto (ͱ ͱ) & accentus circumflexus, quem exhibet figura ex acuti & gravis coniunctione compoſita in hunc modum (^) Accedunt Librorum tituli capitalibus vere litteris expreſſi, eorumque in fine ſingulorum repetitio; argumenta Capitum, quae ſingulis praefiguntur libris, eadem characterum forma in marginibus etiam exarata; denique notulae quaedam litteris Synico more in longum ductis exhibitae. Tot igitur vetuſtatis argumentis optimam Codicis notam commendantibus, miramur eius collationem in editione Scriptorum Graecorum Hiſtoriae Eccleſiaſticae per Henricum Valeſium adornata Amſtelodam. MDCXCV. fol. fuiſſe praetermiſſam. Qui enim Codex ex hac Bibliotheca Medicea in Socratis Eccleſiaſticae Hiſtoriae libris VII. collatus dicitur cum editione Genevenſi per Michaëlem Erminium, Patricium Florentinum, quamvis nullo numero deſignetur, illum tamen eſſe, qui adſervatur Pluteo LXIX. N. V. quique, uti dicitur in Praefat. ſecundo Tomo praemiſſa, quingentos ante annos circiter deſcriptus adparet: ex nonnullis variis lectionibus ex ipſo adlatis evidenter comperimus: quod maxime dolendum, quum huius etiam Codicis ope maximus editioni adornandae cumulus accedere potuiſſet. His praenotatis, Codicis recenſionem adgrediamur: in qua peragenda inſtituti noſtri ratio poſtularet, ut ſingulorum initia & fines librorum proferremus; ſed quum, ipſorum collatione cum edito inita, convenire animadverterimus, ea, brevitatis gratia, praetermittenda duximus. Adnotare tantum ſufficiat primo Libro nullum Capitum indicem praeeſſe, primi fortaſſe folii iactura deperditum; quam contigiſſe ſuſpicari merito licet, quum maxima, temporis iniuria, in marginibus praeſertim exterioribus, huic exemplari laeſio fuerit illata. Praeterea narratio illa de Martyribus in Palaeſtina paſſis, quae in editione pag. 257. octavo libro ſubiicitur, in Codice librum decimum conſequitur, nimirum pag. 174. quae incipit: Ἔτος τοῦτο ἦν ἐννεακαιδέκατον, κ. λ. Deſ. καὶ ἡ παλινῳδία. Vbi notandum deeſſe ea, quae in edit. habentur a verbis ἀλλ' ὁ μὲν τῆς γραφῆς αἴτιος, uſque ad τοῖς πᾶσι φα- COD. VII.

Tt

(1) Memorat hunc Codicem Montfaucon. Palaeogr. Graec. pag. 68.

φανερὰν κατεςήσατο, inclusive, scilicet a pag. 257. ad pag. 260. Subiiciuntur Eusebii Libro X. senarii versus manu saeculi XV. contra scholiorum in Eusebium scriptorem, tamquam ipsi iniuriosum. Titulus ita habet:

Πρὸς τὸν σχολιογράφον οἱ ςίχοι, ξένε.

Adversus scholiorum scriptorem versus, hospes.

I.

Ὅ τίς ὑβρίζεις; τὸν τίνα; βαβαὶ θράσυς.
Ὅ μηδὲ κἂν μῦς τὸν λέοντα πρὸς μάχην
Τῶν αἱρετικῶν, τῆς Ἀρεία δὲ πλέον,
Καὶ τῆς Γαλατῶν Φωτεινοῦ, ϗ Μαρκέλλε.

II.

Ἔοικας, ὦ 'τἆν, εἰδέναι γράφειν ὕβρεις,
Λυσιτελῶν δὲ μηδαμῶς διειδέναι.
Ἦ γὰρ ἂν ᾔδεις Εὐσεβίε τὰς πόνες,
Καὶ τὰς ἀγῶνας, ὃς καθ' Ἑλλήνων ἔτλη
Φλυαρίαν τὰ τῶνδε μακρὰν δεικνύων·
Ὅπως Ἰεδαίων τε δυσσεβῆ πλάνην
Ἀναιρετικοῖς ἐκθριαμβεύει λόγοις,
Τῶν μαρτύρων ἀγῶνας ὡς μεγαλύνει,
Τῶν αἱρετικῶν ὡς ἀναιρεῖ τὸ ςίφος,
Πρὸς πᾶν ὅπως χρήσιμος εἰς Θεοῦ σέβας.
Ἔδει σε ταῦτα γινώσκοντα ϗ πλέω
Μὴ λεξιτηρεῖν κατ' Ἰεδαίους ἴσως,
Καὶ μὴ νοοῦντα τὸν νόον τῶν λέξεων,
Ὕβρεις καταχεῖν τοῦ τοσύτε τὸν λόγον.

Quum autem scholia, quibus adspersus est hic Codex, diversis manibus sint exarata, quorum alia scripturae Codicis coaeva sunt, alia recentiora; illa ut plurimum brevia ac rara, haec autem longiora ac uberiora, utrorumque specimen adferre lubet. Priorum esto ex Cap. IV. Libri II. Historiae Eusebianae, ubi de Herode tetrarcha fit mentio; ita enim margini vetusta manus adnotavit p. 19. *b.*

Ἡρώδης ὁ τὰς παῖδας ἀποσφάξας σκωληκόβρωτος γεγονὼς, ϗ μυρίαις νόσοις ἐκδαπανήσας, ἐλεεινῶς καταςρέφει τὸν βίον.

Ἡρώδης ὁ κατὰ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιςοῦ μανεὶς ἀϊδίῳ φυγῇ ζημιοῦται ὑπὸ Γαΐου.

Πίλατος ὁ κατὰ τὸ πάθος τοῦ κυρίε ἐπὶ τοσοῦτον ὑπήχθη συμφοραῖς, ὡς καὶ αὐτοφονευτὴς αὐτοῦ κατέςη.

Ἡρώδης ὁ ἀνελὼν Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου μαχαίρᾳ, ϗ φυλακίσας Πέτρον, οὗτος ὑπὸ ἀγγέλε πληγεὶς ϗ σκωληκόβρωτος γεγονὼς ἐξέψυξεν. Ἰώσηπος δὲ Ἀγρίππαν αὐτὸν καλῶν, ῥύσει γαςρὸς ἀσχέλῳ τελευτῆσαί φησιν. Posteriorum vero specimen ex Lib. VII. desumsimus, ubi ad Cap. IV. in quo de Dionysii Epistolis super quaestione, utrum qui ex haeretica pravitate ad Catholicam fidem convertuntur, denuo sint baptizandi, conscriptis Eusebius mentionem facit, haec Scholiastes adnotavit pag. 113. *b.* Ἀμφιβολία μεγάλη ϗ διχόνοια ἦν ἐν ταῖς τῆς ἀνατολῆς ϗ τῆς δύσεως ἐκκλησίαις περὶ τοῦ τοιούτου ζητήματος. Διὸ καὶ ὁ μέγας οὗτος Διονύσιος ἐν τῇ πρὸς Ξύςον τὸν Ῥώμης ἐπιςολῇ διςάζων φαίνεται πρὸς τὸ ἀναβαπτίσαι τὸν ἐξ αἱρέσεως ἐπιςρέφοντα βεβαπτισμένον· ἥτις κεῖται ἐν δ... καταβατῷ τοῦ ἀπὸ τεδε δευτέρε φύλλου ἑξῆς. ϗ ἦν ἀκμὴν ὡς ἔοικε τὸ ἄπορον, ἄτοπον, ϗ οὕτω τότε ἐπενοήθη διαςολὴ τοῦ πότε δεῖ ϗ πῶς καὶ τίνας τῶν ἐπιςρεφόντων προσίεσθαι, ἢ μὴ ἀλλ' ἀναβαπτίζεσθαι, ἕως τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδε, ἧς ὁ η' κανὼν, καὶ ὁ ιθ' περὶ τέτων διαλαμβάνεσιν. ὁ μὲν τοι α' κανὼν τοῦ μεγάλε Βασιλείε ἀκριβῆ ποιεῖται πάντων τῶν προσερχομένων τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ διαςολήν. ἐν αὐτῷ γὰρ δηλοῦνται οἱ ἄξιοι ἀναβαπτίζεσθαι, ϗ οἱ μόνῳ μύρῳ χρίεσθαι, καὶ οἱ μόνῳ ἀναθέματι τῆς αἱρέσεως, ἣ κατείχοντο, προσδεχόμενοι. In hunc autem Scholiastem scripti videntur adlati versus.

II. p. 188. *Socratis Scholastici Ecclesiasticae Historiae Libri VII.* cum argumentorum Capitum tabulis unicuique Libro praemissis. Primus inc. Εὐσέβιος ὁ Παμφίλε. Vltimus des. Θεοδοσίε δέδοτο. Capita Libri II. in Codice numerantur με'. quae in editione sunt XLVII. Libri III. in Codice sunt κ'. quae in edit. XXVI. Libri IV. Capita ad VIII. usque inclusive concordant cum editis, reliqua usque ad XXXVIII. penitus ab ipsis diversa sunt. Libri quinti Capita sunt XXII. sexti XII. septimi XXV. & quidem ab editis omnia prorsus diversa. Clauditur totum Opus hisce verbis: Σωκράτους ἐκκλησιαςικῆς ἱςορίας βιβλία ζ'. χρόνου ἐτῶν ρμ'. tum recentissima manus ita subscripsit: βίβλον δῆλθον, ἣν ὁρᾷς φίλος τέκνῳ ὁ Γερμανὸς τρεῖς.

Scholia in hunc etiam Scriptorem iisdem manibus debemus, a quibus illa in Eusebianam historiam erant exarata. Ex his quoque unum decerpsimus, in quo ita Scholiastes recentior Eusebium alloquitur: Οὐδὲν καινὸν γέγονεν ἐπὶ σοὶ, ὦ Εὐσέβιε, ὅτι τρισεπίσκοπος κατέςης. ἀπὸ Βηρύτε τῇ Νικομηδείᾳ ἐπιπηδήσας, ϗ ἐξ αὐτῆς πάλιν τῇ Κωνςαντινεπόλει ἐπελθών. ἅπαξ γὰρ τὰς ἀποςολικὰς κανόνας παρ' οὐδὲν θέμενος, ἐπεὶ καὶ αὐτὴν τὴν εὐσέβειαν ἰδιοθελείᾳ ϗ αὐτονομίᾳ προσκεῖσθαι προῄρησο. ὁ γὰρ λς' τῶν ἀποςόλων κανὼν, καὶ ὁ ιη' τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ, ἢ ϗ αὐτῆς τῆς ἐν Νικαίᾳ μεγάλης συνόδε πρεγενεςέρα ἦν, ἀφώρισάν σε. τὸ θαυμασιώτερον δὲ, ὅτι σὺ αὐτὸς ἑαυτὸν ἀπόβλητον ἐποίησας, καθὼς καὶ ὁ ιγ' κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδε δηλοῖ, ἧ πρῶτος αὐτὸς συνέπραξας. Pertinet autem ad Caput VIII. Libri II. & habetur Codicis pag. 231. *b.* Vetustiorum scholiorum, quum summaria tantummodo brevia sint utplurimum eorum, quae pertractantur, specimina adferre supervacaneum duximus.

Codex Graecus membranaceus Ms. in folio, Saeculi X. binis columnis exaratus. Constat foliis scriptis 389.

ΔΙΩΝΟΣ ΙΣΤΟΡΙΑ ΑΚΕΦΑΛΟΣ.

DIONIS HISTORIA SINE PRINCIPIO.

Adde etiam

ἀτελεύτητος, vel *sine fine*.

COD. VIII.

Dionis Cassii Cocceiani Historiae Romanae Libri XV.* scilicet a fragmento Libri XXXVI. usque ad L. non expletum, cum bre-

brevibus argumentis, & nominibus Coss. litteris grandioribus exaratis. Liber itaque XXXVI. inc. . . . . . φείδεται δυναστείας, κ. λ. ut in editione Hanov. curante Io. Leunclavio A. MDCVI. fol. pag. 8. Liber vero L. desinit imperfecte in verbis: ἦτε ἂν ἡλικία παρ' ἀμφο . . . . quae incidunt in edit. cit. pag. 422. lin. 12. Prima, & ultima reliquorum Librorum cum editis nostro more collata, convenire cum ipsis comperta sunt, quatuor exceptis, nimirum XXXIX. XL. XLV. & XLIX. qui ab ultima praecedentium Librorum periodo exordiuntur. Solemne autem est huic Codici Librorum titulos etiam in fine repetere.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saeculi X. insignis, optimeque servatus, marginibus tantummodo identidem resecatis, nulla tamen scriptionis iactura. Constat foliis scriptis 244.

ΑΡΡΙΑΝΟΣ.

ARRIANVS.

Scilicet

Arriani de Expeditione Alexandri Libri VII. Plutarchi de eodem Libri II. & Diodori Siculi Bibliothecae Historicae Libri IV.

COD. IX. I. pag. 1. EAdem prorsus continet, ac primus huius Plutei Codex, ultimo Opere excepto, quod in hoc desideratur, propterea quod in illo, posteriori tempore, ac diversa manu fuerit descriptum. Hoc autem exemplar ex illo derivatum fuisse, patet ex titulis singulorum librorum, qui in utroque iidem omnino sunt, licet in hoc omnes coniunctim in prima exhibeantur pagina, suis deinde locis, spatio ad id vacuo relicto, rubris, vel aureis characteribus depingendi. Qua fortasse de caussa huius Codicis recensionem omittendam duxit Gronovius, nisi eius diligentiam effugisse dicamus. Et nos igitur singulorum librorum initia ac fines omittentes, numerum tantummodo paginarum, in quas incidunt, indicabimus. *Arriani igitur de Expeditione Alexandri Liber primus* incidit in pag. 2. *Secundus* in pag. 17. *Tertius* in pag. 29. *Quartus* in p. 42. *Quintus* in pag. 55. *b. Sextus* una cum *septimo* coniunctus in p. 67. *Indica* tandem in pag. 90. Ad Libri VII. defectum, unius ferme paginae spatio vacuo relicto, tachygraphus ita in margine adnotavit: Οὕτως ἦν καὶ ἐν τῷ ἀντιβολαίῳ, καθὼς ϗ ἐγὼ ὧδε ἐποίησα, ϗ ἀφῆκα τοῦτο ἄγραφον. ἐφοβήθην δὲ μήπως λείπῃ τι· εἰ δὲ καὶ οὐδὲν λείπει, τὸ κωλῦον οὐδέν ἐστι.

II. pag. 105. *b. Plutarchi de Alexandri fortuna, vel virtute Liber I.* ut in dicto Codice I. §. III.

III. pag. 109. *Eiusdem de eodem argumento Liber II.* Ibid. §. IV.

IV. pag. 117. *Diodori Siculi Bibliothecae Historicae Libri IV.* totidem nimirum, quot in dicto Codice I. continentur, quibus propterea noveris eadem prorsus convenire, quae in illius recensione peculiariter animadvertimus. Paginarum tantum numerum, unde singulorum initium fit, accipias. *Primi* igitur *Libri sectio prima* incipit a pagina 117. *Sectio secunda* a pag. 125. *Liber II.* a pag. 144. *Liber III.* a pag. 167. *Liber* denique *IV.* a p. 187. *b.* Hunc quoque Codicem contulit laudatus Antonius Cocchius. In fine tachygraphus ipse ita se subscripsit: Ἡ βίβλος αὕτη εἴληφε τέλος μηνὶ Μαΐῳ δεκάτῃ, ἡμέρᾳ σαββάτῳ, ἔτους ͵ςϡζ΄. ἰνδ. ἑβδόμης. Ὁ γραφεὺς ταύτης Ἀνδρέας ϑύτης ὁ Λεαντηνὸς, ϗ ταβουλλάριος ὁ ἁγιοπροκοπίτης. Τῷ Θεῷ χάρις τῷ λυτρώσαντί με. Ἀμήν. *Liber hic accepit finem mense Maio, die X. sabbato, anno 6907.* (Christi MCCCIC.) *indict. VII. Huius scriptor est Andreas sacerdos Leantinus, & tabellarius Hagioprocopita, sive a S. Procopio. Deo gratia, qui me redemit. Amen.* Memorat hanc subscriptionem Montfauc. Palaeogr. Graec. Lib. I. pag. 74.

Codex Graecus membranaceus Ms. in folio minori, Saeculi XIV. exeuntis, nitidissimus. Constat foliis scriptis 203.

ΔΙΩΝΟΣ ΙΣΤΟΡΙΑ.

DIONIS HISTORIA.

I. pag. 1. COntinet hic nitidissimus Codex *Dionis Cassii Cocceiani Historiae Romanae Libros XIX.* cum elenchis argumentorum Capitum unicuique praemissis. Incipiunt a Libro XLII. & pertingunt usque ad LX. inclusive (1): quorum initia & fines concordant cum edit. Hanov. mox citata a pag. 184. ad p. 689. Excipe Lib. XLV. IL. & LIII. quorum initia ab extremis verbis praecedentium librorum desumuntur. Ex Libris praeterea LVII. & LVIII. unus in Codice conflatur, eademque Librorum LIX. & LX. coniunctio facta est, ex quo Montfauconii fortasse error defluxit. COD. X.

II. pag. 360. *b. Fragmentum ex eiusdem Dionis Romanae Historiae Libro XXXVIII.* quod inc. Οὐκ αἰσχύνῃ, ὦ Κικέρων, θρηνῶν ϗ γυναικείως διακείμενος, κ. λ. Des. ἀδύνατον γὰρ κακῶς αὐτῆς ἐχούσης μὴ οὐ . . . Est autem unius circiter paginae cum dimidio, & in edit. cit. incipit a pag. 70. lin. 36. & desinit in pag. 72. lin. 33.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saec. XV. nitidissimus, optimeque servatus. Constat fol. scriptis 361.

(1) Corrige Montfaucon. qui in suo Catalogo pag. 377. col. 2. litt. D. adserit in Libro LVIII. desinere.

ΧΡΟΝΙΚΟΝ ΣΥΛΛΕΧΘΕΝ ΥΠΟ ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ.

CHRONICVM COLLECTVM A GEORGIO MONACHO.

COD XI. Continet hic praestantissimus Codex Georgii monachi & archimandritae, cognomento, quod ipse sibi ex modestia sumsit, *Peccatoris*, circa annum Christi DCCCXLII. clari, quem cum Syncello multi perperam confundunt, Chronicon ab O.C. usque ad Michaëlem Theophili Imperatoris filium. Hoc Opus nondum integrum lucem vidit, sed tantummodo partes quasdam illius, & fragmenta habemus a Petavio, Lambecio, Gretsero, Allatio, Radero, aliisque sparsim edita. Idem Allatius Lib. de aetate, & interstitiis Ordinum apud Graecos pag. 108. nonnulla ex eodem proferens, monet neutiquam contemnendum esse auctorem; *ex quo recentiores Graecorum Historici sua fere omnia neque verbis ipsis immutatis hausere: quod ut videas Latinum fecimus, & una cum textu Graeco, si per tempora licuerit, tibi communicabimus*. Verum haec Allatii versio & editio non vidit lucem, nisi quod Prooemium Operis cum interpretatione sua Diatribae de Georgiis inseruit. Codices Mss. Regiae Parisiensis laudat Cotelerius ad Lib. IX. Recognitionum Cap. XX. Vindobonensem Lambecius II. pag. 588. Mediolanensem, & Scoriacensem Allatius de Georgiis pag. 334. Bavaricum Gretserus Tom. II. de Cruce, & Matthaeus Raderus in Viridario Sanctorum; Baroccianum denique, qui exstat in Bibl. Bodleiana, Humfredus Hody Dissert. Malalae praemissa §. XLI. Bavaricus Monachiensis producitur usque ad imperium Constantini Leonis filii. Vide Catalog. Mss. illius Bibliothecae N. 189. Verum de hoc omnium praestantissimo nostro Codice nemo adhuc, praeter Montfauconium in Bibliotheca Bibliothecarum, meminit. Titulus igitur huius Operis ita exhibetur: Χρονικὸν σύντομον, ἐκ διαφόρων χρονογράφων τε καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν καὶ συντεθὲν ὑπὸ Γεωργίου ἁμαρτωλοῦ μοναχοῦ. *Chronicum in compendio, e diversis chronographis & historicis collectum concinnatumque a Georgio monacho Peccatore*. Incipit ab Orbe Condito, & quidem his verbis: Βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων. ᾗ ἡμέρᾳ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ, κ. λ. Definit autem in Romano Imperatore Constantinopolitano. Vltima verba sunt: Ῥωμανὸς ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ πρώτῃ νησείων τελευτᾷ, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ πόλει διακομισθὲν ἐν τῇ αὐτοῦ ἀπετέθη μονῇ. Huius Historiae nulla in Libros divisio fit, sed capita tantum rerum, sive summaria apponuntur in margine ab eadem manu.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. maiori, Saec. XI. Constat foliis scriptis 270.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑ.

DIODORI SICVLI HISTORIA.

COD. XII. Continet optimus hic, neque adspernandae vetustatis Codex, *Diodori Siculi Bibliothecae Historicae Libros X.* ab undecimo nimirum ad vigesimum inclusive, cum argumentis Capitum unicuique libro praefixis, quorum summa vel cum editis concordat, vel si ab ipsis discrepat, ex eo discrimen est ortum, quod vel ex uno interdum Capite duo fuerint facta, vel duo in unum coaluerint; quod ubi contigerit, quum rei substantiam non immutet, minime duximus admonendum. Librorum interim singulorum initia, ac fines more nostro subiiciemus.

I. pag. 1. *b. Diodori Siculi Bibliothecae Historicae Liber XI.* inc. Ἡ μὲν οὖν πρὸ ταύτης βίβλος. Des. αὐτοῦ περιγράφομεν τήνδε τὴν βίβλον. Exstat in cit. edit. Tom. I. a pag. 403. ad pag. 474.

II. pag. 23. *Liber XII.* inc. Δικαίως ἄν τις ἐπιστήσας τὸν νῦν ἀπορήσει. Des. εἰς τὴν ἐχομένην βίβλον καταταξόμεν. Ibid. a pag. 478. ad pag. 538.

III. pag. 40. *b. Liber XIII.* inc. Εἰ μὲν ὅμοια τοῖς ἄλλοις. Des. τὴν ἐχομένην βίβλον καταχωρῆσαι. Ibid. a pag. 542. ad p. 635.

IV. pag. 70. *Liber XIV.* inc. Πάντας μὲν ἴσως εἰκός ἐστι. Des. τοῦτο τὸ τέλος ποιησόμεθα τῆσδε τῆς βίβλου. Ibid. a p. 639. ad p. 731.

V. pag. 99. *b. Liber XV.* inc. Παρ' ὅλην τὴν πραγματείαν. Des. μέρεσι τῆς οἰκουμένης. Tom. II. a pag. 3. ad pag. 78.

VI. pag. 122. *b. Liber XVI.* inc. Ἐν πάσαις μὲν ταῖς ἱστορικαῖς. Des. ἐν μιᾷ βίβλῳ. Ibid. a pag. 81. ad p. 155.

VII. pag. 147. *Liber XVII.* in duas partes divisus est, quarum prima inc. Ἡ μὲν πρὸ ταύτης βίβλος. Des. συντελεσθέντα διέξειμεν. Altera pag. 174. inc. Δαρεῖος μὲν γὰρ ἡττηθεὶς. Des. πειρασόμεθα διεξιέναι. Ibid. a pag. 161. ad pag. 254. Notandum heic est, in fine Capitis LXXIII. ubi in editione defectus indicatur appositis quinque asteriscis, in Codice nullum eiusmodi defectus signum apparere, sed in principio Capitis sequentis, ubi inter verba ἐπηγγείλατο, & οἱ δὲ μισθοφόροι trium circiter foliorum lacuna est ab excriptore relicta.

VIII. pag. 198. *Liber XVIII.* inc. Πυθαγόρας ὁ Σάμιος. Des. τὰς οἰκείας τῇ γραφῇ πράξεις. Ibid. a pag. 257. ad pag. 313.

IX. pag. 223. *b. Liber XIX.* inc. Παλαιός τις παραδέδοται λόγος. Des. ἀρχὴν ποιησόμεθα τῆς ἐπομένης βίβλου. Ib. a p. 318. ad p. 402.

X. pag. 252. *Liber XX.* inc. Τοῖς εἰς τὰς ἱστορίας ὑπερμήκεις. Des. ἀρχὴν ποιησόμεθα τῆς ἐπομένης βίβλου. Ibid. a pag. 406. ad pag. 488.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saec. XIV. optimae notae, quem fuisse pariter a clarissimo Cocchio cum edito colla-

latum, docent numeri marginales, qui identidem occurrunt, eius manu notati. Constat foliis scriptis 278.

ΕΥΝΑΠΙΟΥ ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΤΟΥ ΕΠΙΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΥ ΒΙΟΙ ΣΟΦΙΣΤΩΝ.

EVNAPII EXCERPTA EX LIBRO QVI INSCRIBITVR VITAE SOPHISTARVM.

Seu potius

Libanii Epistolae, & Orationes quaedam cum eius vita in principio; nec non Basilii Magni, & Aelii Aristidis nonnulla.

COD. XIII. I. pag. 1. Εὐναπίου ἐκ τοῦ βιβλίου τοῦ ἐπιγεγραμμένου, βίοι σοφιστῶν. *Eunapii ex Libro inscripto, Vitae Sophistarum*, Libanii Vita. Inc. Λιβάνιον Ἀντιόχεια μὲν ἤνεγκεν. Des. καὶ θαῦμα οὐκ ὀλίγον ἀπολιπὼν ἅπασι. τούτῳ δὲ ὁ ταῦτα γράφων οὐ συνεγένετο, ἄλλοτ' ἄλλων ἐμποδισμάτων ἐπηρείᾳ τύχης συμβάντων. Concordat cum edita Colon. Allobrog. sive Genevae MDCXVI. in 8. curante Hieronymo Commelino pag. 130. In nostro tamen Codice, paucis in fine longior est.

II. pag. 3. Epistolae duae brevissimae; prima *Basilii ad Olympium*, quae in eius Operum edit. Paris. MDCCXXX. fol. est XIII. altera *Gregorii Nazianzeni ad Nicobulum*, quae in eius Operum edit. item Paris. curante Iac. Billio MDCIX. fol. est III.

III. pag. 4. *Libanii Epistolae*, ut ex numeris marginalibus apparet, *CCCLXXX*. Ex his tamen primae tres perierunt, & initium quartae, quae incipit a verbis . . . . . θάνων ἔχαιρον, κ. λ. & est in earum edit. Amstel. MDCCXXXVIII. fol. sup. cit. N. CCCXXVIII. verba autem adlata incidunt in pag. 158. lin. 27. Quarta integra, est *ad Iamblichum*, & in edit. CCCXXX. Vltima est *ad Basilium Magnum*, in edit. MDLXXXVIII. Desunt praeterea ob avulsum folium inter p. 178. & 179. pars Epistolae CCCLXVI. tota CCCLXVII. & pars Epistolae CCCLXVIII. ad quem supplendum defectum, vacuum folium insertum fuit. Hic Codex in supracit. edit. collatus fuisse ex praemissa Praefatione eruitur, ubi designatur littera D.

IV. pag. 183. *Basilii Magni ad adolescentes Oratio, quomodo possint ex Gentilium libris fructum capere.* In eius Operum edit. Paris. Gr. Lat. An. MDCCXXII. Tom. II. pag. 173.

V. pag. 195. *Libanii Prosphoneticus, seu Panegyricus Iuliano dictus*. In eius Operum edit. Paris. Gr. Lat. An. MDCXXVII. Tom. II. pag. 173.

VI. pag. 202. *b. Aelii Aristidis ad Reges Romanorum de Smyrna Epistola*. Vt in eius Operum edit. alias cit. Tom. I. pag. 512.

VII. pag. 204. *b. Eiusdem Palinodia de Smyrna instaurata*. Ibid. pag. 263.

VIII. pag. 209. *b. Libanii Oratio ad Troianos in legatione super Helena*. Cit. edit. Paris. Tom. I. pag. 190. (per errorem 189.)

IX. pag. 215. *Eiusdem de insatiabili cupiditate*. Ibid. pag. 945.

X. pag. 217. *Eiusdem de Amicis*. Ibid. p. 942. In Codice tamen imperfecta est haec Oratio; desinit enim in verbis, καὶ κοσμεῖ τὰ ῥήματα ταῦτα τὸν . . . . . quae incidunt in pag. 943. lin. 28.

Codex Graecus bombycinus Ms. in 12. Saec. XV. Constat fol. scriptis 217.

ΗΣΥΧΙΟΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΠΑΙΔΕΙΑι ΔΙΑΛΑΜΨΑΝΤΩΝ.

HESYCHIVS DE CLARIS VIRIS IN DISCIPLINIS.

Ἡσυχίου Μιλησίου Ἰλλουστρίου περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμψάντων σοφῶν. *Hesychii Milesii Illustris de iis sapientibus, qui eruditionis fama claruerunt*. Inc. Ἡ Κυνικὴ ἐκλήθη φιλοσοφία. Des. ἀναληφθείσης. Digestus est Liber hic ordine nominum alphabetico, & iisdem passim verbis, quibus utitur Laërtius, pauca quaedam de illis perstringens. Meminit eius Suidas, qui vocat ὀνοματολόγον, ἢ πίνακα τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν. Quia vero subiungit, οὗ ἐπιτομή ἐστι τὸ βιβλίον, hoc potest ita intelligi, ut duos libros eiusdem argumenti composuerit Hesychius, unum uberiorem, quem Callimachi exemplo inscripserit πίνακα, & alterum, qui hodie exstat breviorem, ὀνοματολόγον, qui fuerit prioris veluti epitome. Prodiit primum Graece e bibliotheca Io. Sambuci Antuerpiae, typis nitidis A. MDLXXII. 8. apud Christophorum Plantinum, ac deinde post alias editiones Florentiae inter Meursii Opera A. MDCCXLVI. fol. Tom. VII, a p. 205. ad p. 302. Fuit Hesychius Illustris, patria Milesius, Hesychii Advocati, & Sophiae filius, scriptor Christianus, Iustiniani Imperatoris temporibus. Scripsit autem praeter memoratum opus, historiam etiam Chronicam sex τμήμασι, sive διαστήμασι distinctam, de qua vide Fabric. Bibl. Gr. Vol. VI. pag. 240. COD. XIV.

In nostro Codice praecedit Epistola Graeca Christophori Rufi ad Cosmum I. Medicem, Magnum Etruscorum Ducem; in qua se recens hunc auctorem e tenebris eruisse testatur. Ea vero sequens est:

Χριστοφόρος Ῥοῦφος Κόσμῳ Μέδικι τῷ γαληνοτάτῳ Τυῤῥηνίας μεγάλῳ Δουκὶ εὖ πράττειν.

Πρὸς τοῖς πολλοῖς τῷ ὄντι βασιλικοῖς ἔργοις, οἷς πολὺν ἤδη χρόνον ἐπιχειρῶν διατελεῖς, ξύνοιδά σοι καὶ πρὸς τὴν βιβλίων κτῆσιν μυρίων ὅσων οὐκ ἐλαχίστην σπουδὴν κατατιθεμένῳ, ὥστε περί γε τούτου ἐρίζειν ἂν οἷός τε εἴης καὶ τοῖς ἐνδοξοτάτοις Αἰγύπτου τε καὶ Περγάμου βασιλεῦσιν. ἐνθυμῇ γὰρ δηλονότι τῆς σοφίας, καὶ τῶν ταύτην περιεχουσῶν βίβλων οὐδὲν εἶναι κτῆμα λαμπρότερον, οὐδὲ θαυμασιώτερον. Ὡς οὖν τῇ καλλίστῃ σου σπουδῇ ταύτῃ κατὰ τὴν παροῦσαν δύναμιν κἀγώ τι ξυλλάβοιμι, ἠξίωσα δῶρόν σοι πέμψαι

ψαι Ἡσύχιον Μιλήσιον, τὸν νεωςὶ δι' ἐμȣ̃ σκύλη πύλας λιπόντα, κατ' Εὐριπίδην εἰπεῖν. συγγράψας δ' οὗτός ἐςιν, ὡς δυνατὸν συντομώτατα, πολλῶν κ̀ δοκίμων ἐν λόγοις ἀνδρῶν τοὺς βίους. ὃ δὴ συνταγμάτιον τοσούτȣ παρὰ τῶν πάλαι ἠξιώθη, ὥςε κ̀ Σȣίδαν τὸν πάνυ ἐντεῦθεν ὁμολογεῖν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πολυτελῆ βίβλον οὐκ ὀλίγα μετενεγκεῖν. ἔςι τοίνυν πρὸς τοῦ μεγαλοψύχου τȣ̃ σου Φαιδρῶς μάλα κ̀ φιλοφρόνως τὸν ἄνδρα δεξιοῦσθαι, κ̀ προσδέχεσθαι· ȣ̃τωσὶ γὰρ ἑτέροις πολλῷ (νὴ Δία) σοφωτέροις ὁδοποιήσειας ἄν. Εὐτύχει.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. min. Saec. XVI. Constat foliis scriptis 38.

ΠΑΡΕΚΒΟΛΑΙ ΕΚ ΤΗΣ ΒΙΒΛΟΥ ΤΟΥ ΧΡΟΝΙΚΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΚΩΔΙΝΟΥ.

EXCERPTA EX LIBRO CHRONICORVM VRBIS CONSTANTINOPOLIS, GEORGIO CODINO AVCTORE.

Ac praeterea

Alia eiusdem Opuscula.

COD. XV. Georgius Codinus, cuius in hoc Codice Opera continentur, amplissimo in Aula Constantinopolitana munere Curopalatae pridem functus, postremis Palaeologorum temporibus claruit, & Imperio ipsi superstes fuit, ut ex eius Libello de Imperatoribus Constantinopolitanis eruitur, quem claudit commemoratione captae ab Agarenis, sive Turcis Vrbis anno 6961. (Christi MCCCCLIII.) His praenotatis, ad ea, quae in hoc continentur Volumine, recensenda gradum faciamus.

I. pag. 1. Παρεκβολαὶ ἐκ τῆς βίβλȣ τοῦ χρονικοῦ περὶ τῶν πατρίων τῆς Κωνςαντινουπόλεως, κ̀ πόθεν ἐκλήθη Βυζάντιον, συντεθεῖσαι παρὰ κυρίου Γεωργίου τοῦ Κωδινοῦ. *Excerpta ex Libro Chronicorum de Originibus Constantinopolitanis, & unde* Vrbs *dicta sit Byzantium, composita a D. Georgio Codino.* Inc. Φασὶ μέν τινες Ἀργείȣς. Des. προσπελάζει τοῖς τείχεσι. Exstant inter Byzantinae Historiae Scriptores edit. Venet. A. MDCCXXIX. fol. Tom. XVIII. Part. II. a pag. 1. ad pag. 50. Notandum tamen, in Codice multa ex hoc Libro fuisse ab exscriptore praetermissa, & alia transposita, quae quum discrimina omnia sub oculos lectorum ponere in animum induxissem, ac labori manum imposuissem, longitudine operis animadversa, quum a nostro prorsus instituto abhorreret, ab incepto destiti, novam huius Operis editionem molituro integrum laborem relinquens: tantum monebo, apponi in margine rerum, de quibus agitur, titulos cinnabari exaratos.

II. pag. 21. *Eiusdem liber de Officiis Magnae Ecclesiae, & Aulae Constantinopolitanae,* item ut superior, diversus ab edito Tom. cit. Part. I. a pag. 1. ad pag. 124. quum diversam omnino distribuendi libri dispositionem servet. Praecedit autem elenchus argumentorum Capitum XIV. quorum prima XII. concordant cum illis, quae ex Codice Regio MCXIX. adferuntur ibid. pag. 18. tum alia quaedam pauca περὶ τῶν συρματηρῶν, κλαπωτῶν, κ. λ. quae videntur pertinere ad Caput I. Prima verba, quae cum dicta editione convenire comperimus, haec sunt: Ἰςέον δὲ, ὅτι μέχρι τῆς βασιλείας, κ. λ. quae sunt sub initium Capitis II. edit. pag. 15. lin. 7. Desinit totus Liber in verbis: φιλοφρονέμεναι βασιλικῶς αὐτὴν, κ̀ θεραπεύουσαι, quae incidunt ibid. in pag. 124. lin. 17.

III. pag. 62. Eiusdem aliud Opusculum sine titulo, sed est *De annis ab O. C. usque ad Imperium Constantini Magni: & de iis, qui in ipsa urbium Regina regnarunt a Constantino Magno usque ad Constantinum Palaeologorum ultimum, sub quo ab Agarenis capta est.* Inc. Ἀπὸ Ἀδὰμ, κ. λ. Des. δυνατοῦ ὄντος. Ibid. Part. II. a pag. 60. ad pag. 66. Heic tamen alia pauca sequuntur *de excidio Constantinopolis,* quae amanuensi potius, quam auctori videntur adiudicanda. Ea vero sunt: Φεῦ, φεῦ, κ̀ ἀπώλετο σύναμα τῇ πατρίδι, κ̀ κατεδαφίςη ἐκ βάθρων εἰς τάχος· κ̀ οἰκήτορες ταύτης διεσκορπίσθησαν εἰς διαφόρους πόλεις καὶ χώρας· γέγονε δὲ τοῦτο τὸ ὀλέθριον κακὸν διὰ συνδρομῆς τινων οἰκητόρων τῆσδε τῆς πόλεως. τοιαύτη δὲ γέγονεν ἡ φθορὰ, κ̀ ἡ κατάλυσις τῶν ἐνοικȣ́ντων ταύτην χριςιανῶν, οἷα γέγονεν ἔκπαλαι ἐπὶ Ναβȣχοδονόσωρ ἐν τῇ Ἱερȣσαλὴμ πόλει. Tandem cinnabari conscripta leguntur haec alia, quibus Codici finis imponitur: Ἡ βασιλεία τῶν χριςιανῶν, ἥ τις κ̀ βασιλεία Ῥωμαίων ἦν, ἀρχὴν εἶχε τὸν βασιλέα Κωνςαντῖνον κ̀ τὴν μητέρα αὐτοῦ Ἑλένην. τέλος δὲ τῆς βασιλείας ταύτης Κωνςαντῖνος ἦν βασιλεὺς, κ̀ μήτηρ Ἑλένη· κ̀ ἡ μὲν μικρὸν πρὸ τῆς ἁλώσεως τῆς πόλεως μετέςη τὸν βίον· ὁ δὲ υἱὸς αὐτῆς Κωνςαντῖνος ἐφονεύθη ἐν τῇ ἁλώσει. ἀπὸ τοῦ πρώτου τοίνυν Κωνςαντίνȣ ϗ τῆς μητρὸς Ἑλένης μέχρι τȣ́των τῶν τελευταίων, Κωνςαντῖνος, καὶ Ἑλένη μήτηρ οὐκ ἐβασίλευσαν ἄλλοι.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saec. XV. exeuntis. Constat foliis scriptis 69.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑ.

DIODORI HISTORIA.

Seu potius

Diodori Siculi Bibliothecae Historicae Libri priores V. integri.

I. pag. 1. *Liber I.* & quidem in duas sectiones divisus, inc. Τοῖς τὰς κοινὰς ἱςορίας πραγματευσαμένοις. Des. τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν τοῖς Ἀσσυρίοις πραχθέντα. In cit. edit. a pag. 3. ad pag. 111. Notandum tam huic, quam reliquis Libris nullos titulos, nulla Capitum argumenta fuisse praefixa, COD. XVI.

xa, sed vacuum tantummodo spatium relictum ad illa excipienda.

II. pag. 45. *Liber II.* inc. Ἡ μὲν οὖν πρὸ ταύτης βίβλος. Des. αὐτοῦ παραγράψομεν τήνδε τὴν βίβλον. Ibid. a pag. 113. ad pag. 172. Tabulam argumentorum Capitum inceperat exscriptor huic Libro praefigere, sed in secundo Capite destitit.

III. pag. 70. *b. Liber III.* inc. Τῶν πρὸ ταύτης βίβλων. Des. αὐτοῦ παραγράψομεν τὴν τρίτην βίβλον. Ibid. a pag. 174. ad p. 244.

IV. pag. 102. *b. Liber IV.* inc. Οὐκ ἀγνοοῦμεν, ὅτι τοῖς τὰς παλαιὰς, κ. λ. Des. αὐτοῦ παραγράψομεν τήνδε τὴν βίβλον. Ibid. a pag. 246. ad pag. 328.

V. pag. 138. *b. Liber V.* inc. Πάντων μὲν τῶν ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς, κ. λ. Des. ἐν τοῖς οἰκείοις χρόνοις ἀναγράψομεν. Ibid. a pag. 330. ad pag. 400.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. min. Saec. XV. nitidissimus optimeque servatus. Constat foliis scriptis 167.

ΗΡΩΔΙΑΝΟΣ.

HERODIANVS.

COD. XVII. HErodiani *Historiarum Libri VIII.* quorum primus, cui titulus, Ἡρωδιανοῦ τῆς μετὰ Μάρκον βασιλείας λόγος πρῶτος, *Herodiani de Imperio post Marcum Liber primus*, inc. Οἱ πλεῖστοι τῶν περὶ συγκομιδὴν, κ. λ. Vltimus des. τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἀνεδέξατο. Tum subditur: Ἡρωδιανοῦ τῆς μετὰ Μάρκον αὐτοκρατορίας ἱστορίας η'. *Herodiani Imperii post Marcum Historiae Liber VIII.* Reliquorum initia ac fines concordant cum edit. Graec. Lat Paris. A. MDLXXXI. 4. cum notis Henr. Stephani in margine, & locorum quorumdam versionis Politiani emendatione. Herodianus hic Historicus ab Herodiano Grammatico haud dubie diversus, licet nonnulli, Gesnerum & Sigonium sequuti, illos confundant. Aetas enim, qua vixerunt, ac vitae genus aperte utrosque distinguit. Grammaticus apud Marcum Antoninum, qui A. C. CLXXX. obiit, gratiosus fuit: historiae vero scriptor longe post vixit, ultra annum nempe CCXXXVIII. in quo eius historia desinit. Ille grammaticam docuit, neque aliam, quam umbraticam vitam duxit: hic vero, quemadmodum testatur Lib. I. Cap. II. ἐν βασιλικαῖς, ἢ δημοσίαις ὑπηρεσίαις γενόμενος, ea quibus ipse interfuit, exposuit.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. optime servatus. Constat foliis scriptis 120.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ ΙΣΤΟΡΙΚΗΣ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ ΛΟΓΟΙ Δ'.

DIODORI SICVLI BIBLIOTHECAE HISTORICAE LIBRI IV.

COD. XVIII. COdicem hunc ad Franciscum Philelphum pertinuisse, gentilitium illius stemma in prima pagina affabre depictum, breves interdum notulae, rerum, de quibus agitur, summaria, virorumque, ac locorum nomina propria, eius manu in marginibus rubro charactere exarata, satis ostendunt. Codicis vero scriptura quamdam videtur habere adfinitatem cum illa celeberrimi Codicis I. Plut. XXXII. Homeri Batrachomyomachiam, & Iliadem continentis, Theodori Gazae manu pro Francisco Philelpho conscriptam; ut credibile admodum sit, & huius illum Codicis descriptionem in Maecenatis sui usum in se suscepisse. In eo autem continetur: Διοδώρου Σικελιώτου ἀναγραφαὶ, ἤτοι ἱστορικῆς βιβλιοθήκης λόγος πρῶτος, (manu vero Philelphi adiectum est τουτέστι δεύτερος) *Diodori Siculi descriptiones, sive Historicae Bibliothecae Liber I. nempe II.* (revera tamen est *Libri primi sectio altera.*) Inc. Τῆς πρώτης τῶν Διοδώρου βίβλων διὰ τὸ μέγεθος, κ. λ. Des. παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐθαυμάσθησαν. Exstat in cit. edit. Tom. I. a pag. 51. ad pag. 107. lin. 30. quare vides exemplar hoc cum illo Codicis I. & IX. huius Plutei convenire: quemadmodum etiam tres sequentes Libros, nimirum secundum, qui incidit in pag. 35. tertium pag. 74. & quintum pag. 107. (deest enim integer quartus, ut in memoratis etiam Codicibus I. & IX.) Tabula tamen Libro V. praemissa, pauciora continet Capita, nimirum ex XVIII. editis priora decem tantummodo.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saeculi XV. eleganter emendateque exaratus. Constat fol. scriptis 131.

ΛΥΣΙΟΥ ΒΙΟΣ.

LYSIAE VITA.

Ac praeterea

Aeschinis, Isocratis, Xenophontis, & aliorum Socraticorum Epistolae.

I. pag. 1. ΛΥσίου βίος γραφεὶς παρὰ Πλουτάρχου, ἕτεροι δὲ ἀντιλέγουσιν, ὅτι γέγραφεν Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεύς. *Lysiae Vita scripta a Plutarcho, sive, ut alii volunt, a Dionysio Halicarnasseo.* Inc. Λυσίας ὁ Κεφάλου, Συρακουσίων μὲν ἦν γονέων. Des. διαλεχθῶμεν τρόπον. Dionysii Halicarnassei Operum edit. Lipsiensis MDCXCI. fol. Tom. II. a pag. 82. ad pag. 93. COD. XIX.

II. pag. 17. *b. Aeschinis Rhetoris Epistolae XII.* eodem prorsus ordine, quo leguntur in Collect. Cuiac. toties cit. a pag. 36. ad p. 46.

III. pag. 26. Ἰσοκράτους ἐγκώμιον Ἀρχιδάμου. *Isocratis laudatio Archidami.* Inc. Εἰδὼς, ὦ Ἀρχίδαμε. Des. ἔργον διδάξαι περὶ αὐτῶν. Edita est Gr. & Lat. in notis ad Photii Codicem CLIX. eius Biblioth. pag. 330.

IV. pag. 28. *b. Eiusdem Epistolae VIII.* eaedemque cum illis, quae exstant in cit. Collect. Cuiac. a pag. 46. ad p. 59.

V. pag. 40. *b.* Sequuntur *Epistolae VII.* pror-

prorsus anepigraphae, quas tamen diligenti habita perquisitione comperimus esse *Socratis*, ac sub eius nomine editas ab Allatio Paris. MDCXXXVII. in 4. cum versione sua ac notis, a pag. 1. ad pag. 23.

VI. pag. 46. *b.* Ἐπιςολαὶ τοῦ Ξενοφῶντος, ὡς δοκεῖ, ἢ Αἰσχίνε τοῦ Σωκρατικοῦ. *Epistolae Xenophontis, ut videtur, vel Aeschinis Socratici*, numero XII. & quidem omnes, praeter primam hanc, secundam, & undecimam, anepigraphae. Sunt autem inter Epistolas ab Allatio editas loc. cit. sub numeris XXI. XXII. XXIII. VIII. IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVIII. & quidem diversis Socraticis tributae, nimirum Xenophonti, Antistheni, Simoni coriario, Aristippo, & Aeschini: quas tamen eorum, quibus inscribuntur, fetus minime esse, sed Sophistarum longe recentiorum μελέτας, contendit Godfridus Olearius in Exercitat. adversus Allatium de scriptis Socratis, edita Lips. MDCXCVI. in 4.

Codex Graecus membranac. Ms. in 4. maiori, Saec. XV. nitidissimus. Constat foliis scriptis 52.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΒΙΒΛΙΑ Ι΄.

EVSEBII PAMPHILI HISTORIAE ECCLESIASTICAE LIBRI X.

COD XX. I. pag. 1. PRaecedunt Eusebiano Operi manu paullo recentiori exarata Epigrammata quaedam paraenetica, adscripto titulo: Εὐςαθίου ποίημα τοῦ Ἰκονίυ (1). *Eustathii Iconiensis opus*.

I.

Ὁ ρ . . . (2) φύλασσε τοῦ νοός σε τὰς φρένας,
Καὶ κοιλίαν δάμαζε, ϗ γλῶσσαν πλέον,
Καὶ τὴν ςενὴν δίωκε τοῦ βίυ πύλην,
Καὶ φεῦγε κόσμον, ϰ νέος γενȣ̃ γέρων.

II.

Ἰχθῦν, ὕδωρ, ἄρτον τε, κηρὸν, ϰ μέλι
Ἄριςον εἰδὼς τοῦ Θεοῦ ϗ δεσπότυ,
Μὴ κάμνε, μὴ φρόντιζε, μὴ ζήτει πλέον.

III.

Αἴνει πρὸ δείπνυ, ϰ μετὰ βρῶσιν πάλιν,
Εὐχαῖς ἀεὶ γέραιρε τὸν σὸν δεσπότην.

IV.

Τὸν ὅρκον, ὡς πῦρ καὶ τεθηγμένον ξίφος,
Ἄνθρωπε, φεῦγε, μὴ μάχαιρα τῆς δίκης
Στίλβυσα ϰ τέμνουσα ῥομφαίας πλέον
Σφάξῃ φαγῇ σε μέχρις αὐτῶν ὀςέων,
Καὶ τὸ φλέγον φλέξῃ σε πῦρ αἰωνίως.

V.

Ὁ σήμερον τύπτυσα τυγχάνων σφῦρα
Ὕψυς ἐπάρσει ϗ βάρει τῆς ἀξίας
Τῦφον κατασπῶν τῆς χαμερποῦς ὀφρύος,
Τὸν ὄγκον ἐξόριζε τῆς ἐξυσίας·
Στρέφει γὰρ εἰς ἄκμονα τὴν σφῦραν χρόνος.

VI.

Πρόξενε καλῶν σὺ Θεὲ πανοικτίρμων,
Εὐςάθιον φύλαττε τὸν Ἰκόνιον,
Τὸν ποιμένα σε, ϗ λειτυργὸν, ϗ θύτην.

VII.

Θεὲ κριτὰ, βροτός εἰμι, σὺ δ' ἄφθιτος· ἠδ' ἐλεήμων
Ἵλαθι, ἵλαθί μοι ὄμματι εὐμενεῖ.

II. pag. ead. *b.* Τίνες ἐπίσκοποι ἀπὸ τοῦ Χριςοῦ μέχρι τοῦ μεγάλυ Κωνςαντίνυ τῶν μεγάλων παροικιῶν ἐπεσκόπησαν. *Quinam Episcopi a Christo usque ad Magnum Constantinum magnas paroecias gubernarunt*.

ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ.

α΄. Ἰάκωβος ὁ ἀδελφόθεος. β΄. Συμεὼν, ὁ καὶ Κλωπᾶς. γ΄. Ἰȣ̃ςος. δ΄. Ζακχαῖος. ε΄. Τωβίας. ς΄. Βενιαμίν. ζ΄. Ἰωάννης. η΄. Ματθαῖος. θ΄. Φίλιππος. ι΄. Σενέκας. ια΄. Ἰȣ̃ςος. ιβ΄. Λευΐς. ιγ΄. Ἐφρὴς (3). ιδ΄. Ἰωσήφ. ιε΄. Ἰȣ̃δας.

Οὗτοι πάντες ἐκ περιτομῆς. Μετὰ δὲ τȣ́τους πρῶτος ἀπερίτμητος.

ις΄. Μάρκος. ιζ΄. Κασσιανός. ιη΄. Πούπλιος. ιθ΄. Μάξιμος. κ΄. Ἰȣλιανός. κα΄. Γάϊος. κβ΄. Σύμμαχος. κγ΄. Γάϊος ἄλλος. κδ΄. Ἰουλιανός. κε΄. Καπίτων. κς΄. Οὐάλης. κζ΄. Δολιχιανός. κη΄. Νάρκισσος. κθ΄. Δῖος. λ΄. Γερμανίων. λα΄. Γόρδιος. λβ΄. Νάρκισσος πάλιν κοινῶς μετὰ Ἀλεξάνδρȣ. λγ΄. Ἀλέξανδρος μόνος. λδ΄. Μαζαβάνης. λε΄. Ὑμέναιος (4). λς΄. Ζαβαδᾶς. λζ΄. Ἕρμων.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ.

α΄. Μάρκος ὁ εὐαγγελιςής. β΄. Ἀνιανός. γ΄. Ἀβίλιος. δ΄. Κέρδων. ε΄. Πρίμος. ς΄. Ἰȣ̃ςος. ζ΄. Εὐμενής. η΄. Μάρκος. θ΄. Κελαδίων. ι΄. Ἀγριππῖνος. ια΄. Ἰȣλιανός. ιβ΄. Δημήτριος. ιγ΄. Ἡρακλᾶς. ιδ΄. Διονύσιος. ιε΄. Μάξιμος. ις΄. Θεωνᾶς. ιζ΄. Πέτρος, ἐφ' ὧ ἦν Ἄρειος. ιη΄. Ἀχιλλᾶς. ιθ΄. Ἀλέξανδρος ὁ ἐπὶ τῆς συνόδȣ.

ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ.

α΄. Εὔοδος, ὃν κατέςησε Πέτρος ὁ ἅγιος. β΄. Ἰγνάτιος ὁ Θεοφόρος. γ΄. Ἥρων. δ΄. Κορνήλιος. ε΄. Ἔρως. ς΄. Θεόφιλος. ζ΄. Μαξιμῖνος. η΄. Σαραπίων. θ΄. Ἀσκληπιάδης. ι΄. Φιλητός. ια΄. Ζέβεννος. ιβ΄. Βαβύλας. ιγ΄. Φάβιος. ιδ΄. Δημητριανός. ιε΄. Παῦλος ὁ Σαμοσατεύς. ις΄. Δόμνος. ιζ΄. Τίμαιος. ιη΄. Κύριλλος. ιθ΄. Τύραννος. κ΄. Βιτάλιος. κα΄. Φιλογένιος (5). κβ΄. Ῥωμανός (6). κγ΄. Εὐςάθιος ὁ ἐπὶ τῆς συνόδȣ.

ΡΩΜΗΣ.

Μετὰ τὴν Πέτρυ καὶ Παύλυ τελευτὴν,

α΄. Λῖνος. β΄. Ἀνέγκλητος. γ΄. Κλήμης. δ΄. Εὐάρεςος. ε΄. Ἀλέξανδρος. ς΄. Ξύςος. ζ΄. Τελέσφορος. η΄. Ὑγῖνος. θ΄. Πίος. ι΄. Ἀνίκητος. ια΄. Σωτήρ. ιβ΄. Ἐλεύθερος. ιγ΄. Βίκτωρ. ιδ΄. Ζεφυρῖνος. ιε΄. Κάλλιςος. ις΄. Οὐρβανός. ιζ΄. Ποντιανός. ιη΄. Ἀντέρως. ιθ΄. Φυβιανός. κ΄. Κορνήλιος. κα΄. Λούκιος. κβ΄. Στέφανος. κγ΄. Ξύςος. κδ΄. Διονύσιος. κε΄. Φήληξ. κς΄. Εὐτυχιανός. κζ΄.

(1) Εὐςάθιος quidam Ἰκονίυ inter metropolitas sedebat in coetu quodam procerum, & Episcoporum habito sub Alexio Comneno Imp. anno MLXXXII. Vtrum vero idem sit cum auctore istorum versuum, prorsus ignoramus.

(2) Reliquas huiusce primae vocis litteras evanescentes minime expiscari licuit.

(3) *Ephraem* appellatur a Le-Quienio Orient. Christ. Tom. III. pag. 143.

(4) *Hymenaeus* hic, sequens vero *Zabdas* nominantur, ibid. pag. 152.

(5) Ad hanc vocem sequens scholion ab eadem manu legitur appositum: Σημείωσαι, ὅτι Θεοδώρητος ἀπὸ τὸν Φιλογένιον Εὐςάθιον εἶναί φησιν.

(6) Pro *Romano Paullinum* recenset Le Quien loc. cit. Tom. II. pag. 708.

κζ'. Γάϊος. κη'. Μαρκελλῖνος. κθ'. vacat. λ'. vacat. λα'. vacat.

III. p. 2. *b.* Tabula argumentorum Capitum Libri I. Eusebianae Historiae, quam excipit sequens scriptoris monitum: Ὅρα, ὁ ἀναγινώσκων, μὴ συναρπαγῇς τῇ αἱρετικῇ ὑπολήψει τοῦ συγγραφέως. εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστά ἐστιν ὠφελιμωτάτη κατὰ τὴν ἱστορίαν ἡ παροῦσα βίβλος, ἀλλ' ὅμως ὅπου μὲν ἀπολύτως περὶ Θεοῦ φαίνεται θεολογῶν, οὐ δοκεῖ τισι κακοδοξεῖν· ὅπου δὲ περὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος λέγει τι, πανταχοῦ ὑποβεβηκότα, καὶ δεύτερον, ὡ ὑπουργὸν τοῦ πατρὸς ἐμφαίνει τὸν υἱὸν, Ἀρειανὸς ὢν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ δόξαν ἐπικεκρυμμένως ἐπιδεικνύων.

IV. pag. 3. Incipiunt *Eusebii Pamphili Ecclesiasticae Historiae Libri X.* quorum primus inc. Τὰς τῶν ἱερῶν ἀποστόλων, κ. λ. Vltimus des. ὁμοῦ πάσας συναγάγωμεν. Argumenta Capitum, singulis Libris praemissa, si primum, & secundum excipias, numero pauciora sunt, quam edita, quum plura in unum conflata reperiantur: addas etiam multa ex ipsis prorsus ab editis etiam quoad rem, & sensum differre. Tituli Librorum utplurimum duplicati reperiuntur, in principio nimirum, & fine. Praeterea Libri illius, qui inscribitur, *De martyribus in Palaestina passis in persecutione Diocletiani & Maximini*, quique in edit. Libro VIII. Ecclesiasticae Historiae subiicitur, in Codice habetur tantummodo eo loci initium, a verbis nimirum, Ἀλλ' ὁ μὲν τῆς γραφῆς, κ. λ. usque ad verba, φανερὰν κατεστήσαντο (edit. pag. 259. & 260.) addita in fine conclusione: Εὐσεβίου ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας βιβλίον η'. tamquam si ad Librum VIII. pertineat: reliquum vero a verbis, Ἔτος τοῦτο ἦν, κ. λ. usque ad finem, Librum historiae decimum consequitur, adiecto in fine titulo: Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου περὶ τῶν ἐν Καισαρείᾳ μαρτυρησάντων. Inter hanc tamen de Martyribus Palaestinae Narrationem, & Ecclesiasticae Historiae Libri decimi finem insertum legitur in Codice pag. 225. Ἀντίγραφον διατάξεως τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως, ἣν, τοὺς τυράννους καθελὼν, τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἔθνεσιν Ἑλληνικῇ συντάξας φωνῇ διεπέμψατο. *Exemplum Constitutionis Dei amantis Imperatoris, quam, tyrannis destructis, subditis gentibus Graeca lingua compositam transmisit.* Inscribitur: Νικητὴς Κωνσταντῖνος, μέγιστος, σεβαστὸς, ἐπαρχιώταις Παλαιστίνοις. *Victor Constantinus, Maximus, Augustus, Praefectis Palaestinis.* Inc. Ἦν μὲν ἄνωθέν τε καὶ πάλαι. Des. καὶ τιμὴν σύμφωνον ἐπιδείξονται. Tum instar clausulae litteris maioribus subditur, προτεθείτω ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς ἡμετέροις μέρεσιν. Habetur in Constantini Vita ab ipso Eusebio conscripta, edita autem citato Ecclesiasticae Historiae Tomo, & quidem pag. 374. seqq. a Capite nimirum XXIV. usque ad totum Caput XLII. Libri II. inclusive. In Codice praeterea haec alia pauca subsequuntur: Ταῦτα μὲν οὖν ὧδέ μοι κείσθω. φέρε δὲ λοιπὸν τοὺς νόμους, καὶ τὰς ὑπὲρ τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας τοῦ θεοφιλοῦς ἡμῶν καὶ πρᾳοτάτου βασιλέως ἐπιστολὰς ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς ὁμοῦ πάσας συναγάγωμεν.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. maiori, Saec. XI. optime conscriptus, & servatus. Constat fol. scriptis 249.

ΗΡΩΔΙΑΝΟΣ ΙΣΤΟΡΙΚΟΣ.

HERODIANVS HISTORICVS.

Idem *Herodiani historiarum Libri VIII.* ut in Cod. XVII. superiori. Heic tantum animadvertendum nonnullas margini correctiones, ac varias lectiones ab eadem manu fuisse appositas, titulosque Librorum in fine etiam repetitos. COD. XXI.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 8. maiori, Saeculi XV. in cuius primo folio leguntur nomina Λαυρεντίου καὶ Ἰωάννου τοῦ Πέτρου Φραντζίσκου. Constat foliis scriptis 113.

ΖΩΣΙΜΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑ ΝΕΑ.

ZOSIMI HISTORIA NOVA.

Ζωσίμου Κόμητος καὶ ἀποφισκοσυνηγόρου ἱστορίας νέας. *Zosimi Comitis & Apofiscosynegori*, COD. XXII. sive *Ex-advocati Fisci*, *Historia Nova Libris V.* compendiarie quidem ab Alexandro Macedone usque ad Diocletianum, ab hoc vero usque ad Honorium & Arcadium, Theodosii Magni filios, copiosius ab auctore composita, cum scholiis quibusdam ad marginem rubrica conscriptis. Liber I. inc. Πολυβίῳ τῷ Μεγαλοπολίτῃ. Liber V. des. τοῦ πρὸς Ἀλλάρικον πολέμου. In principio huius Historiae scholium legitur, in quo haec de auctore traduntur: Οὗτος ὁ Ζώσιμος εἰδωλολάτρης ὢν, καὶ ἐς τὰ μάλιστα φίλος Ἰουλιανῷ τῷ παραβάτῃ ἔργον ἐποιήσατο σπουδαιότατον, ὕβρεις μὲν κατὰ Κωνσταντίνου τοῦ θείου βασιλέως συνθεῖναι ψευδεῖς, ἐπαίνους δὲ Ἰουλιανοῦ τοῦ ἀσεβοῦς, πλὴν οὐδ' οὕτως ἠδυνήθη τελέως συγκρύψαι τὰ τοῦ θείου Κωνσταντίνου προτερήματα, καὶ στρατηγήματα. ὑβρίζει δὲ καὶ τὸν Κωνστάντιον, καὶ τὸν μέγαν Θεοδόσιον, ὡς χριστιανούς· χριστιανομάχος γὰρ ἦν ὁ κατάρατος οὗτος Ζώσιμος. Clauditur autem tota historia sequenti nota rubris characteribus exarata: Ὁ παρὼν ἱστορικὸς Ζώσιμος τὴν ἀρχὴν μὲν τῆς ἱστορίας αὐτοῦ πεποίηται ἀπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος. συντομίᾳ δὲ χρησάμενος, ἐν βραχεῖ καὶ λίαν ἐπιτροχάδην ἐκεῖνα διεξῆλθε μέχρι Διοκλητιανοῦ· τὰ δὲ ἐκεῖθεν μέχρι Ὀνωρίου καὶ Ἀρκαδίου τῶν τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου παίδων πλατυτέρᾳ διῆλθε τῇ ἀφηγήσει. Hi libri post varias mutilas editiones integri prodierunt a Friderico Sylburgio Veterensi ad duos Mss. Codices Thuanum, & Palatinum recensiti, cum versione ex secundis Io. Leunclavii curis, adiectis eiusdem Apologia pro Zosimo adversus Evagrii, Nicephori Callisti, & aliorum acerbas criminationes, Sylburgiique castigationibus, inter Romanae Historiae scriptores Graecos Minores Francofurti apud heredes A. Wecheli MDXC.

 fol.

fol. Zosimus vero iste Comes, & Ex-Advocatus Fisci a Photio Cod. XCVIII. & in Mss. Codicibus, quos Leunclavius, Henricus Stephanus & Sylburgius inspexerunt, Κόμης, ϗ ἀποφισκοσυνήγορος, ut etiam in hoc nostro Cod. nuncupatus, filius fortasse fuit Zosimi illius, ad quem novae Epiri Praesidem leges Valentiniani, & Valentis A. C. CCCLXXIII. latae exstant in Codice Theodosiano. Scripsisse videtur non post Eunapium modo, sed Olympiodorum Thebanum quoque, adeoque post A. C. CCCCXXV. quem Lib. V. Cap. XXVII. adlegat, ubi de Ravenna Vrbe edisserit, quamquam locus ille glossema videtur Lambecio VI. pag. 188.

Calligraphus tandem in calce Codicis rubris litteris, ut assolet, ita se subscribit: Τουτὶ τὸ βιβλίον μετεγράφη ἐν Φλωρεντίᾳ, ἀναλώμασι μὲν τȣ͂ μεγίςȣ κυρίȣ κυρίȣ ἡμετέρου Λαυρεντίȣ Διμέτιτζε, χειρὶ δὲ Ἰωάννȣ ἱερέως Ῥώσιυ τȣ͂ Κρητὸς, ἔτει ἀπὸ τῆς Χριςοῦ γενέσεως χιλιοςῷ τετρακοσιοςῷ ἐνενηκοςῷ, μηνὸς Σεπτεμβρίȣ εἰκοςῇ ὀγδόῃ. *Iste liber transcriptus est Florentiae, sumtibus quidem Maximi Domini, Domini Laurentii de Medicis, manu vero Ioannis Rhosi Cretensis, anno a Christo nato MCCCCXC. mensis Septemb. die XXVIII.* Tum in margine minoribus litteris instar scholii haec alia adiecit: Τὸ παρὸν βιβλίον ἠρξάμην Σεπτεμβρίῳ πρώτῃ· ἐτελέσθη δὲ ἐν τῇ κη'. ἔκβαλον τέσσαρας κυριακὰς, ϗ μίαν ἡμέραν τῆς ὑπεραγίας θεοτόκȣ Μαρίας, ϗ ἄλλην τοῦ τιμίȣ ϗ ζωοποιοῦ ςαυροῦ· ἐγράφη λοιπὸν διὰ κβ' ἡμέρας ὅλον τὸ βιβλίον. Θεῷ χάρις. *Hunc librum scribere incepi Septembris die prima; absolvi autem die XXVIII. deme quatuor Dominicas, & unam diem sanctissimae Deiparae Mariae, & aliam venerabilis & vivificae Crucis: reliqui sunt dies XXII. quibus totus liber scriptus est. Deo gratia.*

Codex Graec. membr. Ms. nitidissimus in fol. mai. Saec. XV. Constat foliis scriptis 185.

ΕΥΑΓΡΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗ.

EVAGRII HISTORIA ECCLESIASTICA.

Adde

Georgii Caesareensis presbyteri in CCCXVIII. Patres Nicaenos &c. Oratio.

COD. XXIII. I. pag. 1. Evagrii Scholastici & Ex-praefecti Epiphaniensis Ecclesiasticae Historiae Libri VI. cum tabulis argumentorum Capitum unicuique Libro praemissis, quarum nonnullae ab editis discrepant, aliae cum ipsis concordant. Liber I. inc. Εὐσεβίῳ τῷ Παμφίλȣ ἀνὴρ δὲ, κ. λ. Sextus des. εὐδαιμονίας παρασχόμενον. Concordant reliqui quoad initium & finem cum editione Evagrii Amstelod. MDCXCV. fol. inter Scriptores Graecos Ecclesiasticae Historiae curante Henr. Valesio editos Tom. III. a pag. 255. ad p. 464.

II. pag. 156. *b. Sermo in sanctos CCCXVIII. Patres, & in Constantinum piissimum nostrum Imperatorem, dictus a Georgio presbytero Caesareae Cappadociae.* Inc. Πείθεσθαι τοῖς ἡγȣμένοις ἐκ τῆς ἀποςολικῆς ἐπιτραπεὶς παραινέσεως. Des. εἰς τιμὴν Χριςοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, μεθ' ȣ͂ τῷ πατρὶ δόξα, κ. λ. Graece & Latine exstat in Auctario Novo Combefis. Paris. MDCXLVIII. Tom. II. pag. 547. ubi tamen auctoris nomen *Gregorius* est, non *Georgius*.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 8. Saec. XIII. pluribus in locis suppletus manu paullo recentiori; quae vero deerant, ea chartaceis foliis sunt exarata. Constat foliis scriptis 165.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑ.

ARRIANI HISTORIA.

Seu

De Expeditione Alexandri Libri septem.

HIc Codex, quem Gronovius in memorata editione minime consuluit, continet *Arriani de Expeditione Alexandri Libros VII.* ut in Codicibus I. & IX. huius Plutei; in hoc tamen Liber sextus a septimo recte disiungitur, quemadmodum in optimo Codice XXXII. Plut. IX. exhiberi animadvertit Gronovius edit. cit. pag. 312. in not. col. 2. lin. 12. & notat Fabric. Bibl. Gr. Vol. III. p. 272. item in not. Primus igitur Liber incipit a pag. 1. Secundus a pag. 32. Tertius a pag. 58. Quartus a pag. 84. Quintus a pag. 114. *b.* Sextus a pag. 138. *b.* qui desinit πρεσβεύοντι ἔχαιρον. Septimus tandem, qui inscribitur, Ἀῤῥιανοῦ Ἀλεξάνδρȣ ἀναβάσεως ἑβδόμη, incipit a pag. 161. & quidem ita: Ὡς δὲ ἐς Πασαργάδας. Des. ἐς τήνδε τὴν ξυγγραφήν. Tum in fine subditur: Ἀῤῥιανοῦ ἀναβάσεως Ἀλεξάνδρου τέλος. Quum igitur in hoc exemplari nullus sit Historiae Indicae Liber, qui in omnibus ferme Codicibus praedictos septem Libros excipere solet, videtur inde eorum infirmari sententia, qui *Alexandri Expeditionem* octo Libris constare arbitrati sunt, & pro libro octavo *Indica* habuerunt, quum sit revera opus singulare, uti animadvertimus etiam supra Cod. I. huius Plutei, §. II. Notandum in illo Libri VII. loco, ubi defectus in edit. incidit, nullam heic lacunam fuisse relictam, sed tantum in margine adscriptum, λείπει τι. loci autem illius corrupti lectionem ita habere: ἐφ' ὅτῳ ἄν τις συνέθηκε. τȣ́τῳ τῷ λόγῳ ὑποπτήξαντα, κ. λ. tum Ἀῤῥιανοῦ ubique legi pro Ἀῤῥιανȣ͂. COD. XXIV.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saeculi XV. optime servatus, quem Gronovius minime consuluit. Constat foliis scriptis 183.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ ΒΙΟΣ ΑΝΩΝΥΜΟΥ.

APOLLONII POETAE VITA INCERTI AVCTORIS.

Corrige

In Apollonii Rhodii Argonautica scholia uberrima.

COD. XXV. PRaecedunt Commentariis *Apollonii Vitae*, quales in celeberrima editione Florentina anni MCCCCXCVI. in pergamena litteris quadratis excusa, de qua meminimus Plut. XXXI. Cod. VII. supra pag. 82. Scholia vero, ut eruere potuimus ex ipsorum initio & fine in singulos Argonauticorum Libros, aut cum editis concordant, aut si quod intercedit discrimen, illud in verbis potius, quam in rebus ipsis comperimus: quod ut & ipse melius cognoscas, amice Lector, initium Commentarii tibi exhibeo una cum editionis variantibus lectionibus in calce paginae appositis. Ita igitur exorditur Scholiastes: Ἀπὸ περιεκτικοῦ σχήματος (1) ἡ μετοχὴ ἐσχημάτισαι. περιεκτικὰ δέ εἰσιν (2) ὅσα δρᾶσιν καὶ πάθος σημαίνουσιν (3), οἷον βιάζομαι, δοροῦμαι (4), σφαγιάζομαι. οὕτω καὶ τὸ ἄρχομαι, τὸ μέν τοι σημαινόμενον (5), ἀπὸ τοῦ τὴν ἀρχὴν ποιοῦμαι. ἔθος γὰρ ἀπὸ θεῶν προοιμιάζεσθαι, ὡς Ἄρατος (6), Ἐκ Διὸς ἀρχόμεθα (7), κ. λ.

Codex Graecus chartaceus Ms. in folio minori, Saeculi XV. Constat foliis scriptis 80.

ΑΠΠΙΑΝΟΥ ΙΒΗΡΙΚΗ.

APPIANI HISPANICA.

Seu potius

Appiani Historiarum Romanarum Libri duo, Aeliani Historia Varia, & Heraclides de Rebuspublicis.

COD. XXVI. I. pag. 1. LIber I. inscribitur: Ἀππιανοῦ Ῥωμαϊκῶν Ἰβηρική. *Appiani Romanarum Historiarum Iberica*, sive *Hispanica*. Inc. Ὄρος ἐστὶ Πυρήνη. Des. ἐφ' ὅσον δοκιμάσειεν. Exstat in edit. Tolliana (8) Part. I. a pag. 421. ad pag. 538.

II. pag. 41. *b*. Secundus Liber inscribitur, ut superior, nimirum: Ἀππιανοῦ Ῥωμαϊκῶν Ἰβηρική. Est tamen *Annibalica*, seu *de bello cum Annibale historia*, & inc. Ὅσα δὲ Ἀννίβας. Des. δύο καὶ πεντήκοντα ἦν. Ibid. a pag. 539. ad pag. 598.

III. pag. 65. *Cl. Aeliani Sophistae Varia Historia Libris XIV.* quorum primus inscribitur: Αἰλιανοῦ Ῥωμαίου ποικίλης ἱστορίας βιβλίον πρῶτον, & inc. Δειλοὶ κατὰ κοιλίαν. Vltimus des. ἥττων τοῦ κέρδους ὤν. Reliquorum initia ac fines Librorum concordant cum edit. Graec. Lat. Lugd. Bat. curante Abrah. Gronovio MDCCXXXI. in 4. Notandum tamen est, nullos in Codice titulos Capitibus (9) praemitti, ac Librum VI. cum V. ita esse coniunctum, ut uno ex duobus conflato, sextus desiderari videatur, Claudius hic Aelianus, quem cum alio Aeliano Tacticorum scriptore confundunt Vossius de Hist. Gr. & alii viri docti (10) fuit Praenestinus, & vix umquam Italiae fines egressus est; Graecorum tamen Graecaeque linguae amantissimus fuit, tantamque sibi Atticae dictionis facultatem elegantiamque comparavit, ut μελίγλωσσος, sive μελίφθογγος, *mellei* scilicet *oris* vulgo diceretur. Inter alia eius scripta habemus Historiae Variae (11) Libros XIV. opus prologo, epilogo, & aliquibus etiam libris truncatum; nam & Stobaeus, & Suidas nonnulla ex eo proferunt, quae in editis non occurrunt; ac Liber V. in duos videtur a librariis divisus, ob sextum deperditum: praeterea Libri XIV. extrema valde sunt, tum in Codicibus Mss. tum in editionibus confusa, praeter alias coniecturas, quas congerit Fabric. loc. & pag. cit. Graece primum prodiit cum Heraclide de Politiis, Polemone, & aliis Romae MDXLV. 4. Graece & Latine in Collectione Auctorum, qui exempla virtutum, ac vitiorum conscripsere, per Ioannem Heroldum Basileae MDLV. cum versione vero Vulteii a Conrado Gesnero passim emendata, & illustrata quibusdam notis Tiguri inter Aeliani Opera MDLVI. fol. Post varias deinde editiones, tandem Graece & Latine cum uberrimis virorum doctissimorum prolegomenis, & adnotationibus excusum fuit Lugd. Bat. MDCCXXXI. 4. in duobus Tomis, quam prae manibus editionem habuimus. Ex duobus Mss. Mediceis (12) variantes lectiones selegisse Marquardum Gudium adserit Fabric. loc. cit. pag. 700. lin. 10.

IV. pag. 156. *Ex Heraclide de Politiis*, sive *de Rebuspublicis Graecorum Commentarius*, ut in Codice XIX. Plut. LX. quem vide supra pag. 609. §. V.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. nitidissimus optimeque servatus. Constat foliis scriptis 162.

(1) In edit. ῥήματος.
(2) In edit. ἐστιν.
(3) In edit. ἐμφαίνουσιν.
(4) In edit. δωροῦμαι.
(5) In edit. τὸ μέν τι σημαίνει.
(6) In edit. desunt ὡς Ἄρατος.
(7) In edit. ἀρχώμεσθα.
(8) Citavimus in Codice V. huius Plutei supra pag 659. §. I.

(9) Quas habemus Capitum inscriptiones, eas non Aeliani, sed alicuius Scholastici esse contendunt viri docti.
(10) Vide Iac. Perizonium in Prolegom. ad Aeliani Hist. Var.
(11) Varias huiusce Operis inscriptiones vide apud Fabric. B. G. Vol. III. pag. 698.
(12) Intellige Codicem XIX. Plut. LX. quem vide supra p. 609. & hunc, quem prae manibus habemus.

ΙΣΤΟΡΙΑ ΤΗΣ ΚΕΦΑΛΗΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΒΑΠΤΙΣΤΟΥ.

HISTORIA CAPITIS S. IO. BAPT.

Nec non

Aliorum SS. PP. in eius Nativitatem, & Decollationem Orationes.

COD. XXVII. I. pag. 1. Ἐξήγησις παραδόσεως, ὅπως ἡ κεφαλὴ τοῦ ἁγίου κ̀ ἐνδόξου Ἰωάννου τοῦ προδρόμου κ̀ Βαπτιςοῦ ἐν τῇ τῶν Ἐμεσηνῶν πόλει ἀνεδείχθη. *Narratio traditioms, quomodo Caput ſancti & inclyti Ioannis Prodromi & Baptiſtae in urbe Emeſena inventum eſt*. Inc. Μοναχοὶ δύο ἐκ τῆς Ἑῴας. Deſ. ἐν μηνὶ Ὀκτωβρίῳ κς'. τοῦ τρίτου ἑξηκοςοῦ ἑπτακοσιοςοῦ ἔτους, ἰνδικτιῶνος ζ'. εἰς δόξαν Θεοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ, κ. λ. Exſtat inter Acta Sanctorum Iunii Tom. IV. pag. 716. auctore Marcello Archimandrita. Habes etiam in Cod. XXXIII. Plut. IX. Catalogi noſtri Tom. I. pag. 457. §. XLII.

II. pag. 8. *b. S. Patris noſtri Ioannis Archiepiſcopi Conſtantinopolitani Chryſoſtomi in Nativitatem S. Ioannis Praecurſoris & Baptiſtae Oratio I.* Inc. Ἀπαραίτητος σήμερον. Deſ. καὶ ζωὴν αἰώνιον· ᾧ πρέπει ἡ δόξα, κ. λ.

III. pag. 12 *Eiuſdem in idem argumentum Oratio II.* Inc. Ἐπέςη σήμερον ἡ τῶν χρεωςουμένων ἀπαίτησις. Deſ. ἐδωρήσατο, κ̀ ζωὴν αἰώνιον· ᾧ πρέπει ἡ δόξα, κ. λ. Hae duae Orationes, Ioanni Chryſoſtomo tributae, non occurrunt in elencho ipſius Homiliarum & Tractatuum, quem exhibet Fabric. Bibl. Graec. Vol. VII. pag. 560. ſeqq. neque in alio ad calcem Tom. XIII. ipſius Operum ſubiecto.

IV. pag. 15. *b. Sancti ac beati Patris noſtri Antipatri Epiſcopi Boſtrenſis in idem argumentum Oratio*, ut in Cod. XXXIII. Plut. IX. Catalogi noſtri Tom. I. pag. 445. §. VI.

V. pag. 22. *Anatolii Epiſcopi Theſſalonicenſium in Decollationem S. Ioannis &c. Orationes III.* Prima inc. Ἔτι μου τῇ μνήμῃ. Deſ. καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ, ᾧ ἡ δόξα, κ. λ. Secunda pag. 26. inc. Πάλιν ἡμᾶς. Deſ. ἀξιωθῆναι βασιλείας, ἐν Χριςῷ, κ. λ. Tertia pag. 32. inc. Ὥσπερ τις ἀνήρ. Definit imperfecte in verbis, καὶ παρὰ πάσαις ταῖς γυναιξὶ τὴν ὀργὴ .... Harum trium Orationum initia adferuntur a Fabricio inter Elogia & Vitas Sanctorum, Bibl. Graec. Vol. IX. pag. 100. Tertiam tamen ſub Chryſoſtomi nomine primus edidit Hoeſchelius an. MDLXXXVII. 8. deinde Savilius Tom. VII. pag. 549. Denique inter eius Opera nuperae edit. Pariſ. alias cit. prodiit in Tom. VIII. pag. 39. & quidem inter ſpuria: poſtrema tamen verba, quae retulimus, quum lectio Codicis ab edita valde diſcrepet, reperire minime licuit.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saeculi XI. optime ſervatus, ſi ultimam paginam excipias, cuius pars aevo conſumta, novo folio ſuppleta eſt. Conſtat foliis ſcriptis 38.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑ.

ARRIANI HISTORIA.

Sive

De Expeditione Alexandri Libri VII. & Indica, ac Polemonis Sophiſtae Declamationes duae.

I. p. 1. PAuca tum de hoc, tum de XXX. huius ipſius Plutei Codice adnotabimus, quum utriuſque inita collatione, varias lectiones recenſeat in ſua editione Gronovius, priorem hunc, illum ſecundum appellans. Primi igitur Libri *de Expeditione Alexandri* initium exhibet pagina prima, ſecundi pag. 39. tertii pag. 69. quarti pag. 100. *b.* quinti pag. 130. ſexti vero cum ſeptimo coniuncti pag. 155. *b.* In fine Capitis XII. Libri VII. unius dimidii verſus lacuna, defectus indicatur in Codice. Liber *de Rebus Indicis* pag. 202. *b.* inſcribitur heic: Ἀῤῥιανοῦ ἀνάβασις (1) Ἀλεξάνδρου ἑβδόμη. Ἰνδική. COD. XXVIII.

II. pag. 235. Sequuntur manu, ut videntur, diverſa exaratae *Polemonis Sophiſtae, Laodiceni, Declamationes duae, parentum nomine in Cynaegirum, & Callimachum Athenienſes dictae*, ut in Cod. I. Plut. LVI. ſupra p. 292. §. VII. & VIII. quem vide. Heic tamen ſecunda definit in verbis: οὕτως ἀνέσχε Καλλίμαχον ἡ μήτηρ, ὃ τὸν μὲν Ἡρακλέος ... quae in edit. ibi citata paullo ante finem occurrunt.

Codex Graecus bombycinus Ms. in 8. Saeculi XV. cuius ferine dimidium diverſa ac paullo recentiori manu ſuppletum eſt. Conſtat fol. ſcriptis 254.

ΗΡΟΔΟΤΟΣ.

HERODOTVS.

H*Erodoti Halicarnaſſei Hiſtoriarum Libri IX.* ut in Codice III. huius Plutei. Initium & finis ſingulorum Librorum concordat cum editione inibi citata. COD. XXIX.

Cod. Graecus membranaceus Ms. in folio, Saeculi XV. diligentiſſime exaratus & optimus. Conſtat foliis ſcriptis 192.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ ΙΣΤΟΡΙΑ.

ARRIANI DE TRANSITV ALEXANDRI HISTORIA.

Sive

De Expeditione Alexandri Libri VII. & Indica.

LIbrorum *de Expeditione Alexandri* diviſio eadem eſt, atque in Codice I. huius COD. XXX.
Plu-

(1) Non ἀναβάσεως, ut adſtruit Gronovius cit. edit pag. 312. in not. col. 1. lin 17.

Plutei. Libri VII. defectus indicium est unius ferme folii spatium vacuum ab amanuensi relictum, ac verba margini apposita, λείπει τι. *Historiae Indicae Liber* hunc habet titulum: Α'ῤῥιανοῦ Α'λεξάνδρου ἀναβάσεως ἱςοριῶν ἑβδόμη, uti adnotat Gronovius loco mox cit.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XV. cuius item ferme dimidium nova manu suppletum fuit. Constat foliis scriptis 229.

ΑΙΣΩΠΟΥ ΒΙΟΣ.

AESOPI VITA.

COD. XXXI. ΑΙ'σώπου βίος τοῦ μυθοποιοῦ, Μαξίμῳ τῷ Πλανούδῃ συγγραφείς. *Aesopi fabulatoris Vita, a Maximo Planude conscripta*, ut in Cod. XXIII. Plut. LVIII. supra pag. 464. §. IV. quem vide; ibi enim editionem Aldinam citavimus.

Codex Graecus chartac. Ms. in 8. maiori, Saec. XV. nitidissimus. Constat fol. scriptis 34.

ΗΡΟΔΟΤΟΣ.

HERODOTVS.

COD. XXXII. H*Erodoti Halicarnassei Historiarum Libri IX.* ut in Codice III. huius Plutei. Prima Codicis pagina argumenta exhibet singulorum Librorum, adspersaeque in ora libri rarissimae ac breves notulae adparent, ab eadem manu exaratae.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XV. optimae notae. Constat foliis scriptis 345.

ΑΠΠΙΑΝΟΥ ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΕΜΦΥΛΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Γ'.

APPIANI CIVILIVM BELLORVM ROMANORVM LIBRI III.

COD. XXXIII. COntinet nitidissimus hic Codex, ex quinque Appiani Libris *de bellis civilibus*, qui adhuc supersunt, posteriores tres, nempe III. IV. & V. quorum initium & finem attulimus supra in Codice V. huius Plutei pag. 662. §. XIII. XIV. & XV. quem vide. Heic tantum monebimus, Librum V. inscribi Ρ'ωμαϊκῶν ιη'. *Romanarum Historiarum Librum XVIII.* ita ut a decimoquarto de bellis Civilibus narrationem aggressus fuisse videatur Appianus, non a decimotertio, uti habet Fabricius Bibl. Graec. Vol. III. pag. 394.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 8. Saeculi XV. optime servatus. Constat foliis scriptis 111.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑ.

ARRIANI HISTORIA.

Titulum corrige

Diodori Siculi Historicae Bibliothecae Libri aliquot.

MAle Codicem hunc redactum, ac mutilum, tum ex epigraphe exteriori, COD. XXXIV.
tum etiam ex Epigrammate in fine Codicis adiecto, quod suo loco proferemus, patet: in utroque enim Arriani memoratur Historia, quae nullatenus exsistit, paucarum tantummodo linearum fragmento superstite, quod sequens est . . . . . μὴ παρακομίζειν. κατὰ δὲ τὴν ἐκτισμένην ὑπ' αὐτοῦ πόλιν, ἐπιφανεςάτην οὖσαν σχεδόν τι τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην, ἀποθέσθαι. κατεσκεύασεν δὲ τέμενος κατὰ τὸ μέγεθος καὶ κατὰ τὴν κατασκευὴν τῆς Α'λεξάνδρου δόξης ἄξιον, ἐν ᾧ κηδεύσας αὐτὸν, καὶ θυσίαις ἡρωϊκαῖς καὶ ἀγῶσι μεγαλοπρεπέσι τιμήσας κατέθετο. Quod videtur ad Alexandri historiam pertinere. Praeter hanc immanem Codicis mutilationem in principio, alii etiam hiatus in iis, quae superfuerunt, occurrunt, quos singillatim innuemus.

I. pag. 1. *Diodori Siculi Bibliothecae Historicae Liber I.* in duas partes divisus. Inc. Τοῖς τὰς κοινὰς ἱςορίας, κ. λ. Des. παρὰ τοῖς Ε'λλησιν ἐθαυμάσθησαν. Vide Cod. I. huius Plutei §. V. In prima Parte huius Libri, nimirum pag. 3. *b.* desunt omnia illa, quae media sunt inter verba ἐγχειρήσομεν, & Περὶ δὲ τῆς χώρας, κ. λ. ut in dicto Codice I. In altera deinde, scilicet inter pag. 16. & 17. alius defectus occurrit a verbis ἱππεῖς δὲ δισμυρίους, κ. λ. edit. cit. pag. 64. lin. 9. usque ad verba, χάριν ἀποδιδόναι edit. pag. 100. lin. 5. inclusive, ad quem supplendum sex folia vacua inserta sunt.

II. pag. 20. *Eiusdem Historicae Bibliothecae Liber II.* praevio Indice Capitum XV. Inc. Η' μὲν πρὸ ταύτης βίβλος. Des. τήνδε τὴν βίβλον. Vt in dicto Codice I. §. VI.

III. pag. 46. *Liber III.* cum tabula Capitum V. inc. Τῶν πρὸ ταύτης βίβλων, κ. λ. ut in edit. cit. pag. 174. Definit imperfecte in verbis, ἔνιοι δὲ τῶν ἱςορικῶν . . . . quae occurrunt in Capite LV. huius Libri, edit. p. 224. lin. 4. Hinc propter magnam Codicis iacturam inter pag. 70. & 71. sequuntur initio huius paginae verba . . . . . . περιςάσεις τὰς ἐχούσας δεινότητας, κ. λ. quae pertinent ad Caput XXXIX. Libri V. edit. pag. 362. lin. 19. Periit igitur in hoc hiatu magna pars Libri III. totus IV. & ex V. superest tantum fragmentum incipiens a verbis mox relatis, & desinens in verbis, εὐεργεσίας διαπορευόμενοι, quae sunt Cap. XLVI. edit. pag. 367. lin. 47. pro hoc defectu supplendo octo folia vacua sunt inserta. En tandem Epigramma, quo clauditur Codex:

Ι'ςο-

Γϛορίη Α'ριανοῖο χαρίεσσα λάβε τέρμα,
Πραξίας δἰϋσα Α'λεξάνδροιο μεγίϛας.
Ω'ς δὲ ϗ ἱϛορικῆς ἀρχαιολογίης ὧδε
Τυγχάνει πέρας, ἣν Σικελιώτης Διόδωρος
Κάρτα πονήσατο φιλοτίμως, παραίνεσιν βίῳ.
Historia Arriani elegans finem adcepit,
Praeclara enarrans Alexandri gesta;
Nec non Historicae Antiquitatis heic
Finis est, quam Siculus Diodorus
Perquam diligenter elaboravit, vitae admonitionem.

Tum sequitur ipsius amanuensis subscriptio, quae ita habet: Ε'τελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον μηνὶ Φεβρυαρίῳ ιβ΄. ἰνδ. ε΄. ἔτυς ϛϡλε΄. χειρὶ γραφὲν Γεωργίυ διακόνυ τῦ Χρυσοκόκκη, ἀναλώμασι δὲ Χριϛοφόρυ Γαράθωνος ἐν Κωνϛαντινυπόλει. *Absolutus est praesens liber mense Februario*, die *XII. indict. V. anno* 6935. (Christi MCCCCXXVII.) *manu scriptus Georgii Diaconi Chrysococcae, sumtibus vero Christophori Garathonis in urbe Constantinopoli*. Refert Latine tantum hanc subscriptionem Montfauc. Palaeogr. Graec. pag. 77. ubi tamen pro *indict. V.* habet *indict. VIII.* In suo autem Catalogo Biblioth. Bibliothecar. Tom. I. pag. 378. litt. C. perperam ait, *Epigramma*, quod retulimus, *versibus* constare *politicis*, quum heroicorum potius, quam politicorum in ipso versuum figuram, syllabarum numerus referat.

Codex Graecus bombycinus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. Constat foliis scriptis 73.

ΗΡΟΔΟΤΟΣ ΠΕΡΙ ΟΜΗΡΟΥ ΒΙΟΤΗΣ.

HERODOTVS DE HOMERI VITA.

Ac praeterea

Gorgiae Encomium Helenae, Orphei, Procli Lycii, Homeri, Moschi, ac Musaei Carmina.

COD. XXXV.

I. pag. 1. *Herodoti Halicarnassei enarratio de Homeri ortu & vita*, ut in Codice IV. Plut. XXXII. supra p. 126.

II. pag. 12. *b. Gorgiae Encomium Helenae*. Vide in Cod. IV. Plut. LVII. supra p. 338. §. XXXII.

III. pag. 16. *Orphei Argonautica*, ut in citata Collectione Veterum Poëtarum Graecorum Heroici Carminis Iacobi Lectii Tom. I. a pag. 480. ad pag. 500. In Codice nonnullae ad marginem adnotationes occurrunt.

IV. pag. 42. *b. Eiusdem ad Musaeum* Carmen. Ibid. pag. 501.

V. pag. 43. *b. Eiusdem Hymni LXXXVI.* Ibid. a pag. 502. ad pag. 521.

VI. pag. 66. *Procli Lycii philosophi Hymni IV.* Ibid. pag. 737. Sub finem postremi ad illa verba, Λυκίων γὰρ ἀφ' αἵματος, κ. λ. haec in margine adnotantur: Ε'ντεῦθεν δῆλον, ὡς οὐκ εἰσὶ ταῦτα τοῦ Ο'ρφέως. ἔοικε δὲ εἶναι, ὡς ϗ ἐπιγέγραπται, Πρόκλυ τοῦ φιλοσόφου. Λύκιος γὰρ οὗτος καὶ δεισιδαίμων εἰς ἄκρον, καὶ τὰ ὀρφικὰ περὶ πολλοῦ ποιούμενος, ὥσπερ ὁ Μαρῖνός φησιν ἐν τῷ εἰς αὐτὸν συντάγματι.

VII. pag. 68. *b. Hymni Homeri XXXI.* Ibid. a pag. 417. ad pag. 444. ultimo hymno excepto, qui est *in Hospites*; hic enim desideratur in Codice. Clauduntur autem hoc versiculo:

Δευρὶ πέρας λάχε τῶν ἐς δαίμονας ὕμνων Ο'μήρου.
Heic finem accipe Homeri Hymnorum in Deos.

VIII. pag. 103. *b. Moschi, Amor fugitivus.* Ibid. pag. 605.

IX. pag. 104. Distichon *in Iovem.*

Ζεὺς κύκνος, ταῦρος, σάτυρος, χρυσὸς δι' ἔρωτα
Λήδης, Εὐρώπης, Α'ντιόπης, Δανάης.

X. pag. ead. *b. Musaei de Herone & Leandro Carmen*. Ibid. pag. 698. In Codice tamen est imperfectum, desinit enim in versu:

Δεινὸς Ε'ρως, ϗ πόντος ἀμείλιχος. ἄλλο θαλάσσης . . . . .

qui in edit. est versus 245.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. nitidissimus, Saeculi XV. Constat foliis scriptis 109.

ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ ΑΙΘΙΟΠΙΚΑ.

HELIODORI AETHIOPICA.

COD. XXXVI.

Heliodori Aethiopica, sive Fabula diserta, elegans, & amoena, soluta oratione conscripta, complectens amores castos, & varias iactationes Theagenis, & Charicleae Libris X. quorum singuli, quoad initium & finem, cum editione Graeca Basil. MDXXXIV. 4. collati, cum ipsa penitus consentire comperti sunt. Clauditur Historia hisce verbis: Δόξα τῷ Θεῷ, καὶ τῇ τοῦτον τεκούσῃ. *Gloria Deo, & ei quae ipsum peperit*. In ultimo folio verso quaedam legitur subscriptio, ex qua praeter annum vix aliud queas exsculpere; ita tamen utcumque legimus: τῇ κα' Αὐγούϛου ἰνδ. δ΄. ͵ϛϡϟγ΄. ἔτους . . . . . . πανιερώτατος μητροπολίτης . . . . tum alia ibid. Δῦλος τοῦ ἁγίυ ἡμῶν αὐθέντου καὶ πανευτυχεϛάτου δεσπότυ Γεώργιος Παλαιολόγος . . . .

Auctor igitur huius Operis fuit Heliodorus Theodosii filius, Phoenix, Emesenus, Impp. Theodosii Magni, Arcadii, atque Honorii temporibus clarus, homo Christianus. Composuit admodum iuvenis haec Aethiopica; postea, teste Socrate, factus Episcopus Tricensis in Thessalia, auctor fuit moris, ut Clericus, qui post susceptum sacrum munus cum uxore ante clericatum legitimo matrimonio iuncta cohabitaret, deponeretur. Lucem vidit Heliodorus primum Graece, ut supra innuimus, cum Praefat. Vincentii Opsopoei, qui ex Bibliotheca Matthiae

thiae Corvini Hungariae Regis a milite quodam direptum redemit. Alias exinde editiones recenset Fabric. B. G. Vol. VI. pag. 786. seqq.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XV. plurimis in locis manu Saec. XVI. suppletus. Constat foliis scriptis 211.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ ΜΑΚΕΔΟΝΟΣ.

ALEXANDRI MACEDONIS HISTORIA INCERTI AVCTORIS.

COD. XXVII. MVtila est in principio, ac fine haec *de rebus gestis Alexandri contra Darium* historia, ac propterea quem habeat auctorem, nondum comperimus. En prima ipsius verba . . . . *περὶ ὀκτὼ κὴ δέκα γεγονὼς ἐτῶν. τὸν δὲ θόρυβον τὸν γενόμενον μετὰ τὸν Φιλίππου θάνατον Ἀντίπατρος κατέπαυσεν συνετῶς, ἀνὴρ κὴ φρόνιμος κὴ στρατηγικός. προήγαγεν γὰρ τὸν Ἀλέξανδρον ἐν θώρακι εἰς τὸ θέατρον, κὴ πολλὰ διεξῆλθεν τοὺς Μακεδῶνας εἰς ἔννοιαν προσκαλούμενος. Ἦν δὲ, ὡς ἔοικεν, τοῦ πατρὸς Φιλίππου εὐτυχέστερος ὁ Ἀλέξανδρος, κ. τ. λ.* Scriptorum, qui Alexandri res gestas litteris mandaverunt, Catalogum exhibet Fabric. Bibl. Gr. Vol. II. pag. 207. seqq. qui quum paene innumeri sint, ne coniicere quidem potuimus, quinam ex ipsis sit huius fragmenti auctor.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 8. minori, Saeculi XII. Constat foliis scriptis 47.

FINIS PLVTEI LXX.

PAVCA QVAEDAM ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 126. *lin.* 7. Halicarnassaeo *corr.* Halicarnasseo. *Pag.* 184. *lin. ult.* fortasse *corr.* idem. *Pag.* 206. *lin.* 11. Cod. XXLVII. *corr.* Cod. XLVII. *Pag.* 218. *lin. ult.* iuramenti militaris *expunge* militaris. *Pag.* 228. *lin.* 22. ἀνάγχη *corr.* ἀνάγκη. *Pag.* 244. §. I. Erotemata grammaticalia, *quae ad Theodosium pertinere tunc arbitrabamur, Manueli Moschopulo tribuenda esse postea comperimus.* *Pag.* 261. § XXI. sententiarum *corr.* proverbiorum. *Pag.* 264. §. XXXIV. Apollinis Oracula *ita inscripta in Codice VII. Plut. LV. Manuelem item Moschopulum auctorem habent in Codice Viennensi, Nessel. Catalog. Part. I. pag.* 304. §. XX. *Pag.* 264. §. XXXV. non Herodianum *corr.* non Hephaestionem. *Pag.* 318. *lin.* 20. Plethonii *corr.* Plethonis. *Pag. ead. lin. ult.* Palaeologina *corr.* Palaeologinae. *Pag.* 372. *prope finem*, quod num ad superiorem Michaëlis tractatum pertineat ignoramus *corr.* quod ad superiorem Michaëlis tractatum pertinet. *Pag.* 390. *lin.* 27. §. XII. *corr.* §. XIII. *Pag.* 465. *lin.* 57. ἐκείνου *corr.* ἐκείνῳ. *Pag.* 480. *lin.* 3. analyticorum Arist. *adde* posteriorum. *Pag.* 528. *lin.* 46. de Propositionibus *corr.* de Praepositionibus, *& sic infra pag.* 545. *lin.* 30. *Pag.* 529. *in not.* 1. Catalogi nostri pag. 63. *adde* Tom. I. *Pag.* 538. *lin.* 20. Anchora *corr.* Ancora. *Pag.* 576. *sub finem* Ω'ου δὲ *corr.* Ωἷον δὲ. *Pag.* 635. *lin.* 17. pag. 251. *corr.* pag 283. *Pag.* 285. *lin.* 52. Lib. VIII. *corr.* Lib. VII. *Pag.* 639. *Cod. XVIII.* a pag. 191. ad pag. 333. *corr.* a pag. 144. ad pag. 250. *Pag.* 643. *lin.* 45. ἀμαξίας *corr.* ἀμαθίας.

ΤΩι ΣΥΝΤΕΛΕΣΤΗι ΤΩΝ ΚΑΛΩΝ ΘΕΩι ΧΑΡΙΣ
ΩΣΠΕΡ ΞΕΝΟΙ ΧΑΙΡΟΥΣΙΝ ΙΔΕΙΝ ΠΑΤΡΙΔΑ
ΟΥΤΩ ΚΑΙ ΟΙ ΓΡΑΦΟΝΤΕΣ ΒΙΒΛΙΟΥ ΤΕΛΟΣ
VOLVMEN HOC SECVNDVM EXACTISS. EXHIBENS RECENSIONEM
CODICVM GRAECORVM BIBLIOTHECAE LAVRENTIANAE
ADORNARI ET IMPRIMI CAEPTVM
NONIS DECEMBRIBVS ANNI CIↃ . IↃ . CC . LXV.
FELICITER ABSOLVTVM EST
KAL. IAN. ANNO PVBL. SAL. CIↃ . IↃ . CC . LXVIII.
REGNANTE PETRO LEOPOLDO AVSTRIACO
REGIO PRINCIPE HVNG. ET BOIOHEMIAE
MAGNO ETRVRIAE DVCE
QVI DIV VIVAT REGNET ET TRIVMPHET
FLORENTINIS INGENIIS NIL ARDVI EST

CATALOGI CODICUM GRAECORUM LUCIS OPE REIMPRESSI

LIPSIAE MCMLXI

ZENTRAL-ANTIQUARIAT DER DEUTSCHEN DEMOKRATISCHEN REPUBLIK

ANGELO MARIA BANDINI

CATALOGUS CODICUM MANUSCRIPTORUM BIBLIOTHECAE MEDICEAE LAURENTIANAE

accedunt

SUPPLEMENTA TRIA

AB E. ROSTAGNO ET N. FESTA CONGESTA

necnon

ADDITAMENTUM

EX INVENTARIIS BIBLIOTHECAE LAURENTIANAE DEPROMPTUM

accuravit

FRIDOLF KUDLIEN

VOLUMEN TERTIUM

LIPSIAE MCMLXI

ZENTRAL-ANTIQUARIAT DER DEUTSCHEN DEMOKRATISCHEN REPUBLIK

Mit Unterstützung des Akademie-Verlages, Berlin W 8, Leipziger Straße 3-4
herausgegeben
vom Zentral-Antiquariat der DDR

Ag 730/03/61/DDR
Satz: IV/2/14 · VEB Werkdruck Gräfenhainichen · 1593
Druck: III/29/2 · F. Ullmann KG, Zwickau
Einband: H. Sperling, Leipzig
Printed in Germany
EŚ 7 M

CATALOGVS
CODICVM GRAECORVM
BIBLIOTHECAE LAVRENTIANAE
SVB AVSPICIIS
PETRI LEOPOLDI
ARCHIDVCIS AVSTRIAE
MAGNI ETRVRIAE DVCIS
IN LVCEM EDITVS.
TOMVS TERTIVS
IN QVO
PHILOSOPHI, MEDICI, CHIRVRGICI, ETHICI, POLITICI, NOMICI,
VETERIS AC RECENTIORIS AEVI SCRIPTORES,
QVI IN SINGVLIS CODICIBVS CONTINENTVR
QVAM DILIGENTISSIME RECENSENTVR ET ILLVSTRANTVR.
EDITA SVPPLENTVR ET EMENDANTVR.

AVCTORE

ANG. MAR. BANDINIO I. V. D.
EIVSDEM BIBLIOTHECAE REGIO PRAEFECTO.

ACCEDVNT
CODICES GADDIANI GRAECI
ET INDICES LOCVPLETISSIMI.

FLORENTIAE TYPIS REGIIS
ANNO CIↃ. IↃ. CC. LXX.

PRAESIDIBVS ADNVENTIBVS.

AEQVO ET BENEVOLO LECTORI

ANGELVS MARIA BANDINIVS S. D. P.

I. Etas nostra quum nova semper adpetat, & ea potissimum sedulo investigare contendat, quae temporum malignitate, vel cognitionum defectu, vel rei difficultate, maiorum nostrorum industriam effugerunt; illos prae reliquis de litteraria Republica praeclare mereri nemo non videt, qui ex abditis Bibliothecarum forulis utiliora ad artes & litteras amplificandas inventa, a situ, & carie, atque hominum iniuria vindicare satagunt, ac novis observationibus illustrata in medium proferunt. Iam enim in immensum multiplicata librorum supellectile, & Criticorum prolixis disputationibus onerata, eo adducta sunt optima studia, ut apud plerosque vilescere propemodum videantur.

II. Quapropter maximam laudem nuperis annis apud seram posteritatem sunt consequuti doctissimi quidam Batavi, Galli, atque Germani, & inter Italos viri immortalitate dignissimi LUDOVICUS ANTONIUS MURATORIUS, IOANNES LAMIUS, ANTONIUS FRANCISCUS GORIUS, qui tot praeclara veterum scriptorum monimenta publica luce donarunt; quorum ego luculentissimo exemplo a teneris annis mirifice incensus, non pauca veteris aevi analecta in vulgus extuli; praesertim vero, ubi duodecim ante annis ab Augustissimo Imperatore FRANCISCO, eodemque Magno Etruriae Duce, Mediceae Bibliothecae Praefectura concredita mihi fuit.

III. Caepi statim, multiplices, insignes, & antiquissimos Codices, quos Medicei Heroes e Graeciae incendiis, atque ruinis Florentiam immensis sumtibus comportarunt, reseratis cuique singulis diebus Bibliothecae foribus, avidissime volutare. Quum enim variis olim casibus ipsorum plerique fuissent expositi, ac deinde per tria ferme saecula iniquo certe pressi fato in tenebris iacuissent, fructus propterea non nisi perquam exiguos bonarum artium cultoribus adferre potuerunt. Quod ego mecum animo reputans, ne diutius eruditi viri tanto bono fraudarentur, statui non illos tantummodo Scriptores, qui lucem nondum adspexerant, sed etiam non paucos eorum, qui mutili, ac mendosi, in manus hominum ferebantur, ope huius pretiosissimae supellectilis membris suis auctos iterum foras emittere, ac deterso squallore purgare.

IV. Primus itaque labor meus in eo fuit, ut praestantiora quaedam Graecae Ecclesiae monimenta, omnibus adhuc ignota, tribus Voluminibus in 8. ab Anno MDCCLXI. ad Annum MDCCLXIII. in vulgus proderem. Continentur in primo IUSTINIANI Imperatoris Opusculum adversus eos, qui impium THEODORUM MOPSUESTENUM, atque iniqua eius dogmata, nec non Epistolam IBAE dictam, ac THEODORETI libros contra Catholicam fidem propugnabant; ac praeterea EUDOCIAE Augustae Poëma de Martyrio S. CYPRIANI a PHOTIO Constantinopolitano Patriarcha memoratum in sua Bibliotheca Codice CLXXXIV. Tomus secundus habet S. IOANNIS CHRYSOSTOMI Homiliam in Ninivitarum poenitentiam, ANASTASII SINAITAE Sermonem tertium de hominis creatione, formulam abiurationis Athinganorum, S. GREGORII NAZIANZENI Epigrammata quaedam, specimen Operis IOANNIS CANTACUZENI contra PALAMAM, IOANNIS Diaconi ORESTIADIS Poëma de laudibus Imperatoris PALAEOLOGI, ac tandem specimen Commentarii S. IOANNIS CHRYSOSTOMI in IOBUM. Tomus tertius exhibet BASILII MAGNI tractatum de Synisactis, NICEPHORI CALLISTI XANTHOPULI Sermonem in S. MARIAM MAGDALENAM, Codicum aliquot insigniorum notitiam.

V. Neque heic substitit cura mea ac diligentia in Graecis litteris promovendis; restitui enim & propriis sumtibus edidi Anno MDCCLXIII. collatis in unum Mediceis Codicibus, additaque Latina & Italica versione, cum aliquot selectis adnotationibus CALLIMACHI Cyrenaei Hymnos, Anno MDCCLXIV. NICANDRI Theriaca,

 & Ale-

& Alexipharmaca cum Graeca EUTECNII *Sophistae Metaphrasi e Mediceo Codice descripta*, *Anno* MDCCLXV. MUSAEI *de Herone & Leanaro Carmen*, COLUTHI *Raptum Helenae*, TRYPHIODORI *Aegyptii Grammatici Excidium Troiae*, *&* ARATI *Apparentia*, *Anno* MDCCLXVI THEOGNIDIS, PHOCYLIDIS, *&* PYTHAGORAE *Carmina*, *nec non Epistolam de celeberrimo Codice Tacticorum ad Celsissimum S. R. I. Principem* IOANNEM WENCESLAUM *de* LIECHTENSTEIN; *Anno denique* MDCCLXVII. *Epistolam alteram de* MICHAELE ACOMINATO, *eiusque scriptis*, *Regiae Parisiensis Academiae Sociis clarissimis nuncupatam*, *typis descripsi*, *quum in coetum illum amplissimum Nonis Septembribus superioris anni plenis omnium suffragiis fuissem cooptatus*

VI. Hoc mihi certe gravissimum onus imposui, qui beatam omnino vitam vivere potuissem, amore dumtaxat erga litteras meo, quod hoc me pacto plurimum studiosis bonarum litterarum profuturum esse censebam. Verum seposita variis de caussis Graecorum Poëtarum editione, alios enim plures adornaveram, me totum ad Catalogum Laurentianae Bibliothecae perficiendum converti. Dolebam siquidem ac vehementer angebar, dum mihi ante oculos quotidie obversarentur tot Europae Bibliothecarum Catalogi, solos Mediceos Codices, scripturae antiquitate & operum praestantia, toto orbe percelebres, sordescere adhuc, & in tenebris latitare, nihilque aliud ipsorum superesse, quam breves indiculos, in quibus multi sunt praetermissi, alii titulis falsis inscripti, alii leviter repraesentati, quum nemini cura fuerit, non modo ea, quae ignota adhuc intus latent rerum & doctrinae argumenta diligenti examine perscrutari, sed ne ea quidem, quae typis vulgata circumferuntur, cum editionibus accurate conferre.

VII. Humanis igitur destitutus auxiliis, ut iam in Praefatione primo Volumini praemissa leviter attigi, rem profecto arduam, & multis obsitam difficultatibus, aggressus sum: ac primo quidem, numeratis singulis cuiuscumque Codicis foliis, Scriptorum nomina, Librorum argumenta, materiem, magnitudinem, atque ornamenta breviter simul ac distincte sub legentium oculos posui. Sed dum nihil omittere, dum vel brevissimum quodque apospasma suo titulo insignire, suoque auctori, quoad fieri potest vindicare contendo, maximis me vidi angustiis quandoque circumventum. Multi enim Codices mutili sunt, vel tineis, aut madore vitiati, aut senio consumti, alii sine titulis, plures, sine ullo auctoris nomine, nonnulli etiam aliud verbis, & prima fronte promittunt, quam re ipsa, atque intus exhibeant.

VIII Itaque operae pretium duxi singula Volumina excutere, quae fragmenta sunt, quasi partes corpori, unde avulsae videbantur, restituere, auctorum nomina, quae quidem cognosci potuerunt, adsidua speculatione tandem comperta, pleraque indicare, titulos vel deperditos reparare, vel eos, qui numquam fuerunt, ex operis argumento supplere. Nullam denique remisi curam, licet laboris & taedii plenissimam, ut tituli operum, & ipsa opera, sine ulla sermonis ambage, uno oculi ictu innotescerent. Quoniam vero Codicum Manuscriptorum auctoritas apud eruditos magna est, antiquissimorum autem excellit apud Criticos; singulorum aetatem notavi, vel ex calligraphorum testimonio, vel ex possessorum emblematibus, quae Codices aliquando praeseferunt, iique potissimum, qui Mediceorum Principum munificentia & auspiciis exarati sunt, deprehensam. Iudicium praeterea sequutus Virorum Clarissimorum MABILLONII, MONTFAUCONII, BARINGII, MURATORII, MAPHAEI, WALTHERI, *qui de veteri scriptura omnium diligentissime pertractarunt, Codices nostros cum characterum specimimbus, quae ipsi ad diiudicandas priscorum saeculorum scripturas aereis tabulis repraesentari curarunt, multa adhibita diligentia conferens, ex similibus litterarum ductibus, apicum ac spirituum forma, & ex longo meo in tractandis antiquis membranis usu id sum adsequutus, ut cui circiter saeculo referendi essent Codices ii, quos nulla neque scriptorum, neque possessorum nota distingueret, coniectura satis certa possem statuere: illud certe ante oculos semper habens, satius esse, veteres Codices uno antiquiores saeculo, vel recentiores pronunciare, quam nullam omnino eorum aetatem definire. Integras aliquando exscripsi Epistolas, Praefationes, Epigrammata, Fragmenta, Anecdota, quae in nuperis editionibus non occurrunt, longiora persaepe initia subiiciens eorum Operum, quae nondum typis esse commissa deprehendi. Meus denique hic unus scopus fuit, ut ne quid ad plenam Codicum notitiam necessarium praetermitterem, neve quidpiam inutile, aut peregrinum insererem.*

IX. Habes itaque paucis, candide Lector, quae heic tibi de Operis huiusce ar-

argumento, instituto, ratione, serie, summa, auctariis & ornamentis censui repetenda, ne scilicet post septennium, ex quo primum Volumen in medium protuli, in peregrinam quasi regionem delatus, incertus viae, locorum & incolarum inscius, linguae rudis, aut immotus obstupesceres, aut male vagus aberrares. Si quid autem inest, quod tibi adrideat, curae, nitoris, elegantiae; primum id totum Deo Omnipotenti, bonorum operum perfectori, acceptum referre debes, qui mihi suo Numine in hoc Opere condendo, castigando, exornando benignissime adfulsit; exinde vero doctissimis Batavis, Gallis, atque Germanis scias te magnam habere gratiam, qui datis ad me humanissimis litteris, non modo suscepti laboris propositum omne vehementer probarunt, ac maximis laudibus extulerunt, sed & amicitiam suam, & quod huius pignus est certissimum, celebriorum Bibliothecarum, & elegantioris suae eruditionis usum ultro mihi obtulerunt: de quo singulari prorsus aequitatis in studia mea, & amoris in me ipsum testimonio, eas heic publice ago gratias, quas, ut vires meae sunt, numquam me relaturum esse satis praevideo. Liceat mihi prae reliquis, amicitiae & honoris gratia nominare DAVIDEM RHUNKENIUM, *Graecarum Litterarum Professorem in Academia Lugduno-Batava optime meritum, mihique amicissimum, qui me pluries ad opus invicto animo persequendum incitavit. Recitabo heic particulam litterarum, quas ad me nuper dedit vir doctissimus ad diem* VIII. *Maii Anno* MDCCLXIX. „ *Quod scribis te dubitare, an, „ Graecis Codicibus recensitis, latinos etiam recenseas, quaeso, vir praestantissi-„ me tollas omnem dubitationem, & opus, quod pulcerrime inchoasti, feliciter „ consummes. Noli indignari, si homines a Musis alieni haec frigide excipiant, „ vel contemnant. Eadem omnium eruditorum sors est. Cogita potius, quanta Ti-„ bi laus parta sit, quantum decus, tum apud eos, qui nunc sunt, tum apud se-„ ram posteritatem. Equidem institutum tuum, quocumque modo possum, ubicum-„ que possum, laudibus fero, & eruditos nostrates ad tuos libros legendos excito „ & impello.* „ *Huc usque vir clarissimus, cui debent plurimum Graecae, & Latinae litterae, ac veterum Scriptorum manes, quos in dies, tamquam ab inferis in lucem revocat.*

X. Ceterum illud Tibi persuasum velim, amice Lector, me undecim iam annos, ex quo Graeca cudere aggressus sum, ne horam quidem solidae quietis habuisse. Pulcerrimum, utilissimumque esse institutum meum, omnes uno ore dicunt, laudant, praedicant, ii praecipue, qui ad Mediceum hoc Musarum Sacrarium invisendum quotidie accedunt. Sit ita certe; inveni tamen, quo me excruciem modo, dum bonis litteris prodesse cupio.

XI. Ac ne fortasse lectoribus fucum me facere velle, & institorum more, expositarum mercium pretium inanibus verbis extollere quis credat, percurrat quaeso studiosus quisque antiquitatum indagator tria haec Graecorum Codicum Mediceae Bibliothecae Volumina, & ipsi statim, quot mihi fuerint superandae difficultates certo certius constabit. Quod vero in hac durissima provincia obeunda lente mihi fuerit festinandum, id feci, non modo ex veteri laudatoque proverbio, quo ita festinare in rebus magnis monemur, ut ne quid temere praecipitemus; sed etiam quia studio ac festinationi meae nonnulla intercesserunt, quae diutius, quam par erat, atque ego etiam putabam, partem hanc operis mei protraherent, eiusque continuationem, quum iam toto anno MDCCLXVIII. *primum Latinorum Codicum Volumen fere absolvissem, tandem maximo litterariae Reipublicae damno impedirent.*

XII. Verum multas inter animi mei aegritudines atque molestias, habui hoc anno, quo animum meum summopere levarem, ob faustissimum, & omni aevo memorandum in Etruriam adventum IOSEPHI SECUNDI *Romanorum Imperatoris semper Augusti, de cuius singulari humanitate, animi magnitudine, divina prorsus ingenii vi, & praeclara rei militaris, atque optimarum artium scientia, multa pridem inaudieram. Hic saeculi Heros incomparabilis, quum multa in Urbe Florentia visenda forent, accedere in primis voluit una cum Augusto Fratre* PETRO LEOPOLDO, *Magno Etruriae Duce nostro optimo ac clementissimo, ad hanc vetustam & ditissimam omnis generis studiorum, atque linguarum, supellectilem: in quo quidem nobili consilio explendo, ac vere Romano Caesare digno, ei operam meam praebui fidelem & accuratam, quum ad diem secundam Maii, quae vivificae Crucis festo solemnis est, hora nona ante meridiem eadem* SACRA CAESAREA MAIESTAS *Bibliothecam perlustrare, & insigniores Codices nonnullos Augustis manibus tractare, me digito monstrante, non est dedignata. Quod & antea*

Soror

Soror eius Augusta MARIA CAROLINA ALOYSIA, *utriusque Siciliae Regina, dum Neapolim itura, Florentiam perrexisset, raro quidem exemplo praestiterat. Illa enim anno proxime elapso, die* XXX. *Aprilis, quum illustriora Vrbis monimenta tam sacra, quam profana una cum Augustis Magnis Ducibus inviseret, haec quoque Musarum penetralia hora decima ante meridiem, Maiestate sua implere voluit, ibique aliquantulum immorata librorum partim vetustatem, partim ornatus summopere commendavit*

XIII. Paucis interiectis mensibus, PASCHALEM DE PAVLLIS *ob ingruentium hostium numerum ab Insula Corsica profugum, & Florentiam adventantem in eadem Medicea Bibliotheca die* XXVII. *Iunii post meridiem lubentissime per duas horas excepi, & amplexus sum. Hic pro tutanda Patriae suae libertate ingentem laudem insignibus studiis, multis vitae periculis, plurimorum laborum vigiliarumque pretio sibi comparavit, ut constans omnium opinio sit, in praecellenti & eximia rei militaris scientia atque peritia veterum heroum, ac Ducum aequasse gloriam, in multis etiam superasse. Itaque tam prosperorum eventuum memoria ne ullo umquam tempore dilabatur & fluat, ipsam volui hoc publico monimento litteris consignare, ut inter incredibiles angustias atque labores, quos mihi Mediceae Bibliothecae regimen adtulit, aliquid habeat, quod mihi invideat curiosa posteritas.*

XIV. Denique, ne te pluribus immorer, candide Lector, lubenti animo accipias, oro atque obtestor, postremum hoc, qualecumque sit, laborum ac vigiliarum mearum Volumen, quod diurna nocturnaque manu versavisse non te poenitebit. Thesaurum enim cognitionum, neque vulgarium continet, & crebris rerum memorandarum notitiis legentem detinere potest & oblectare. Volui insuper, ut plenissime desiderio tuo satisfacerem, pro Voluminis coronide subiicere, iuxta annorum seriem, antiquariorum librariorumque memorabilia, ut in Codicibus nostris occurrunt, quum a viris politioris eruditionis amantibus gratissime excipiantur, & Caput VI. Libri I. Palaeographiae Graecae Clarissimi MONTFAVCONII *supplere possint & emendare. Quod si inter tot laudandi aliquid minus probandum legeritis, ingenui Lectores, mementote illud Horatiani praecepti.*

Verum, ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura.

Estote igitur laboris nostri aequi iudices, adfectique singulari beneficio minime ingrati, ne mihi succenseatis Valete.

Dabam Florentiae e Mediceo Musarum Sacrario in pervigilio D. Laurentii die IX. *Augusti* CIↃ. IↃ CC. LXIX.

ΕΠΛΗΡΩΘΗ ΔΕ ΤΟ ΠΑΡΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΙ' ΕΞΟΔΟΥ ΚΑΙ ΜΟΧΘΟΥ ΠΟΛΛΟΥ ΕΜΟΥ ΑΓΓΕΛΟΥ ΤΟΥ ΒΑΝΔΙΝΟΥ ΑΜΑΡΤΩΛΟΥ ΙΕΡΕΩΣ ΕΝ ΦΛΩΡΕΝΤΙΑΙ ΕΝ ΕΤΕΙ ΑΠΟ ΤΗΣ ΚΤΙΣΕΩΣ ΚΟΣΜΟΥ ΕΠΤΑΚΙΣΧΙΛΙΟΣΤΩΙ ΔΙΑΚΟΣΙΟΣΤΩΙ ΕΒΔΟΜΗΚΟΣΤΩΙ ΟΓΔΟΩΙ. ΑΠΟ ΔΕ ΤΗΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΓΕΝΝΗΣΕΩΣ ΧΙΛΙΟΣΤΩΙ ΕΠΤΑΚΟΣΙΟΣΤΩΙ ΕΒΔΟΜΗΚΟΣΤΩΙ.

ΜΗΝΟΣ ΙΑΝΝΟΥΑΡΙΟΥ Δ. ΗΜΕΡΑΙ Ε'.

ΤΩΙ ΣΥΝΤΕΛΕΣΤΗΙ ΤΩΝ ΚΑΛΩΝ ΘΕΩΙ ΧΑΡΙΣ.

NOTAE ET NOMINA SCRIBARVM, ET LIBRARIORVM,

NEMPE

CALLIGRAPHORVM, TACHYGRAPHORVM ET NOTARIORVM,

Quae in Graecis Codicibus Laurentianae Bibliothecae occurrunt a nono Christi Saeculo ad decimum sextum.

Numerus Romanus maior Pluteum, minor vero Codicem denotat.

PLut. *VI. Codex* VI. *membranaceus in fol. Tom. I. pag.* 102. EVSEBIVS *de praeparatione Evangelica. In fine ultimae paginae scriptum legitur* „ *absolutus est mense Iunio A. M.* 6000. *hoc est Christi* CCCCXCII. „ *quae subscriptio tachygraphi incuria, qui millenario numero centenarium addere oblitus est, mutila est iudicanda. Codicis enim scriptura saeculum sapit* XV. A. 492

XXVIII. XXVI. *membran. in* 4. *min. Tom. II. pag.* 46. THEONIS *expositio in Canones* PTOLEMAEI. *In eo legitur Tabula continens Catalogum Imperatorum suis laterculis distinctum, cum annis, quibus regnarunt, ad* LEONEM *usque Sapientem, qui ab A. Chr.* DCCCLXXXVI. *ad A.* CMXI. *imperavit: ex quo Codicis vel nono saeculo exeunte, vel decimo ineunte exarati, certissimum argumentum eruitur; eo enim imperante scriptum fuisse colligitur, quod annorum eius Imperii summa ab exscriptore omissa est, & ab altera manu, quae Catalogum continuavit posterius suppleta.* 886

IV. XXIX. *membran. in* 4. *maiori. Tom. I. pag.* 551. *Acta Apostolorum, & Epistolae Catholicae & Paullinae cum scholiis.* Saec. IX.

VI. XXI. & XXXI. *membran. in* 4. *maiore quadrato. Ibid. pag.* 140. & 157. *Evangelica synaxaria litteris uncialibus exarata atque optime servata.*

IX. XV. *membran. in* 12. *Ibid. pag.* 412. *Pars Lectionarii, seu Officii Divini Graecorum, & alia, in cuius fine perversis & intricatis litteris nota Amanuensis adponitur; ex qua nihil aliud, praeter annum scriptionis, eruitur, qui sic adnotatur* ,ϛυοβ'. *scilicet* 6472. *Christi* DCCCCLXIV. 964

VIII. XXVIII. *membran. in* 4. *maiori. Ibid. pag.* 385. S. IOANNIS CHRYSOSTOMI *ex interpretatione in Genesim Homiliae* XXXVII. *scriptae ab* IOANNE *sacerdote, mense Novembri, die decimatertia, Indictione prima, anno Mundi* 6481. *Christi* DCCCCLXXIII. *Memoratur etiam* LEO *Codicis possessor. Huius meminit Pal. Gr. Lib. I. pag.* 45. *Cl.* MONTFAVC. 973

LXIX. VI. *membran. in* 4. *Tom. II. pag.* 626. PLVTARCHI *Vitae Parallelae* XIV. *scriptae manu* GREGORII CVBVCLESII, *mense Iulio, Indict.* X. *anno* 6505. *Chr.* DCCCCXCVII. MONTF. *l. c. pag.* 46. *pro* GREGORIO *legit* GEORGIO & *pro* Iulio, Iunio. 997

VI. XVIII. *membran. in fol. Tom. I. pag.* 130. *Evangelia cum versiculis in laudem* LEONTII *scriptoris.* Saec. X.

IX. III. *membran. in* 4. *maiori. Ibid. pag.* 390. IOANNIS SCHOLASTICI *Scala Paradisi cum scriptoris, qui tamen nomen suum reticet versiculis in fine.*

XXVIII. XVIII. *membran. in fol. Tom. II. pag.* 35. THEONIS *expositio in magnam Constructionem* PTOLEMAEI. *Hunc* LANGIVS *Codicem appellat optimum, rarum & insignem:* HOLSTENIVS *vero insignem librum ob scripturam & antiquitatem. Fuit* ANGELI POLITIANI.

XXXII. IX. *membran. in* 4. *maiori. Ibid. pag.* 132. SOPHOCLES, AESCHYLVS & APOLLONIVS RHODIVS *cum Scholiaste antiquo. Codex insignis, quo* PETRVS VICTORIVS *usus est in Tragicis Graecis recensendis, teste* HOLSTENIO.

XXIV. *membran. in* 8. *Ibid. pag.* 174. HOMERI *Odyssea scripta ab* IOANNE *peccatore.*

LV. IV. *membran. in fol. Ibid. pag.* 218. *Tacticorum Auctorum Collectio uberrima. Codex insignis, & omni pretio maior. Possessor Codicis, quidam* DEMETRIVS LASCARIS LEONTARIVS, *varia memoratu digna pluribus in locis adnotavit, quae omnia in ipsius recensione proferimus. Ea vero incipiunt ab anno Mundi*

6915.

Saec. X. 6915. *Christi* MCCCCVII. *& pertingunt usque ad A. M.* 6958. *Christi* MCCCCL.
LXIX. II. *membran. in fol. Ibid. pag.* 622. THVCYDIDIS *Historia Peloponnesiaca, in cuius calce legitur „* DEO *gratias* PETRVS *scripsit. „* MONTFAVC. *loc. cit. pag.* 92.

XXII. *membran. in* 4. *Ibid. pag.* 642. IOSEPHVS *de Antiquitate Iudaica, cum epigrammate in fine versibus hexametris ex persona scriptoris, tacito tamen nomine.*

LXX. III. *membran. in fol. min. Ibid. pag.* 657. HERODOTI *Historiarum Libri novem. Codex antiquissimus atque optimus.*

LXXXIX. sup. XXII. *membran. in* 4. *Tom. III. pag.* 411. IOANNIS CLIMACI *Scala Paradisi, manu* CONSTANTINI *minimi sacerdotis.*

1021 *XI.* IX. *membran. in fol. Tom. I. pag.* 502. S. IOANNIS CHRYSOSTOMI *varia, ac Vitae quaedam SS. Patrum, partim ab* ISAIA *quodam exscriptae, qui se pluribus locis prodit, partim a* LVCA *monacho peccatore, iussu* ISIDORI *sacerdotis & Praefecti monasterii S.* IOANNIS APEIRI *anno Mundi* 6529. *Christi* MXXI. *Indict.* IV. *mensis Septembris die* XII. *feria* V. *In fine legitur „ Hunc librum, qui „ dicitur Margaritae, emit Fr.* AMBROSIVS *ex urbe Regii Calabriae tarinis* XIII. *„ horum temporum, quum D. N. Papa* VRBANVS *VI. venit Messanam mense Augu„ sto die* VIII. *Indict.* VII. *anno Mundi* 6893. *Christi* MCCCLXXXV. „

1063 *IV.* XVI. *membran. in* 4. *maiori. Ibid pag.* 540. ANASTASII *Sinaitae Quaestiones & Responsiones, a* NICEPHORO *peccatore & paupere calligrapho exaratae mense Octobri, Indict.* I. *anno Mundi* 6571. *Christi* MLXIII. MONTFAVC. *loc. cit. pag.* 52.

1091 *VII.* XXIV. *membran. in* 4. *min. Ibid. pag.* 275. GREGORII *Theologi Orationes, manu* EVTHYMII *monachi peccatoris* XIPHILINI, *mense Aprili, Indict.* XIV. *anno Mundi* 6599. *Christi* MXCI. MONTF. *ibid. pag.* 54.

1093 *IV.* XXXII. *membran. in* 12. *Ibid. pag.* 553. *Epistolae Catholicae, & Paullinae, & alia. Plures in hoc habentur subscriptiones, in quibus nominatur* IOANNES *quidam monachus & presbyter; in ultima vero subiungitur, fuisse scriptum Codicem „ sumtibus* IOANNIS *monachi & presbyteri a secretis, generi ve„ ro Domini* MANVELIS, *provinciae Aegaei maris &c. mense Decembri, die* XII. *„ Indict.* I. *anno Mundi* 6601. *Christi* MXCIII. *regnante* ALEXIO COMNENO, *& „ Domno Patriarcha* NICOLAO *Papa Constantinopolitano.* „

Saec. XI. *IV.* VIII. *membran. in* 4. *Ibid. pag.* 525. *D.* BASILII *Homiliae &c. „* EVSEBIVS *„ peccator, iam inde a puero monachus, habitans in urbe Sebaste, habuit hunc „ Codicem.* „

VI. II. *membran. in fol. Ibid. pag.* 83. *Evangeliarium antiquissimum, suppletum tertia circiter parte manu* GEORGII LONGI *sacerdotis, & ab* ARSENIO *Monembasiae Archiepiscopo,* CLEMENTI *VII. Pont. Max. dono missum.* MONTF.

III. *membran. in fol. Ibid. pag.* 87. *Sanctorum Patrum Catena in Psalmos.*

XXXIV. *membran. in fol. min. Ibid. pag.* 161. *Evangelia. In fine subiicitur subscriptio hinc inde erasa, ex qua tantum eruitur scriptum fuisse Codicem mense Maio, Indict.* VIII. *memoraturque* NICETAS *quidam, forte scriptor, & „ matrona . . . . .* ALEXII. „

VII. I. *membran. in* 4. *maiori. Ibid. pag.* 165. GREGORII NYSSENI, *& aliorum SS. Patrum Opera varia. In fine mentio fit cuiusdam sacerdotis* MICHAELIS, *vel scriptoris, vel possessoris Codicis.*

III. *membran. in* 4. *Ibid. pag.* 202. GREGORII *Theologi Orationes. In fine legitur „ sudore laboreque multo effuso vix invenire licet finem.* „

VIII. *membran. in fol. Ibid. pag.* 211. *Orationes eiusdem, a* NICOLAO *exscriptae, qui plura carmina intermiscuit in eius laudem.*

X. *membran. in* 4. *Ibid. pag.* 216. *Eiusdem Poëmata,* NONNI *Panopolitae paraphrasis in Evangelium S.* IOANNIS, *&* EVDOCIAE *Augustae fragmentum Poëmatis de Martyrio SS.* CYPRIANI *&* IVSTINAE. *Codex venerandae antiquitatis.*

XIII. *membran. in* 4. *maiori. Ibid. pag.* 249. *Eiusdem S.* GREGORII *Orationes sexdecim cum Commentario* NICETAE *Heracleensis Metropolitae, scriptae manu* THOMAE *monachi & sacerdotis.*

VIII. XV. *membran. in* 4. *maiori. Ibid. pag.* 355. D. IOANNIS CHRYSOSTOMI *Homiliae, quae Margaritae dicuntur. Codex, ut adnotatur in fine, redemtus Tarachae Peloponnesi urbe a Turcarum manibus.*

X. IV.

X. IV. *membran. in fol. Ibid. pag.* 473. OECVMENII *Commentarius, seu Catena in Epistolas Paullinas. In fine legitur* „ CHRISTE *mi salva monachum* BA- „ BYLAM *& peregrinum.* Saec. XI.

VIII. *membran. in fol. Ibid. pag.* 475. *Duodecim Prophetae Minores, & quatuor Maiores cum scholiis. In primo folio recentior manus adnotavit, Codicem hunc dicatum fuisse Monasterio SS.* DEIPARAE HODEGETRIAE *a monacho* CLEMENTE *anno Mundi* 6828. *Christi* MCCCXX.

XXVIII. XXVII. *membran. in* 4. *Tom. II. pag.* 52. MAXIMI *philosophi Carmen de Electionibus, &* MANETHONIS *poëtae Apotelesmata. Codex insignis.*

XXXIX. *membran. in* 4. *Ibid pag.* 64. HIPPARCHI *Expositio in* ARATI *&* EVDOXI *Phaenomena. Liber Chartophylacis Sanctissimae magnae Dei Ecclesiae* NICETAE *Cyprii.* MONTF.

LXIX. XIX. *membran. in* 4. *min. Ibid. pag.* 640. FLAVIVS IOSEPHVS *de Captivitate Iudaica. Codex quantivis pretii.*

LXXIV. VII. *membran. in fol. Tom. III. pag.* 53. *Veterum Chirurgorum insignis Collectio, auctore* NICETA, *cum tribus epigrammatis in eius laudem. In postrema pagina legitur* „ *Praesens liber est scholae, vel officinae Medicae Nosocomei* XL. *Martyrum.* „ *Hoc publicum Valetudinarium exstruxit* ISAACIVS ANGELVS *Imp anno circiter* MCXC. *Codicem hunc admirandum vocat* HOLSTENIVS.

V. XIV. *membran. in* 4. *maiori. Tom. I. pag.* 34. *Catena in Psalmos. In fine legitur* „ *Memento Domine servi tui* IOANNIS. „ Saec. XII.

XV. *membran. in* 4. *Ibid. pag.* 37. S. CYRILLI *Alexandrini Glaphyra. Liber, ut adnotatur in fine,* GALACTIONIS TACHA *hieromonachi.*

XXX. *membran. in* 4. *Ibid. pag.* 55. *Psalterium & Cantica. Tabula Paschalis in fine exhibet Festa Mobilia per duodecim annos, incipiens ab anno Chr.* MCX.

VI. XIV. *membran. in* 8. *Ibid. pag.* 125. *Evangelia, cum Menologio alia manu multo posterius adiecto, anno scilicet* MCCCCXVIII. *mense Septembri.*

XVI. *membran. in* 4. *min. Ibid. pag.* 126. *Evangelia, subscripto in fine versiculo* „ BASILII *labor, ac* DEI VERBI *Sermones.* „

VII. VII. *membran. in* 4. *Ibid. pag.* 208. GREGORII *Nazianzeni Orationes. In calce legitur, librum hunc dicatum fuisse monasterio Cophi a nobilissimo Despota Domino* CONSTANTINO COMNENO LASCARE.

VIII. XII. *membran. in* 4. *Ibid. pag.* 351. *Catena SS. Patrum in quatuor Evangelia, cum variis versiculis & subscriptionibus; in ipsarum una memoratur* BASILIVS ZIZERINVS, *in altera* IAC . . . *& sacerdos* IOANNES *filius* CHRYSANTHI, *qui Codicem scripsisse videtur.*

XX. *membran. in* 12. *Ibid. pag.* 364. ANASTASII *Sinaitae & aliorum Opera varia. In fine legitur* „ *Domine adiuva possessores huius libri, & remitte* „ *eis quaecumque dicto factoque commiserint, pro tua benignitate Deus.* „

X. XIX. *membran. in* 4. *Ibid. pag.* 486. *Commentarius SS. Patrum in Epistolas Paullinas. Adscribitur possessoris nota hisce verbis* „ *anno* 6826. *Christi* „ MCCCXVIII. *Indict prima* TIMOTHEVS *sacrificulus, &* NAXIREOS PARADISI F. „

XXXI. XXXIX. *membran. in* 4. *Tom. II. pag.* 120. HESIODI *Opera & Dies, &* OPPIANI *de Piscibus Libri quinque, cum versiculis, in quibus memoratur* IOANNES. *In fine vero subditur* „ *Domine adiuva servum tuum* THEOPHILVM „ *peccatorem, humilem & indoctum.* „ *Vter autem ex istis duobus sit Codicis scriptor, aut possessor, non apparet.*

LXXXI. I. *papyraceus in fol. Tom. III. pag.* 219. ARISTOTELIS *Opera varia, duplici manu exarata. In fine Libri quarti de Caelo legitur* „ *Scriptus est manu* IOANNIS PANARETI. Saec. XII. & XIII.

XXXII XVI. *chartaceus in* 4. *Tom. II. pag.* 140. NONNI *Dionysiaca,* GREGORII *Nazianzeni Carmina, & alia aliorum. In fine Libri quinti* OPPIANI *de piscatione annus scriptionis adnotatur, scilicet* „ *mense Septembri die prima, In-* „ *dict.* IX. *anno* 6789. *Christi* MCCLXXXI. „ *Varia deinde possessorum nomina leguntur, ac primo quidem pag. nona* FRANCISCVS PHILELPHVS *ita adnotavit* „ *Emptus Constantinopoli* ἀπὸ τῆς γυναικὸς *viri clarissimi* IOHANNIS CHRYSOLORAE „ *sub anno* MCCCCXXIII. *pridie nonas Ianuarias.* „ *In ultima vero pagina haec legas* „ *Finem accepit liber hic feliciter, qui quondam* MANVELIS, *nunc autem* „ *est* MAXIMI *&c.* „ 1281

VI. XXVIII. *membran. in* 8. *Tom. I. pag.* 156. *Evangelia.* „ *Finem accepit* 1285

„ *hic liber mense Iulio, die* XXVIII. *Indict.* XIII. *anno* 6793. *Christi* MCCLXXXV. „ MONTF.

1291 *XXXI.* III. *papyraceus in* 4. *Tom. II. pag.* 77. OPPIANI *Halieutica & Cynegetica*, AESCHYLI *tragoediae duae &c.* OPPIANI *Halieutica completa dicuntur manu* MANVELIS SPHINEAE *mense Maio*, *Indict.* XV. *anno mundi* 6799. *Christi* MCCXCI.

Saec. XIII. *XXVIII.* IV. *membran. in* 4. *maiori*. *Ibid. pag.* 14. ARCHIMEDIS *Opera varia*. *Post librum de quadratura parabolae subditur* „ LEO *Geometra in multos vivas annos charissime Musis*. „

LVII. XIII. *membran. in* 4. *Ibid. pag.* 354. LVCIANVS. *Variae possessorum subscriptiones legebantur, quarum nunc pauca supersunt vestigia.*

LXXII. XIV. *membran. in* 12. *Tom. III. pag.* 33. ARISTOTELIS *Praedicamenta cum scholiis* AMMONII. *Pag.* 72. *quaedam subscriptiones occurrunt, in quibus possessor Codicis filiorum suorum diem natalitium adnotavit ab anno* MCCXCIII. *usque ad annum* MCCCVI.

1314 *XXVIII.* XXVI. *membran. in* 4. *Tom. II. pag.* 46. THEONIS *Alexandrini Commentarius in expeditos* PTOLEMAEI *Canones ad* EPIPHANIVM *filium*. *In fine haec adnotata sunt graece, quae latine ita sonant* „ *Exacta duodecima Indict. anno* „ 6832. *Christi* MCCCXIV. *elapsi sunt ab anno primo Regis* PHILIPPI ARIDAEI *an-* „ *ni Romani* 1638. *ab imperio* AVGVSTI *Imperatoris anni* 1343. *ab imperio* „ *Diocletiani anni* 1030. „ MONTF. *pro* 6832. *legit* 6822.

1315 *LV.* VII. *chartaceus in* 4. *Ibid. pag.* 244. THEODORI PRODROMI *Enarratio in Erotemata grammaticalia, & aliorum alia quamp urima Opuscula*. *In calce* THEODORI PRODROMI *legitur* „ *Absolutus liber mense Decembri anno* 6823. *Christi* „ MCCCXV. *Indict.* XIII. *fer.* II. *hor.* I. *die mensis* XXIII. „

LXXXVI. XXXI. *bombycinus in* 8. *Tom. III. pag.* 376. NICEPHORI *monachi Compendium caussarum naturalium & Meteororum, manu* LEONIS *Lectoris mense Decembri anno Mundi* 6823. *Christi* MCCCXV.

1318 *LXX.* VI. *membran. in* 4. *Tom. II. pag.* 665. HERODOTI HALICARNASSEI *Historiarum Libri novem manu* NICOLAI TRICLINII *mense Martio, Indict. prima, anno Mundi* 6826. *Christi* MCCCXVIII. MONTF.

1323 *VII.* XXX. *chartac. in* 4. *Tom. I. pag.* 290. GREGORII *Nysseni Expositio Cantici Canticorum, & alia*. *Expositio dicitur absoluta mense Martio die* XXI. *anno Mundi* 6831. *Christi* MCCCXXIII. MONTF. *l. c. pag.* 68. *In penultima vero Codicis pagina adnotatum est* „ CHRISTOPHORVM RAYNERII *de* BONDELMONTIBVS „ *emisse hunc Codicem hyperperis* VIIII. *apud Castellum Belvedere Insulae Cretae* „ *anno* MCCCCXV. *quinta mensis Maii*. „

XXVIII. XVII. *chartac. in* 4. *Tom. II. pag.* 34. *Persica Constructio Astronomiae, absoluta anno Mundi* 6831. *Christi* MCCCXXIII.

1324 *VIII.* XXI. *chartac. in* 4. *Tom. I. pag.* 366. IOANNIS CLIMACI *Scala Paradisi*. „ *Opus miserabilis* MATTHAEI *& indigni hieromonachi*. *Absolutus est sacer hic* „ *& divinus liber mense Decembri die* XXV. *Indict.* VII. *anno* 6832. *Christi* „ MCCCXXIV. „ MONTF. *legit* 6833. *Chr.* MCCCXXV.

1324 & 1330 *LIX.* XXXV. *chartac. in* 4. *Tom. II. pag.* 555. *Epistolae* SYNESII, THEODORI LASCARIS *& Anonymi*. *Ad calcem* SYNESII *notatur* „ *mensis Augusti die* XVI. „ *fer.* V. *Indict.* VII. *anno* 6832. *Christi* MCCCXXIV. „ *In fine vero Codicis* „ *mensis Martii die* XIV. *fer.* V. *anno* 6838. (*sic*) *Christi* MCCCXXX. *Indict.* VIII. „

1328 *XI.* I. *membran. in fol. Tom. I. pag.* 497. *Vitae Sanctorum, completae manu* IOACHIM *mense Octobri, Indict.* XI. *anno Mundi* 6836. *Christi* MCCCXXVIII. *studio & opera venerabilissimi inter hieromonachos Domini* IGNATII *cognomento* IVSTI *in celebri Monasterio* τῶν Ὁδηγῶν. MONTF.

1331 *V.* XIX. *papyraceus in* 4. *Ibid. pag.* 41. DIONYSII *Areopagitae Opera, &* GREGORII *Nazianzeni Orationes, scriptae anno Mundi* 6839. *Christi* MCCCXXXI.

1336 *X.* XV. *membran. in* 12. *Ibid. pag.* 484. *Typicon Ecclesiasticae Acoluthiae*. *Codex analphabete ac negligenter exaratus ab* IOANNE *Lectore anno Mundi* 6844. *Christi* MCCCXXXVI. *Indict.* IV.

1339 *XXXII.* XXVII. *papyrac. in* 4. *Tom. II. pag.* 176. HOMERI *Ilias, scripta mense Martio, die* III. *Indict.* VII. *anno Mundi* 6847. *Christi* MCCCXXXIX. *fer.* IV. MONTF.

1344 *VI.* IX. *chartac. in fol. Tom. I. pag.* 114. EVSEBIVS *de praeparatione Evange-*

ge-

gelioa. Codex absolutus mense Septembri, Indict. XII. *anno Mundi* 6852. *Christi* MCCCXLIV. MONTF.

XXVIII. XIV. *chartac. in* 8. *Tom. II pag.* 27. *Syntagma ex variis astrologiae iudiciariae scriptorum excerptis contextum. Pag.* 291. *legitur Thematium genethliacum factum pro inclyto quodam viro Veneto anno Mundi* 6853. *Christi* MCCCXLV. *Febr.* IV. *hora* XXII. *post meridiem*. 1345

LXXXVI. XV. *chartac. in* 8. *Tom. III. pag.* 345. NICEPHORI *monachi Introductorium Compendium de caussis naturalibus & de Meteoris, &c. Codex absolutus a papa, seu presbytero* NICOLAO SELLARIO *Callipolitano, mense Martio, die sabbati, hora* VI. *anno Mundi* 6855. *Christi* MCCCXLVII. 1347

V. XXVI. *chartac. in* 4. *Tom. I. pag.* 50. DIONYSII *Areopagitae Opera, scripta manu* NICOLAI *Meletis, vel Melitensis anno Mundi* 6856. *Christi* MCCCXLVIII. *Indict. prima, die* XXIX. *Ianuarii*. MONTF. 1348

XXXII. *chartac. in* 4. *Ibid. pag.* 56. DIONYSII *Areopagitae Opera. In pag.* 182. *b. scriptoris nota ita habet „ anno Mundi* 6863. *Christi* MCCCLV. *Septem„ bris die* XXX. *manus indigni* THYTI *scripsit. „ In calce vero Codicis possessor ita se prodit „ Iste liber est sacerdotis* MANVELIS. „ 1355

XXVIII. XXIV. *chartac. in* 8. *Tom. II. pag.* 43. MANVELIS MOSCHOPVLI *Erotemata, completa „ manu mea condiscipuli magni* GEORGII LASCARIS *mense Iu„ lio, die* XXXI. *Indict.* IX. *anno Mundi* 6864 *Christi* MCCCLVI. „ 1356

LXXX. III. *chartac. in fol. Tom. III. pag.* 173. *Paraphrasis Ethicorum* ARISTOTELIS, *in qua legitur haec nota „ Liber factus est sumptibus piissimi & „ Christi amantis Imperatoris nostri* IOASAPHI *monachi* CANTACVZENI *anno* 6875. „ *Christi* MCCCLXVIII. *mensis Novembris die* XXIV. *Indict.* V. „ MONTF. *loc. cit. pag.* 71. *legit „ anno* 6872. *Chr.* MCCCLXIV. *mensis Martii* XXIV. *Indict.* V. „ 1367

IX. IX. *chartac. in fol. Tom. I. pag.* 403. IOANNIS CANTACVZENI *Historia suorum temporum. Codex scriptus anno Mundi* 6878. *Christi* MCCCLXX. *Indict.* VIII. *mense Decembri, die* VIII. MONTF. *legit „ die* VII. „ 1370

XXVIII. XIII. *chartac. in* 8. *Tom. II. pag.* 25. *Traditio in Persicas Astronomiae regulas &c. Occurrit ibi Thematium factum mense Septembri, die* XXV. *anno Mundi* 6882. *Christi* MCCCLXXIV. *sub ipso meridie*. 1374

XXXI. VIII. *papyrac. in* 4. *Ibid. pag.* 83. AESCHYLVS, SOPHOCLES *&c. Adest notula, quae annum praefert* MCCCLXXIV. *Indict.* XII. *mensis Ianuarii* VIII.

XXVIII. XVI. *papyrac. in* 8. *Ibid. pag.* 31. *Syntagma Astrologiae iudiciariae scriptorum. Liber scriptus manu* IOANNIS ABRAHAMI *filii anno Mundi* 6890. *Christi* MCCCLXXXII. *ut ex versiculis quibusdam eruitur*. 1382

LVII. XXVII. *chartac. in* 4. *Ibid. pag.* 375. LIBANII *Sophistae Orationes, scriptae anno Mundi* 6900. *Christi* MCCCXCII. *mense Septembri, manu ac labore* THEOPEMPTI. 1392

LX. XX. *chartac. in* 8. *Ibid. pag.* 610. ARISTIDIS *Orationes, scriptae mense Augusto, die* XXV. *anno Mundi* 6904. *Christi* MCCCXCVI. *Indict.* IV. MONTF. 1396

LXX. IX. *membranac. in fol. Ibid. pag.* 669. ARRIANI, PLVTARCHI *ac* DIODORI SICVLI *varia. Scriptor est* ANDREAS *sacerdos Leantinus, & tabularius Hagioprocopita, mense Maio, die* X. *sabbato, anno Mundi* 6907. *Christi* MCCCIC. *Indict.* VII. 1399

LXIX. III. *membran. in* 4. *Ibid. pag.* 623. PLVTARCHI *Vitae, scriptae ab eodem* ANDREA LEANTINO, *anno & Indict. eadem, mense vero Octobri, die* III. *fer.* V. MONTF. *legit „ die* XXV. „

V. XVI. *chartac. in* 4. *Tom. I. pag.* 38. CHRISTODVLI *monachi, seu* IOANNIS CANTACVZENI *contra* PALAMAM *haereticum liber, & alia. Circa medium Codicis possessor adnotavit diem natalitium suorum filiorum*. Saec. XIV.

VI. II. *membran. in fol. Ibid. pag.* 83. *Evangeliarium suppletum manu* GEORGII LONGI, *qui ita se subscribit „ In tuis precibus memento mei vilis sacerdotis „* GEORGII LONGI *& peccatoris. „ Vid. eumdem Cod. supra saec.* XI.

IX. XXVII. *papyrac. in* 4. *Ibid. pag.* 436. D. MAXIMI *Dictionarium. In fine legitur „ Perfectori bonorum Deo gratia. Deus servabit* ATHANASIVM. „

XI. VII. *chartac. in* 4. *Ibid. pag.* 502. THEOPHYLACTI *Expositio in Epistolas* PAVLLI, *cum versiculis in fine scriptoris* BARLAAMI, *qui* ATHANASIO *sacerdoti, libri possessori, bona a Deo precatur*.

XXVIII. IL. *membran. in fol. Tom. II. pag.* 71. PTOLEMAEI *Geographia. In*

Saec. XIV. *fine legitur* „ *Ex* CLAVDII PTOLEMAEI *Geographicis Libris* VIII. *orbem terrarum* „ *universum* AGATHOS DAEMON *Alexandrinus mechanicus delineavit*. „

XXXII. V. *chartac. in* 4. *Ibid. pag.* 128. HOMERI *Ilias*. *Pagina Codicis tertia hanc notam exhibet* „ *Ego* GEORGIVS PHILANTHROPENVS CHVMNVS *coepi* HO- „ MERVM *scribere cum discipulo meo* MAGVLA *mense Martio die* X. „

LV. XXI. *membran. in fol. Ibid. pag.* 285. XENOPHONTIS *Opera varia*. „ *Dei* „ *donum*, *&* *labor humilis* PETRI. „

LVII. XXVI. *membran. in* 12. *Ibid. pag.* 372. *Variorum Opuscula grammaticalia*, *scripta manu* NICETAE.

LXIX. XXIII. *papyrac. in* 4. *Ibid. p.* 642. IOSEPHVS *de Antiquitate Iudaica cum pluribus scriptoris versiculis in fine in laudem auctoris*. *Scriptor vero est* MANVEL *aulicus logista*, *cognomento ex* ANGELIS.

LXXIV. X. *chartac. in* 4. *Tom. III. pag.* 95. GALENI *Anatomicae aggressiones*, *&* ALEXANDRI TRALLIANI *de dignoscendis & curandis corporis humani morbis Libri duodecim &c.* TRALLIANI *Opus scriptum est a variis monachis*, *quorum nomina suo loco proferuntur*.

XVIII. *chartac. in* 4. *Ibid. pag.* 120. GALENVS *de usu partium corporis humani*, *& de pulsibus*. *Codex* IOANNICII *manu exaratus*, *cuius etiam versiculi exstant in fine*. *Ab eodem praeterea* IOANNICIO *scripti sunt sequentes*, *nimirum*
LXXV. V. VII. XVII. XVIII. *&* XX. *&*
LXXXVII. IV.

LXXXV. XVI. *chartac. in fol. Ibid. pag.* 276. THEMISTII *paraphrasis in* ARISTOTELIS *Libros de Anima*, *transcripta a* PHILIPPO *Primicerio in Insula Creta*.

1403 *V.* XVII. *chartac. in* 8. *Tom. I. pag.* 40. *Psalterium Davidicum completum die* XVII. *mensis Martii*, *anno Mundi* 6911. *Christi* MCCCCIII.

1412 *LXXV.* XI. *chartac. in fol. Tom. III. pag.* 158. ACTVARIVS *de urinis &c. manu* STEPHANI *inter hieromonachos minimi anno Mundi* 6920 *Christi* MCCCCXII. *Indict.* V.

1421 *LXXXV.* VII. *membran. in fol. Ibid. pag.* 254. PLATONIS *Dialogi* XX. *scripti anno* 6929. *Christi* MCCCCXX. (*ita quidem in Codice*, *sed debet esse annus* MCCCCXXI. *uti habet etiam* MONTF. *l. c. pag.* 77.) *Indict.* XIV.

1422 *LV.* I. *chartac. in fol. Tom. II. pag.* 213. *Dictionarium* SVIDAE, *manu* PETRI *Cretensis ex Civitate Rhetemno*, *in urbe Mantua*, *anno Mundi* 6930. *Christi* MCCCCXXII. *die sabbati*, *mense Iulio die* VIII. MONTF. *loc. cit. legit* „ *mensis* „ *Iunii* VII. „

1427 XIX. *membran. in* 4. *Ibid. pag.* 283. XENOPHONTIS *Opera varia*, *absoluta mense Novembri die* XXIII. *Indict.* V. *anno Mundi* 6935. *Christi* MCCCCXXVII. *Constantinopoli manu* GEORGII CHRYSOCOCCAE, *impensis* FRANCISCI PHILELPHI.

II. pag. 89. Τὰ θεολογούμενα τῆς ἀριθμητικῆς. *Arithmeticae Theologumena*, sive, ut in prima Codicis pagina interpretatus est Lucas Holstenius, *Arithmetica Theologica ex Anatolio, & Nicomacho*. Inc. Μονάς ἐστιν ἀρχὴ ἀριθμοῦ, θέσιν μὴ ἔχουσα· λέγεται δὲ μονὰς παρὰ τὸ μένειν. Des. τοῦτο δὲ σχῆμα γῆς ἐστιν. Haec ἀριθμητικῆς θεολογούμενα, seu Liber insignis, incerti auctoris, de iis, quae veteres, Pythagorici praesertim, theologice ac philosophice speculati sunt, prodiit Graece Paris. apud Christianum Wechelum anno MDXLIII. 4. Ms. exstat & in Regis Christianissimi Codice CCCCLXXXIV. teste Labbeo in Bibl. Nova Mss. pag. 117. Theologumena porro ista magnam partem ex Anatolii Alexandrini Arithmeticorum libris decem, & Nicomachi Geraseni eiusdem argumenti libris duobus collecta sunt, quorum nomina saepius in titulis Capitum adlegantur. Vide plura de hoc Opere apud Fabric. Bibl. Graec. Vol. IV. pag 10 ubi novam ipsius editionem, si per tempus licuerit, se daturum pollicetur. Fuit autem Anatolius iste Christianus, omni genere litterarum, mathematicis praesertim disciplinis excultus; Alexandriae scholam Aristotelicam instituit; ac postmodum Episcopus in Syria Laodicenus creatus est circa annum Christi CCLXX.

III. pag. 141. Ἀδαμαντίου σοφιστοῦ Φυσιογνωμονικῶν. *Adamantii Sophistae Physiognomicorum Libri II.* quorum prior inc. Τὴν φυσιογνωμονικὴν μέθοδον. Des. ἑκατέρωθεν συγκλείοντας. Alter pag. 152. *b.* inc. Φυσιογνωμονεῖν δεῖ. Des. πρὸς ἄλλο πειθόμενός τε καὶ ἀπιστῶν τεκμαίρου. Hi duo Adamantii Sophistae φυσιογνωμονικῶν libri, e Polemone magnam partem expressi, & Constantio inscripti, Graece primum viderunt lucem cum Polemone ipso, & aliis Romae MDXLV. 4. Graece vero & Latine, Iano Cornario interprete, Basileae MDXLIV. 8. & alibi deinceps. Fuit Adamantius genere Iudaeus, ἰατρικῶν λόγων σοφιστής, qui tempore Attici Episc. Constantinopolitani Christianam amplexus religionem, Alexandriam se contulit, ibique sedem fixit, teste Socrate Histor Eccles. Lib. VII. 13.

Codex Graecus membr. Ms. in 8. Saec. XV. nitidissimus, cum notulis quibusdam in principio manu Angeli Politiani. Constat foliis scriptis 169.

ΦΙΛΟΠΟΝΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΑ ΥΣΤΕΡΑ ΑΝΑΛΥΤΙΚΑ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.

PHILOPONI COMMENTARIA IN POSTERIORA RESOLVTORIA ARISTOTELIS.

I. pag. 1. Titulus operis, madore consumtus, praeter nomen τοῦ Φιλοπόνου ferme totus evanuit; ex nonnullis tamen litterarum vestigiis, quae adhuc supersunt, ita legendus videtur: Τοῦ Φιλοπόνου ἐξήγησις εἰς τὸ πρῶτον τῆς ἀποδεικτικῆς. *Philoponi Enarratio in primum librum de demonstratione*. Post Aristotelis textum, Ἡ πᾶσα διδασκαλία καὶ πᾶσα μάθησις, inc. Τοῦτο τὸ βιβλίον ἐστὶ τέλος τῆς λογικῆς πραγματείας, φημὶ δὴ ὁ περὶ ἀποδείξεως λόγος· τὰ γὰρ ἄλλα λογικὰ συγγράμματα διὰ τὴν ἀπόδειξιν, κ. λ. Quae videntur quaedam prole omena in ipsam Explanationem: nam pag. 17. iterum Aristotelis Textus occurrit, & quidem integer cum scholiis partim in margine exaratis, partim Aristotelis verbis intermixtis. Haec incipiunt: Τὴν μείζονα ἐνταῦθα φύσεως πρότασιν παρείασε τὴν ἐλάττονα. κ. λ. Des. ὅτι τὸ ἔχειν τὸ φωτιζόμενον μέρος πρὸς τὸν ἥλιον ὑπάρχει τῇ σελήνῃ. COD. XXXI.

II. pag. 126. Prooemium in secundum Aristotelis Posteriorum Librum, cuius initium: Διαλαβὼν ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ α βιβλίῳ τῆς ἀποδεικτικῆς, κ. λ. Finis: ἐν τῷ παρόντι δευτέρῳ βιβλίῳ ποιήσασθαι. Primum scholium in Libri initium, Τὰ ζητούμενα, κ. λ. inc. Ἤτοι τὰ ζητούμενα ἐπὶ πάσης γνώσεως ἐπιστημονικῆς ἰσάριθμα ἐστὶ τοῖς γινωσκομένοις πράγμασιν, ὧν περ γνωστῶν πραγμάτων ἔχομεν ἐπιστήμην, κ. τ. λ. Vltima scholiorum verba, quae vix oculis expiscari potuimus (ultima enim Codicis pagina miserrime tineis semirosa est) sunt: πᾶσα τοιαύτη γνῶσις τῆς ὁλότητος. Vtrum autem totius Commentarii postrema sint, nec ne, nondum comperimus, quum mutilus in fine codex videatur. Initium illud prolegomenorum, quod mox dedimus §. I. concordat quidem cum initio illius Commentarii, qui sub nomine Ioannis Philoponi editus est apud Aldum Venet. MDIV. fol. sed reliqua prorsus discrepant, ita ut, illis exceptis, reliqua ad alium prorsus auctorem referenda videantur. Notandum, Latinis etiam glossis adspersum hac illac esse Codicem; in duabus praeterea paginis, quae vacuae supererant paullo post initium, quaedam fuisse, ut videntur, Gallica lingua veteri exarata: aliaque eiusdem generis inter pag. 104. & 106. Ni fallor autem, continent varias medicamentorum confectiones.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 4. Saeculi XV. multis in locis refectus, sed male compactus. Constat foliis scriptis 187.

ΠΟΡ-

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΕΙΣΑΓΩΓΗ.

PORPHYRII INTRODVCTIO.

Ac praeterea

Ammonii, Io. Itali, Procli Diadochi, Themistii, Sophoniae, & Anonymi Opera varia.

COD. XXXII. I. pag. 1. P*Orphyrii, discipuli Plotini Lycopolitae, Isagoge*, sive Introductio in quinque voces, ut in Cod. III. huius Plutei §. III.

II. pag. 9. *Enarratio Ammonii in quinque Voces*, ut in dicto Codice §. V. Intellige Enarrationem una cum Introductione in ipsam. Finis tamen in hoc ab illo diversus ita habet: Εἶδος δὲ κατὰ τὸ παρὰ τοῖς φιλοσόφοις τὸ ϗ ὑπογραφόμενον. Subditur deinde schemation divisionis *Vocis*: tum versiculi sequentes:

Δῶρον λόγος πᾶς· ἂν δὲ τοῦ Σταγειρίτε,
Διπλῶν τὸ δῶρον· ἂν δὲ ἐ τῶν ἐκκρίτων,
Τριπλῶν τὸ καλόν· ἂν δὲ πρὸς λόγου φίλου,
Ἠλίκον ἐςίν· ἂν δὲ πρὸς φιλεμένον,
Θαυμαςὸν ὄντως· ἂν δὲ πρὸς κρείττω φύσιν,
Συμφυὲς ἄγαν· ἂν δὲ πρὸς βασιλέα,
Τὸ πᾶν συνήχθη τῶν καλῶν ϗ τιμίων.

His deinde aliud Epigramma iambicum succedit *in laudem balnei*, seu *de ipsius utilitate*, quod ita habet:

Πολλῶν τὸ λουτρὸν αἴτιον δωρημάτων,
Χυμοὺς κατασπᾷ, φλέγματος λύει πάχος,
Χολῆς περιττὸν ἐκκενοῖ τῶν ἐγκάτων,
Τὰς θελξιπίκρυς κνησμονὰς κατασβέννει,
Τὴν βλεπτικὴν αἴσθησιν ὀξύνει πλέον,
Ὤτων καθαίρει τῆς ἀκοῆς τοὺς πόρους,
Μνήμην φυλάττει, τὴν δὲ λήθην ἐκφέρει,
Τρανοῖ τε τὸν νῦν πρὸς νοήσεις εὐθέως,
Τὴν γλῶτταν εὐκίνητον εἰς λόγυς ἔχει,
Ὅλον τὸ σῶμα τῇ καθάρσει λαμπρύνει.

In calce huius ipsius paginae rubris litteris adscriptum legitur nomen Θωμᾶς ab eadem, ut videtur, calligraphi manu appositum.

III. pag. 37. Παράφρασις εἰς τὰς κατηγορίας. *Paraphrasis in Praedicamenta*. Inc. Τῶν ὄντων τὰ μὲν ταυτώνυμα, τὰ δὲ ἑτερώνυμα, κ. λ. Des. οὔτε τὰ γεννήματα οὕτως ἀπέσπασαι, ὥσπερ δὴ τὰ ἡμέτερα. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ζητητέον ἐπιπλέον, ϗ διαπορητέον. Auctor est Anonymus.

IV. pag. 61. Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τοῦ περὶ ἑρμηνείας, ϗ τῶν τριῶν σχημάτων. *Initium cum Deo Libri de Interpretatione, & de tribus figuris*. Inc. Τὰ κατὰ μηδεμίαν συμπλοκὴν λεγόμενα, ὕτε ἀλήθειαν σημαίνυσιν, κ. λ. Des. καὶ ποιεῖν τὸν συλλογισμὸν ὁποῖον βυλόμεθα.

V. pag. 70. Μέθοδος συνοπτικὴ τῆς διαλεκτικῆς ἐκτεθεῖσα παρὰ Ἰωάννυ ὑπάτυ ϗ φιλοσόφυ τοῦ Ἰταλοῦ πρὸς τὸν μακάριον βασιλέα κύριον Ἀνδρόνικον. *Methodus synoptica Dialecticae exposita a Ioanne Hypato & Philosopho Italo ad beatum Imperatorem D. Andronicum*. Inc. Καὶ πρώην μὲν, ὦ κράτιςε βασιλεῦ, παρωτρύνειν ἡμᾶς οὐκ ἐπαύσω περὶ μεγάλων διαλεγόμενος. Des. ϗ ὅπως ἄλλως ἐνδέχεται περὶ αὐτῶν διαλέγεσθαι. Hoc idem Opusculum occurrit & in Bibl. Caesar. Vide Catalog. Nessel. Part. IV. pag. 112. §. III. Eiusdem etiam μέθοδος ῥητορικῆς κατὰ σύνοψιν exstat manu exarata ibid. pag. 113. §. V.

VI. pag. 80. *b.* Tabula cycli Lunaris, & Solaris, cum subiecta explicatione, & methodo ad ipsum inveniendum: in summo vero margine paginae 81. adnotatur annus ,ϛωιη'. nimirum 6818. (Christi MCCCX.) quo scriptor librum exarabat.

VII. pag. 81. *b.* Πρόκλυ Διαδόχυ Πλατωνικοῦ τοῦ φιλοσόφυ ςοιχείωσις θεολογικὴ κεφαλαίοις σια'. *Procli Diadochi Platonici philosophi Institutio Theologica Capitibus*, seu *propositionibus CCXI*. Inc. Πᾶν πλῆθος μετέχει πῃ τοῦ ἑνός. Desinit imperfecte in verbis: ἔςιν ἄρα καὶ ἡ ἀγαθότης . . . . . quae pertinent ad Caput XIII. Reliqua desiderantur. Latine lucem adspexit Ferrariae apud Dominicum Mamarellum MDLXXXIII. in 4. sub titulo Elementorum Theologicorum. Graece vero & Latine, Francisco Porto interprete, subiecta est Libris sex Theologiae Platonicae, qui prodierunt Hamburgi MDCXVIII. in fol. Ms. exstat in variis Bibliothecis, ac Vindobon. praesertim, ut videre est apud Nessel. Catalogi P. IV. pag. 27. §. II. Proclo patriarchae Constantinopolitano male tribuitur a Verderio in iterata editione Biblioth. Constantinopolitanae.

VIII. pag. 84. Περὶ τῆς τοῦ ποτὲ κατηγορίας. *De praedicamento*, quod dicitur *quando*, fragmentum. Inc. Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ τῆς ποτὲ κατηγορίας. Des. ἐν ἄλλῳ γίνονται τόπῳ ϗ χρόνῳ.

IX. pag. 86. *b.* Sequitur Problema quoddam geometricum cum demonstratione, & figura, cui titulus est: *Datis duobus circulis inaequalibus, & per centrum utriusque recta linea infinita ad partes minoris circuli, invenire in infinita recta punctum, a quo ducta recta linea tangat utrumque circulum*.

X. pag. 88. Fragmentum quoddam Dialecticum *de decem generibus generalissimis*. Inc. Ὅτι δέκα τὰ γενικώτατα γένη, κ. λ. Des. ὅτι τέσσαρές εἰσιν αἱ ὕλαι.

XI. pag. 91. Θεμιςίυ παράφρασις ἀναλυτικῶν ὑςέρων. *Themistii paraphrasis Analyticorum Aristotelis posteriorum* Libris duobus. Liber I. inc. Ἐμοὶ συντάττεσθαι μὲν. Des. καὶ εὕρησις ταχεῖα τοῦ μέσου. Liber II. pag. 103. inc. Ἕπεται δὲ εὐθύς. Des. ἡ πᾶσα πρὸς πᾶσαν. Concordat cum edita Graece cum aliis eius Operibus apud Aldum Venetiis MDXXXIV. fol. a pag. 1. ad pag. 15. In Codice subiungitur Index Capitum, quae in Libro primo sunt XLIV. in secundo XXII.

XII. pag. 111. Παράφρασις εἰς τὴν σοφιςικήν. *Paraphrasis in sophisticam*, sive *in Aristotelis sophisticos Elenchos*, auctore Anonymo. Inc. Οὐκ αὐτόθεν τοῖς φιλοσόφοις τὸ περὶ τὴν σοφιςικὴν πραγματεύεσθαι. Des. πολλὴν ἔχειν χάριν.

XIII. pag. 137. Περὶ μνήμης κ̕ ἀναμνήσεως καὶ εἰς τὰ ἑπόμενα τούτοις. *De memoria & reminiscentia, & de iis, quae ipsas consequuntur*, fragmentum Anonymi. Inc. Περὶ μνήμης κ̕ τοῦ μνημονεύειν λεκτέον, τί ἐςι, κ̕ διὰ τίνα αἰτίαν γίνεται, κ. λ. Des. τὸ δὲ φανταςὸν, τὸ δὲ φαντασίαν κ̕ . . . . . Reliqua desiderantur.

XIV. pag. 141. Παράφρασις εἰς τὸ περὶ ψυχῆς, Σοφωνίυ. *Paraphrasis Sophoniae in Aristotelis de Anima Libros tres*, cui praemittitur index Capitum singulorum librorum: tum Prooemium, cuius initium: Τοῖς τῶν Ἀριςοτελικῶν συνταγμάτων ἐξηγηταῖς. Finis: παρεῖται ψηφίσασθαι. Liber I. inc. Ἡ περὶ ψυχῆς πραγματεία, οὐ μόνον ὅτι καλλίςη. Des. οὐδὲν δὲ ταύτης ἄνευ μετέχει αἰσθήσεως. Liber II. pag. 156. inc. Ἐπειδὴ τὰ παραδεδομένα περὶ ψυχῆς. Des. κ̕ τὴν κρίσιν τὴν ἐπ᾽ αὐτὸ ἐναλλοίωτον. Lib. III. p. 179. inc. Τέτων οὕτω διωρισμένων, ἀνάγκη, εἴπερ ἐκλείποι τις αἴσθησις. Des. οὐδὲν, ἢ μικρὸν ὤνησεν. Haec paraphrasis exstat Ms. etiam in Bibl. Caesar. apud Nessel. Catalog. Part. IV. pag. 23. §. I. Forte idem est atque ille, cuius Commentarios in Aristotelis Categorias, tractationem de homonymis, synonymis, paronymis, heteronymis, & polyonymis memorat Labbeus pag. 115. Bibl. Novae Mss. Hanc fortasse paraphrasim innuit Fabric. Biblioth. Graec. Vol. II. pag. 129. sub finem, ubi ait, *Sophronius Ms. in Bibl. Medicea*, sed pro *Sophronius* legendum *Sophonias*; nisi tamen inferius occurrat revera Sophronii aliquod Commentarium in hos Libros.

XV. pag. 197. Παράφρασις εἰς τὸ περὶ ἑρμηνείας βιβλίον Μιχαὴλ Πατρικίυ κ̕ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων τοῦ Ψελλοῦ αὐτόσχεδος ἐκδοθεῖσα ἐν τῇ διατριβῇ. *Michaëlis Patricii, & principis philosophorum Pselli paraphrasis, ex tempore tradita in schola, in librum de Interpretatione*. Inc. Πρὸ τῆς ἀκριβοῦς, κ. λ. Sed praeter paucos versus Prooemii, reliqua desiderantur; desinit enim in verbis, διαιρεῖσθαι διατυπώσεσι . . . . .

XVI. pag. 198. Sequitur alia *Enarratio in Aristotelis*, ut videtur, *Analytica posteriora*; cuius autem sit, quum initio careat, nondum comperimus. Inc. . . . . . νῦν δὲ αἱ μὲν ἐπιςῆμαι αὗται πρὸς ἀλλήλας ἀντιδιῄρηνται. Des. ὅτω ϐ ὅταν μὲν ᾖ τὸ πρᾶγμα, ἀγνοῆται δ᾽ ὅτι ἐςὶν ὀνόματος αὐτοῦ λεγομένυ κ̕ λόγου ὀνοματῶδυς . . . . . Reliqua huius Enarrationis paullo inferius occurrent.

XVII. pag. 221. In quibusdam foliis, quae inter superius Commentariorum in Aristotelem fragmentum, & sequens vacua supererant, recentior quaedam manus exaravit nonnulla Synodorum Excerpta brevia, quorum primum inscribitur: Περὶ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδυ, ἣ τις ἀπεκατέςησε Φώτιον ἁγιώτατον, κ̕ διέλυσε τὴν ςάσιν τῶν ἐκκλησιῶν. *De oecumenica synodo, quae Photium sanctissimum in suam sedem restituit, & Ecclesiarum schisma diremit.* Inc. Ἀπὸ τοῦ λόγυ τοῦ Βίκκυ, ὃ ἡ ἀρχὴ, Ἡ ἂν μακάριαν ἀληθῶς. Progrediuntur usque ad pag. 225.

XVIII. p. 225. *b.* Sequitur *continuatio*, ut videtur, *praedictae in Aristotelem Interpretationis*, incipiens: Ἀμέλει ἐπὶ τῶν τοιούτων κ̕ τῆς ἀπὸ συμβεβηκότων τοῦ εἶναι εἰδήσεως λαβεῖν παραδείγματα. Des. οὕτως ἡ πᾶσα ἐπιςήμη πρὸς πᾶν ἕξει τὸ ἐπιςητὸν γινώσκυσα αὐτό. Clauditur duobus versiculis intricatissime ac compendiarie exaratis, quorum primum ita legimus: Καὶ δόξα Χριςῷ τῷ χορηγῷ τῶν λόγων, alterum perspicaciori ingenio extricandum relinquimus.

XIX. pag. 258. *b.* Fragmentum *de animae immortalitate*. Inc. Ὅτι ἡ ψυχὴ ἀθάνατός ἐςι. Des. καὶ ἀθάνατον εἶναι πᾶσα ἀνάγκη.

XX. pag. 259. *b.* Aliud fragmentum *de substantia*. Inc. Πρῶτον μὲν ὅτι συνυφίςαται τῷ ὄντι τὸ ποσόν. Des. ὑποκείμενον λέγεσθαι.

XXI. pag. 260. *b.* Recurrunt alia excerpta Synodica, ab eadem manu exarata atque illa, de quibus paullo ante in §. XVII. Horum primum est Τοῦ ἁγίυ Κυρίλλυ ἐκ τοῦ ε' λόγυ τῶν πρακτικῶν τῆς γ' συνόδυ, κ. λ. Des. ἀνάθεμα τοὺς μὴ τῦτο κοινὸν τὸ σύμβολον ὁμολογῦντας τῆς πίςεως.

XXII. pag. 264. *Allocutiones quaedam breves, & paraeneticae*; nec non *preces sacrae*, inter quas nonnullae nomen praeferunt *Ioannicii Euchaitarum, & Scutariotae*, glossis interlinearibus instructae. Inc. Φέρε δὴ κ̕ ἡμεῖς ἀκολουθήσωμεν ἐκείνοις, ἀγαπητοὶ, κ. λ. Des. κρατήσας εὐχαριςήσαιμί σοι. Codicem claudit schema *entium divisionem* exhibens cum sua explicatione.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saec. XIV. aliquibus in locis madore corruptus & evanidus. Constat foliis scriptis 271.

ΕΚ ΤΗΣ ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΗΣ ΠΕΤΡΟΥ ΤΟΥ ΙΣΠΑΝΟΥ.

E DIALECTICE PETRI HISPANI.

Ac praeterea

Philosophorum Thomae, Boëtii, Dexippi, Procli Diadochi, Mercurii Trismegisti, Magentini, Alexandri Aphrodisiensis, Alcinoi, & Anonymi varia.

I. pag. 1. ΕΚ τῆς διαλεκτικῆς τοῦ μαΐςρου Πέτρυ τοῦ Ἱσπανοῦ. *E dialectica magistri Petri Hispani*. Inc. Διαλεκτική ἐςι τέχνη τεχνῶν, κ̕ ἐπιςήμη ἐπιςημῶν, πρὸς τὰς ἁπασῶν τῶν μεθόδων ἀρχὰς ὁδὸν ἔχουσα. Des. ὅθεν πᾶσα σύγχυσις ἐςι τῇ ἀνάγκῃ τοῦ σημείου κ̕ τοῦ τρόπου. Tum subditur schema τῶν τόπων, seu *locorum rhetoricorum* divisionem exhibens. Petrum quemdam Hispanum veteribus medicis accenset Fabric. Biblioth. Graec. Vol. XIII. pag. 362. aitque ipsius exstare *Thesaurum pauperum*, *Canones Medicinae*, *& alia quaedam recensita a Nicolao Antonio Biblioth. veteris Hispanae Tom. XI. pag.* 51. *COD. XXXIII.*

qui

qui eum diversum facit a Petro Hispano Ordinis Dominicani, scriptore summularum &c. Vtrum vero auctor sit huius Dialecticae, prorsus ignoramus.

II. pag. 29. Sequitur Tractatus Logicus, cuius titulus ita est evanidus, ut vix haec eruere licuerit: Περὶ τῶν σοφισμάτων . . . τοῦ φιλοσόφου Θωμᾶ. *De sophismis . . . . . philosophi Thomae*. Inc. Ἐπειδὴ ἡ λογικὴ ἐπιστήμη ἐστὶ περὶ λόγους, κ. λ. Des. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν σοφισμάτων ἀρκείτω. Quinam sit iste Thomas philosophus, adhuc nos latet: diversum quidem a Thoma Magistro credimus, quum inter eius scripta nullam huius Operis mentionem faciat Fabric. Bibl. Graec. Vol. IV. pag. 526. seqq.

III. pag. 45. Βοητίου Φιλοσόφου περὶ διαλεκτικῆς. *Boëtii philosophi de dialectica* Opus cum scholiis marginalibus uberrimis. Inc. Πρότασίς ἐστι λόγος ἀλήθειαν, ἢ ψεῦδος σημαίνων. Des. ἀπὸ ὁμοιώσεως. Scholiorum marginalium hoc est initium: Ὅτι προαγγέλλεται καὶ προλέγεται τοῦ συμπεράσματος· πρόλογος δὲ καὶ προαγγελία παρὰ Λατίνοις καλεῖται, κ. λ. Exstat & in Bibliotheca Regia Tom. II. Codd. MMXCIV. MMCIII. & MMDCCCXXX. & ut videtur, a Maximo Planude e Latina in Graecam linguam translatum. In fine Tractatus hoc distichon iambicum apponitur:

Τῶν συλλογισμῶν ταῖσδε πλεκτάναις, φίλος,
Τραχηλιῶντας Ἰταλοὺς κρατῶν πνίγε.
Syllogismorum laqueis, amice,
Superbientes Italos victor eneca.

IV. pag. 77. Δεξίππου φιλοσόφου Πλατωνικοῦ τῶν εἰς τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας ἀποριῶν τε καὶ λύσεων. *Dexippi philosophi Platonici in Aristotelis praedicamenta dubitationum & solutionum* Libri III. quorum primus praevio indice Capitum XL. inc. Ὄκνος τις ἔχει με μάλα καλὴν καὶ γενναίαν χάριν αἰτῆσαι προθυμούμενον. Des. ὁσαχῶς καὶ τὰ ὄντα. Liber II. pag. 94. cui praecurrit item index Capitum XLIII. inc. Μέχρι μὲν τούτων, ὦ φιλομαθέστατε Σέλευκε. Des. ἀφ᾽ οὗ εἰ κατ᾽ οὐσίαν αἱ λέξεις κατηγοροῦνται, ἔνεστι μαθεῖν. Liber III. pag. 105. sine ulla Capitum Tabula, loco tamen vacuo ad ipsam exarandam relicto, inc. Τὰ μὲν δὴ περὶ τῆς οὐσίας ἀπορήματα. Des. καὶ αὕτη τοίνυν ὡς μετρουμένη ὑπὸ τοῦ χρόνου ποσὸν ἂν εἴη. Hi tres Dexippi quaestionum in Categorias Libri, quorum tertius magnam partem intercidit, dialogi more, conscripti sunt, quaerente Seleuco discipulo, & Dexippo magistro respondente, in quibus Plotini, qui Aristotelis doctrinam de Praedicamentis examini suo subiecerat, dubitationibus, & obiectionibus occurrit. Latine tantum hactenus prodiere, Ioanne Bernardo Feliciano interprete, Venet. apud Hieron. Scotum MDXLVI. & MDLXVI. in fol. ad calcem Porphyrii in Praedicamenta, & Parisiis apud Vascosanum MDXLIX. in 8. Dexippus hic, Iamblichi fuit discipulus, adeoque iunior Dexippo Herennio Atheniensi, cuius χρονικὴν ἱστορίαν continuavit, teste Photio Cod. LXXVII. Eunapius, qui eum in Porphyrii vita testatur vixisse temporibus Gallieni, Flavii, Claudii, Taciti, Aureliani & Probi.

V. pag. 109. Περὶ συλλογισμῶν. *De Syllogismis* Tractatus Anonymi. Inc. Τῆς συνόψεως τῶν συλλογισμῶν στοχαζόμενοι. Des. ἐν τούτοις σὺν θεῷ τὰ τρία σχήματα πληροῦνται τῶν κατηγορικῶν συλλογισμῶν.

VI. pag. 115. Πρόκλου Διαδόχου Λυκίου στοιχείωσις φυσική. *Procli Diadochi Lycii Elementa Physica*, sive *de motu Libri duo*, quorum primus inc. Συνεχῆ ἐστιν, ὧν τὰ πέρατα ἕν. Des. ἴσον ἑαυτῷ κινηθήσεται. Liber II. pag. 119. inc. Πᾶν σῶμα φυσικὸν, κινητόν ἐστι, κ. λ. Des. ἔστιν ἄρα τὸ κινοῦν μὲν, ἀκίνητον δ᾽ ὄν. Prodierunt Graece Basileae MDXXXI. in 8. & cum Latina versione Iusti Velsii, Medici, ibid. MDXLV. in 8. Iterum Graece & Latine cum versione Spiritus Martini Cuneatis, Parif. MDXLII. 4. & alibi deinceps.

VII. pag. 123. Ἑρμοῦ Τρισμεγίστου Ποιμάνδρης. *Mercurii Trismegisti Poemander*. Inc. Ἐννοίας μοί ποτε γενομένης. Des. καὶ ἡ γένεσις, ἐν οἷς τὰ ὄντα ἐστίν. Sub isto Poemandri titulo intellige Capita, seu Libellos XIV. quorum titulos exhibet Fabric. Bibl. Graec. Vol. I. p. 49. seqq. qui quum huiusce Operis editionem Gr.-Lat. Londinensem anni MDCXXVIII. recenseat, cum illa, veluti fundamenti loco posita, alias quinque editiones confert, earumque in librorum ordine discrimina diligentissime adnotat. Interim titulos & ordinem singulorum quatuordecim librorum nostri Codicis recensere praetermittimus, quia cum Marsilii Ficini editione Latina prorsus conveniunt, quum Codicem illum Graecum a Leonardo Pistoriensi monacho ex Macedonia allatum, ad cuius exemplum versionem suam Ficinus se concinnasse adfirmat, hunc ipsum fuisse, quem prae manibus habemus, subscriptio Angeli Politiani paullo post adferenda facile cuique persuadeat.

VIII. pag. 145. *b.* Τοῦ Μαγεντηνοῦ περὶ ὑποθετικῶν συλλογισμῶν. *Magentini de hypotheticis Syllogismis*. Inc. Οἱ ὑποθετικοὶ καλούμενοι συλλογισμοί. Des. ταῦτα περὶ τῶν ὑποθετικῶν. Est breve quoddam Excerptum, ex eius fortasse in Aristotelis Analytica priora Commentariis desumtum: cui subditur aliud fragmentum paucorum versuum *de sex tropis*, ut in Cod. V. huius Plutei supra p. 5. §. IV.

IX. pag. 147. Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως ἀπορήματα φυσικά. *Alexandri Aphrodisiensis quaestiones naturales* Libris IV. ex quibus tamen in nostro Codice habentur priores duo, & initium tertii. Liber itaque primus inc. Διατί τοὺς ἀνθρώπους Ὅμηρος, κ. λ. Des. περὶ πόλεως ἰδίας ὁπλιζόμενοι. Secundus pag. 166. *b.* inscriptus, Τοῦ αὐτοῦ βιβλίον β᾽ ἐκ τῶν Ἀσκληπιοῦ, *Eiusdem Liber II. ex Asclepii Operibus*, inc. Τὸ Ἀσκληπιοῦ δῶρον πασῶν, κ. λ. Des. συμβαίνει οὖν ἐξουρεῖν τὴν γονήν. Circa medium huius Libri lacuna quaedam unius circiter paginae relicta est. Liber III. pag. 186. *b.* inc. Εἰ μὲν πλεῖστοι τῶν παλαιοτέρων ἰατρῶν, κ. λ.

Desinit imperfecte in verbis αὐτὴν τὴν φύσιν σαρκώσας . . . . . Quatuor isti quaestionum libri Graece primum editi sunt a Victore Trincavello Venet. MDXXXVI. fol. Graece vero & Latine ex interpretatione Hieronymi Bagolini Veronensis, eiusque filii Io. Baptistae, ibid. MDXLI. XLIX. LV. LIX. & LXIII. in fol.

X. pag. 187. Ἀλκινόου μεγάλου διδασκάλου λόγος διδασκαλικὸς τῶν Πλάτωνος δογμάτων. *Alcinoi magni magistri Sermo didascalicus de Platonis dogmatibus*. Inc. Τῶν κυριωτάτων Πλάτωνος δογμάτων. Des. καὶ τῶν αὐτοῦ δογμάτων γενέσθαι. Vide infra in Cod. IX. Plut. LXXXV. Ad calcem huius Operis legitur: *Angeli Politiani liber: emptus aureis duabus* (sic) *a Marsilio Fecino* (sic).

XI. pag. 208. Tandem alia manu occurrunt in quatuor ultimis foliis *fragmenta quaedam Psalmorum*.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saec. XIV. Constat foliis scriptis 211.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΕΙΣΑΓΩΓΗ.

PORPHYRII INTRODVCTIO.

Ac praeterea

Ammonii in ipsam Commentarius; & Aristotelis de Interpretatione cum Commentario Pselli, & Categoriae cum Commentario Ammonii.

COD. XXXV. I. pag. 1. *Porphyrii Introductio* cum glossis interlinearibus, ut in Codice III. huius Plutei §. III.

II. p. 13. *Ammonii philosophi, Hermeae F. Expositio quinque vocum*. Vt in dicto Codice §. V. In fine adscriptum est:

Εἴληφε τέρμα βίβλος ἥδε τοῦ φίλου,
Χειρὶ Κυριακοῦ τε τοῦ Πρασιάνου
Καλλιπολίτου δ' ἀμαθεστάτου νέου,
ἔτει ͵ϛψϥθ'.

Finem accepit liber hic amici,
Manu Cyriaci Prasiani
Callipolitani, imperitissimi iuvenis.
Anno 6799. (Chr. MCCXCI.)

III. pag. 57. *Anonymi Praefatio quaedam in quinque voces*. Inc. Δεῖ εἰδέναι, ὅτι πρὸ πάσης τέχνης. Des. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν ε' λογικῶν φωνῶν τοῖς σοφοῖς λέλεκται.

IV. pag. 59. *Aristotelis de Interpretatione. Liber*, in quinque τμήματα divisus. Inc. Πρῶτον δεῖ θέσθαι, τί ὄνομα, καὶ τί ῥῆμα. Des. ὑπάρχειν τῷ αὐτῷ. Exstat in cit. edit. Tom. I. a pag. 36. ad pag. 51. Adiecta sunt margini scholia non pauca ab eadem manu, quorum primum in vocem ὄνομα, nomen τοῦ Ψελλοῦ praesefert, cui propterea etiam reliqua videntur esse adscribenda. In calce vero schema depictum est *graduum cognationis*.

V. pag. 75. *Hypertimi*, sive *honoratissimi Domini Michaëlis Pselli Paraphrasis in librum Aristotelis de Interpretatione*. Concordat cum illa Codicis XIX. huius Plut. supra p. 11. §. I.

VI. pag. 116. *Decem Aristotelis Praedicamenta*, ut in Codice V. huius Plutei supra p. 5. §. II. paucis in fine diversis.

VII. pag. 135. *b. Prolegomena Ammonii philosophi in decem Praedicamenta*. Inc. Ἐπειδὴ τῆς Ἀριστοτέλους, κ. λ. quibus succedit pag. 148. *b*. Commentarius ipse, cuius initium: Πρώτην τάξιν ἔχει, κ. λ. ut in Codice III. huius Plutei §. VII. Finis tamen diversus in hoc, utpote mutilus: desinit enim in verbis οὐδ' ἐν ταῖς μαθηματικαῖς ἐπιστήμαις ταῖς τοιαύταις χρ . . . in quibus absolvitur etiam Codex.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 4 Saeculi XIII. exeuntis. Constat foliis scriptis 184.

FINIS PLVTEI LXXI.

BIBLIOTHECAE
MEDICEAE LAVRENTIANAE CATALOGVS.
PLVTEVS LXXII.
QVI CONTINET GRAECOS CODICES MSS. XXVI.

CODEX I.

ΔΑΥΙΔ ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΠΟΡΦΥΡΙΟΝ.

DAVID COMMENTARIVS IN PORPHYRIVM.

Ac praeterea

Ioannis Philoponi in Aristotelis Categorias & Analytica Priora Commentarius.

I. p. 1.  Rimum Opus ita inscribitur: Προλεγόμενα τῆς φιλοσοφίας ἀπὸ φωνῆς Δαβὶδ τοῦ θεοφιλεστάτε κ̀ θεόφρονος. *Prolegomena philosophiae, dictante Deo amabilissimo, divinique ingenii Davide*, & quidem in Capita XXIV. quae πράξεις dicuntur distributa. Inc. Οἱ φιλοσοφίας λόγων ἐρῶντες, κ̀ τῆς ἐκ τούτων ἡδονῆς ἄκρῳ δακτύλου γευσάμενοι. Des. διὰ τοῦ πρακτικοῦ· ἐν οἷς σὺν Θεῷ κ̀ ἡ παρῦσα πράξις, κ̀ τὰ προλεγόμενα τῆς φιλοσοφίας.

II. p. 41. Προλεγόμενα τῆς Πορφυρίε εἰσαγωγῆς ἀπὸ φωνῆς Δαβὶδ τῦ θεοφιλεστάτε κ̀ θεόφρονος. *Prolegomena in Porphyrii Introductionem, excepta ab ore Davidis Deo amabilissimi, & divini ingenii* viri, in Capita, seu πράξεις XXXVI. divisa. Inc. Μέλλοντες σὺν θεῷ ἄρχεσθαι τοῦ παρόντος συγγράμματος. Des. ὅτε φθάσει τὸ συμβεβηκός. ἐν οἷς σὺν θεῷ κ̀ αἱ Πορφυρίε εἰσαγωγαί. Davidis scholia in Introductionem Porphyrii memorat Fabric. Bibl. Graec. Vol. IV. pag. 187. aitque opinari se, nondum ea lucem vidisse. Eiusdem etiam Commentarios Graecos in Aristotelis Praedicamenta, & in quinque Porphyrii Voces, Venetiis in Bibliotheca SS. Ioannis & Paulli Mss. indicavit Gesnerus. Sub nomine Eliae philosophi habebantur etiam supra in Codice XI. Plut. LXXI. §. I. ubi tamen breviora sunt.

III. pag. 88. Ιωάννου Ἀλεξανδρέως τοῦ Φιλοπόνε, *Ioannis Philoponi Alexandrini* in X. Categorias Commentarius, cum Prolegomenis. Prolegomena sunt I. *Aristotelis Vita*, quae inc. Ἀριστοτέλης τὸ μὲν γένος ἦν Μακεδών. Des. ταῦτα λέγειν ἔχομεν περὶ τοῦ βίε τοῦ Ἀριστοτέλες. II. *Prooemium Logici Tractatus*, cuius initium: Ἐπειδὴ δὲ λογικῆς πραγματείας. Finis: μέρος ἐστὶ τῆς φιλοσοφίας. III. Σχόλια τῶν Ἀριστοτέλες κατηγοριῶν. *Scholia in Aristotelis Categorias*. Inc. Καθάπερ ἀρχόμενοι τῶν εἰσαγωγῶν. Des. ταῦτα δεξόμεθα. Subditur: Τέλος τῶν προλεγομένων. His praemissis, pag. 92. *b.* occurrit Commentarius ipse, qui post Aristotelis verba, Ὁμώνυμα λέγεται, κ. λ. inc. Αἱ ψυχαὶ αἱ ἡμέτεραι γυμναὶ μὲν οὖσαι, κ. λ. Desinit imperfecte in verbis: τὸ δὲ γυναῖκα ἔχειν, ἢ ἀγρὸν, ἤ τι . . . . . Concordant tam Prolegomena, quam Commentarius cum editione Graeca Aldina Venet. MDIII. fol. a p. 1. ad p. 46. (1) Postrema vero, quae retulimus, incidunt in dictam paginam 46. lin. 31.

IV. pag. 123. Ἐξήγησις συντομωτάτη κ̀ σαφεστάτη εἰς τὸ περὶ ἑρμηνείας. *Expositio brevissima & clarissima in librum de Interpretatione*, auctore Anonymo. Praecedit Praefatio, cuius initium: Πρὸ τῆς τοῦ ῥήτορος σαφηνείας εἴπωμεν τὰ εἰωθότα προζητεῖσθαι κεφάλαια, κ. λ. Finis: νῦν δὲ χωρήσωμεν εἰς τὴν ἐξήγησιν τῆς λέξεως. Expositio vero, post Aristotelis verba, Πρῶτον δεῖ θέσθαι, κ. λ. inc. Τὸ πρῶτον πολλαχῶς ἐν ταῖς κατηγορίαις ἐμάθομεν. Des. ἢ συναληθεύειν, ἢ συμψεύδεσθαι. κ̀ τελειοῦται θεοῦ βοηθείᾳ τὸ περὶ ἑρμηνείας.

V. p. 149. Ιωάννε γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως εἰς τὸ πρῶτον τῶν προτέρων ἀναλυτικῶν σχόλια ϗ ἀποσημειώσεις ἐκ τῶν συνουσιῶν Ἀμμωνίε τῦ Ἑρμείε τῶν εἰς τὰ γ'. τὸ α'. *Ioannis grammatici Alexandrini in primum librum priorum Analyticorum scholia & declarationes ex confabulationibus Ammonii Hermeae in tres partes distribu-*

(1) Editionis quidem paginae numeris distinctae non sunt; nos vero ad rem melius sub oculos ponendam, ac si numeratae essent, ita illas citavimus.

butae. Pars I. inc. Ἤδη μὲν ἡμῖν ἐν τοῖς προλαβοῦσιν εἴρηται συγγράμμασιν· οὐκ ἄτοπον δὲ ὑπομνῆσαι καὶ νῦν, κ. λ. Pars III. des. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς λοιποῖς ἔφθημεν προειπόντες. Τέλος τοῦ πρώτου βιβλίου.

VI. pag. 269. Τοῦ αὐτοῦ σχόλια εἰς τὸ β'. τῶν προτέρων ἀναλυτικῶν. *Eiusdem scholia in secundum Analyticorum priorum Librum*. Inc. Ἐν πόσοις μὲν οὖν σχήμασι καὶ διὰ ποίων καὶ πόσων προτάσεων. Des. ἀλλ' ἴσα καὶ ἀντιστρέφει. In Analytica priora Commentariae Adnotationes ex scholis Ammonii Hermeae, cum quibusdam propriis meditationibus, adiunctis Leonis Magentini circa A. MCCC. Metropolitae Mitylenaei Commentariis in eadem, & Anonymi libello de Syllogismis, prodierunt Graece Venetiis in aedibus Bartol. Zanetti Cisterzagensis MDXXXVI. fol. praemissa Victoris Trincavelli ad Herculem Gonzagam Epistola. Latinas versiones tres Labbeus annotavit, unam Guil. Dorothei Venet. MDXLI. fol. alteram Lucilli Philalthei ibid. MDXLIV. MDXLVIII. MDLIII. MDLV. & tertiam Alex. Iustiniani Chii Venetiis apud Valgrisium MDLX. fol.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saeculi XIII. multis in locis recentiori manu elegantissime suppletus. Constat foliis scriptis 279.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΑΦΡΟΔΙΣΙΕΩΣ ΑΠΟΣΗΜΕΙΩΣΕΙΣ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΣΟΦΙΣΤΙΚΟΥΣ ΕΛΕΓΧΟΥΣ.

ALEXANDRI APHRODISIEI ANNOTATIONES IN SOPHISTICOS ELENCHOS.

COD. II. Post titulum interiorem Codicis exteriori similem, incipit brevis quaedam Anonymi Praefatio, hoc pacto: Διδάξας περὶ τοῦ ἀποδεικτικοῦ καὶ διαλεκτικοῦ συλλογισμοῦ Ἀριστοτέλης, κ. λ. Tum Aristot. Textus, Περὶ δὲ τῶν σοφιστικῶν ἐλέγχων, κ. λ. & in ipsum Commentarius, cuius initium: Ὅτι μὲν ὁ περὶ ἀποδείξεως λόγος. Finis: ᾧ δεῖ πάντας ἡμᾶς οὐ πολλὴν, ὡς αὐτὸς ἔφησεν, ἀλλ' οὐδ' ὅσην εἰπεῖν ἔχειν χάριν. Vide Codicem XIII. Plut. LXXI. cum quo concordat, excepta Praefatione, quae in illo desideratur; quemadmodum etiam schematia quaedam ad syllogismorum genera varia demonstranda, quae heic diligentissime delineata suis locis exhibentur, in illo nulla sunt. Heic quoque, uti & in dicto Codice, nulla Commentariorum in duos Libros distinctio apparet. In fine rubris litteris adnotatur: Ἐν τῇ Κρήτῃ μηνὸς Μαΐου ιη'. ,αφιη'. Scriptus *in insula Creta mensis Maii die XVIII. anno MDXVIII.*

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XVI. ineuntis. Constat foliis scriptis 120.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΟΡΓΑΝΟΝ.

ARISTOTELIS ORGANVM.

Cui praemittitur

Porphyrii Introductio.

I pag. 1. Πορφυρίου εἰσαγωγὴ περὶ τῶν πέντε φωνῶν. *Porphyrii Introductio de quinque vocibus*, cum glossis interlinearibus, & adnotationibus ad oram libri, ut in Cod. III. Plut. LXXI. §. III. Huius Introductionis folia duo, manu saeculi XVI. suppleta sunt. COD. III.

II. pag. 6. b. *Aristotelis Categoriae*, hac apposita epigraphe: Ὀργανὸν εἰμι φιλοσοφίας ὅλης. Inc. Ὁμώνυμα λέγεται. Des. ἅπαντες κατηρίθμηνται. In cit. Arist. edit. Tom. I. a pag. 14. ad pag. 36.

III. pag. 17. *Eiusdem de Interpretatione Liber*. Inc. Πρῶτον δεῖ θέσθαι. Des. τὰ ἐναντία ὑπάρχειν τῷ αὐτῷ. Ibid. a pag. 30. ad pag. 51. Vbi notandum huius Libri initium post sex paginas esse requirendum, ob male compactum Codicem.

IV. pag. 22. b. *Eiusdem Analyticorum priorum liber primus*. Inc. Πρῶτον εἰπεῖν. Des. αἱ γὰρ ἀποφάσεις αἱ εἰλημμέναι δύο εἰσίν. Ibid. a pag. 51. ad pag. 99. Inter hanc, & sequentem paginam insertum est folium unum, continens initium Libri eiusdem Aristotelis de Interpretatione, uti mox diximus. Huius quoque libri folia undecim ab eadem recentissima manu, ut supra, suppleta fuerunt.

V. pag. 53. *Eiusdem Analyticorum priorum Liber secundus*. Inc. Ἐν πόσοις μὲν οὖν σχήμασι. Des. οὐκ ἔσαι ἐν ἑνὸς σημεῖον. Ibid. a pag. 100. ad pag. 129.

VI. pag. 69. b. *Eiusdem Analyticorum posteriorum Liber I.* Inc. Πᾶσα διδασκαλία. Des. τὸ λάμπειν. Ibid. a pag. 130. ad pag. 162.

VII. pag. 84. *Eiusdem Analyticorum posteriorum Liber II.* Inc. Τὰ ζητούμενά ἐστιν ἴσα. Des. πρὸς ἅπαν τὸ πρᾶγμα. Ibid. a p. 162. ad pag. 180.

VIII. pag. 92. b. *Eiusdem Topicorum Libri VIII.* Primus inc. Ἡ μὲν πρόθεσις τῆς πραγματείας. Vltimus des. ἐκ τῶν παρὰ πόδας. Ibid. a pag. 180. ad pag. 281. In hisce Libris folia integra quatuordecim eidem recentissimae manui debemus.

IX. pag. 132. Σχόλιον τοῦ Φιλοπόνου εἰς τὸ δεύτερον τῶν προτέρων. *Scholium Philoponi in Librum II. Analyticorum priorum*. Inc. Σκοπὸς τῆς προειρημένης πραγματείας. Des. εἰρηκὼς περὶ τῶν συζυγιῶν τῶν ἐπί τι ψευδῶν, νῦν λέγει καὶ περὶ . . . . Est imperfectum.

X. pag. 134. *Eiusdem Aristotelis de sophisticis elenchis*. Inc. Περὶ δὲ τῶν σοφιστικῶν ἐλέγχων. Des. τοῖς δ' εὑρημένοις πολλὴν ἔχειν χάριν. Ibid. a pag. 281. ad pag. 314. Totus autem Codex uberrimis scholiis abundat aeque antiquis, exceptis iis, quae a recentiori Grae-

Graeco suppleta fuisse suo loco monuimus, in quibus nullum scholion.

Clauditur Volumen duobus Carminibus in laudem Organi Aristotelici, quorum primum cinnabari exaratum ita habet:

Ὄργανόν εἰμι, μηδαμῶς μοι ψαυέτω
Ἀγνὼς, ἀμαθὴς, ἀδαής τις τυγχάνων.
Τεχνῶν, ἐπιστημῶν τε γνῶσις τυγχάνω
Τὴν ὀργανικὴν ἅπασαν χρείαν φέρον,
Ὄργανόν εἰμι φιλοσοφίας ὅλης.

Alterum atramento conscriptum sequens est:

Ἔγνωμεν ὄντως δημιουργίας φύσεις,
Ἅσπερ σθένει τέτευχεν εἷς Θεὸς μόνος,
Ἄστρων, πόλυ τε, τῆς θαλάσσης, ἀέρος,
Τῶν ὑδάτων, πυρός τε, καὶ ζώων ὅλων,
Κόσμυ τε παντὸς αἰτίας, παθῶν τρόπυς,
Δρᾷν οὔσπερ οἶδε γῆ τ' ἀὴρ σὺν αἰθέρι
Ὁ πάνσοφος νοῦς, ἡ θάλασσα τῶν λόγων,
Ἀριστοτέλης τῶν διδασκάλων κλέος.

Codex Graecus membranaceus Ms. in folio, Saeculi XII. in quo antiquitus opera quaedam Chrysostomi continebantur, ut apparet ex titulo quodam pag. 124. deinde erasa veteri scriptura, haec Aristotelis Opera exarata sunt. Constat foliis scriptis 148.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΟΡΓΑΝΟΝ.

ARISTOTELIS ORGANVM.

Ac praeterea

Porphyrii Introductio.

COD. IV. I. pag. 1. OCcurrit, sine ullo tamen titulo, *Porphyrii in quinque voces Introductio*, cum glossis, & scholiis interlinearibus. Habes & in Codice III. superiori §. I.

II. pag. 11. *Aristotelis Categoriae*. Ibid. §. II.

III. pag. 31. *Eiusdem de Interpretatione Liber*. Ibid. §. III. Initio huius Operis, Aristotelis imago depicta est sedentis, & manu chartulam, in qua prima libri vox πρῶτον exhibetur, gestantis.

IV. pag. 50. *Eiusdem Analyticorum priorum Libri II.* Ibid. §. IV. & V.

V. pag. 135. *b. Eiusdem Analyticorum posteriorum Libri II.* Ibid. §. VI. & VII. Heic quoque inter pag. 177. & 178. bibliopegi incuria quaterniones duo sunt inserti, partem Aristotelis Topicorum continentes.

VI. pag. 179. *Eiusdem Topicorum Libri VIII.* Ibid. §. VIII.

VI. pag. 262. *b. Eiusdem de sophisticis elenchis.* Ibid. §. X. Singula autem haec Aristotelis Opera uberrimis sunt scholiis marginalibus, glossisque interlinearibus instructa aeque antiquis.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 4. Saeculi XIII. ubique male adfectus. Constat foliis scriptis 286.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΟΡΓΑΝΟΝ.

ARISTOTELIS ORGANVM.

I. pag. 1. Προλεγόμενα τῆς φιλοσοφίας ἀπὸ φωνῆς Δαβὶδ τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ θεόφρονος. *Prolegomena philosophiae excepta ab ore Davidis Deo amabilissimi divinique ingenii viri*. Inc. Οἱ φιλοσοφίας λόγων ἐρῶντες, κ. λ. Est unius tantum paginae Excerptum. COD. V.

II. pag. 2. *b.* Προλεγόμενα σὺν Θεῷ τῆς Πορφυρίου εἰσαγωγῆς ἀπὸ φωνῆς Ἡλιοῦ φιλοσόφου. *Prolegomena cum Deo in Porphyrii Introductionem, excepta ab ore Eliae philosophi*. Inc. Μέλλοντες σὺν Θεῷ ἄρχεσθαι τοῦ παρόντος συγγράμματος, τὰ εἰωθότα ὑπὸ τῶν ἐξηγητῶν, κ. λ. Des. ταῦτα ἔχει ἡ παροῦσα πρᾶξις. Occurrunt etiam in Cod. XI. Plut. LXXI. supra pag. 7. §. I. ubi finis diversus.

III. pag. 7. *Porphyrii in quinque Voces Introductio*. Habes in Codice III. huius Plutei §. I.

IV. pag. 21. *b. Aristotelis Categoriae*. Ibid. §. II. Heic praecedit Aristotelis Vita, qualis Ammonii Commentario in easdem Categorias praefigitur edito Venet. apud Aldum MDIII. fol.

V. pag. 50. *Eiusdem de Interpretatione Liber*. Ibid. §. III.

VI. pag. 67. *b. Eiusdem Analyticorum priorum Libri II.* Ibid. §. IV. & V. Horum librorum magna pars alia manu recentiori suppleta est.

VII. pag. 153. *Eiusdem Analyticorum posteriorum Libri II.* Ibid. §. VI. & VII. Heic tamen secundus Liber in fine diversus est; desinit enim: τέσσαρες ἐξ ἀνομοίων μετὰ ὁμοίυ, ἢ ἀνομοίυ τιθεμένου τοῦ συνάγοντος.

VIII. pag. 213. Εὐσύνοπτον σύνταγμα φιλοσοφίας. *Breve compendium philosophiae*. Inc. Ὥσπερ οἱ ἀναγινώσκοντες, πρῶτον μὲν τὰ στοιχεῖα μανθάνυσι, κ. λ. Des. ἢ σοφιστικοὺς, ἢ καὶ ποιητικούς. Auctor Anonymus.

IX. pag. 232. *b. Aristotelis Topicorum Libri VIII.* In dicto Cod. III. §. VIII.

X. pag. 266. *Eiusdem de sophisticis elenchis*. Ibid. §. X.

Codex Graecus membranaceus Ms. in fol. minori, Saec. XI. usque ad pag. 213. ac deinceps Saeculi XIV. cum scholiis uberrimis marginalibus, & glossis interlinearibus. Constat foliis scriptis 278.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΑΦΡΟΔΙΣΙΕΩΣ ΑΠΟΣΗΜΕΙΩΣΕΙΣ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΣΟΦΙΣΤΙΚΟΥΣ ΕΛΕΓΧΟΥΣ.

ALEXANDRI APHRODISIEI ANNOTATIONES IN SOPHISTICOS ELENCHOS.

ALexandri Aphrodisiei in sophisticos Elenchos Commentarius, ut in Codice secundo COD. VI.

do huius Plutei, usque ad pag. 12. elegantissime exaratus, inde vero usque ad finem alia manu conscriptus.

Codex Graecus chartaceus Ms. in folio, Saec. XV. Constat foliis scriptis 80.

ΑΜΜΩΝΙΟΥ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΕΙΣ ΤΑΣ Ε΄. ΦΩΝΑΣ.

AMMONII EXPOSITIO IN V. VOCES.

Ac praeterea

Eiusdem in Librum de Interpretatione Commentarius.

COD. VII. I. pag. 1. Ἀμμωνίου φιλοσόφου ἐξήγησις εἰς τὰς πέντε φωνάς. *Ammonii philosophi expositio in quinque voces*. Inc. Μέλλοντας ἡμᾶς ἄρχεσθαι. Des. πρότερον γὰρ δεῖ εἶναι ἄνθρωπον, εἶθ᾽ οὕτω γελαστικόν. Exstat & in Codice III. Plut. LXXI. §. V. sed in fine diversa.

II. pag. 35. Τοῦ αὐτοῦ ὑπόμνημα εἰς τὸ περὶ ἑρμηνείας. *Eiusdem Commentarius in librum de Interpretatione*. Habes & in dicto Codice §. IX.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 4. Saec. XIII. Constat foliis scriptis 135.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΑΝΑΛΥΤΙΚΩΝ ΠΡΟΤΕΡΩΝ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ARISTOTELIS RESOLVTORIORVM PRIORVM LIB. SECVNDVS.

COD. VIII. Continet hic Codex *Aristotelis Analyticorum priorum Librum secundum*, cuius initium est: Ἐν πόσοις. Finis: ὡς ἐφ᾽ ἑνὸς αὐτὴν λαμβανόμενος. ἐν οἷς ἡ πρᾶξις & τὸ δεύτερον τῶν προτέρων ἀναλυτικῶν σὺν θεῷ πληροῦται. Finem ideo longiorem dedimus, quia ab aliis supra recensitis exemplaribus differt.

Codex Graecus chartaceus Ms. in folio, Saeculi XV. Constat foliis scriptis 40.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΑΦΡΟΔΙΣΙΕΩΣ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ ΕΙΣ ΤΑ ΤΟΠΙΚΑ ΤΟΥ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.

ALEXANDRI APHRODISIENSIS COMMENTARIA IN LIBROS TOPICORVM ARISTOTELIS.

COD. IX. *Alexandri Aphrodisiei Commentarius in Topica Aristotelis*. Inc. Τὴν μὲν πρόθεσιν τὴν κατὰ τὴν τοπικήν. Des. οὕτω γὰρ ἔςαι τὴν αὐτοῦ τοῦ ὑπάρχειν τινί. Prodiit Graece Venetiis MDXIV. & MDXXVI. fol. Latine vero, interprete Guilelmo Dorotheo Veneto, ibidem MDXXIV. MDXLI. MDLIV. & alibi. Vide plura de hoc Commentario apud Fabric. Biblioth. Graec. Vol. IV. pag. 67.

Codex Graecus membranaceus Ms. in folio, Saeculi XV. nitidissimus, initio & fine suppletus. Constat foliis scriptis 176.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΟΡΓΑΝΟΝ.

ARISTOTELIS ORGANVM.

I. pag. 1. *Aristotelis Categoriae*, ut in Codice III. huius Plutei §. II. COD. X.

II. pag. 36. *b. Eiusdem Analyticorum priorum Libri II.* Ibid. §. IV. & V. Totus autem Codex uberrimis abundat scholiis marginalibus, ac glossis interlinearibus.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XIV. oscitanter ac propere exaratus, initio & fine nova manu suppletus. Constat foliis scriptis 237.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΑΦΡΟΔΙΣΙΕΩΣ ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ ΤΩΝ ΠΡΟΤΕΡΩΝ ΑΝΑΛΥΤΙΚΩΝ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.

ALEXANDRI APHRODISIEI COMMENTARIVS IN PRIMVM LIBRVM PRIORVM RESOLVTORIORVM ARISTOTELIS.

Alexandri Aphrodisiensis Commentarius in priorum Analyticorum Aristotelis librum primum. Inc. Ἡ λογική τε. Des. ἔχειν δύνασθαι ἀποδεδειγμένων. Concordat initium & finis cum edito Graece Venetiis apud Aldum, & Franciscum Asulanum MDXX. in fol. a p. 2. ad pag. 141. quam editionem prae manibus habuimus. Alias huiusce Operis editiones memorat Fabricius Bibl. Graec. Vol. IV. p. 66. anteriorem nimirum anni MCCCCLXXXIX. item Graece Venetiis, posteriores vero anni MDXXI. Florentiae in 4. & MDXXXVI. Venetiis in fol. cum Philopono &c. COD. XI.

Codex Graecus membranaceus Ms. in folio, Saec. XV. nitidissimus, in quo Aristotelis verba, quae per extensum adferuntur, rubrica sunt exarata. Constat foliis scriptis 288.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ.

ARISTOTELIS DE INTERPRETATIONE.

Ac praeterea

Analytica, Topica, & Sophistici Elenchi.

I. pag. 1. *Aristotelis de Interpretatione Liber*, cum scholiis marginalibus, & glossis interlinearibus, sine principio; incipit enim a verbis .... ῥῆμα δέ ἐςι τὸ προσσημαῖνον χρόνον, κ. λ. quae sunt prima Ca- COD. XII.

Capitis III. Huius fragmenti folium unum recentiore manu exaratum est.

II. pag. 18. *b. Eiusdem Analyticorum priorum Libri duo*. Vide in Cod. III. huius Plut. §. IV. & V.

III. pag. 110. *b. Eiusdem Analyticorum posteriorum Libri duo*. Ibid. §. VI. & VII. Libri secundi postrema sex folia, diversa manus supplevit.

IV. pag. 151. *Eiusdem Topicorum Libri VIII.* Ibid. §. VIII.

V. pag. 226. *Eiusdem de sophisticis elenchis Liber*. Inc. Περὶ δὲ τῶν σοφιςικῶν. Imperfectus est; desinit enim in verbis,. οὐ λεκτέον τὸ συμπέρασμα . . . .

Codex Graecus bombycinus Ms. in 4. Saeculi XIII. multis in locis restauratus, ac nova mann suppletus. Constat foliis scriptis 245.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΑΦΡΟΔΙΣΙΕΩΣ ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ ΤΩΝ ΠΡΟΤΕΡΩΝ ΑΝΑΛΥΤΙΚΩΝ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.

ALEXANDRI APHRODISIENSIS COMMENTARIVS IN PRIMVM LIBRVM PRIORVM RESOLVTORIORVM ARISTOTELIS.

COD. XIII. *Alexandri Aphrodisiensis in Aristotelis Analyticorum priorum Librum primum Commentarius*, ut in Codice XI. huius Plutei, cum scholiis Graecis ad marginem, manu, ut videntur Angeli Politiani. In summa primae paginae ora nomen legitur *Benedicti Varchi*.

Codex Graecus chartaceus Ms. in folio, Saeculi XV. Constat foliis scriptis 194.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΚΑΤΗΓΟΡΙΑΙ ΜΕΤΑ ΣΧΟΛΙΩΝ ΑΜΜΩΝΙΟΥ.

ARISTOTELIS PRAEDICAMENTA CVM SCHOLIIS AMMONII.

COD. XIV. I. pag. 1. *Ammonii Hermeae Commentarius in decem Praedicamenta Aristotelis*, cum prolegomenis, quae inc. Ἐπειδὴ τῆς Ἀριςοτέλους ἐντὸς ἐθέλομεν, κ. λ. Videtur concordare cum illo, qui habetur in Codice III. Plut. LXXI. §. VII. Pag. 69. occurrunt hi versiculi iambici:

Τὸν δακτύλοις γράψαντα σὺν κεκτημένῳ,
Τὸν ἀναγινώσκοντα σὺν προθυμίᾳ,
Φύλαττε τὰς τρεῖς, ὦ τριὰς τρισολβία.
Hunc qui digitis scripsit una cum possidente,
Legentem cum alacritate,
Custodi tres, o Trias terbeata.

Inde alia manu, & intricatissimis litteris exaratum aliud pentastichon iambicum legitur ex persona cuiusdam ad laborum tolerantiam adhortantis, quod sequens est:

Πόνοι δάκνουσι τὰς ἀσυνήθεις, φίλε,
Καρχαρόδοντες κύνες ὥσπερ τὰς ξένους.
Τούτου δὲ σαφὴς δεῖξις ἐκ τῶν πραγμάτων.
Σαυτὸν μοχθεῖν ἔθιζε λοιπὸν, ὦ τέκνον,
Ὡ'σὰν φύγοις δήγματα χαλεπῶν πόνων.
Labores mordent non adsuetos, amice,
Vt canes dentibus asperi peregrinos.
Hoc autem aperte docet experientia.
Te igitur ipsum laboribus adsuefacito, fili,
Vt gravium effugias morsus laborum.

II. pag. ead. *b.* Sequitur Excerptum, ut in margine adnotatur, *Io. Damasceni*, cuius initium est: Ὅτι εἷς ἐςὶ Θεός. Des. ὑπερτελὴς καὶ προτέλειος. Tum pag. 72. sequuntur quaedam subscriptiones, quibus Codicis possessor nativitatis diem suorum filiorum adnotavit ab anno MCCXCIII. usque ad MCCCVI. eae vero sunt:

I. Ἡμέρᾳ σαββάτῳ, α' τοῦ Αὐγούςου μηνὸς τῆς ϛ' ἰνδικτίωνος ἐγεννήθη ἡ ἐμὴ θυγάτηρ Ἄννα ἔτει ,ςωα'.

II. Ἡμέρᾳ παρασκευῇ, θ' τοῦ Μαρτίου μηνὸς τῆς θ' ἰνδικτίωνος ἐγεννήθη ἡ ἐμὴ θυγάτηρ Γέμμη ἔτει ςωδ'. ἥτις ιζ' τοῦ αὐτοῦ μηνὸς πρὸς κύριον ἐξεδήμησε.

III. Ἡμέρᾳ ε'. ιζ' τοῦ Ἰουνίου μηνὸς τῆς ι' ἰνδικτίωνος ἐγεννήθη ἡ ἐμὴ θυγάτηρ Γέμμη ἔτει ,ςωε'.

IV. Ἡμέρᾳ κυριακῇ, ιε' τοῦ Ἰουνίου μηνὸς ἐγεννήθη ἡ ἐμὴ θυγάτηρ Ἑλένη ἔτει ,ςωη'.

V. Ἡμέρᾳ τρίτῃ, κα' τοῦ Ἰαννουαρίου μηνὸς τῆς α' ἰνδικτίωνος ἐγεννήθη ἡ ἐμὴ θυγάτηρ Ἀννέσια ἔτει ,ςωια'.

VI. Ἡμέρᾳ σαββάτῳ, α' τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς τῆς δ' ἰνδικτίωνος ἐγεννήθη ὁ ἐμὸς ὑὸς Νικόλαος ἔτει ,ςωιδ'.

Sequitur septima, sed ob marginem inferiorem lacerum vetustate, fere tota deperiit.

III. pag. ead. *b.* Occurrunt Excerpta quaedam *de metris ac pedibus Odarum Pindaricarum*. Pag. 73. *b. Versus quidam iambici, sacri*, ut videntur, *argumenti*, qui ob characteres minutissimos, ac mirum in modum nexibus implicitos, legi vix possunt: quemadmodum etiam aliud carmen iambicum in postremo folio, *Herculis Labores* complectens, ob evanidam scripturam, oculis omnino impervium est.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 12. Saeculi XIII. in primis ac postremis paginis male redactus, cuius scriptura, vetustiori penitus erasae superducta est. Constat foliis scriptis 75.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΚΑΤΗΓΟΡΙΑΙ.

ARISTOTELIS CATEGORIAE.

Ac praeterea

Alia eiusdem Opera Logica.

I. pag. 1. *Aristotelis Categoriae*, ut in Cod. III. huius Plut. §. II. COD. XV.

II. pag. 23. *Eiusdem de Interpretatione*. Ib. §. III.

III. pag. 35. *Eiusdem Analyticorum priorum Liber primus*, cum scholiis, & glossis interlinearibus. Inc. Πρῶτον εἰπεῖν. Non est integer; desinit enim in verbis: καὶ ὅτι τελειῦνται διὰ τοῦ πρώτου σχήματος.

IV. pag. 64. *Eiusdem de sophisticis elenchis*, ut in dicto Cod. §. X.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XIV. madore passim coinquinatus, multisque in locis nova manu eleganter suppletus. Constat foliis scriptis 90.

ΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΚΑΤΗΓΟΡΙΑΙ.

ARISTOTELIS PRAEDICAMENTA.

Ac praeterea

Commentarius in ipsa.

COD. XVI. ARistotelis Categoriae cum Prolegomenis, & Commentario Ammonii Hermeae F. Prolegomena inc. Ἐπειδὴ τῆς Ἀριστοτέλους ἐντὸς ἐθέλομεν. Des. δέκα οὖν ἐστὶ τὰ ὀφείλοντα προλέγεσθαι πάσης Ἀριστοτελικῆς φιλοσοφίας. Tum pag. 5. inc. Textus Aristotelis: Ὁμώνυμα λέγεται. Commentarius inc. Εἰ μὲν ἂν αἱ ψυχαὶ ἄνω ἦσαν χωρὶς τοῦ σώματος. Aristotelis textus des. οἱ δὲ εἰωθότες ἐῤῥέθησαν. Comment. des. τοῦ ἀποφαντικοῦ λόγυ γινομένης.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saeculi XV. propere admodum & oscitanter exaratus. Constat foliis scriptis 64.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΚΑΤΗΓΟΡΙΑΙ.

ARISTOTELIS PRAEDICAMENTA.

Adde

Eiusdem de Interpretatione Librum, & Ioannis Philoponi in Analytica Priora Commentarium.

COD. XVII. I. p. 1. ARistotelis *Categoriae*. Habes in Cod. III. huius Plut. §. II.

II. pag. 22. *Eiusdem de Interpretatione*. Ibid. §. III.

III. pag. 32. *Commentarius* (1) *Ioannis Philoponi in Aristotelis Analyticorum priorum Libros duos*. In primum inc. Σκοπὸς τῷ φιλοσόφῳ εἰπεῖν περὶ ἀποδείξεως, αὐτός φησιν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ ἀπόδειξις, συλλογισμός τίς ἐστιν. Des. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἔφθημεν προειπόντες. In secundum vero pag. 135. *b.* cui titulus: Ἰωάννου Ἀλεξανδρέως σχόλια εἰς τὸ δεύτερον τῶν προτέρων ἀναλυτικῶν Ἀριστοτέλους, post Aristotelis verba, inc. Σκοπὸς τῆς προκειμένης πραγματείας κατὰ μὲν Ἀλέξανδρον οὗτος. Des. ἀλλ' ἴσα καὶ ἀντιστρέφει.

Cod. Graecus papyraceus Ms. in 4. minori, Saeculi XIV. multis in locis nova manu eleganter suppletus. Constat foliis scriptis 195.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΤΟΠΙΚΑ.

ARISTOTELIS TOPICA.

ARistotelis *Topicorum Libri VIII.* ut in Cod. III. huius Plut. §. VIII. In hoc autem finis Libri VII. & VIII. diversus est ab illo; nam septimus post verba, ἱκανῶς ἐξηρίθμηνται, in quibus ille desinit, ita prosequitur: ὥσπερ ἐν τῷ πρώτῳ τεχνολογεῖται, κ. λ. Des. καὶ τίς ἡ παρασκευὴ, quae scholiastis potius alicuius, quam ipsius Aristotelis verba videntur. Octavum vero post verba ἐκ τοῦ παρὰ πόδας, in quibus editio desinit, claudunt haec alia, quorum initium: τέλος δὲ ψυχὴ ὑπάρχει τοιαύτη οὖσα, οἷα δύνασθαι, κ. λ. Finis: ἡ δὲ πᾶσα ὁμοίως ἔχει πρὸς τὸ ἅπαν πρᾶγμα. Quae quidem unius circiter paginae spatium occupant, & pertinent ad Analyticorum posteriorum Librum II. amanuensis incuria, qui exemplaris, unde suum describebat, defectum minime advertit, perperam cum Topicorum postremis coniuncta. Huius autem fragmenti initium incidit in cit. Aristotelis edit. Tom. I. pag. 179. lin. penultima. In ultima pagina Codicis integumento adfixa possessoris forte nomen legitur, his verbis: *Gorus Prior sanctae Crucis, Camerarius Generalis & Ord. Lucen. Ep.* Hanc subscriptionem iisdem prorsus verbis exhibebant etiam Codices XII. & XXI. Plut. LX. sed quum nexibus ita perplexis exarata sit, ut ambigue admodum percipi possit, aliam coniecturam nostram proferimus, ita legentes: *Gorus prior sanctae Crucis, Zamerarius Generalis, & Dominus Iuan. Episc.* Vtra verior sit aliis iudicandum relinquimus. Montfauc. ita legit: *Liber Goti* (typographi forte error) *Prioris sanctae Crucis, Generalis Domini Lucani Episcopi*. COD. XVIII.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. min. Saeculi XV. cum notulis quibusdam in margine. Constat foliis scriptis 118.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΑΝΑΛΥΤΙΚΑ ΠΡΟΤΕΡΑ.

ARISTOTELIS PRIORA RESOLVTORIA.

I. pag. 1. ARistotelis *Analyticorum priorum Libri I. pars prima*, incipiens a verbis, Πρῶτον εἰπεῖν περὶ τί, κ. λ. praemisso titulo: Περὶ γενέσεως συλλογισμῶν, ἀναλυτικῶν προτέρων τὸ πρῶτον τῇ τάξει. Τμῆμα πρῶτον. Desinit in verbis: καὶ πρὸς ἄλλους οἱ ἐκ τῶν ἑτέρων σχημάτων. Sunt Libri primi septem Capita priora, quae habentur in edit. a pag. 51. ad pag. 60. COD. XIX.

II.

(1) Nomen quidem auctoris in summo paginae margine scriptum reciso Codice periit, sed esse Ioannem Philoponum patet ex Cod. XX. huius Plutei.

II. pag. 18. Ἰωάννου γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως εἰς τὸ πρῶτον τῶν προτέρων ἀναλυτικῶν σχόλια καὶ ἀποσημειώσεις ἐκ τῶν συνουσιῶν Ἀμμωνίου τοῦ Ἑρμείου τῶν εἰς τὰ τρία τὸ πρῶτον. *Ioannis grammatici Alexandrini in primum Librum priorum Analyticorum scholia & adnotationes e congressibus Ammonii Hermeae, & quidem trium partium pars prima*. Inc. Ἤδη μὲν ὑμῖν ἐν τοῖς προλαβοῦσιν εἴρηται συγγράμμασιν. Des. ἐκείνων ἐπιμνησθῆναι εὔλογον. Postrema quinque huius Commentarii folia, manu recentiori suppleta sunt.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XIV. Constat foliis scriptis 66.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΑΝΑΛΥΤΙΚΑ ΠΡΟΤΕΡΑ.

ARISTOTELIS PRIORA RESOLVTORIA.

COD. XX. *Aristotelis priorum Analyticorum Libri duo cum Commentariis Ioannis Philoponi*. Commentarius in librum primum, seu potius in partem libri I. quae agit περὶ τῶν τριῶν σχημάτων, inc. Πρῶτον περὶ τοῦ σκοποῦ ῥητέον. Σκοπὸς τῷ φιλοσόφῳ εἰπεῖν περὶ ἀποδείξεως. Des. δύο εἰσὶν, ἥ τε ἁπλῆ, καὶ ἡ ἐκ μεταθέσεως· αἱ δὲ λοιπαὶ περιτταί. In Librum vero secundum, post Aristotelis textum, Ἐν πόσοις μὲν οὖν σχήμασι, κ. λ. inc. Σκοπὸς τῆς προκειμένης πραγματείας κατὰ μὲν Ἀλέξανδρον. Des. καὶ εἰ λαμβάνονται, ὡς ἐν τῷ β΄ σχήματι τὸ καθόλου ἀνάγκη ...... Finis desideratur. Heic notandum, Aristotelis textum non indicari tantum, sed per extensum referri, ac singulis ipsius sectionibus Commentarios subiici.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XIV. Constat foliis scriptis 183.

ΔΕΞΙΠΠΟΥ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΑΣ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΚΑΤΗΓΟΡΙΑΣ ΑΠΟΡΙΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΛΥΣΕΩΝ ΔΙΑΛΟΓΙΚΟΝ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑ.

DEXIPPI DVBITATIONES ET SOLVTIONES IN PRAEDICAMENTA ARISTOTELIS DIALOGVS.

COD. XXI. I. pag. 1. Δεξίππου φιλοσόφου Πλατωνικοῦ τῶν εἰς τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας ἀποριῶν τε καὶ λύσεων τὸ πρῶτον. ἔστι δὲ διαλογικὸν τὸ σύγγραμμα, καὶ τὰ τοῦ διαλόγου πρόσωπα αὐτὸς ἔστος ὁ Δέξιππος, καὶ Σέλευκος. *Dexippi philosophi Platonici dubitationum, & solutionum in Aristotelis Categorias Librorum trium Liber I. est autem opus ad instar dialogi conscriptum: dialogi vero personae sunt idem Dexippus, & Seleucus*. Hoc idem Opus habes supra in Codice XXXIII. Plut. LXXI. §. IV. quem vide; cum ipso enim concordat, excepto libri tertii fine, qui in hoc Codice sex circiter versus est longior, & desinit: φύσει ἄρα ἐνυπάρξει τῇ φωνῇ τὸ μέγεθος καὶ ἡ μικρότης. Praeterea huic etiam tertio Libro Capitum Tabula praecurrit, quae in illo deerat.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. nitidissimus, Saeculi XV. Constat foliis scriptis 38.

ΑΜΜΩΝΙΟΥ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΕΙΣ ΠΟΡΦΥΡΙΟΝ.

AMMONII EXPOSITIO IN PORPHYRIVM.

I. pag. 1. PRolegomena quaedam occurrunt in philosophiam, quorum initium est: Μέλλοντας ἡμᾶς ἄρχεσθαι φιλοσόφων λόγων, ... εἰδέναι, τί ἐστι φιλοσοφία, κ. λ. Quae quidem verba videntur ad Ammonium pertinere, cuius expositio in quinque Porphyrii Voces eodem ferme modo exorditur, quaeque in hoc ipso Codice paullo inferius occurrit: sed in progressu deinde inter se discrepant. Definit imperfecte in verbis μὴ παρεκτεινομένην δὲ . . . foliis quatuor vacuis ad reliqua supplenda relictis. COD XXII.

II. pag. 9. *Porphyrii Introductio in quinque Voces*, ut in Cod. III. Plut. LXXI. §. III.

III. pag. 23. *Ammonii Hermeae F. Commentarius in quinque Porphyrii Voces*, ut in Cod. XXXV. Plut. LXXI. §. II.

IV. pag. 73. *Aristotelis Praedicamenta*, ut in Cod. V. Plut. LXXI. §. II.

V. pag. 94. b. *Ammonii philosophi in eadem Praedicamenta Commentarius*, ut in dicto Cod. III. Plut. LXXI. §. VII. Finis tamen diversus.

Codex Graec. chartac. Ms. in 4. min. Saeculi XIII. Constat foliis scriptis 136.

ΑΜΜΩΝΙΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΟ ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.

AMMONII EXPOSITIO IN LIBRVM DE INTERPRETATIONE ARISTOTELIS.

AMmonii Hermeae Commentarius in Librum Aristotelis de Interpretatione, ut in Cod. III. Plut. LXXI. §. IX. quem vide. COD. XXIII.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 8. Saeculi XIII. vetustate male redactus, & in fine, plurimis foliis recentissima manu suppletus. Constat foliis scriptis 254.

ΘΕΜΙΣΤΙΟΥ ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΠΟΔΕΙΚΤΙΚΗΝ.

THEMISTII PARAPHRASIS IN LIBRVM POST. ARISTOTELIS.

THemistii Paraphrasis Analyticorum posteriorum Aristotelis, ut in Cod. XXXII. Plut. LXXI. §. XI. quem vide. Secundus tamen Liber, praeter lacunas aliquot, quibus ad- COD. XXIV.

adſperſus eſt, mutilus quoque eſt in fine: deſinit enim in verbis, τοῖς μὲν οὖσιν ὂν, τοῖς δὲ . . . . . . quae in editione inibi citata incidunt in pag. 11. *b.* lin. 3. ac propterea in margine ſcriptum eſt λείπει.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XIV. cum lacunis aliquot in primis, & ultima pag. Conſtat foliis ſcriptis 30.

ΘΕΜΙΣΤΙΟΥ ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ ΤΗΣ ΑΠΟΔΕΙΚΤΙΚΗΣ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.

THEMISTII PARAPHRASIS IN PRIMVM LIBRVM DE DEMONSTRATIONE ARISTOTELIS.

COD. XXV. THemiſtii Paraphraſis in primum & ſecundum librum. Analyticorum poſteriorum Ariſtotelis*, ut in Cod. XXXII. Plut. LXXI. §. XI. quem vide. In hoc tamen Codice ſecundus Liber deſinit in verbis, ϗ γνῶσιν παντὸς ἐπιςητοῦ, quae in edit. paullo ante finem occurrunt.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saeculi XV. nitidiſſimus. Conſtat foliis ſcriptis 42.

ΠΡΑΞΕΙΣ ΤΟΥ ΔΑΥΙΔ ΕΙΣ ΠΟΡΦΥΡΙΟΝ.

PRAXES DAVID IN PORPHYRIVM.

COD. XXVI. I. pag. 1. *PRolegomena philoſophiae excepta ab ore Davidis, Deo amabiliſſimi, & divini ingenii viri*. Vide in Codice I. huius Plutei §. I.

II. pag. 33. *Prolegomena in Iſagogen Porphyrii excepta ab ore Davidis eiuſdem*. Ibid. §. II.

III. pag. 78. Sequitur fragmentum allocutionis cuiuſdam ἀδεσποτον, & ἀκέφαλον, characteribus ita evanidis, ut prima quidem verba nullatenus oculis expiſcari queas; poſtrema vero haec ſunt: κἂν ταύτην κακοῦσαν χωρήσῃς εἰς δύναμιν, αὐτός τε θεὸς γένοιο, καὶ . . . . . . ἐξεργάσαιο. Videtur autem moralia praecepta continere.

IV. pag. 82. Τοῦ ὑπερτίμου ϗ πρώτου τῶν φιλοσόφων τοῦ Ψελλοῦ κατὰ τοῦ Σαββαΐτου. *Honoratiſſimi & philoſophorum principis Pſelli contra Sabbaitam*, iambici verſus CCXXXI. Inc.

Πρὸς τὸν σάταν σε τὴν ἔχιδναν τοῦ βίου.

Deſ.

Α'λλ' ἡδέως ἔςερξε τὴν κωμῳδίαν.

memorantur ab Allatio in Diatriba de Pſellis Fabric. edition. in calce Vol. V. Bibl. Graec. pag. 60.

V. pag 83. Τοῦ φιλοσόφου κυροῦ Θεοδώρου τοῦ Προδρόμου ςίχοι τριακόσιοι εἴς γενόμενοι πρός τινα Βαρέα. *Philoſophi Domini Theodori Prodromi verſus CCCI. adverſus quemdam Baryn* conſcripti. Inc.

Τί φατὲ σεμνὴ ϗ σοφὴ γερουσία.

Deſ.

Εἰς πραέων γῆν, εἰς τὸν ἄνωθεν βίον.

Non CCCI. ſed CCXCII. verſus iambici ſunt, iidemque atque illi, ex quibus excerpta quaedam adfert Fabricius Bibl. G. Vol. VI. pag. 817. ſeq. Geſnerus *Bareum*. Gaulminus *Baream* vocat; ſed nomen hominis Βαρὺς, ad quod alludens Theodorus, etymologiam ex βαρ *filius*, & ὗς *ſus* derivat. Vide plura apud Fabric. loc. cit.

VI. pag. 85. *Ariſtotelis Topicorum Liber I.* ut in edit. a pag. 179. ad pag. 194.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XIII. nonnullis in locis alia manu eleganter ſuppletus. Conſtat foliis ſcriptis 94.

FINIS PLVTEI LXXII.

BIBLIOTHECAE

MEDICEAE LAVRENTIANAE CATALOGVS.

PLVTEVS LXXIV.

QVI CONTINET GRAECOS CODICES MSS. XXXI. ET VNVM GRAEC. LAT. EDITVM.

CODEX I.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ.

HIPPOCRATES.

I. p. 1. Raecedit Ἱπποκράτους πίναξ ἔχυσα διστριάκοντα λόγους. *Hippocratis Tabula continens sexaginta Libros*. Pag. ead. *b.* Ἱπποκράτους λεξικὸν κατὰ σοιχεῖον. *Hippocratis Lexicum iuxta litteras alphabeti*. Inc. Α᾽γκυρομήλη, ἄγκιςρον. ἄγροφον, ὀρεινόν. Def. ὅτι κὴ ὥρα ἡ φροντίς. ὥρσυ, ἐνιαυτοῦ. Triplex Hippocratis dictionum Onomasticon habetur in celeberrima Hippocratis & Galeni Operum edit. Gr. Lat. Parif. MDCLXXIX. fol. curante Renato Charterio, Tom. II. a pag. 81. ad pag. 144. quorum primum Galeni, Erotiani secundum, tertium vero Herodoti; nostri vero Codicis Lexicon duobus primis aliquanto brevius est, tertio autem uberius.

II. pag. 8. *b.* Ἱπποκράτυς γένος κὴ βίος κατὰ Σωρανόν. *Hippocratis genus & vita secundum Soranum*. Inc. Ἱπποκράτης τὸ γένος μὲν ἦν Κῶος. Def. τὺς αὐτοῦ παῖδας λέγεται γενέσθαι. Habetur impressa in eius Operum edit. G. L. Venetiis apud Iuntas MDLXXXVIII. fol. curante Hieronymo Mercuriali Foroliviensi Tom. I. Clafs. I. pag. 1. quam nos editionem in huius recensione Codicis prae manibus habuimus.

III. p. 9. *b.* Ἱπποκράτυς ὅρκος. *Hippocratis Iuramentum*. Inc. Ὄμνυμι Ἀπόλλωνα. Def. τἀναντία τουτέων. Ibid. Tom. II. Classe IV. pag. 1.

IV. pag. ead. Τοῦ αὐτοῦ νόμος. λόγος β'. *Eiusdem Lex. Liber II.* Inc. Ἡ ἰητρικὴ τεχνέων. Def. ἐπιςήμης. Ibid. pag. 8.

V. pag. 10. Τοῦ αὐτοῦ περὶ τέχνης. λόγος γ'. *Eiusdem de Arte. Lib. III.* Inc. Εἰσί τινες. Def. ἀκέσωσιν. Ibid. p. 10.

VI. pag. 12. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀρχαίας ἰητρικῆς. λόγος δ'. *Eiusdem de veteri medicina. Lib. IV.* Inc. Ὁκόσοι ἐπεχείρησαν. Def. ἀπέχον. Ibid. pag. 18.

VII. pag. 18. *b.* Τοῦ αὐτοῦ παραγγελίαι. λόγος ε'. *Eiusdem Praeceptiones. Liber V.* Inc. Χρόνος ἐςίν. Def. ὀνησίφορος. Ib. p. 3.

VIII. pag. 20. Τοῦ αὐτοῦ περὶ εὐσχημοσύνης. λόγος ς'. *Eiusdem de decenti ornatu. Liber VI.* Inc. Οὐκ ἀλόγως. Def. καθίςανται. Ibid. pag. 40.

IX. pag. 22. Τοῦ αὐτοῦ περὶ φύσιος ἀνθρώπου. λόγος ζ'. *Eiusdem de natura hominis. Liber VII.* Inc. Ὅς τις μέν. Def. τυτέων ἡ κύςις ψωριᾷ. Ibid. Tom. I. Claff. I. pag. 4. Finis autem adlatus incidit in pag. 12. lin. 54. A verbis autem sequentibus, Οἱ πλεῖςοι τῶν πυρετῶν, κ. λ. novum Librum exorditur, adiecto titulo, Περὶ πυρετῶν, *de febribus*, coniungitque cum alio eiusdem Hippocratis Libro, qui inscribitur *de salubri diaeta*, & habetur Tom. II. Clafs. III. pag. 366. & inc. Τοὺς ἰδιώτας. Def. ὠφελέεσθαι.

X. pag. 27. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ γονῆς. λόγος η'. *Eiusdem de genitura. Liber VIII.* Inc. Νόμος μέν. Def. ὃν ἔλεγον. Ibid. Tom. II. Clafs. III. pag. 10.

XI. pag. 29. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ φύσεως παιδίυ. λόγος θ'. *Eiusdem de natura pueri. Liber IX.* Inc. Ἦν ἡ γονή. Def. τέλος ἔχει. Ibid. pag. 17.

XII. pag. 36. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἄρθρων. λόγος ι'. *Eiusdem de articulis. Liber X.* Inc. Ὦμου δὲ ἄρθρον. Def. κατὰ λόγον τὸν πρότερον. Ibid. Tom. I. Claff. I. pag. 285.

XIII. pag. 58. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ χυμῶν. λόγος ἑνδέκατος. *Eiusdem de humoribus. Liber undecimus.* Inc. Τὸ χρῶμα τῶν χυμῶν. Def. ἐπιπονώτερος. Ibid. pag. 358. Titulo autem adlato ab eadem librarii manu sequens monitum adiunctum est: Γνήσιον εἶναι τοῦτο Ἱππο-

ποκράτους φησὶν ὁ Γαληνὸς, πλὴν ἐστιν εὑρεῖν τινα μὲν ἐς βραχυλογίαν ἐσχάτην ἐσφιγμένα, τινὰ δὲ ἐκτεταμένα τοῦ συμμέτρου πλέον.

XIV. pag. 61. Τοῦ αὐτοῦ περὶ τροφῆς. λόγος ιβ'. *Eiusdem de alimento. Liber XII.* Inc. Τροφὴ καὶ τροφῆς. Des. τροφῆς ὄχημα. Ibid. p. 353. Heic quoque post titulum adiicitur sequens monitum: Τοῦτο τὸ σύγγραμμά φησιν ὁ Γαληνὸς μὴ εἶναι Ἱπποκράτους· πλὴν ἀλλ' οὐδὲ πάλιν τοῦ τυχόντος σοφοῦ· καὶ ἴσως ἂν ἢ τοῦ Θεσσαλοῦ· δοκεῖ δὲ ὑπὸ Ἡροφίλου συγκεῖσθαι.

XV. pag. 62. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἑλκῶν. λόγος ιγ'. *Eiusdem de ulceribus. Lib. XIII.* Inc. Ἕλκεα ξύμπαντα. Des. ἐσάναι. Ibid. pag. 365.

XVI. pag. 66. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἱερῆς νόσου. λόγος ιδ'. *Eiusdem de sacro morbo. Liber XIV.* Inc. Περὶ τῆς ἱερῆς νόσου. Des. καὶ πάσης ἄλλης τοιαύτης βαναυσίης. Ibid. Tom. II. Class. III. p. 345. Titulus quidem huic Libro in principio nullus est in Codice, sed in fine tantum legitur: Τέλος τοῦ περὶ ἱερῆς νόσου. Praevium tamen legitur huic Libro monitum sequens: Οὐ γνήσιον Ἱπποκράτους τοῦτο λέγει ὁ Γαληνὸς, ἀξιολόγου δέ τινος ἀνδρὸς, καὶ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν, καὶ κατὰ τὴν διάνοιαν. Ἱπποκράτους γὰρ οὐδὲν δοκεῖ ἔχειν, οὔτε κατὰ τὸν τρόπον τῆς ἑρμηνείας, οὔτε κατὰ τὸ ἀκριβὲς τῆς διανοίας.

XVII. pag. 70. *b.* Ἱπποκράτους γνήσιον ἢ νόσων περι. λόγος ιε'. *Hippocratis genuinum est de morbis. Liber XV.* Inc. Ὅς ἂν περὶ ἰήσεως θέλῃ. Des. καὶ ἀποθνήσκει. Tum subditur: Τέλος τοῦ περὶ νούσων πρώτου. *Finis Libri primi de morbis.* Ibid. pag. 96.

XVIII. pag. 78. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ νόσων δεύτερον. λόγος ις'. *Eiusdem de morbis II. Liber XVI.* Inc. Οὐρέεται πολλόν. Des. καὶ ὑποκλύζει. Ibid. pag. 115.

XIX. pag. 92. Τοῦ αὐτοῦ περὶ νούσων τρίτον. λόγος ιζ. *Eiusdem de morbis III. Liber XVII.* Inc. Περὶ μὲν οὖν πυρετῶν. Des. χολὴν ἕλκει. Ibid. pag. 149.

XX. pag. 97. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ νόσων τέταρτον. λόγος ιη'. *Eiusdem de morbis IV. Liber XVIII.* Inc. Τοῦ ἀνθρώπου ἐς τὴν γένεσιν. Des. σημεῖα αὐτοῦ τάδε. Ibid. pag. 163.

XXI. pag. 106. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ παθῶν. λόγος ιθ'. *Eiusdem de adfectionibus. Liber XIX.* Inc. Ἄνδρα χρή. Des. ἢ ὠφελέει. Ibid. pag. 35. In principio habetur: Τοῦτο δὲ ὁ Γαληνὸς τοῦ Πολύβου λέγει εἶναι.

XXII. p. 114. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. λόγος κ'. *Eiusdem de internis adfectionibus. Liber XX.* Inc. Ἦν ἡ τοῦ πνεύμονος ἀρτηρίη. Des. καὶ μέλιτι. Ibid. pag. 56.

XXIII. pag. 131. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ διαίτης πρῶτον. λόγος κα'. *Eiusdem de diaeta*, sive *victus ratione I. Liber XXI.* Inc. Εἰ μέν μοί τις. Des. ἀλλοιῶσαι. Ibid. pag. 372.

XXIV. pag. 138. Τοῦ αὐτοῦ περὶ διαίτης δεύτερον. λόγος κβ'. *Eiusdem de diaeta II. Liber XXII.* Inc. Χωρίων δὲ θέσιν. Des. τὴν δίαιταν ἡσυχῇ. Ibid. pag. 390.

XXV. pag. 145. Τοῦ αὐτοῦ περὶ διαίτης τρίτον. λόγος κγ'. *Eiusdem de diaeta III. Liber XXIII.* Inc. Περὶ διαίτης ἀνθρωπίνης. Des. ἔχει οὖν περὶ τούτων ταῦτα ὧδε. Tum subditur: Τέλος τοῦ τρίτου τῶν διαιτητικῶν. Ibid. p. 407. Finis autem ideo diversus est ab editione, quia huic tertio *de diaeta* Libro adnectitur initium Libri sequentis *de Insomniis*, usque ad verba: Ὁκόσα τῶν ἐνυπνίων, κ. λ. unde libri initium sumitur, uti mox videbis. Hac super re vide Hieronymi Mercurialis notam primam ad dictum Librum *de Insomniis*, cit. Tom. & Class. pag. 502.

XXVI. pag. 150. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἐνυπνίων. λόγος κδ'. *Eiusdem de Insomniis. Liber XXIV.* Inc Ὁκόσα τῶν ἐνυπνίων. Des. ξὺν τοῖσι θεοῖσιν. Ibid. pag. 496. Prima autem verba incidunt in p. 497. lin. 4.

XXVII. pag 153. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ὄψιος. λόγος κε'. *Eiusdem de Visu. Liber XXV.* Inc. Αἱ ὄψιες. Des. ποιέεσθαι. Ibid. Class. IV. pag. 56.

XXVIII. pag. 154. Τοῦ αὐτοῦ περὶ κρισίμων. λογος κς'. *Eiusdem de diebus iudicatoriis. Liber XXVI.* Inc. Μέγα κέρδος ἡγέομαι. Des. τῶν πυρετῶν. Ibid. Class. III. pag. 431.

XXIX. pag. 155. Τοῦ αὐτοῦ ἀφορισμοί. Τμῆμα πρῶτον. *Eiusdem Aphorismi. Sectio prima.* Inc. Ὁ βίος βραχύς. Vltima sectio, nempe septima, des. νομίζειν ἀνίατα. Tom. I. Class. I. a pag. 39. usque ad 71.

XXX. pag. 164. Τοῦ αὐτοῦ προγνωστικόν. *Eiusdem Praenotionum Liber.* Inc. Τὸν ἰητρόν. Des. σημειοῦσθαι. Ibid. pag. 73.

XXXI. pag. 169. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς διαίτης ὀξέων· οἱ δὲ περὶ πτισάνης· οἱ δὲ πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας. *Eiusdem de victus ratione in morbis acutis; alias de ptisana; alias vero ad Cnidias sententias.* Inc. Οἱ ξυγγράψαντες. Des. καὶ θεράπευε. Ibid. pag. 212. ubi vide notam primam pag. 240. de variis huius Libri inscriptionibus.

XXXII. pag. 182. Τοῦ αὐτοῦ περὶ φυσῶν. *Eiusdem de flatibus.* Inc. Εἰσί τινες τῶν τεχνέων. Des. οὐδὲ πιστότερος. Ibid. Class. II. pag. 23.

XXXIII. pag. 185. Τοῦ αὐτοῦ μοχλικόν. λόγος λα' *Eiusdem Mochlicus*, seu *de ossibus impellendis. Liber XXXI.* Inc. Ὀστέων φύσις. Des. ἐκπίπτευσιν. Ibid. Class. I. p. 340.

XXXIV. pag. 190 Τοῦ αὐτοῦ περὶ ὀστέων φύσιος. λόγος λβ'. *Eiusdem de ossium natura. Liber XXXII.* Inc. Ὀστέα χειρός. Des. χρωμάτων. Ibid. Class. II. pag. 40.

XXXV. pag. 193. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀγμῶν. λόγος λγ'. *Eiusdem de fracturis. Liber XXXIII.* Inc. Ἐχρῆν τὸν ἰητρόν. Des. τῶν πρόσθεν γεγραμμένων. Tom. I. Class. I. pag. 259.

XXXVI. pag. 204. *b.* Τοῦ αὐτοῦ κατ' ἰητρεῖον. λόγος λδ'. *Eiusdem de officina medici. Lib. XXXIV.* Inc. Ὅμοια, ἢ ἀνόμοια. Des. μήτε ἐνσείηται. Ibid. Class. I. p. 335.

XXXVII. pag. 207. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἐγκατατομῆς ἐμβρύου. λόγος λε'. *Eiusdem de exsectione fetus. Liber XXXV.* Inc. Περὶ δὲ τῶν μὴ κατὰ τρόπον κυϊσκομένων, ἀλλ' ἐγκατατεμνομένων

νων οὕτω. πρῶτον μὲν ἐπὶ τὴν γυναῖκα σινδόνα, κ. λ. Def. σιτία μέτρια. Ibid. Claff. IV. pag. 45.

XXXVIII. pag. ead. *b.* Τοῦ αὐτοῦ γυναικείων. λόγος λϛ'. *Eiufdem de morbis muliebribus. Liber XXXVI.* Inc. Τὰ δὲ ἀμφὶ, κ. λ. Def. χρεόμενος ἐμβαλλέσθω. Ibid. Claff. III. p. 217. Finis tamen diverfus.

XXXIX. pag. 231. *b.* Τοῦ αὐτοῦ γυναικείων τὸ δεύτερον. λόγος λζ'. *Eiufdem de morbis muliebribus II. Liber XXXVII.* Inc. Ῥόος λευκὸς ἐν τῇσι. Def. ἐν οἴνῳ διακλυζέσθω. Ibid. pag. 273.

XL. pag. 250. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀφόρων. λόγος λη'. *Eiufdem de fterilibus. Liber XXXVIII.* Inc. Περὶ μὲν τῶν γινομένων. Def. προβολὴν τῷ σιδήρῳ. Ibid. pag. 318.

XLI. pag. 256. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἐπικυήσιος. λόγος λθ'. *Eiufdem de fuperfetatione. Liber XXXIX.* Inc. Ὁκόταν ἐπικυΐσκηται. Def. καὶ καθαίρεται. Ibid. pag. 333.

XLII. pag. 260. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἑπταμήνων. λόγος μ'. *Eiufdem de feptimeftri partu. Liber XL.* Inc. Οἱ δὲ ἑπτάμηνοι. Def. τάδε γράφω. Tom. I. Claff. II. pag. 32.

XLIII. pag. 262. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ὀκταμήνου. λόγος μα'. *Eiufdem de octimeftri partu. Liber XLI.* Inc. Περὶ δὲ ὀκταμήνου. Def. περίοδον ἑκάστην. Ibid. pag. 37.

XLIV. pag. ead. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ παρθενίων. λόγος μβ'. *Eiufdem de virginum morbis. Liber XLII.* Inc. Ἀρχή μοι. Def. ταῦτα πάσχουσι. Tom. II. Claff. III. pag. 343.

XLV. pag. 263. Τοῦ αὐτοῦ περὶ γυναικείης φύσιος. λόγος μγ'. *Eiufdem de natura muliebri. Liber XLIII.* Inc. Περὶ δὲ τῆς γυναικείης. Def. ἐν ὕδατι εὐώδει. Ibid. pag. 187.

XLVI. pag. 276. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἐγκατατομῆς παιδίου. λόγος μδ'. *Eiufdem de exfectione pueri. Liber XLIV.* Inc. Ἐγκατατομὴν παιδίου ποιήσεις οὕτως. Πρῶτα μὲν ἐπὶ τὴν γυναῖκα σινδόνα, κ. λ. Def. σιτία μέτρια. Ibid. Tom. II. Claff. IV. pag. 45. fub titulo *De exfectione fetus.* Eft idem Liber, ac fuperior fub §. XXXVII. paucis tantummodo in principio mutatis.

XLVII. pag. ead. *b.* Τοῦ αὐτοῦ προῤῥητικὸς πρῶτος. λόγος με'. *Eiufdem Praedictionum Liber I. Liber XLV.* Inc. Οἱ κωματώδεες ἐν ἀρχῇσι. Def. φλαῦρα. Ibid. Tom. II. Claff. III. p. 435.

XLVIII. pag. 280. Τοῦ αὐτοῦ προῤῥητικὸς δεύτερος. λόγος μϛ'. *Eiufdem Praedictionum II. Liber XLVI.* Inc. Τῶν ἰητρῶν. Def. φύεται. Ibid. pag. 443.

IL. pag. 287. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ συρίγγων. λόγος μζ'. *Eiufdem de fiftulis. Liber XLVII.* Inc. Σύριγγες δὲ γίνονται. Def. καταπλάττεσθαι. Ibid. pag. 361.

L. pag. 289. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ αἱμοῤῥοΐδων. λόγος μη'. *Eiufdem de haemorrhoidibus. Liber XLVIII.* Inc. Αἱμοῤῥοΐδων τὸ μέν. Def. ὡς μάλιστα. Ibid. pag. 358.

LI. pag. 290. *b.* Τοῦ αὐτοῦ κωακαὶ προγνώσεις. λόγος μθ'. *Eiufdem Coacae praenotiones. Liber IL.* Inc. Οἱ ἐκ ῥίγεος. Def. γίνεται δὲ τοῦτο ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ. Ibid. pag. 463. Brevior tamen multo eft in Codice, quam in editione; ultima enim verba, quae retulimus, incidunt in pag. 474. lin. 53.

LII. pag. 295. *b.* Τοῦ αὐτοῦ ἐπιδημίων πρῶτον. λόγος ν'. *Eiufdem de morbis popularibus I. Liber L.* Inc. Ἐν Θάσῳ φθινοπώρου, κ. λ. Vltimus, qui eft VII. def. ἔσωθεν. Tom. I. Claff. I. a pag. 87. ufque ad pag. 209. quorum fingulorum initia, & fines inter fe mirifice conveniunt.

LIII. pag. 343. Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολαί. *Eiufdem Epiftolae*, numero XXVII. quotquot funt in edit. cit. Claff. IV. a pag. 59. ad p. 90. eumdemque cum ipfis ordinem obtinent. Notandum interim eft, adnotationibus variis rubrica confcriptis adfperfos ubique effe huius nitidiffimi Codicis margines; quemadmodum etiam earum rerum capita, de quibus in fingulis libris agitur, titulis rubris appofitis invicem diftingui; quod in editione minime fit, ubi omnia continua dictione exhibentur.

Codex Graecus membranaceus Ms. in fol. maximo, Saeculi XV. optimus, ac nitidiffimus. cuius fingula Opera initialibus litteris aureis, variifque coloribus funt instructa; prima vero pagina praeter alia huiufmodi ornamenta, Mediceum quoque ftemma egregie depictum exhibet. Conftat foliis fcriptis 356.

ΠΑΥΛΟΥ ΑΙΓΙΝΗΤΟΥ ΙΑΤΡΟΥ ΑΡΙΣΤΟΥ ΒΙΒΛΙΑ ΕΠΤΑ.

PAVLLI AEGINETAE MEDICI OPTIMI LIBRI SEPTEM.

Nec non

Damnafti, Galeni, Iacobi Pfychrefti, ac Palladii brevia quaedam Excerpta.

I. pag. 1. PAulli Aeginetae infigne artis Medicae compendium Libris VII. continet hic antiquiffimus Codex. Titulus prooemio praemiffus, ac rubrica exaratus, omnino evanuit. Inc. Praefatio: Οὐχ ὡς τῶν παλαιοτέρων. Def. πρώτου γράμματος. Mox pag. 3. qui in editione continuatur, feiunctus occurrit in Codice, *elenchus Capitum Libri I.* quae funt centum, & conveniunt cum editione Bafileenfi Graeco-Latina A. MDXXXVIII. fol. quam prae manibus habuimus, tum in hoc, tum in aliis huius elegantiffimi fcriptoris Codicibus recenfendis. Capitum diftinctiones titulique ab ipfo funt auctore adpofiti, ut patet ex Lib. VII. Cap. 18. & Lib. II. C. 26. πλατυκωτέραν δὲ τὴν ἴασιν εὑρήσεις τούτων ἐν τῷ περὶ ῥίγους ἀμέτρου καὶ ψύξεως κεφαλαίῳ με'. Inc. Lib. I. Τῶν συμπιπτόντων. In fine Lib. VII. nonnulla difcrepare a mox citata editione comperimus; nimirum in fine Capitis κε'. quod infcribitur Περὶ ἀντεμβαλ- COD. II.

βαλλομένων ἐκ τῶν Γαληνοῦ, *De succedaneis ex Galeno*, post verba, ἀντὶ ὠκιμοειδὲς ἡδύοσμον ἄγριον, sequitur in Codice: Α'ντὶ ὤχρας, μισυκύπριον. Α'ντὶ ὠοῦ πυρῶν μέλι, ἢ ἕψημα. Α'ντὶ ὠοῦ τὸ λευκὸν, γάλα γυναικεῖον. Vbi notandum, ea, quae Montfauconius, tamquam distincta a Paulli Aeginetae scriptis enunciat, nimirum *Librum continentem varias condituras medicamentorum, cuius primum Caput de purgantibus simplicibus medicamentis quaecumque bilem flavam evacuant; lexicon antemballomenon, & tractatum de ponderibus*, ad Paullum Aeginetam pertinere, & eius Librum septimum claudere, qui in Codice desinit in verbis, τὸ μέγα μύςρον (1). . . . Το ὀξύβαφον. . . ὁ κύαθος. . . Τὸ μικρὸν μύςρον . . . quae in edit. incidunt in pag. 305. lin. 38. Deinde sequuntur in Codice Σημεῖα ςαθμῶν, *Signa ponderum*, seu notae, quibus varia ponderum genera denotantur. Tum p. 281. Ο'νόματα τῶν ἰατρικῶν ἐργαλείων κατὰ ςοιχεῖον, ἃ ἐν ταῖς χειρουργίαις χρώμεθα. *Nomina medicorum instrumentorum, quibus in chirurgicis operationibus utimur*.

II. pag. 281. *b*. Δαμνασοῦ ἐκ τοῦ περὶ κυησῶν καὶ βρεφῶν θεραπείας. *Damnasti ex eius scriptis de curatione puerperarum & infantium*, Excerptum. Inc. Τὸ ἑπταμηνιαῖον ἀφροῦται μὲν, κ. λ. Huius autem Excerpti Capita sunt:

I. περὶ τῶν γονίμων καὶ τελειουμένων.
II. τὸ ὀκταμηνιαῖον.
III. τὸ ἐννεαμηνιαῖον.
IV. τὸ δεκαμηνιαῖον. Nulla de hoc Medico apud Fabric. mentio fit.

III. pag. ead. Γαληνοῦ περὶ τῶν ἑπταμήνων. *Galeni de septimestri partu*, Excerptum. Inc. Τῆς κυήσεως οὐχ εἷς ὡρισμένος, κ. λ. Des. τῶν ἐν τοῖς εὐωνύμοις. Desumtum est ex longiori Galeni Libello *de septimestri partu*, qui in edit. Paris. Charteriana MDCLXXIX. fol. incidit in Tom. V. pag. 347.

IV. pag. 282. Sequitur cuiusdam *Iacobi Psychresti* (2) *Emplastrum*, cui titulus: Ι'ακώβου Ψυχρίςου Βυζαντιαίου ἐνλατικὸν λεγόμενον γαρέλαιον, ὃ ἐκεύασεν ἡ λυσία, ἢ ἀρχηγὸς, ἢ τυφάς, Inc. Στέαρ καμήλου ἀνδριῶντος, κ. λ. Iacobus iste citatur Aëtio Tetrabibl. III. Serm. IV. Cap. XLIII. & Alexandro Tralliano Lib. V. Cap. IV. & alibi. Eumdem autem esse cum Iacobo Christo putat Fabric. Bibl. Graec. Vol. XIII. pag. 251. ita dictum, quod in curatione morborum humectantibus frequenter cibis uteretur: *christus* enim est *unctus*, uti vertit etiam Albanus Torinus. Suidas *Psychochristum* vocat, eumque Hesychii filium, ac medicum doctissimum appellat.

V. pag. ead. *b*. Ε'κ τῶν Παλλαδίου σοφιςοῦ περὶ βρώσεως καὶ πόσεως. *Ex Palladii sophistae scriptis de cibo & potione*, Excerptum. Inc. Δεῖ εἰδέναι, ὅτι τὸ ςόμα δεξάμενον τὴν τροφὴν, κ. λ. Des. ὃ πρώτως δέχεται τὸν κόπρον. Sequuntur tandem diversa manu exarata quaedam item medica, quae ob characterum tum exilitatem, tum evanidas formas vix legi possunt.

Hoc quod dixi celeberrimum artis Medicae compendium, constat libris septem collectis ex antiquioribus Medicis, Galeno imprimis, Aëtio, Alexandro Tralliano, & Oribasio. Libro primo hygiines institutionem, sive ὑποτύπωσιν, & praecepta de tuenda valetudine auctor tradit: libro secundo, & tertio de morbis internis; quarto, & quinto de venenis, morsibus, ictibus, laesionibusque, & malis externis corpus adficientibus; sexto, omnium praeclarissimo, chirurgicam disciplinam; septimo denique materiam medicam ordine alphabetico, ac de simplicibus & compositis medicamentis succedaneis, & de mensuris ac ponderibus. Prodierunt primum Graece ex aedibus Aldi, & Andreae Asulani soceri A. MDXXVIII. Altera editio Graeca melior Basileensis ex officina Andreae Cratandri MDXXXVIII. fol. quam sub oculos habemus, debetur Hieronymo Gemusaeo, qui Epistola praefixa ad Philippum Cosseium, Constantiae Galliarum Episcopum, ita profitetur hunc se scriptorem restaurasse: οὐ λέγω, inquit, μεγαλοπρεπῶς, οὐδὲ τραγικῶς, ἀλλ' ἁπλούςερον καὶ ἀληθέςερον φράσω, *ut si conferatur cum priore editione, dici profecto id posset, quod est apud Poëtam, quantum mutatus ab illo est*. Titulus etiam Voluminis idem praesefert, *collatione* scilicet *vetustissimorum exemplarium magna fide ac diligentia emendatum & restitutum, nec non aliquot locis auctum: ut hic liber plane nunc primum e tenebris erutus in lucem prodiisse dici possit*. Nihilo tamen minus posset in praesens ope huius praeclarissimi Codicis, & aliorum, de quibus infra, omnium castigatissima & optima editio adornari.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XI. Constat foliis scriptis 382.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΔΙΑΦΟΡΑ.

GALENI VARIA.

IN primo folio recentius adiecto, nova manus Operum, quae in hoc continentur Volumine, elenchum Graece ac Latine descripsit, quorum series ita habet: *COD. III.*

I. pag. 2. Γαληνοῦ πρὸς Λύκον περὶ τοῦ ἀφορισμοῦ. *Galeni adversus Lycum de Aphorismo*, id est, *pro Hippocratis Aphorismo XIV. Libri I.* Inc. Α'νεμέλητον μὲν δήπου. Des. πρότερον αὐτά. Incidit in edit. cit. Paris. MDCLXXIX. fol. curante Renato Charterio Tom. IX. Part. II. pag. 358.

II. pag. 12. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὰ ἀντειρημένα τοῖς Ι'πποκράτους ἀφορισμοῖς ὑπὸ Ι'ουλιανοῦ. *Eiusdem adversus ea, quae Iuliano adversus Hippocratis Aphorismos enunciata sunt*. Inc. Α"μεινον μέν. Des. αὐτῶν τὰ δόγματα. Ib. p. 376.

III.

(1) Vbi puncta apposuimus, habentur in Codice quaedam ponderum, seu mensurarum notae medicorum usu receptae, quas typis exprimere minime licuit.

(2) Nescio, unde *Philochristi* nomen finxerit Montfaucon. in suo Catalogo.

III. pag. 22. Τοῦ αὐτοῦ τῶν Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξήγησις. *Eiusdem linguarum*, seu *dictionum Hippocratis exoletarum explicatio*. Inc. Τὰς παρ' Ἱπποκράτει. Des. καὶ διεξόδους κέκτηται. Tom. II. pag. 79. Sequitur manu diversa, εἰς ῥευματισμὸν ὀδόντων ἄριστον. *In dentium rheumatismon optimum remedium*.

IV. pag. 38. Τοῦ αὐτοῦ Θρασύβουλος, ἢ περὶ τῆς ἀρίστης αἱρέσεως. *Eiusdem Thrasybulus*, *sive de optima secta*. Inc. Ἕκαστον τῶν ἰατρικῶν. Des. παρέξεται. Ibid. p. 299.

V. pag. 60. *b*. Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς τῶν καθαιρόντων φαρμάκων δυνάμεως. *Eiusdem de purgantium medicamentorum facultate*. Inc. Κατὰ τὴν αὐτήν. Des. φαρμάκων δύναμις. Tom. X. pag. 462.

VI. pag. 64. *b*. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Πατρόφιλον περὶ συστάσεως ἰατρικῆς. *Eiusdem ad Patrophilum de constitutione artis medicae*. Inc. Ἐπεί μοι δοκεῖς, κ. λ. Des. σκοποὺς τῆς ἰάσεως. Tom. II. pag. 170.

VII. pag. 80. *b*. Τοῦ αὐτοῦ περὶ κυουμένων διαπλάσεως. *Eiusdem de fetuum formatione*. Inc. Περὶ τῆς τῶν κυουμένων. Des. πραγματείᾳ δεδήλωται. Tom. V. pag. 285.

VIII. pag. 91. Τοῦ αὐτοῦ, εἰ κατὰ φύσιν ἐν ἀρτηρίαις αἷμα περιέχεται. *Eiusdem*, *an in arteriis natura sanguis contineatur*. Inc. Ἐπειδὴ τιτρωσκομένης. Des. ἦν ἀδύνατον. Tom. III. pag. 154.

IX. pag. 98. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ὀσφρήσεως ὀργάνου. *Eiusdem de odoratus instrumento*. Inc. Ὄσφρησιν ὀνομάζουσιν. Des. λέγω κοιλίας. Tom. V. pag. 354. Praecedit tamen in Codice quidam veluti Prologus, unius circiter paginae, cuius initium: Ὅτι μὲν ἐστι τὸ τῆς ὀσφρήσεως ὄργανον, κ. λ. Finis: ἐκπορίζόμενα σκληρά; & hic desideratur in editione.

X. pag. 104. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἑπταμήνων βρεφῶν. *Eiusdem de septimestri partu*. Inc. Περὶ δὲ τῶν ἑπταμήνων βρεφῶν. Des. εἰς τὸν ἕβδομον μῆνα. Ibid. pag. 347.

XI. pag. 105. *b*. Τοῦ αὐτοῦ, εἰ ζῶον τὸ κατὰ γαστρός. *Eiusdem*, *utrum animal sit quod est in utero*. Inc. Ὅπερ φυσικοῖς. Des. ὡς Ἡρακλῆς. Ibid. pag. 334.

XII. pag. 110. *b*. Τοῦ αὐτοῦ Θρασύβουλος, πότερον ἰατρικῆς, ἢ γυμναστικῆς ἐστι τὸ ὑγιεινόν. *Eiusd m Thrasybulus*, *utrum medicina*, *an gymnastice plus ad valetudinem tuendam conferat*. Inc. Οὐκ ἄλλα. Des. ἀτιμαζομένου. T. VI. p. 8.

XIII. pag. 129. Τοῦ αὐτοῦ, ὅτι ὁ ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος. *Eiusdem*, *quod optimus medicus sit quoque philosophus*. Inc. Οἷόν τι πεπόνθασιν. Des. ἐξευρίσκοντας. Tom. II. p. 356.

XIV. pag. 132. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀρίστης διδασκαλίας. *Eiusdem de optima doctrina* contra Favorinum, & alios, qui κριτήριον veritatis tollebant. Inc. Τὴν εἰς ἑκάτερα. Des. τοῖς μαθηταῖς. Ibid. p. 16.

XV. pag. 134. *b*. Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ διὰ τῆς σμικρᾶς σφαίρας γυμνασίου. *Eiusdem de exercitio*, *quod parva pila fit*, ad Epigenem. Inc. Πηλίκον μὲν ἀγαθὸν ἐστι. Des. παρεσκευασμένων. Tom. VI. p. 505.

XVI. p. 136. *b*. Τοῦ αὐτοῦ, ὅτι αἱ ποιότητες ἀσώματοι. *Eiusdem*, *quod qualitates incorporeae sint*. Inc. Οὐδὲν τῶν ἐμῶν. Des. ἀλλ' ἡ λύσις. Tom. II. pag. 60.

XVII. pag. 141. *b*. Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς Ἱπποκράτους διαίτης ἐπὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων. *Eiusdem de victus ratione in morbis acutis ex Hippocratis sententia*. Incipit a verbis . . . . ἠρεμίαν δὲ καὶ παρηγορίαν, κ. λ. Des. ἀξιώσομεν. Tom. XI. pag. 184. In Codice primus versus huius Libri videtur fuisse expunctus.

XVIII. p. 149. *b*. Τοῦ αὐτοῦ περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν τῇ ἑκάστου ψυχῇ ἁμαρτημάτων. *Eiusdem de cuiusque animi peccatorum dignotione ac medela*. Inc. Ἡ μὲν δὴ τῶν παθῶν. Des. πρὸς τὸ παρὸν χρῆσθαι (1). Tom. VI. pag. 537. In Codice tamen in tres diversos Libros dividitur.

XIX. pag. 159. *b*. Τοῦ αὐτοῦ περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν ἑκάστου ψυχῇ ἰδίων παθῶν. *Eiusdem de propriorum animi cuiusque adfectuum dignotione & curatione*. Inc. Ἐπειδὴ δὲ καὶ δι' ὑπομνημάτων. Des. εἰρήσεται. Ibid. pag. 519.

XX. pag. 171. *b*. Τοῦ αὐτοῦ περὶ φιλοσόφου ἱστορίας. *Eiusdem de historia philosophica*. Inc. Τῶν ἐξ ἀρχῆς. Des. διὰ τοῦτο πολυχρόνια. Tom. II. pag. 21.

XXI. pag. 188. *b*. Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ παρ' Ἱπποκράτη κώματος. *Eiusdem de Comate secundum Hippocratem*. Inc. Τίποτε σημαίνει. Des. τοῖς δὲ οὔ. Tom. VII. pag. 191. In fine sequuntur quaedam levis momenti, a Codicis possessore fortasse exarata levandi animi caussa, in quibus de nonnullorum morborum medicamentis agitur; nec non versiculi quidam occurrunt in artis medicae laudem, ex Homero desumti.

Codex Graecus membranaceus Ms. in fol. minori, Saeculi XII. Constat foliis scriptis 192.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΧΡΕΙΑΣ ΤΩΝ ΕΝ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΣΩΜΑΤΙ ΜΟΡΙΩΝ.

GALENI DE VSU PARTIVM CORPORIS HVMANI.

Continet hic Codex *Galeni de usu partium corporis humani Libros XVII*. Primus inc. Ὥσπερ τῶν ζώων. Vltimus des. τὴν προσηγορίαν αὐτοῦ μετήνεγκα. Concordat singulorum initium ac finis cum impressis in cit. editione Parisiensi Charteriana T. IV. a pag. 284 ad pag. 704. In ultima pagina alia legebantur, quae ab imperito bibliopego, novo folio superinducto, penitus deleta sunt. COD. IV.

Codex Graecus papyraceus Ms. in folio, multis in locis eleganti manu suppletus, scholiis in margine abundans, a Montfanco-

(1) In edit. ἀρκεῖσθαι.

conio in suo Catalogo omissus. Constat foliis scriptis 247.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ.

GALENI DE ELEMENTIS.

Seu potius

Galeni Opera varia.

COD. V. I. pag. 1. IN primis duobus foliis quaedam occurrunt fragmenta *de ratione temporum*, *de inveniendo Paschate*, *aliisque festis mobilibus &c.*

II. pag. 3. *Galeni de elementis ex Hippocrate Libri duo*, quorum primus acephalus incipit a verbis . . . . τούτοιν ἐξ ἀνάγκης δεῖται συνιόντων, κ. λ. quae incidunt in cit. edit. Galeni Operum Paris. Tom. III. pag. 5. lin. 8. & pertinent ad Cap. II. Des. περὶ φαρμάκων. Secundus pag. 14. *b.* inc. Ἐπὶ δὲ τὸν δεύτερον ἤδη μοι. Des. τῷ βιαίως ἑλκομένῳ. Ibid. pag. 26.

III. pag. 17. Τοῦ αὐτοῦ περὶ κράσεων. *Eiusdem de temperamentis* Libri III. Primus, cui Capitum Index praemittitur, inc. Ὅτι μὲν ἐν ἐκ θερμοῦ. Vltimus des. εἴρηται πρόσθεν. Exstant ibid. a pag. 32. ad p. 90.

IV. pag. 55. Τοῦ αὐτοῦ περὶ φυσικῶν δυνάμεων. *Eiusdem de naturalibus facultatibus* Libri III. Liber I. cui Capitum Index est praevius, inc. Ἐπειδὴ τὸ μὲν αἰσθάνεσθαι. Liber III. des. συνεπισπῶνται βραχύ. Tom. V. a p. 8. ad pag. 77.

V. p. 91. Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς οὐσίας τῶν φυσικῶν δυνάμεων. *Eiusdem de substantia naturalium facultatum*. Inc. Ὥσπερ ὅλι ψυχὴν ἔχομεν, κ. λ. Des. ἐμνημόνευσεν. Ibid. pag. 3. in principio tamen longior est libellus in editione; verba enim adlata incidunt in p. 4. lin. 37.

VI. pag. 92. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν τῇ ἑκάστου ψυχῇ ἁμαρτημάτων. *Eiusdem de cuiusque animi peccatorum dignotione ac medela*. Inc. Ἡ μὲν δὴ τῶν παθῶν. Desinit in verbis, ἣν ἐρῶ νῦν εἶναι μόνην. Sunt tantum duo prima Capita huius Libri, qui incidit in Tom. VI. pag. 537.

VII. pag. 94. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ χρείας ἀναπνοῆς. *Eiusdem de usu respirationis*. Inc. Τίς ἡ τῆς ἀναπνοῆς χρεία. Des. τῶν ἐνταυθοῖ γε γραμμένων ἐνδειξαμένοις (1). Tom. V. pag. 413.

VIII. pag. 104. Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ προγινώσκειν. *Eiusdem de praenotione*. Inc. Ὅσον μὲν ἐπὶ τοῖς. Des. δύσκολον τὴν προγνωσιν. Tom. VIII. pag. 829.

IX. pag. 121. Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν ὅλου νοσήματος καιρῶν. *Eiusdem de totius morbi temporibus*. Inc. Ὁ λου τοίνυν τοῦ νοσήματος. Desinit in verbis, κατὰ τὴν γαστέρα πέψεων . . . . . Tom. VII. pag. 304. Vltima autem verba relata incidunt in pag. 306. lin. 19. Reliqua desiderantur.

X. pag. 123. Τοῦ αὐτοῦ περὶ αἱρέσεων τοῖς εἰσαγομένοις. *Eiusdem de sectis ad eos qui introducuntur*. Inc. Τῆς ἰατρικῆς τέχνης. Des. τὸν παρόντα λόγον. Tom. II. pag. 286.

XI. pag. 129. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀνωμάλου δυσκρασίας. *Eiusdem de inaequali intemperie*. Inc. Ἀνώμαλος δυσκρασία. Des. τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου. Tom. VII. pag. 170.

XII. pag. 133. Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων. *Eiusdem de tumoribus praeter naturam*. Inc. Ἐν τι τῶν συμβεβηκότων. Des. καταλελειμμένης. Ibid. pag. 312.

XIII. pag. 140. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Πίσωνα περὶ τῆς θηριακῆς ἀντιδότου. *Eiusdem ad Pisonem de theriaca antidoto*. Inc. Καὶ τοῦτόν σοι. Des. ἐγὼ γενέσθαι σοι παρὰ τῶν θεῶν εὔχομαι. Tom. XIII. pag. 930. Notandum, postrema duo huius Libri Capita, quae *de salibus* agunt, a Montfauconio indicari sub titulo novi Operis &c. quod tamen falsum.

XIV. pag. 160 Τοῦ αὐτοῦ περὶ θηριακῆς πρὸς Παμφιλιανόν, *Eiusdem de theriaca ad Pamphilianum*. Inc. Πολλάκις ἐπιζητοῦντί σοι. Des. ἢ ἀργυροῦν, καὶ χρῶ. Ibid. pag. 960. ubi septem circiter versus hic Liber longior est in fine.

XV. pag. 163. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀντιδότων, *Eiusdem de antidotis Liber I.* Inc. Τὰς ἰωμένας τὰ πάθη. Des. ὅτι μὲν ἐν διαφωνεῖ τινα πρὸς τὸν Ἀνδρόμαχον ὁ Δαμοκράτης, καὶ ὁ Κρητὸς περὶ τῆς θηριακῆς ἐν τῇ τρίτῃ τῶν φαρμακητίων βίβλῳ τινὰ τῆς ἀσαφείας οὐ δέχεται. Ib. pag. 865. Diversa autem est Codicis lectio ab edita, ac videtur in compendium redacta; nam praeter fere omnem Galeni textum brevius expressum, multa ex Damocratis Carminibus, quae Galenus per extensum refert, & integra interdum Capita praetermissa fuisse animadvertimus. Postrema autem verba, licet aliquantum diversa, incidunt in pag. 895. initio Cap. XVI.

XVI. pag. 172. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀντιδότων βιβλίον δεύτερον. *Eiusdem de antidotis Liber II.* Inc. Ὁ περὶ τῆς θηριακῆς λόγος. Des. σὺν ὕδατι ἐπ' ἐνιαυτόν. Ibid. pag. 897. Notandum tamen est, hunc quoque Librum breviorem esse in Codice, quam in editione; versus enim, qui heic per extensum referuntur, in Codice vel tantummodo innuuntur, vel omnino omittuntur.

XVII. pag. 182. Sequitur Anonymi Tractatus, cui titulus: Μέτρον τῆς γῆς ἀμφοτέρων θέσεων τοῦ κόλπου. Inc. Δέον σε μέτρειν τὸν βλεπόμενον τόπον. Des. ἄρα καὶ τῆς αὐτῆς δυνάμεως καθεστήκασι.

XVIII. pag. 186. *b.* Tandem occurrunt *quaedam*, ut videntur, *Astronomica & Geographica Excerpta*, prorsus anepigrapha, quorum initium: Ἰστέον ὅτι τὸ ἐν μέσῳ ὕδατος καὶ ὕδατος. Desinunt imperfecte in verbis: χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι διαδέχεται τὸ αἰγαῖον . . . . . . Nonnullis autem marginalibus Latinis notulis adspersus est Codex, quae heinc einde reciso margine mutilatae sunt: videntur autem esse manu Nicolai Niccoli.

Co-

(1) In edit. ἐκλεξαμένοις.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XIV. charactere valde contracto, ac per compendia exarato. Constat foliis scriptis 187. quem in suo Catalogo Montfauconius sub numero III. designat.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΜΕΘΟΔΟΣ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗ.

GALENI METHODVS MEDENDI.

COD. VI

I. pag. 1. GAleni *Methodus medendi*, Libris XIV. exposita, continetur in hoc Codice; quorum singulorum initium & finem conferentes cum cit. edit. Paris. ubi incidunt in Tom. X. a pag. 1. ad pag. 343. invenimus inter se mire consentire, praeter Libri octavi initium, quod usque ad verba, *καιρὸς ἂν εἴη λέγειν*, adnectitur in Codice Libro septimo, ac propterea octavus incipit a verbis proxime sequentibus, Ὅτι μὲν ὖν, κ. λ. quo loco Graeca manus quaedam in margine adnotavit: *ἀπέδω* (sic) *ἐστὶν ἡ ἀρχὴ τῦ ὀγδόυ λόγυ*. Singulis autem Libris, primo excepto, Capitum Tabula praecedit.

Codex Graecus chartaceus Ms. in folio minori, Saeculi XIV. nonnullis in margine scholiis adspersus. Constat foliis scriptis 255.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΧΕΙΡΟΥΡΓΙΚΑ.

HIPPOCRATIS CHIRVRGICA.

Seu potius

Veterum Chirurgorum insignis Collectio.

COD. VII.

DE Codice Florentino Chirurgorum Veterum in Bibl. Laur. vide Bartholinum de Tibiis Veterum pag. 349. Iac. Sponium Itineris in Graeciam pag. 14. edit. Germanicae, D. Guntherum, Christoph. Schelhammerum in Herm. Conringii Introd. in Artem Medic. p. 402. Georgium Paschium de novis inventis pag. 309.

Antequam ad huius optimi ac praestantissimi Codicis recensionem deveniamus, iuvat adferre, quae Antonius Cocchius, Medicus Florentinus, vir omniscius & incomparabilis, doctissime praefatus est in Prooemio Graecis Chirurgis praemisso, Florentiae editis A. MDCCLIV. in fol. typis Caesareis; ea enim non modo ad huius, sed & aliorum Graecorum Medicinae & Chirurgiae Codicum illustrationem mirifice conferre possunt. Ait itaque, eam Medicinae partem, quae manu curat, apud omnes gentes in usu semper fuisse; verum apud Graecos multo magis, quam in ceteris nationibus, ex quo sapientia universa, & praecipue rerum naturae contemplatio, utiliumque artium studia ab illis adeo exculta sunt, ut nostris quoque temporibus ipsi vetustissimi, ac longe optimi Auctores omnis humanitatis habeantur.

Nonnulla de rebus chirurgicis scripta ab illo medicinae parente Hippocrate ad nos pervenere; postea vero hanc praestantissimam facultatem increvisse plurimum credibile est, eo quod a multis egregiis viris luculenter tradita, & per quingentos & amplius annos in opulentis populis celeberrimisque gymnasiis tractata, sub locupletissimis, & plerumque eruditis regibus Macedoniae, Syriae, atque Aegypti, & Romanis Imperatoribus usque ad Antoninum, quibusdam in melius mutatis, fere perfecta fuerit. Sed illa Graeca Volumina, quibus tota ars chirurgica diligentissime continebatur, & quae plurima fuisse ex Celso aliisque novimus, omnia penitus periere. Quum enim deinde naturalis, ac solidioris doctrinae voluptas in orbe Romano, quo omnis quoque Graecia confluxerat, ab ingeniis eruditorum hominum paene migrasset ad Asiaticam loquacitatem, & ad vana plerumque, & spinosa, atque ex trivio arrepta argumenta, maximo quoque Medicinae damno, de alienis scriptis recte iudicandi facultas interiit, Quo factum fuit, ut Galenus in veteres fere omnes, non mediocres viros, qui ipsum post Hippocratem praecesserunt, paullo iniquiorem se ostenderit, & qui sequuti sunt, illo uno contenti, reliquos fere neglexerint. Quare & legi, & describi varii illorum libri coepere, & qui per saecularia quaedam intervalla, arte & facundia praestabant, nihil de certis propriisque experimentis promere, sed collectiones facere a Galeno plurima repetentes, ab aliis vetustioribus ac melioribus perpauca excerpere consueverunt.

Huiusmodi antiquissima fuit Oribasii Collectio facta paullo post medium Christi saeculum IV. iussu Imp. Iuliani, cuius insuper acri iudicio, & eximiae eruditioni debemus, quod placitis Galeni, quibus solis Oribasius contentus fuerat, aliorum quoque illustrium Medicorum praecepta adiicerentur, ut ipse in illius operis dedicatione testatur. Similes deinde Medicae Collectiones consequutae sunt, desinente saeculo quinto Aëtii, sexto vero Alexandri, cuius chirurgica periere, ac septimo Paulli, in quibus omnibus posterior quisque, pleraque a prioribus exscripsit. Duorum insequentium saeculorum octavi, & noni nulli videntur fuisse magni nominis libri medicinales, e multis multorum dictis compositi, vel ob nimium afflictas Graecorum res, vel quod omnes offuscaverat infelicissimis illis temporibus, summa rerum naturae ignoratio, atque barbaries. Decimi saeculi, vel undecimi putatur esse, quae noni nomine fertur praeceptionum Medicarum Epitome Constantino Imperatori dicata, cuius iussu conscripta dicitur. In ea perpauca occurrunt chirurgiam spectantia, quum totus praeterea liber exigui momenti sit, & e trium superiorum sententiis verbisque, suppresso tamen nomine, concinnatus. Sed longe nobilior Nicetae Collectio, eaque tota

ta Chirurgica fuit, quae undecimo saeculo exeunte, vel sequentis initio prodiit, & cuius praecipuam partem edere decreverat magnus Cocchius. Ianus Lascaris iam Constantinopoli a se Florentiam advectum Codicem turbatum, & alicubi temporum iniuria depravatum, in eam, quam nunc habet formam, Clementis VII. Pont. Max. iussu restituit. Huius rei testem habemus Ferdinandum Balamium in Epistola ad Paullum III. P. M. qua ei Galeni libellum de ossibus dicat, a se Clementis iussu ex illo vetusto Codice Florentino conversum.

Scripturae forma nitida, rotunda, mendis scatens, apicibus, notisque raris, ac plerumque perperam collocatis, male interpuncta, ipse litterarum, ac membranarum color evanidus ac flavescens, picturaeque rudes ac languidae, indicia sunt aetatis ad saeculi XI. finem, vel XII. initium referendae. Epigrammata vero in laudem Nicetae Collectoris adposita, & interpretamenta quaedam margini adiecta, quum eamdem aetatem praeferant, alia tamen manu, & emendatissime scripta sunt: tum ipsius Codicis amplitudo, & elegantia, & picturae, & plagularum limbi antiquitus inaurati, aliaeque huiusmodi notae ac vestigia, archetypum fuisse librum indicare videntur, & in instrumento ac supellectili Principis alicuius viri, aut Collegii servatum. Neque absurdum fortasse quis putaverit suspicari, hunc olim fuisse in Bibliotheca celeberrimi illius Orphanotrophii ab Alexio Imp. extremo saeculo XI. vel XII. ineunte Constantinopoli magnificentissime exstructo, aut instaurato, in quo non modo pueri paterno praesidio carentes alebantur, sed & pauperum diversoria erant, & hominum debilium, & morbis, aut vulneribus quibuscumque labefactorum receptus, & ludi quoque litterarii; ut neque libros illic, neque medicorum scholas defuisse credibile sit, ubi tot corpora medicinae auxilio indigentia curabantur, quod egregium factum Anna Comnena, ipsius Imperatoris filia, historiae suae Alexiadis Lib. XV. fuse persequitur.

Sunt quidem in Codicis extrema pagina litterae quaedam intricato continuoque ductu exaratae, quae ad nosocomium aliquod eum attinuisse demonstrent; sed quum eiusdem plane aetatis cum reliqua scriptura eae litterae censendae non videantur, neque illi Alexii Orphanotrophio, nosocomii nomen umquam fuisse sciamus, etsi eo aegroti omnes reciperentur, arbitrari potius licet, librum ea quidem aetate scriptum, sed postea alii cuidam publico valetudinario adquisitum, quale occurrit celebre illud Quadraginta Martyrum, quod Isaacius Imperator exeunte saeculo XII. Constantinopoli condidit. Verumtamen hoc nihil obstat, quo minus nostra firma maneat coniectura, collectionem hanc veterum Chirurgorum post medium saeculum undecimum fuisse factam, vel sub Imp. Constantino Duca, aut Michaële eius filio, vel sub eodem Alexio Comneno, quibus temporibus Nicetas quidam clarus, Imperatoris Medicus, in Epistolis Theophylacti scriptoris aequalis memoratur. Comprobare id videntur, & primi Epigrammatis iambi, qui a viro quopiam auctoritate praedito scripti apparent, ut non male ad aliquem illorum Principum referantur, quos, versus quoque condere in deliciis habuisse constat. Neque solum hoc nostrum Nicetae exemplar e Graeciae ruinis superfuisse opinor, quum & aliorum factam aliquam mentionem inveniam. Laudatur praecipue Graecum Volumen Francisci Regis Francorum, dono ei Roma missum a Cardinali Rodulpho Florentino (1), quod *unicum in eius Bibliotheca legebatur*, ut scribit Vidius in Chirurgia edita Parisiis anno MDXLIV. Gabriel Falloppius idem exemplar, quod fortasse viderat Parisiis, indicavit Cap. V. Commentarii sui in Hippocratis librum de vulneribus capitis, Codicem Graecum memorans Cardinalis Florentini, *quem donavit Gallorum Regi maiusculis litteris manuscriptum*. Cuiusmodi Codex ille fuerit me prorsus latet, & an per omnia ad nostrum responderit: eumdem enim fuisse suspicari nequeo; sed mirum fortasse videri poterit, non Vidium, neque alios protulisse nomen Collectoris Nicetae, neque inter ibi delitescentes libros indicavisse Apollonii Citiensis Commentarium in Hippocratis articulos, & Oribasii magnae Collectionis duos illos non levis momenti de fractis & loco motis ossibus, qui iamdiu deperditi putabantur. An vero ulli postea Scriptori Codex hic memoratus fuerit, nondum comperi; sed a medio fere saeculo XVII. quum Lucas Holstenius Florentiae advena Codices praestantiores Laurentianae Bibliothecae indicasset, magnis laudibus librum hunc Chirurgicum extulit, Collectoris Nicetae nomen elicuit, eoque clarorum aliquot Medicorum opuscula desiderata contineri animadvertit. Crevit deinde ipsius apud eruditos aestimatio, posteaquam praesertim Casparus Bartholinus anno MDCLXXVII. scribens de tibiis veterum Libro III. Cap. III. iudicium illud Holstenii, acceptum, ut videtur, a Magliabechio, iisdem omnino verbis, tacito tamen nomine, publicasset, & insequenti anno Iac. Sponius in Itinerario suo, ubi de Florentia loquitur, mira quaedam de hoc Codice praedicasset, unicum in tota Europa, magnumque thesaurum vocans, & scripta quaedam continere autumans, quae revera non habet. Decennio post, Iacobum Tollium de ea collectione e nostro Codice describenda, atque edenda consilium cepisse aiunt, & magnam eius Operis spem omnibus iniecisse, quae quidem illico evanuit: sed haesit doctorum animis bona eius incepti opinio, & levis quaedam cupiditas,

(1) Hic celeberrimus Cardinalis refertissimim codicum ac rariorum editionum Bibliothecam condiderat, quae nostra aetate a Rodulphis Marchionibus distracta est.

tas, ut id ab aliquo denique perficeretur. Itaque celeberrimus Ant. Cocchius, Antonio Maria Salvinio, Philippo Bonarrotio, & Scipione Maffeio, ipsum ad studium laudis cohortantibus, Graecorum de Medicina libros, non modo pervulgatos & impressos, sed scriptos & reconditos perquirens, huius ipsius Codicis Chirurgici primas paginas, quibus enumeratio Capitum, & Collectoris laudes continentur, primus exscripsit mense Aprili MDCCXXII. Deprehendit vir ille magnus, quaedam inde scriptorum veterum haberi posse prorsus inedita, aliorumque iam Latine tantum editorum Graecum contextum; ac demum eorum, quae tum Graece, tum Latine iamdiu vulgata sunt, emendationes fortasse nonnullas, & interpretamenta, a notationibus antiquis quibusdam non malis margini adscriptis desumta. Primi ordinis, seu nondum vulgata, esse intellexit, Apollonii Citiensis Commentarium in Hippocratis librum de articulis, cuius notissima verba referuntur, ut non maxima certe libri pars, sit ipsa interpretatio; Sorani libellum breviorem de signis fracturarum, ac duos longiores Oribasii de ossibus fractis, atque prolapsis: alterius vero ordinis, quae scilicet Graeco contextu carent, eiusdem Oribasii Libros duos de laqueis & de machinamentis, quos Vidius a se Latine versos primus edidit Parisiis A. MDXLIV. e Codice illo Regio huic nostro simili depromtos, ac deinde Charterius ibidem anno MDCLXXIX. in magnifica illa operum Hippocratis & Galeni editione, comparatis undique Graecis exemplaribus adornata, Latine iterum exhibuit, unde fortasse quis coniectare audeat Codicem illum, quo Vidius usus fuerat, a Regia tunc Bibliotheca abfuisse: tertii denique ordinis, ea nimirum, quae, quamvis saepe a viris doctis edita, emendari tamen locis aliquot possunt huius pretiosi Codicis auxilio, Hippocratis officinam, fracturas, articulos, vulnera capitis, Sorani fascias, Rufi appellationes partium, Galeni methodi particulas de fractis, & ossa, & fascias, Oribasii fascias, Paulli fracta, Palladii scholia in Hippocratis fracturas. Constat enim saepe repetito experimento, vetustissimi cuiusque exemplaris auctoritatem, ad veram scripturam indagandam plus plerumque valere, quam acuti quantumlibet ingenii coniecturam. Expletis postea a Cl. Cocchio per Bataviam, & Angliam eruditis peregrinationibus, post reditum in patriam, quam celerrime a die XXVI. Iunii ad XXIII. Septembris A. MDCCXXVII. descripsit folia Codicis CXXI. & anno demum MDCCLIV. edere decrevit totius Collectionis Nicetae prospectum, & Sorani libellum de signis fracturarum, duosque Oribasii libros de fracturis, & de motis articulis, omnia Graece, & Latine, notationibus ornata, atque insuper aucta Celsi Libri VIII. eiusdem argumenti, collati cum vetusto Codice huius Bibliothecae, varietatibus scripturae, & specimine reliquarum partium alias edendarum. His praenotatis, singulas ipsius Codicis partes more nostro perpendamus.

I. pag. 1. Occurrit statim uberrimus Index ab eadem antiqua manu, qua totus Liber, exaratus, quem utpote Operum omnium, quae in hoc continentur Volumine, non modo titulos, sed & Capitum singulorum, quibus eadem constant, argumenta continentem, integrum heic Lectori placuit exhibere, Latina interpretatione apposita. Ita igitur habet;

Τάδε ἐστὶν ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ.	*Haec sunt in hoc Libro.*
α'. Ἱπποκράτους κατ' ἰητρεῖον.	1. *Hippocratis de officina medici.*
β'. Ἱπποκράτους περὶ ἀγμῶν.	2. *Hippocratis de fractis.*
γ'. Περὶ βραχίονος καταγέντος.	3. *De brachio fracto.*
δ'. Περὶ ποδός.	4. *De pede.*
ε'. Περὶ τῶν κατὰ πτέρναν.	5. *De his quae ad calcem.*
ϛ'. Περὶ κνήμης.	6. *De crure.*
ζ'. Περὶ μηροῦ καταγέντος.	7. *De femore fracto.*
η'. Περὶ κατήγματος κεφαλῆς, πήχεος καὶ βραχίονος.	8. *De fractura capitis, cubiti & brachii.*
θ'. Ἱπποκράτους περὶ ἄρθρων ἐμβολῆς.	9. *Hippocratis de articulorum repositione.*
ι'. Περὶ ἀκρωμίου.	10. *De summo humero.*
ια'. Περὶ κλειδός.	11. *De clavicula.*
ιβ'. Περὶ ἀγκῶνος.	12. *De cubiti flexu.*
ιγ'. Περὶ χειρὸς ἄρθρων.	13. *De manus articulo.*
ιδ'. Περὶ δακτύλων.	14. *De digitis.*
ιε'. Περὶ γνάθου ἐξαρθρήσεων.	15. *De maxillae prolapsu.*
ιϛ'. Περὶ ἀμφοτέρων γνάθων ἐξαρθρήσεων.	16. *De maxillae ex utraque parte prolapsu.*
ιζ'. Περὶ τῆς κάτω γνάθου καταγείσης.	17. *De inferiore maxilla fracta.*
ιη'. Περὶ ἀποκαυλισθέντος ὀστέου τῆς κάτω γνάθου.	18. *De diffractis inferioris maxillae ossibus.*
ιθ'. Περὶ διαστάσεως τῆς κατὰ τὸ γένειον γενομένης συμφύσεως.	19. *De diductione iuncturae, quae ad mentum est.*
κ'. Περὶ ῥινὸς καταγείσης.	20. *De naso fracto.*
κα'. Περὶ ῥινὸς εἰς τὸ πλάγιον καταγείσης.	21. *De naso a latere fracto.*
κβ'. Περὶ ῥινὸς καταγείσης κατὰ τὸν χόνδρον.	22. *De naso ad chartilaginem fracto.*

κγ'. 23.

κγ'. Περὶ ῥινὸς καταγείσης σὺν ἕλκεσιν.

κδ'. Περι ὠτος καταγέντος.

κε'. Περὶ ἐξαρθρησεως σπονδύλων.

κϛ'. Περὶ τῆς ἔσωθεν τῶν σπονδύλων ἐξαρθρήσεως.

κζ'. Περὶ πλευρῶν καταγέντων.

κη'. Περὶ τῆς τοῦ μηροῦ ἐξαρθρήσεως.

κθ'. Περὶ τῆς ἔξωθεν ἐξαρθρήσεως τῆς τȣ̃ μηροῦ κεφαλῆς.

λ'. Περὶ τῆς ὄπισθεν ἐξαρθρήσεως τῆς τοῦ μηροῦ κεφαλῆς.

λα'. Περὶ τῆς εἰς τὸ ἔμπροσθεν ἐξαρθρήσεως τῆς τοῦ μηροῦ κεφαλῆς.

λβ. Περὶ ἐξαρθρήσεων ὀςέων κνήμης ἑλκοποιησαμένων.

λγ'. Περὶ κνήμης ὀςέων ἑλκοθέντων.

λδ'. Περὶ ἐξαρθρήσεως ἄρθρων δακτύλων ποδός τε καὶ χειρὸς ἑλκοθέντων.

λε'. Περὶ τῶν ἀποκοπτομένων ὀςῶν.

λϛ'. Περὶ καταρτισμοῦ τῆς τȣ̃ μηρȣ̃ κεφαλῆς, ἣν εἰς τὸ ἔσω μέρος ὀλισθῇ.

λζ'. Περὶ καταρτισμȣ̃ τῆς τȣ̃ μηρȣ̃ κεφαλῆς, ἣν εἰς τὸ ἔξω μέρος ὀλισθῇ.

λη. Περὶ καταρτισμοῦ τῆς τοῦ μηροῦ κεφαλῆς, ἣν εἰς τὸ ὄπισθεν μέρος ὀλισθῇ.

λθ'. Περὶ καταρτισμοῦ τῆς τȣ̃ μηρȣ̃ κεφαλῆς, ἣν εἰς τὸ ἔμπροσθεν μέρος ὀλισθῇ.

μ'. Περὶ γόνατος ἐξαρθρήσιος.

μα'. Ἱπποκράτȣς περι τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων.

μβ'. Ἱπποκράτȣς μοχλικόν.

μγ'. Ἱπποκράτȣς περὶ ὀςέων φύσιος.

μδ'. Γαληνοῦ περὶ καταγμάτων.

με'. Περὶ τῶν καταμηκῶν καταγμάτων.

μϛ. Περὶ τῶν σωλήνων.

μζ'. Περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ καταγμάτων.

μη'. Τίς ἡ μετὰ τὴν ἀνάτρησιν ἐπιμέλεια.

μθ. „ Ὀριβασίου ἐκ τῶν Γαληνȣ̃ περὶ καταγμάτων. (1)

ν'. „ Περὶ ῥινὸς καταγείσης.

να'. „ Περὶ γένυος καταγείσης.

νβ'. „ Περὶ κλειδὸς καταγείσης.

νγ'. „ Περὶ τῶν ἐν πλευροῖς καταγμάτων.

νδ'. „ Περὶ ἀπάγματος.

νε'. „ Ἐκ τῶν Ἡλιοδώρȣ περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τραυμάτων.

νϛ'. „ Θεραπεία τραυμάτων.

νζ'. „ Περὶ τοῦ ἐπὶ μεγάλῳ τραύματι ἐπίπλειον ψιλουμένȣ ὀςέȣ.

νη'. „ Ἡλιοδώρȣ περὶ καταγμάτων.

νθ'. „ Περὶ ῥωγμῶν.

ξ'. „ Περὶ ἐκκοπῆς.

ξα'. „ Περὶ καμαρώσεως.

ξβ'. „ Περὶ ἐμπιέσματος.

ξγ'. „ Περὶ ἐγγισώματος.

ξδ'. „ Περὶ ὑποπύων ὀςέων.

ξε'. „ Περὶ θλάσματος.

ξϛ'. „ Περὶ τῆς τῶν ῥαφῶν διαςάσεως.

ξζ. „ Θεραπεία ἀνατετρημένων.

ξη'. „ Περὶ φλεγμονῆς μήνιγγος.

VII. pag. 81 Γαληνοῦ περι καταγμάτων, *Galeni de fractis*. Inc. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων. Des. οὐσίαν ὑπάρχουσα. Desumta haec sunt e Libro VI. θεραπευτικῆς μεθόδου Cap. V. & VI. Galeni Operum cit. edit. Charterianae Tom. X. pag. 143.

VIII. pag. 89. *b*. Ὀριβασίου ἐκ τῶν Γαληνοῦ περὶ καταγμάτων. *Oribasii e Libris Galeni de fracturis*. Inc. Ἐπειδὴ λέλυται. Des. πρόσθεν δεδηλωμένη θεραπεία. In hoc Codice semper Ὀριβασίου scriptum est, non Ὀρειβασίου. Hunc vero librum esse autumo XLVI. magni illius Operis *Collectionum Medicarum*, quod Oribasius, celebris medicus & quaestor sacri Palatii, Iuliano Augusto inscripsit, in LXX. li-

libros digeſtum, & cuius XVII. tantum ſuperſunt, Latine dumtaxat editi. Id licet coniicere ex hoc ipſo Codice, in quo is qui conſequitur liber notam habet numeri XLVII. Antea vero doctis ignotum fuiſſe argumento ſit vel Fabricii de illo ſilentium Bibl. Graec. Vol. IX. pag. 451. & ſeq. & Vol. XII. pag. 640. & ſeq. & Freindii querela Hiſt. Medic. Vol. I. pag. 13. edit. Lond. nihil fere, quod chirurgiam ſpectet Oribaſii ſupereſſe. Hunc librum una cum ſequentibus uſque ad §. XVII. incluſive edidit celeberrimus Cocchius Florentiae MDCCLIV. Gr. & Lat. a pag. 54. ad 90.

IX. pag. 103. Ἡλιοδώρου περὶ καταγμάτων. *Heliodori de fracturis*. Inc. Ἐν πρώτοις. Deſ. ἐπιμένειν ἕως τοῦ τέλους. Notandum heic transpoſitos fuiſſe duos quaterniones, idque a Graeco ſcriptore recenti fuiſſe in imo margine animadverſum. Vid. Cocch. ibid. p. 90. Medicum quemdam Heliodorum operari manibus quoque conſueviſſe indicat Iuvenalis Sat. VI. v. 372. aetate ſua Romae clarum, Traiani ſcilicet principatu. Huius fuiſſe chirurgicos libros credibile admodum eſt, unde haec expreſſit Oribaſius, & quae praeterea protulit de faſciis, de laqueis, & de machinamentis iam edita. Idem eſſe videtur, cuius aridum medicamentum cicatricem inducens, memorat Galenus Lib. V. de comp. med. per gen. Cap. XIV. Tom. XI. p. 390. v. 53. Mirum eſt eximium hunc medicum praeteritum Danieli Clerico fuiſſe in Hiſtoria Medicinae, & Io. Conr. Barchuſio in Differt. de medicinae origine & progreſſu.

X. pag. 108. *b*. Ἐκ τῶν Γαληνοῦ περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ καταγμάτων. *E Galeni Libris de fracturis in capite*. Inc. Πάντα τὰ πάθη. Deſ. χείλει τὸ ἐκτετριμμένον. Haec ſumta eſſe videntur e Galeni Commentariis in librum Hippocratis de vulneribus capitis, qui interciderunt. Quare hae ſaltem ab Oribaſio ſervatae reliquiae libenter accipiendae ſunt, ſi totam Galeni explanationem nonnihil faciendam fuiſſe putemus, quam Vidius initio ſui in eumdem librum Commentarii ſcribit *tanto hominum detrimento nullam exſtare*.

XI. pag. 111. *b*. Ἐκ τῶν Ἡλιοδώρου περὶ τερηδονισμοῦ κρανίου. *Ex Heliodori libris de cranii carie*. Inc. Τὴν τοῦ κρανίου φθοράν. Deſ. ἐγχριέσθω.

XII. pag. 113. Ἐκ τῶν Ἀρχιγένους περὶ ὑποδραμόντος αἵματος. *Ex Archigenis Libris de ſanguine ſubter currente*. Inc. Ὑποδρομὴ δὲ αἵματος. Deſ. ἰατρικῆς ψαύσασιν. Archigenes Apamenſis e Syria, nobilis medicus, Romae artem exercuit, regnante Traiano, ſaeculo totius imperii Romani feliciſſimo, utilioribuſque diſciplinis erudito. Eius quidem ſcripta periere, quae multa fuiſſe teſtatur Suidas, ſed ipſorum fragmenta non pauca occurrunt apud Aurelianum, Galenum, Aëtium, Paullum, omnia ſolertiam illius viri egregiam demonſtrantia, ut gratiſſima doctis futura quoque ſint, quae Oribaſius profert, e libris fortaſſe de locis adfectis, quorum tertium citat Galenus T. III. p. 251. v. 37.

XIII. pag. 114. Ἐκ τῶν Ἀρχιγένους περὶ τῆς τῶν ῥαφῶν διαστάσεως. *Ex Archigenis Libris de ſuturarum diſiunctione*. Inc. Τοὺς δὲ περιςωθησομένους. Deſ. ψυχρὸν ἐκπνεῖ.

XIV. pag. 115. Ἐκ τῶν Ἀντύλλου περὶ ὑδροκεφάλων. *Ex Antylli Libris de hydrocephalis*. Inc. Τὸ ὑδροκέφαλον. Deſ. κάμνοντα παραδώσει. Antylli veteris Medici ſcripta periiſſe dolemus, quorum fragmenta aliquot de variis adverſae valetudinis auxiliis iam edita occurrunt in libris Oribaſii, Aëtii, Paulli, & Stobaei, e quibus colligere licet methodicorum inſtituta eum ſecutum fuiſſe: quae ſecta quum fere Galeni aetate deſierit, antiquiorem illum credere par eſt, quum praeſertim ea tantummodo, quae ad artem attinent, fuſe ac diligentiſſime tractaſſe videamus, & inani loquacitate abſtinuiſſe, quae deinde medicinam aliquatenus conturbavit. Novum eſt hoc fragmentum e libris ipſius chirurgicis depromtum, quorum nullae antea reliquiae exſtabant. De eodem argumento Leonidae ſententiam protulit Aëtius Lib. VI. Cap. I. cuius collatione, noſtri dilucidior & amplior doctrina apparebit.

XV. pag. 116. Ἐκ τῶν Ἡλιοδώρου περὶ ὀστώδους ἐπιφύσεως. *Ex Heliodori Libris de oſſe excreſcente*. *Inc*. Ὀστώδης ἐπίφυσις. Deſ. ἐπιμελεία ἐκκρινέσθω.

XVI. p. ead. *b*. Ἐκ τῶν Ἡλιοδώρου περὶ ἀλωπεκίας. *Ex Heliodori Libris de capillis fluentibus*. Inc. Τῆς ἀλωπεκίας. Deſ. μέλλοντας τέμνεσθαι.

XVII. pag. 117. Ὀριβασίου ἐκ τῶν Γαληνοῦ περὶ ἐξαρθρημάτων. *Oribaſii e Galeni Libris de luxatis*. Inc. Τῶν δ' ἐξαρθρημάτων. Deſ. πολλῶν δὲ κοιλότη τῶν ἐν ἑκάστῳ. Codex hic habet in margine ΛΟΓ ΜΖ manu eadem, qua cetera, unde opinari liceat hunc eſſe magnae Oribaſii collectionis Librum XLVII. nec Graece, nec Latine editum. In aliis antiquis Codicibus huius Mediceae Bibliothecae Oribaſii libri *Sermonum* titulo occurrunt, imo in Cod. XVII. huius Plutei legere eſt τέλος τοῦ πρώτου βιβλίου correctum eadem manu γρ. λόγου. Quae in his e Galeno profert Oribaſius deſumſit praecipue e Commentariis in Hippocratis libros de fractis, & de articulis, ea optimo conſilio praetermittens, quae illi minus ad rem medicam facere viſa ſunt. Haec edenda eſſe duxit optimus Cocchius p. 130. l. c. quamvis Galeni Commentarii illi paene integri ſuperſint, vulgatique ſint, tum ne ulla parte ipſa Oribaſii excerpta mutilaret, tum maxime quod hinc emendari & reſtitui eorumdem Commentariorum loci non pauci, & qui aliunde perierant ſuppleri poſſe videantur.

XVIII. pag. 127. Ἀσκληπιάδου τοῦ Βιθύνου, ὅτι καὶ διὰ νόσον χρονίαν ἔξαρθροί τινες γίγνονται. *Aſclepiadis Bithynii, quod diuturno morbo quibuſdam articuli prolabantur*. Inc. Ὅτι χωρὶς φα-

φανερῶς. Def. ἐκ τῆς οἰκείας χώρας ἐκβαλούσης. Asclepiades Bithynius, & Prusiensis dictus fuit ab urbe Prusiade maritima, eius patria, & Cianus, quod eadem urbs vetusto nomine Cius vocaretur. Romae summam auctoritatem in medicina obtinuit ante annum V. C. DCLXII. si fides habenda sit L. Crassi verbis apud Ciceronem Lib. I. de Oratore particula 62. Huius igitur vetusti Medici, maximis multorum laudibus ornati, quum scripta, quae plura fuisse memorantur, malo medicinae fato perierint, eorum saltem fragmenta magni facienda esse nemo non videt. Dolendum sane est Oribasium, cui scripta Asclepiadis videre contigit, vitio aetatis suae iudicem non satis idoneum, ea plerumque neglexisse, Galeni sui paupere eloquentia contentum. Quod heic habemus, ex aliquo Commentariorum fuisse videtur, quos in Hippocratis libros nonnullos scripsisse Asclepiadem auctor est ipse Galenus initio Commentarii I. in Medici officinam T. V. pag. 662. v. 2.

XIX. pag. ead. Ἀρχιγένους περὶ τῶν ἀφαιρεθησομένων μερῶν. *Archigenis de amputandis partibus*. Inc. Ἀφαιρεῖται δέ τινα, κ. λ. Def. ὡς ἤδη μοι εἴρηται. De Archigene vide quae diximus supra §. XII.

XX. pag. 128. Ἡλιοδώρου περὶ ἀκρωτηριασμοῦ. *Heliodori de mutilatione*. Inc. Ἀφαιρεῖται χειρήπους γαγγραίνης. Def. ἀεὶ διαμοτωμένου. Vide quae de Heliodoro diximus supra §. IX.

XXI. pag. ead. *b*. Ἐκ τῶν Ἡλιοδώρου περὶ τῶν κατὰ τοὺς δακτύλους συμβαινόντων. *Ex Heliodori libris de iis, quae digitis accidunt*. Inc. Ἑξαδάκτυλοι γείνονται. Def. εὐχαίρως κομίσθη.

XXII. pag. 129. Ὀριβασίου ἐκ τῶν Ἡρακλᾶ, πῶς πλέκεται βρόχος ὁ ἐρτός. *Oribasii ex Heracle, quomodo laqueus plicetur, quem nexum vocant*. Inc. Ἕνεκα τῆς τοῦ ἐρτοῦ βρόχου πλοκῆς. Def. βρόχοι οὗτοί εἰσιν. Oribasii de laqueis usque ad numerum CXII. edita fuere Latine Parisiis anno MDXLIV. a Vido Vidio Mucellano in eius Chirurgia e Graeco in Latinum conversa p. 467. & seqq. & Latina tantum a Charterio adiecta Oper. Hippocr. & Galeni Tom. XII. citatae editionis Parisiensis pag. 553. ex eadem Vidii interpretatione, illius tamen nomine non indicato. Incertum an haec περὶ βρόχων integrum librum faciant, seiuncta a sequentibus περὶ ἐπιδέσμων.

XXIII. pag. 133. *b*. Ἐκ τῶν Γαληνοῦ περὶ ἐπιδέσμων. *E Galeni Libris de fasciis*. Inc. Σκοποὶ πάσης. Def. γίνεται χρεία. Exstat in citata Charteriana edit. Tom. XII. pag. 500. sine auctoris nomine: ex hoc vero Codice apparet esse ipsius Oribasii excerpta, & cum praecedentibus *de Laqueis* unum fortasse librum conficere; sequentibus saltem continua sunt usque ad numerum CLXII. Quae omnia apud Charterium item occurrunt Graece & Lat. Tom. cit. a pag. 518. ad 531. hoc titulo: Ἡλιοδώρου περὶ ἐπιδέσμων. Nonnulla ex hoc Oribasii libro capita desumta fuere a Vidio tamquam si essent Heliodori, & Libro Galeni de fasciis addita, suis locis inserta in editione Latina A. MDXLIV. Ea se exscripsisse praefatur e Graeco Volumine, quod Card. Rodulphus Roma donum miserat e sua amplissima bibliotheca ad Franciscum Galliarum Regem. Illud Vidius exemplar unicum credidit, librosque *de fasciis*, *de laqueis*, *de machinamentis* nonnisi in eo Codice, quod sciret, contineri. Id indicio esse potest Codicem illum nostro huic Mediceo similem fuisse. Mirum tamen videri possit Vidium non attendisse ad Oribasii nomen, quod tractatui *de laqueis* praefigitur, & haec ipsa de fasciis continua esse, & variorum auctorum nomina praeferre, e quibus sunt decerpta. Qui modus conscribendi libros Oribasio usitatus, eius aetate & aliquot deinceps saeculis invaluit, in medicina praesertim pertractanda.

XXIV. pag. 136. *b*. Ἐκ τῶν Ἡλιοδώρου περὶ ἐπιδέσμων. *Ex Heliodori Libris de fasciis*. Inc. Τῶν ἐπιδέσμων. Def. ὑπεράνω μετώπου.

XXV. pag. 138. *b*. Διοκλέους σκαφεῖον, ἢ θόλος. *Dioclis scaphula, vel tholus*. Inc. Οὗτος ὁ ἐπίδεσμος. Def. ἐπὶ τοὺς εἰλητοὺς μέτειμι.

XXVI. pag. 139. *b*. Ἁπλοῦς ὀφθαλμὸς, οἱ δ' ἔφασαν Ἱπποκράτους ὀφθαλμόν. *Oculus simplex, quem alii Hippocratis oculum vocant*. Inc. Τελαμῶνος αὐτάρκους. Def. ἐπίδεσιν.

XXVII. pag. 140. Ἀμύντου χάραξ. *Amyntae vallum*. Inc. Ἐπὶ τετελειωμένῳ. Def. γινομένων παθῶν.

XXVIII. pag. ead. *b*. Μεταγωγεὺς Ἡλιοδώρου. *Heliodori adducens*. Inc. Τοῦ μυκτῆρος. Def. τῆς κορυφῆς τόπον.

XXIX. pag. 141. Κράτημα Ἡλιοδώρου. *Heliodori retinaculum*. Inc. Τοῦ τῆς ῥινὸς ὀςώδους. Def. ἐπὶ τὰ χείλη μέτειμι.

XXX. pag. ead. *b*. Χειλοφύλαξ Ἡλιοδώρου. *Heliodori custos labiorum*. Inc. Ἀγητῆρα δεῖ τάξαι. Def. καταγείσης.

XXXI. pag. 142. *b*. Ἀπολλωνίου θηρὸς μόνωψ. *Apollonii ferae unoculus*. Inc. Τῆς ἀρχῆς τοῦ τελαμῶνος. Def. τὸ γένειον.

XXXII. pag. 143. Κείου ῥόμβος φάλαρα. *Ceii rhombus*. Inc. Τοῦ τελαμῶνος ἀπὸ τῶν δύο ἀρχῶν. Def. ἁμματισθῆναι.

XXXIII. pag. 145. Ἔξακρος Μενεκρίτου. *Menecriti vinculum ad partes extremas*. Inc. Ἡ ἀρχὴ τοῦ ἐπιδέσμου. Def. καὶ τότε ἄνω τὸ ἅμμα.

XXXIV. pag. 147. Εὔκυκλος, οἱ δὲ Ἱπποκράτους εὔκυκλον. *Rotunda, quidam adiiciunt Hippocratis*. Inc. Οὗτος ὁ δεσμός. Def. τὸ περὶ τῶν ἐπιδέσμων ὑπόμνημα. Vidius pag. 460. Caput hoc, & pag. 463. reliqua usque ad CLXII. quasi ex Heliodoro aliis Galeni admiscuit. Vide Cocchium loc. cit. pag. 10. not. 3.

XXXV. pag. 148. *b*. Ὀριβασίου ἐκ τῶν Ἡλιοδώρου περὶ διαφορᾶς καταρτισμῶν. *Oribasii ex Heliodori libris de differentia repositionum*. Inc. Τρεῖς εἰσιν αἱ γενικαί. Def. ἐξαίρετοι γίγνον-

γνονται. Edidit Vidius Latine Parisiis A. MDXLIV. cum titulo *Oribasii ex Heliodoro de machinamentis*, ornata picturis ligno impressis, affabre delineatis. Latine duntaxat item occurrunt in editione Charterii, cuius Volumen XII. claudunt a p. 557. ad 575. ex eadem interpretatione, sed tacito, ut in aliis, interpretis nomine. Graeca, ni fallor, nondum prodiere. Videtur autem fuisse liber XLV. illorum LXX. quibus totum Oribasii *Collectionum* opus constabat: desinit enim in haec verba: *τὰς δὲ τρόπους τῶν μοχλειῶν τέτων ἐπιμελέστερον ὑμῖν ἐκθήσομαι ἐν τῇ περὶ ὀλισθημάτων πραγματείᾳ*. *Modos vero harum molitionum diligentius vobis exponam in libro de luxatis*, qui praecedit illum *de fractis*, cui apposita nota est numeri XLVII. ut superius innuimus. Atque hinc fortasse ordo elici potest horum omnium Oribasii librorum de re chirurgica, qui hoc Codice continentur, ut sint scilicet XLIII. *περὶ βρόχων*, *de laqueis*, XLIV. *περὶ ἐπιδέσμων*, *de fasciis*, si tamen separatim censeri debeant, XLV. *περὶ μηχανημάτων*, *de machinamentis*, XLVI. *περὶ καταγμάτων*, *de fractis*, XLVII. *περὶ ἐξαρθρημάτων*, *de luxatis*.

XXXVI. p. 154. *Ἐκ τῶν Γαληνοῦ περὶ μηχανημάτων*. *E libris Galeni de machinamentis*. Inc. *Μόνον μὲν ἱκανόν ἐστιν*. Des. *ὀνομαζομένης*.

XXXVII. pag. ead. *b*. *Ἐκ τῶν Ἡλιοδώρου, Νειλέως πλινθίον*. *Ex Heliodori libris, Nilei laterculus*. Inc. *Τὸ τοῦ Νειλέως πλινθίον κατεσκευάσαι*. Des. *κατασκευάσματος*.

XXXVIII. pag. 165. *Νυμφοδώρου γλωσσόκομον*. *Nymphodori arca*. Inc. *Τὸ Νυμφοδώρου γλωσσόκομόν ἐστι*. Des. *τοῦ ὀργάνου γιγνώσκειν*.

XXXIX. pag. 167. *Ἀπελλίδος, ἢ Ἀρχιμήδους τρίσπαστον*. *Apellidis, vel Archimedis tractorium triplex*. Inc. *Γνωστέον ἐστίν*. Des. *τοῦ ἀγκῶνος ἐξαρθρήματα*.

XL. pag. 173. *Ἐκ τῶν Ῥούφου τὸ Ἱπποκράτους βάθρον*. *Ex Rufi libris scamnum Hippocratis*. Inc. *Ὁ θαυμασιώτατος Ἱπποκράτης*. Des. *ἐν τῇ περὶ ὀλισθημάτων πραγματείᾳ*.

XLI. pag. 179. *b*. *Ἀπολλωνίου Κιτιέως τῆς περὶ ἄρθρων πραγματείας*. *Apollonii Citiensis tractatus de articulis* Liber I. Inc. *Θεωρῶ φιλιατρῶς*. Des. *δοθήσεταί σοι*.

XLII. pag. 192. *Τοῦ αὐτοῦ τῆς περὶ ἄρθρων πραγματείας*. *Eiusdem tractatus de articulis* Liber II. Inc. *Ἐν μὲν τῷ πρὸ τούτου βιβλίῳ, βασιλεῦ Πτολεμαῖε*. Des. *ὠφελητὸν θεωρίαν*.

XLIII. pag. 204. *Τοῦ αὐτοῦ τῆς περὶ ἄρθρων πραγματείας*. *Eiusdem tractatus de articulis* Liber III. Inc. *Ἐν μὲν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ, βασιλεῦ Πτολεμαῖε, διασεσάφηκά σοι*. Des. *διαστολῆς τε τεύξεται*. Sunt Commentarii tres in librum Hippocratis *de articulis*, quorum mentio habetur in *Erotiani Collectione vocum, quae apud Hippocratem*, edit. Graeca Henr. Stephani A. MDLXIV. p. 18. in voce *Ἄμβην*, & in editione Latina Barth. Eustachii A. MDLXVI. pag. 23. Obscure hos indicat Fabricius in Bibl. Gr. Vol. XII. pag. 779. aitque *constare nondum esse vulgatos*. Apollonius hic magni nominis medicus e Citio Cypri oppido, laudatus a Strabone, & saepe Aureliano, & Erotiano memoratus, vixit, ni fallor, circa annum LXX. ante Christum, & hosce Commentarios dicavit Ptolemaeo Cypri Regi, Ptolemaei Auletae Regis Aegypti fratri, ut ex ipsiusmet verborum contextu coniicere me posse reor.

XLIV. pag. 224. *b*. *Σωρανοῦ περὶ σημείων καταγμάτων ἐπὶ κρανίου*. *Sorani de fracturarum signis in cranio*. Inc. *Κάταγμά ἐστι*. Des. *ἀπόχρη τοσαῦτα*. Haec de fracturarum signis usque ad numerum CCLVIII. videntur esse Sorani illius Ephesii, qui temporibus Traiani & Hadriani, Alexandriae & Romae floruit medicinae gloria, scripsitque plurima, & optima, ut auctor est Suidas. Quum eius scripta perierint, haec iactura aliquanto reparatur a Coelio Aureliano, qui eius vestigia plerumque premit, nihil tamen de chirurgia memorans. Aliorum silentium, & quae praesertim Fabricius Bibl. Gr. Vol. XII. pag. 779. de his ipsis obscure indicat in nostra Collectione latentibus, argumento sunt, ea numquam antea prodiisse neque Graece, neque Latine, licet de illa parte disciplinae sint, quae maxime ad rem pertineat Opusculum hoc Gr. & Lat. in lucem protulit magnus Cocchius loc. cit. a pag. 44. ad pag. 51. ubi consulenda est nota prima, in qua de auctore praefatur.

XLV. pag. 227. *Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἐπιδέσμων*. *Eiusdem de fasciis*. Inc. *Θέντες τὴν ἀρχήν*. Des. *ἐπιδῆσαι θέλωμεν*. Exstant omnia haec usque ad CCCXIX. Graece & Latine in editione Charterii Tom. XII. pag. 505. seq. Pauca tantum Capita antea prodierant Latine a Vidio ad supplendum Galenum de eodem argumento. In hoc Codice huic dumtaxat Sorani libro appositae sunt deligationum picturae, Galeni vero & Oribasii libri de fasciis ibidem nullas habent. Ab his nonnihil differunt, quas Vidius protulit, & omnes deinde transtulere.

XLVI. pag. 239. *b*. *Παύλου Αἰγινήτου περὶ καταγμάτων, καὶ τίνες αὐτῶν διαφοραί*. *Paulli Aeginetae de fracturis, & quae sint earum differentiae*. Inc. *Ἀκόλουθον ἂν εἴη*. Des. *ἐκθλιβόσης*. Capita haec XL. usque ad CCCLIX. sunt e Paulli Aeginetae Libro VI. cuius integrum opus de Medicina VII. constans libris editum Graece fuit ex Aldi officina Venetiis A. MDXXVIII. iterumque Basileae A. MDXXXVIII. curante Gemusaeo, in cuius editionis exemplaribus haec occurrunt a pag. 210. ad p. 227. a Capite scilicet LXXXIX. ad CXII. Quae XXXIV. capita respondent XL. nostri Codicis, sectione in aliquibus varia. Latine vero primum prodiere Parisiis A. MDXXXII. interprete Guinterio cum reliquo opere, saepius deinde repetita in aliis editionibus aliisque interpretibus.

XLVII. pag. 252. *b*. *Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἐξαρθρημάτων ἄρθρων*. *Eiusdem de articulorum luxa-*

xationibus. Inc. Τὸν περὶ τῶν ἐξαρθρημάτων λόγον. Def. ποιεῖσθαι χειρισμόν. Est Caput XLII. Libri VI. quod in impressis inscribitur περὶ καύσεως μασχαλῶν, vel μασχάλης, loco motum, & ob rei cognationem huic de luxato humero Capiti adiunctum a Collectore Niceta, ut videtur.

XLVIII. pag. 262. Γαληνοῦ περὶ ὀστῶν τοῖς εἰσαγομένοις. *Galeni de ossibus ad tyrones*. Inc. Τῶν ὀστῶν ἕκαστον. Def. οὐκ ἀνάγκη νῦν λέγεσθαι. Cit. edit. Tom. IV. pag. 9. Galeni libellus de ossibus, usque ad numerum CCCLXXXV. prodiit primum Latine Romae impressus A. MDXXXV. interprete Ferdinando Balamio Siculo, qui de eo sic praefatur: *Exstant Galeni de anatome libri IX. deerat cum nonnullis aliis de ossibus liber, quumque superioribus mensibus Florentiae in Medicea Bibliotheca plures de luxationibus, deque aliis, quae ad rem chirurgicam faciunt reperirentur auctores, uno contenti Codice, eoque vetustissimo, hunc negligenter scriptum multisque mendis, & temporum iniuria depravatum Clemens VII. Pont. Max. Iano Lascari viro doctissimo tradidit, qui ut iam pridem hunc librum e Graeciae ruinis servaverat, sic summo cum studio curaque innumeris purgatum vitiis in pristinam prope formam eum restituit. Inter eos auctores Galenus de ossibus inerat, quem quum a plerisque Clemens desiderari animadverteret, mihi praecepit, ut illum ad studiosorum usum transferrem*. Quae Balamii verba eo libentius retuli, quod fuerint ab omnibus, qui eius interpretationem denuo ediderunt praetermissa, tum quod praeclarum de nostro Codice testimonium contineant. Graecam editionem antiquiorem non vidi ea, quam ab exemplari Venetiis descripto a Martino Gregorio fieri curavit Iacobus Sylvius Paris. A. MDXLIII. ex officina Vascosani in 4. indictam Fabricio B. G. Vol. III. p. 542. Addenda est recensitis ibi & alia Latina Parisiensis An. MDLXI. in 8. cum Commentario Sylvii.

IL. pag. 275. Ῥούφου Ἐφεσίου ὀνομασίαι τῶν κατὰ ἄνθρωπον. *Rufi Ephesii corporis humani partium appellationes*. Inc. Τί πρῶτον ἔμαθες. Def. ὀλίγα παροφθέντα.

L. p. 283. *b*. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ὀστῶν. *Eiusdem de ossibus*. Inc. Ἐπειδὴ τὴν ἐντοσθίδιον, κ. λ. Def. ἡ τῶν ὀστέων θέσις. Prodiere hi duo Rufi libelli primum Latine Venetiis A. MDLII. Iunio Paullo Crasso interprete, additi Aretaeo; Graece vero Parisiis MDLIV. Primus hic respondet ei, qui Crasso item primus est, alter vero hic inscriptus περὶ ὀστῶν, illi est tertius; noster enim Codex non habet neque alterum librum primum, neque secundum, quos reperio & in illa Crassi, & in Henrici Stephani editione Medicae Artis Principum A. MDLXVII. Vol. I. a col. 111. ad 119. & in Graeca & Lat. Clinchii Londini MDCCXXVI. τῶν Ῥούφου ἁπάντων, a p. 46. ad 65.

LI. pag. 285. Γαληνοῦ περὶ ἐπιδέσμων. *Galeni de Fasciis* Liber. Inc. Οὐκ ἀσκόπως. Def. τὰς ἑτέρας ἐπὶ τὴν ζώνην ἄγοντες καὶ διεκβάλλοντες ἀμματίζομεν. Galeni haec omnia de fasciis usque ad numerum CCCCXCVI. edita fuere primum Latine Parisiis a Vidio A. MDXLIV. in Chirurgia e Graeco in Latinum conversa a p. 415. ad 466. desumta e libro Ms. quem Cardinalis Rodulphus Regi Galliarum Francisco miserat, non alibi, ut ille opinabatur reperienda. Graeca demum protulit Charterii editio Paris. citata T. XII. a p. 469. ad 499. ibique ab interpretatione Vidii, & a scriptura nostri Codicis non parum differunt.

LII. pag. 299. *b*. Σχόλια σὺν Θεῷ εἰς τὰ περὶ ἀγμῶν, Παλλαδίου. *Palladii explicationes favente Deo in libros* (Hippocratis) *de fracturis*. Inc. Τὰ εἰωθότα. Def. σὺν Θεῷ ἡ θεωρία. Haec Palladii scholia edita primum fuere a Foesio Graec. & Lat. Francofurti A. MDXCV. ad calcem sectionis VI. Operum Hippocratis Vol. I. a p. 917. ad 933. Habuerat illa e Bibliotheca Medicea Parisiensi descripta a Petro Laphileo, ac Latina facta brevibusque notis illustrata a Iacobo Santalbino. Occurrunt & in repetitis Foesii editionibus, & in Charterii T. XII. a pag. 270. ad 286. Palladii huius Medici σοφιστοῦ, idest professoris vel magistri, quo nomine sequiori aetate artifices doctrina & eloquentia insignes ornari mos fuit, scripta quaedam alia recensentur a Fabricio B. G. Vol. IX. p. 10. quorum vetera exemplaria occurrunt quoque in Medicea nostra Bibliotheca; suntque ibi praeterea non memorata illi Γαληνοῦ τοῦ περὶ αἱρέσεων σχόλια ἀπὸ φωνῆς Παλλαδίου, *In Galeni librum de sectis enarrationes dictatae a Palladio*, huius Plutei Cod. XI.

LIII. pag. 312. Γαληνοῦ εἰς τὸ περὶ ἄρθρων. *Galeni in Librum de articulis Commentariorum Libri IV.* Liber I. inc. Ὅτι μὲν τὸ βιβλίον. Def. σχῆμα μεταβησόμεθα. Tom. cit. a pag. 287. ad pag. 329. Liber II. pag. 335. inc. Γνάθος δὲ ὀλίγοισιν, κ. λ. Def. τοιοῦτό γέ τι συμβαίνει διήγηται. Ibidem a pag. 332. ubi incipit Hippocratis Textus IV. ad pag. 392. diversa enim in Codice fit Commentariorum divisio ab illa, quae exstat in editione. Liber III. pag. 364. inc. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα. Def. οὐκ ὀλίγας. Ibid. a pag. 392. ad pag. 428. Liber IV. pag. 384. *b*. inc. Ἔτι δὲ ἔνια τῶν ἐκ γενεῆς γενομένων, κ. λ. Def. ἐδήλωσέ τις σχοίνια. Ibid. a pag. 429. ad p. 465. Quatuor Galeni Commentarii in librum Hippocratis de articulis Graece primum editi Venetiis A. MDXXV. Part. V. a p. 269. ad 304. deinde Basileae A. MDXXXVIII. Part. V. a p. 578. ad 661. Latine Parisiis MDXLIV. interprete Vidio a p. 215. ad 342. linearibus aliquot picturis aucti.

Codex Graecus membranaceus Ms. in folio insignis, Saeculi XI. litteris colligatis, rotundis, concinnis, cum picturis coloratis, & alicubi auro illitis, non prorsus ineleganti-bus. Constat foliis scriptis 405. Huius autem celeberrimi Codicis marginem aliquantulo ampliorem olim fuisse patet; extremae enim lit-

litterae alicubi abscissae apparent scholiorum, quae ab ipso Collectore Niceta esse videntur, non inutilia, & emendate scripta. Resecti deinde marginis limbus inauratus fuit, idque antiquitus, nam aurum obductum paene evanuit vetustate. In omnium postrema pagina, cuius dimidia fere pars dilacerata periit, leguntur quaedam verborum reliquiae intricato & continuo fere litterarum ductu, qualia sunt quae *μονοκονδύλια* vocant antiquarii. Ea vero sine magno periculo sic legi & suppleri posse laudatus Cocchius autumavit: Τὸ *παρὸν βιβλίον ὑπάρχει τοῦ ἰατρείου τοῦ νοσοκομείου τῶν μʹ. μαρτύρων· ἔχει δὲ φύλλα τετρακόσια εἴκοσι πέντε μηνὶ Μαΐῳ ἰνδικτιῶνος ἕκτης*. *Praesens liber est scholae, vel officinae medicae Nosocomei XL. Martyrum. Habet vero folia quadringenta viginti quinque mense Maio indictionis sextae*. Publicum Valetudinarium ad templum XL. Martyrum *Νοσοκομεῖον κατὰ τὸν νεὼν τῶν τεσσαράκοντα μαρτύρων* confectum ab Isaacio Angelo Imp. anno circiter MCXC. ex aedibus regiis, quas excitarat Andronicus, memorat Nicetas Choniates historiae Byz. Lib. XVII. quod huic inscriptioni omnium optime convenit eorum, quae Constantinopoli fuisse patet. Vnde vel extremo saeculo XII. vel ineunte XIII. litteras illas scriptas fuisse coniicimus, quando Codex adhuc integer erat, necdum viginti illa folia amiserat, quibus Hippocratis duo libelli continebantur, ut supra innuimus pag. 84. §. VI. In eadem enim extrema Codicis pagina, recentiori manu, sed quae tamen videtur esse saeculi XIV. adscriptum est: Ηʹ *παροῦσα βίβλος ἔχει φύλλα υγʹ*. *Hic liber habet folia CCCCIII*. licet sint revera CCCCV. Hinc patet illud nostro Codici infortunium antea contigisse, quod confirmatur notis etiam numerorum barbaricis cuique folio iamdudum adscriptis, eumdemque terminum non excedentibus. Codicis vero scripturae specimen una cum postremae paginae inscriptione modo relata, graphice delineatum exhibet idem Cocchius in cit. Florent. edit. prolegomenis.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΦΟΡΙΣΜΟΥΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ.

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS.

Ac praeterea

In eiusdem Prognostica Commentarius

COD. VIII. I. pag. 1. GAleni in Hippocratis Aphorismos Commentariorum Libri VII. quibus haec praecurrit de Galeno notitia: *Γαληνος Περγαμηνὸς γέγονεν ἐπὶ Μάρκου καὶ Περτίνακος τῶν Καισάρων ἐν Ῥώμῃ, υἱὸς Νίκωνος γεωμέτρου καὶ ἀρχιτέκτονος, συντεταχὼς βιβλία πολλὰ ἰατρικὰ, φιλόσοφα ϗ ῥητορικά*. *Galenus Pergamenus vixit sub Marco & Pertinace Caesaribus Romae, filius Niconis geometrae & architecti, qui libros multos medicos, philosophicos & rhetoricos composuit*. Libri I. Aphorismus primus inc. Ὁ *βίος κ. λ.* Commentarius inc. Ὅ*τι μὲν οὖτος*. Liber VII. des. *τὸ τοιοῦτον νόσημα*. Subiicitur: *Τέλος τῆς Γαληνοῦ ἐξηγήσεως τῆς εἰς τοὺς Ἱπποκράτους ἀφορισμούς. Θεοῦ τὸ δῶρον, ἠδὲ Καίσαρος πόνος τοῦ στρατηγοῦ*. *Finis Galeni in Hippocratis Aphorismos Commentarii, Dei donum, & Caesaris Strategi labor*. Exstat hic Commentarius una cum Aphorismis in edit. cit. Tom. IX. Part. II. a pag. 1. ad pag. 338.

II pag. 173. *Eiusdem in Hippocratis Prognostica Commentariorum Libri III.* Prima Hippocratis Sententia Libri I. inc. Τὸν *ἰητρὸν κ. λ.* Commentarius inc. Ὅ*τι μὲν οὖν ἀντι, κ. λ.* Liber Commentariorum tertius des. *ὅρον θέμενος*. Ibid. Tom. VIII. a pag. 583. ad pag. 691. Notandum, Librum II. desinere in verbis *ὑπὸ μεγέθους τῶν πυρετῶν ϗ τῆς ὀδύνης*, quae incidunt in pag. 658. circa medium. Hippocratis Textum a Galeni Commentario rubra scriptura distinguit.

Codex Graecus membranaceus Ms. in fol. Saeculi XV. nitidissimus, cuius prima pagina auro variisque coloribus depicta est, ac stemmate & emblemate *semper* Cosmi Medicei insignita. Constat foliis scriptis 246.

ΓΑΛΗΝΟΣ ΠΕΡΙ ΧΡΕΙΑΣ ΤΩΝ ΕΝ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΣΩΜΑΤΙ ΜΟΡΙΩΝ.

GALENVS DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI.

COD. IX. COntinet hic Codex *Galeni de usu partium corporis humani Libros XVII.* quales habentur in cit. edit. Tom. IV. a pag. 284. ad pag. 704. Clauditur autem in Codice Tractatus iste sequenti Epigrammate elegiaco, instar tamen solutae orationis exarato:

Ἥδε βίβλος σύμπασα Γαληνοῦ δείκνυσι τέχνην
Παισὶν ἰητήρων ἀτρεκέεσσι λόγοις.
Τῇδε γὰρ ἐν μιᾷ ἑπτά τε ϗ δέκα γράμματα τάξας,
Τοῖσιν ὑπεξέθετο χρείαν ὅλων μορίων.
Καὶ μὴν εὐφρονέων τις ἀγαθὰ δαίδαλα ἔργα
Τῆσδε μαθὼν ὅσσα πλέξε φύσηϊ Θεός.
Totum hoc volumen Galeni explicat artem
Filiis medicorum sermonibus veris.
Hoc enim in uno septem & decem libros comprehendens
Exposuit hisce usum singularum partium.
Ac profecto bene sapit qui optima artificiosa opera
Edidicit, quaecumque Deus naturae intexuit.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XIV. charactere lectu valde difficili. Constat foliis scriptis 352.

ΓΑ-

ΓΑΛΗΝΟΥ ΑΝΑΤΟΜΙΚΟΙ ΕΓΧΕΙΡΗΣΕΙΣ.

GALENI ANATOMICAE AGGRESSIONES.

Ac praeterea

Alexandri Tralliani de dignoſcendis & curandis corporis humani morbis Libri XII. Rhazei de peſtilentiali morbo Liber, & Anonymi varia.

COD. X. I. pag. 1. ΑΡχὴ σὺν Θεῷ τῆς παρέσης τριβίβλε. τὴν μὲν πρώτην νόει μοι Διοσκορίδες. τὴν δὲ δευτέραν Γαληνοῦ τοῦ πανσόφε, τὴν δ' αὖγε τρίτην Ιωάννε τοῦ πάνυ τοῦ Δαμασκηνοῦ ϗ θείε διδασκάλε. *Initium cum Deo praeſentis Tribibli: primum librum ſcias eſſe Dioſcoridis, alterum Galeni ſapientiſſimi, tertium vero Ioannis magni Damaſceni ac divini magiſtri*. Tum ſubiicitur Index valde longus argumentorum Capitum, quae in ſingulis iſtis Libris pertractantur: quorum magna pars ob Codicem madore corruptum intercidit; progreditur autem uſque ad p. 13.

II pag. 13. Γαληνοῦ ἐκ τῶν ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων βιβλία ϛ'. ἐν πρώτης (ſic). *Galeni ex anatomicis adminiſtrationibus Libri VI.* Inc. Εκάςῳ τῶν ζώων ἡ φύσις τὸ σῶμα παρεσκεύασεν, κ. λ. Deſ. ἢ τῶν νεφρῶν, ἢ τῶν οὐρητήρων.

III. pag. 27. Περὶ ἁπλῶν φαρμάκων βιβλίον πρῶτον. *De ſimplicibus medicamentis Liber I.* forte eiuſdem Galeni, nam expunctum fuit prorſus auctoris nomen, quod praedictis verbis praevium erat. Inc. Τῶν ἁπλῶν φαρμάκων παράδοσις, ὦ τιμιώτατε Ανδρόμαχε. Deſ. ἐπίπλασσε κατὰ τὸν πονῦντα ὀδόντα, καὶ ἀεὶ Θεῷ, κ. λ. Pag. 66. *b.* leguntur haec verba rubris litteris exarata: ὅσα διὰ πεῖραν ἡμῖν, ὦ φίλτατε Ανδρόμαχε . . . . . (1) ἀπεςάλκαμέν σοι, ϐ νῦν δόξα σοι Χ . . . .

IV. pag. 82. *b.* Βιβλίον δεύτερον τοῦ Γαληνοῦ. *Galeni Liber II.* Inc. Επιμελέμενοι τῆς σῆς . . . . ἁγίας, ὦ βασιλεῦ, ϗ αὐτῆς φροντίδα, κ. λ. Definit imperfecte in verbis: πολλὰς αἰτίας . . . . ; ubi notandum, Codicem huc uſque foede mutilum ac depravatum eſſe, ita ut in ſingulis ferme paginis multa perierint. Haec autem Galeni Opera in cit. edit. non reperimus, quum excerpta quaedam ſint, non ex eius tantum, ſed & aliorum Libris deſumta.

V. pag. 86. Αλεξάνδρε Τραλλιανοῦ κόνδιξ α'. *Alexandri Tralliani Liber I.* ſeu *de dignoſcendis & curandis morbis & adfectibus corporis humani* Opus, in XII. Libros diviſum. Liber I. cui praecedit Tabula Capitum LXXXIX. (quemadmodum & reliquis omnibus) ac praeterea alius Index argumentorum, de quibus unuſquiſque Liber agit, inc. Η ἀλωπεκία πάθος ἐςὶ τριχῶν, κ. λ. Deſ. τὸν κάμνοντα. Concordat cum editione Gr. Lat. Baſil. per Henricum Petrum MDLVI. in 8. a pag. 1. ad p. 117.

VI. pag. 120. *b.* Liber II. Capita continens LXXXIII. inc. Ηδη μὲν οὖν ἐν ἄλλοις. Deſ. ϗ θαυμάσεις, Ibid. a pag. 122. ad pag. 162.

VII. pag. 140. Liber III. Capitibus conſtans LXIX. inc. Η ἀκοὴ πολλοῖς κ. λ. Deſ. τὰ προσδοκώμενα. Ibid. a pag. 166. ad pag. 191. Brevior eſt hic Liber in Codice, quam in editione; poſtrema enim verba pertinent ad Caput VI. *de ſurditate*.

VIII. pag. 156. *b* Liber IV. Capita complectens XXXV. inc. Τὸ τῆς συνάγχης πάθος. Deſ. οὐδὲν βλαβήσονται. Ibid. a pag. 219. ad pag. 235. Longior eſt in Codice, quam in edit. heic enim redditur totum Caput VII. ſuperioris Libri, quod eſt *de parotidibus*.

IX. pag. 171. Liber V. cuius Capita ſunt XXXIV. inc. Η βὴξ, ἐςὶ σύμπτωμα. Deſ. πλάσας ὀροβιαῖα. Ibid. a pag. 238. ad pag. 265.

X. pag. 283. *b.* Liber VI. Capita continens V. inc. Πλευρῖτις. Deſ. τὴν κάθαρσιν. Ibid. a pag. 266. ad pag. 278.

XI. pag. 191. Liber VII. Capitibus conſtans CXLV. inc. Οὐκ οἶδα πάθος. Deſ. δὸς πίνειν, καὶ θαυμάσεις. Ibid. a pag. 285. ad pag. 413. in hoc enim Libro comprehenduntur etiam prima quatuor Capita ſequentis Libri, in quibus *de iecoris morbis* agitur.

XII. pag. 232. Liber VIII. Capita continet XXXVI. & inc. Ο ὕδερος ἔν τί ἐςι ϗ αὐτὸς τῶν χρονίων, κ. λ. Deſ. ϗ τὸ φυσῶδες πνεῦμα διαφορεῖσθαι. Ibid. a pag. 512. ad pag. 559. (per errorem 585.) & eſt Liber IX. in editione.

XIII. pag. 250. Liber IX. Capitibus conſtans LI. inc. Δεινόν τι πάθος. Deſ. κοχλιαρίε τὸ ἥμισυ. Ibid. a pag. 560. ad pag. 594. & eſt Liber X.

XIV. pag. 264. Liber X. Capita continens XXXII. inc. Δυσεντερικὲς ἐκείνες εἰώθασιν. Deſ. ἐπὶ τῶν πεπονθότων μορίων. Continet autem totum Caput IX. Libri VIII. quod *De dyſenteria* inſcribitur, & habetur ibidem a pag. 454. ad pag. 472. ac praeterea περὶ παρέσεως, ſeu παραλύσεως Tractatum in varia diſtinctum Capita, qui quo loco editionis habeatur, nondum comperimus.

XV. pag. 273. *b.* Liber XI. Capita continens LXV. inc. Το τῆς ποδάγρας πάθος. Deſ. οἴνε παλαιῦ, ϗ χρῶ. Ibid. a pag. 598. ad p. 659.

XVI. pag. 296. *b.* Liber XII. Capita complectens CXIII. inc. Αἰτήσαντί σοι. Deſ. περὶ τῶν πυρετῶν πρὸς θεραπείαν ἡγέμενοι. Ibid. a pag. 666. ad pag. 781. Hoc Tralliani Opus varie diviſum legitur, in veteri nimirum verſione Latina in Libros tres, in edit. Torini in Libros V. in aliis Graecis, Latinis, & Graecolatinis in Libros XII. de quibus vide Fabric. B. G. Vol. XII. pag. 597.

XVII.

(1) Vbi puncta illa appoſuimus, ſcias ob dimidium ferme lineae prorſus humore corruptum, verba evanuiſſe.

XVII. pag. 330. Adnectuntur verbis mox relatis, in quibus desinit in editione Liber Alexandri Tralliani duodecimus, brevia quaedam Capita, varia curationum genera pro diversis morbis continentia, quorum primum est Περὶ πόνου ὀφθαλμοῦ, εἰ τριςῇ. Vltimum Πρὸς τὸ διῶξαι μάγια: Tum a pag. 335. ad pag. 345. varia unctionum genera, auctoris Anonymi, quarum prima est, Α'λοιφὴ ἐξ ἐναντίω φλέγματος ἁλμυροῦ, κ. λ.

XVIII. pag. 345. *b.* Ρ'αζῆ θαυμαςοῦ ἰατροῦ λόγος περὶ λοιμικῆς ἐξελληνισθεὶς ἀπὸ τῆς Σύρων διαλέκτυ πρὸς τὴν ἡμετέραν. *Rhazei admirabilis medici de pestilentiali morbo Liber e Syrorum lingua in Graecam translatus.* Praecedit Graeci interpretis Praefatio, cuius initium: Ο'τι μὲν οὐδέν τι τῶν συνιςώντων τὴν ἰατρικὴν τέχνην, κ. λ. Def. ἐμπίπτυσι τῷ τοιῦτῳ νοσήματι. In hac ait Interpres, hunc in se laborem suscepisse iussu Imperatoris (forte Constantini Ducae) quoniam Galenus argumentum hoc in scriptis suis tractare neglexisset. In XV. autem sectiones, quas λόγυς appellat, totus hic Tractatus divisus est, quarum argumenta in eadem Praefatione recensentur. Prima sectio pag. 346. inc. Α'λίσκονται σχεδὸν πάντες ἄνθρωποι, κ. λ. Desinit in primis verbis sectionis octavae, quae sunt: εἶθ' ὕτω τοῦ λαιμοῦ ϰ̀ τῆς ῥινὸς, ὡς ἐγὼ λέξω νῦν . . . . Reliqua desiderantur. Prodiit autem hic Liber Graece versus una cum Praefatione Graeci Interpretis ad calcem Alexandri Tralliani, curante Iacobo Goupylo Paris. anno MDXLVIII. fol. typis Regiis apud Rob. Stephanum. Vltima autem verba, quae retulimus, incidunt in pag. 252. lin. 34. Vide Fabric. B. G. Vol. XII. pag. 692. ubi scriptorum huius Medici Latinas versiones & editiones plures enumerat.

XIX. pag. 351. Vltimum Caput huius Voluminis continet varia mensurarum genera, atque explicationes notarum, quibus ipsae designantur, quaeque apud medicos in usu solent esse. Interim notandum, huic describendo Codici a pag. 86. deinceps operam navasse plures Monachos, quorum nomina in calce primi folii singulorum quaternionum adnotata sunt, hoc ordine. Primos quaterniones quatuor exscripsit Τζυκάν. (superscr. δλ.) (1) Quintus & sextus sunt τοῦ Καβασίλα κυρίυ Νείλου. Septimus & octavus τοῦ Ι'ακώβυ. Nonum & decimum exaravit ὁ Καβασίλας κύριος Θεόδωρος. Vndecimum, duodecimum, & decimumtertium ὁ Χαρσιανίτης (2). Decimumquartum, & decimumquintum ὁ πάπας κύριος Νικόλαος. Decimumsextum ὁ Σίγηρος. Decimum septimum ὁ Πόθος (3). Decimum octavum, & decimum nonum ὁ πάπας κύριος Μαλαχίας. Vigesimum, & vigesimum primum ὁ πάπας κύριος Νεόφυτος. Sequentes quatuor ὁ Η'γύμενος. Vigesimum sextum ὁ Γλυκύς. Vigesimum septimum ὁ Σοφιανός. Duos sequentes ὁ κύριος Λουκᾶς. Trigesimum, & trigesimum primum iterum ὁ Γλυκύς. Trigesimum secundum, & trigesimum tertium ὁ Βαλσαμών. Trigesimum quartum, & quintum ὁ Α'γγελος. Vltimum tandem ὁ Κρατερός.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XIV. miserrimum in modum in primis 85. foliis detruncatus. Constat foliis scriptis 351.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΑΦΟΡΙΣΜΟΙ ΜΕΤΑ ΕΞΗΓΗΣΕΩΣ ΑΝΩΝΥΜΟΥ.

HIPPOCRATIS APHORISMI CVM EXPOSITIONE INCERTI AVCTORIS.

Adde etiam

Alia eiusdem Hippocratis, Theophili, Severiani, Galeni, Palladii, & Anonymi Opera Medica.

I pag. 1. MVtilus est initio Codex, ac propterea primus Tractatus Commentarium continens in Hippocratis Aphorismos, ἀκέφαλος est, & ἀδέσποτος. Nos tamen in eius auctore pervestigando non mediocri diligentia adhibita, comperimus ad Theophilum medicum protospatharium, qui circa Heraclii Imperatoris tempora claruit, pertinere. Ex septem igitur sectionibus, in quas Commentarius iste tribuitur, desideratur prima integra, & magna pars secundae, nimirum usque ad verba . . . . τέοντι μηδὲν ἐπιδιδόναι τὸ σῶμα μοχθηρὸν, κ. λ. unde incipit prima Codicis pagina, quaeque postrema sunt Aphorismi XXXI. sectionis II. & incidunt in cit. Operum Galeni edit. Paris. Tom. IX. Part. II. pag. 73. Desinit ultima sectio: καὶ τὸ ἐναντίον τοῦ ἐναντίου παντὸς ἴαμα, quae pertinent ad explanationem Aphorismi LIV. ut enim recte animadvertit Fabricius Bibl. Graec. Vol. XII. pag. 649. in not. Aphorismos XXV. postremos sectionis VII. sine interpretatione omisit Theophilus. Clauditur vero hisce verbis: Τέλος σὺν Θεῷ τῆς συνόψεως τῶν σχολίων τῶν εἰς τὺς Ι'πποκράτους ἀφορισμύς. Integrum hoc ὑπόμνημα Theophili occurrit inferius in Codice IX. Plut. LXXXVI. ubi pluribus de ipso differemus. Interim adnotandum, fragmentum illud secundae sectionis, quod in hoc superest, collatum cum exemplari dicti Codicis IX. plurimum ab illo diversum, contra vero reliquarum quinque sectionum initia & fines in utroque penitus similia nos comperisse. COD. XI.

II. pag. 129. Occurrunt quaedam, ut videntur *Dialectica Capita*, nimirum περὶ προσώπου, περὶ ἐνυποςάτου, περὶ ἀνυποςάτου, περὶ οὐσίας, περὶ φύσεως καὶ μορφῆς, κ. τ. λ. quae unde sint decerpta, prorsus ignoramus. Inc. Πρόσωπόν ἐςι τὸ διὰ τῶν οἰκείων ἐνεργημάτων, κ. λ. Def. εἰσὶ τὰ χαρακτηρίζοντα τὴν ὑπόςασιν. In sequenti vero pagina

(1) Vnde legat *Tzicandes* Montfaucon. nescio. (2) Idem legit *Chassianites*. (3) Idem legit *Pothiams*.

131. redeunt alia pauca fragmenta, ut videntur ex Hippocratis Aphorismis; clauduntur enim hac subscriptione: Τέλος τῶν ἀφορισμῶν τῶν ἑπτὰ τμημάτων Ἱπποκράτους Κώου.

III. p. 131. *b.* Θεοφίλου περὶ οὔρων, ποσαχῶς τὸ οὖρον, τί ἐστιν οὖρον; *Theophili de urinis; quotuplex sit urina, & quid?* Inc. Οὖρόν ἐστι τὸ περιήθημα τοῦ αἵματος: τοῦτο δὲ ἄλλοι ὀρῶδες περίττωμα, κ. λ. Des. κοινῶς ἐρυθρὸν, ἀλλὰ ἰχωροειδ . . . . . Diversus est hic Tractatus ab illo, qui de hoc argumento sub nomine *Theophili iatrosophistae* habetur in cit. Galeni Operum edit. Tom. VIII. pag. 359. Vide plura de hoc Theophili Opusculo apud Fabric. Bibl. Graec. Vol. cit. pag. 649. seqq.

IV. pag. 148. *b. Hippocratis Vita*. Inc. Ἱπποκράτης ὁ ἰατρὸς τῷ γένει μὲν ἐστι Δωριεὺς, πόλεως δὲ Κώου. Des. καὶ τῇ τῆς τέχνης ἀρετῇ. Haec Vita ab edita in principio Operum Hippocratis & Galeni edit. Charterianae diversa est, & ex ipsa, ut videtur, contracta.

V. pag. 149. Excerptum *de Febribus*. Inc. Ἰστέον, ὅτι ῥίγη εἰσὶν ἕξ, τριταῖος, κ. λ. Des. μόνος δὲ ὁ διπλοῦς τριταῖος φυλάττει τεταγμένην ὥραν. Tum quaedam breves definitiones διαῤῥοίας, & ἐρυσιπέλατος &c.

VI. pag. 150. Ὁρισμοὶ Σευηριανοῦ. *Definitiones Severiani*. Prima est: Τί Θεὸς ὄνομα κυρίως; οὐσίας θείας κατανόησις. Vltima vero: Τί φρήν; ἐνέργεια ψυχῆς πρός τι τῶν ὄντων ἀκολούθως φερομένη. Cuinam ex pluribus illis, quorum notitiam adfert in Bibl. Graec. Fabricius, huiusce nominis scriptoribus adscribendae sint, adhuc compertum mihi non est.

VII. pag. ead. *b.* Περὶ διαφορᾶς πυρετῶν. *De differentia febrium*, Anonymi Tractatus. Inc. Σκοπὸν ἔχομεν ἐν τῷ παρόντι συγγράμματι. Des. ἐν οἷς αἱ διαφοραὶ τῶν πυρετῶν.

VIII. pag. 163. Ἐκ τοῦ σοφωτάτου Γαληνοῦ περὶ τύπων. *Ex sapientissimo Galeno de typis, seu formis morborum* Libellus. Inc. Πολλῶν δὴ πλατύτερον. Des. κύκλος ὁμοίως. Incidit in cit. edit. Tom. VII. pag. 152.

IX. pag. 171. *Hippocratis Prognosticorum Libri III.* quorum primus inc. Τὸν ἰητρὸν δοκέει μοι ἄριστον εἶναι πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν, κ. λ. Liber III. des. σημείοισιν. Exstant cit. edit. Tom. VIII. a pag. 583. ad pag. 691. cum Galeni in ipsos Commentariis. In Codice tamen solus Hippocratis textus habetur: unde errat Montfauconius in suo Catalogo, ubi ait, in hoc Codice exstare *Hippocratis Praenotiones cum Commentariis*, sequentia fortasse Palladii scholia in Librum Galeni *de sectis* perperam cum hoc Hippocratis Opere confundens.

X. pag. 200. Γαληνοῦ τοῦ περὶ αἱρέσεως σχόλια ἀπὸ φωνῆς Παλλαδίου. *In Galeni Librum de sectis scholia excepta ab ore Palladii*. Textus Galeni inc. Τῆς ἰατρικῆς τέχνης, κ. λ. Scholia inc. Ὑπὸ τριῶν γενικωτάτων δυνάμεων διοικεῖται τὸ ἡμέτερον σῶμα, κ. λ. Des. παροξύνετο, τί οὖν τοῦτο; ἔχεις ἐνταῦθα ἐη . . . . . Reliqua mutilato Codice desiderantur. Galeni Liber *de sectis*, exstat cit. edit. Tom. II. pag. 286. Palladii vero Commentarius a Fabricio Bibl. Gr. Vol. IX. pag. 12. ubi alia eius scripta recenset, tam edita, quam inedita, silentio praetermittitur, ut innuimus etiam supra pag. 92. sub finem §. LII.

Codex Graecus bombycinus Ms. in 8. minori, Saeculi XIII. initio ac fine mutilus, vetustate valde consumtus, ac scriptoris manum non satis peritam redolens. Constat foliis scriptis 242.

ΤΙΝΑ ΕΚ ΤΟΥ Β΄ ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΘ΄ ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΝ ΚΑΙ ΠΛΑΤΩΝΑ ΔΟΓΜΑΤΩΝ ΓΑΛΗΝΟΥ.

QVAEDAM EX II. DE PLACITIS HIPPOCRATIS ET PLATONIS GALENI.

Seu potius

Galeni, Xenophontis, & Porphyrii Excerpta varia, ac Lysiae Orationes aliquot.

I. pag. 1. EXcerpta quaedam occurrunt *e Galeni Libris IX. de Placitis Hippocratis & Platonis*; quorum primum, quod est ex Libro II. inc. Εἰ γὰρ ἐν τῷ διανοεῖσθαί τε καὶ μανθάνειν, κ. λ. Vltimum, quod est ex Libro IX. des. καὶ ὡς κατὰ τὰ θνητὰ τῶν ζώων ἐνεργοῦσι μόνον. COD. XII.

II. pag. 20. Alia Excerpta ex *eius Therapeutices*, sive *curandi methodi* Libro I. II. VII. IX. XII. & XIII. Primum, cui titulus: Ταῦτα γράφει μὲν Γαληνὸς ἐν α΄ τῆς θεραπευτικῆς εἰς Θεσσαλόν τινα, Ἱπποκράτους κατήγορον· οἰκειότατα δὲ λέγοιτ' ἂν καὶ εἰς Χερέργιον τοῦ Πλάτωνος ὑβριστήν. Inc. Ἀλλ' ἴσως ἠσθένησε τοῦτ' αὐτὸ, κ. λ. Vltimum des. περὶ τὰ κατὰ μέρος.

III. pag. 26. *Alia ex eius Libro XI. XIV. & XVII. de usu partium corporis humani*, quorum primum inc. Ἀρ' ὧν προσέταξε ταύταις, κ. λ. Vltimum des. ἐν τοῖς ἀξιολόγοις.

IV. pag. 28. Aliud brevissimum fragmentum ex Libro *de tremitu & rigore*.

V. pag. ead. *Philostrati ex Vitae Apollonii Libro VIII.*

VI. pag. ead. *b. Galeni ex Commentariis in Hippocratem de natura hominis* particula quaedam; quorum omnium, quum brevissima sint, initium ac finem adferre supervacaneum duximus.

VII. pag. ead. Σύνοψις τοῦ περὶ ἐμφύτου πνεύματος Ἀριστοτέλους. *Compendium Aristotelis libelli de spiritu animali*. Inc. Ἐπειδὴ δὲ τρεῖς αἱ κινήσεις. Des. καὶ οὐ καθαρόν τι καὶ ἀμιγές.

VIII. pag. 29. *b.* Aliud Galeni breve fragmentum *ex Libro II. de diebus utilibus*.

IX. pag. 30. Xenophontis brevissima quaedam Excerpta *ex IV. & V. Libro eius Cyropaediae*.

X.

X. pag. ead. Ex quarto Porphyrii Libro περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, *de abstinentia ab esu carnium* Excerptum. Inc. Παρά γε μὴν τοῖς Πέρσαις, κ. λ. Des. ἐφάπτονται πάντων.

XI. pag. ead. Alia Galeni *ex primo Libro de elementis iuxta Hippocratis sententiam, & ex secundo de symptomatum caussis*.

XII. pag. 31. Occurrit Tractatus brevis ἀνεπίγραφος & ἀδέσποτος, cuius initium: Ὥςε εὐτάκτως προϊέναι τὸν λόγον μὴ λανθανέτω τὸν Πλάτωνα, κ. λ. Des. ὡς οἱ ἀντιλέγοντες οἴονται. Ad quem pertineat, nondum comperimus. Continet autem brevem quamdam enarrationem in Platonis de optimo statu reipublicae sententiam.

XIII. pag. 33. Sequuntur *Lysiae Orationes XI.* quarum prima in principio mutila incipit a verbis . . . . . ἡμῖν συνέφερε καὶ τοῖς ἐκεῖ, κ. λ quae in edit. Graec. Hanov. MDCXV. in 8. incidunt in p. 335. lin. 23. & est pars Orationis XIX, *pro Polystrato* inscriptae. Reliquae decem eaedem sunt atque illae, quae in dicta editione sequuntur a pag. 340. ad pag. 447. nimirum ab Oratione XX. usque ad XXIX. inclusive; ex quibus tamen sexta in Codice (in edit. XXIV.) mutila in fine desinit in verbis: ὥςε ἐν ὀλιγαρχίᾳ . . . . . quae in cit. edit. incidunt in pag. 396. lin. 19. quare in Codice duo folia vacua relicta sunt ad huiusmodi defectum implendum. Septima vero anepigrapha in Codice (in edit. XXV.) inc. Ἡμεῖς δὲ, ὦ ἄνδρες δικαςαὶ, δίκαιον μὲν ἡγέμεθ' εἶναι πρὸς πάντας ὑμᾶς τοὺς πολίτας ταῖς συνθήκαις ϗ τοῖς ὅρκοις ἐμμένειν· ὅμως δὲ ὅταν μὲν ἴδωμεν τὺς τῶν κακῶν αἰτίους δίκην διδόντας τῶν τότε περὶ ἡμᾶς γεγενημένων μεμνήμενοι συγγνώμην ἔχομεν· ὅταν δὲ φανεροὶ γένησθε, τοὺς μηδὲν αἰτίους ἐξ ἴσου τοῖς ἀδικοῦσι τιμωρέμενοι, τῇ αὐτῇ ψήφῳ πάντας ἡμᾶς εἰς ὑπο (sic) ἄλλος ἡγούμενος. ἀκριβῆ νῦν τὴν δοκιμασίαν, κ. λ. Ex quo patet longiorem esse in principio octo circiter versus, quam in edit. ubi incipit a verbis . . . . ἡγέμενος ἀκριβῆ, κ. λ. pag. 408. Vltima tandem, quae in edit. est XXIX. desinit in verbis, ε σαγγελίας δέχεσθαι ϗ δημεύειν . . . . . quae incidunt in pag. 458. lin. 14. Corrige Montfauconium, qui *Lysiae Orationes* innuit tantum *IX.* quum primam, utpote anepigrapham & acephalam illum effugisset, & ex VI. & VII. unam conflasset. Sub Lysiae nomine orationes olim ferebantur quadringentae & amplius, teste Plutarcho, & Photio Codice CCLXII. ex quibus genuinas CCXXX. agnoscit Dionysius Halicarnasseus in Libro de Lysia: nunc quatuor tantum & triginta supersunt, quae primum Graece prodierunt Venet. apud Aldum MDXIII. fol. cum aliis Oratoribus, tum Paris. MDLXXV. fol. tertio Graece & Latine Hanov. MDCXV. in 8. uti paullo ante diximus; quarto denique item Gr. & Lat. Marpurg. MDCLXXXIII. in 8.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saeculi XV. Constat foliis scriptis 66.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΡΓΑ.

HIPPOCRATIS OPERA.

Seu potius

Hippocratis, Ioannis Actuarii, Epicteti, Isocratis, Leonis philosophi, Phocylidis, Marci Antonini, Georgii Gemisti, Marci Eugenici, Nicephori Gregorae, Manuelis Calecae, Nicolai Cabasilae, Georgii Scholarii, Isaaci Argyri, Agapeti Diaconi, & aliorum scripta varia.

I. pag. 1. ACcuratissima Operum, quae in hoc continentur Volumine, occurrit Tabula, rubris exarata litteris, quibus etiam singulorum deinceps tituli exhibentur descripti. *COD. XIII.*

II. pag. 3. *Hippocratis Vita iuxta Soranum*, ut in Cod. I. huius Plut. § II.

III. pag. 4. *Eiusdem Iusiurandum*, ut in dicto Cod. §. III.

IV. pag. 5. *Eiusdem Aphorismi* cum commentariis & glossis interlinearibus uberrimis, auctore Anonymo. Primus Aphorismus sectionis primae inc. Ὁ βίος βραχύς. Commentarius inc. Ἡ ζωὴ ἑνὸς ἑκάςυ ὀλίγη ἐςὶ ϗ μικρὰ πρὸς τὸ ἀνελλιπῶς καταμαθεῖν τὴν ἰατρικὴν τέχνην· μεγάλη γάρ ἐςι ϗ πολλὴ, ϗ πολλοῦ ϗ χρόνου ϗ μελέτης καὶ συνασκήσεως δεομένη. ὁ δὲ καιρὸς τῶν νοσημάτων ὀξὺς, καὶ φθάνει ἀποκτείνων τὺς ἀνθρώπυς πρὶν τι ἀσφαλὲς ἐπινοηθῆναι τὸν ἰατρὸν περὶ τοῦ νοσήματος, κ. λ. Mutilus est in fine; desinit enim in Aphorismo LXIV. Libri VII. qui inc. Ἱδρὼς πολὺς θερμὸς, κ. λ. in verbis: ἐν τῷ τετάρτω τῶν ὑπομνημάτων ἕτερον ἀφορισμὸν ἐξηγησάμεθα ὕτω γεγραμμένον. Ἱδρὼς πολὺς, θερμὸς ἢ ψυχρὸς ἀεὶ ῥέων, ὁ ψυχρὸς μείζω, ὁ θερμὸς ἐλάσσω νῦσον σημαίνει. ὗτος γὖν ἐκείνῳ κατὰ πάντα ὅμοιός ἐςιν. Deinde relicta sunt folia decem vacua ad reliquum Commentariorum supplendum. Diversus omnino est Commentarius iste ab illo Galeni, uti comperimus ex ipsius Operum editione Gr. Lat. Charteriana Paris. A. MDCLXXIX. fol. quam prae manibus habuimus in Galeni Operum recensione adornanda. A Theophili quoque, seu Philothei Commentario discrepat, quem Ms. memorat Labbeus pag. 212. Bibl. Nov. Mss. quique occurrit inferius in Cod. IX. Pl. LXXXVI.

V. pag. 88. Τοῦ σοφωτάτυ ϗ λογιωτάτου πανσέμνυ σεμνοῦ τοῦ Ἀκτυαρίυ κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Ζαχαρίυ περὶ ὔρων. *Sapientissimi & eruditissimi maxime venerabilis venerabilis Actuarii D. Ioannis Zachariae de Vrinis* Tractatus Libris VII. quorum singulis Tabula argumentorum Capitum praecurrit.

Liber I. Capita continens vigintiduo & *de differentiis urinarum* agens inc. Πάλαι μὲν ἴσως φιλοτιμίας ἔργον τιθέμενος. Des. ἡμεῖς δ' ἐνταῦθα πέρας ἐπιθέντες τῷ λόγῳ, ὥσπερ ἀφ' ἑτέρας

ρας ἀρχῆς τῶν μετὰ τοῦτον λόγων ἀψώμεθα.

II. pag. 101. Περὶ ὕρων διαγνώσεως λόγος πρῶτος. *De urinarum iudiciis Liber I.* Capita continens XX. Inc. Ἐπειδὴ τὸ μανθάνειν ἐθέλειν. Des. ἀκριβῶς ἀσκεῖν προσήκει πειρᾶσθαι.

III. pag. 111. Περὶ οὔρων διαγνώσεως λόγος β'. *De urinarum iudiciis Liber II.* Capitibus constans XXVI. Inc. Τὸ διαγινώσκειν τῶν παθῶν τὰ κατέχοντα. Des. λόγοις ἀληθείας πιςέμενα.

IV. pag. 123. Περὶ αἰτίας ὔρων λόγος πρῶτος. *De urinarum caussis Liber I.* Capita complectens XXI. Inc. Ἐπειδὴ τῷ περί τινος αἱρημένῳ γράφειν ζητήματος. Des. οὐκ ἀγεννὴς ἔςαι μέθοδος.

V. pag. 139. Περὶ αἰτίας οὔρων λόγος δεύτερος. *De urinarum caussis Liber II.* Capitibus constans XX. Inc. Οἷόν τι τοῖς φιλοθεάμοσι. Des. ἐναρκτέον δὲ καὶ τοῦ περὶ προγνώσεως οὔρων.

VI. pag. 155. *b.* Περὶ προγνώσεως οὔρων λόγος α'. *De praenotionibus ex urinis Liber I.* in Capita XVIII. divisus. Inc. Ἐδόκει τισὶ τῶν τὰς διαγνώσεις, κ. λ. Des. τῆς πραγματείας σκοπήσας χρήσιμον.

VII. pag. 168. Περὶ προγνώσεως οὔρων λόγος δεύτερος. *De praenotionibus ex urinis Liber II.* cuius Capita sunt XIX. Inc. Τὸ τὴν πρόγνωσιν ἀσκεῖν τε ᾗ ἐπιτηδεύειν. Des. αὐτῶν δὲ τῶν λόγων ἀκριβής τις ἐπίσκεψις. Habentur hi septem de urinis Libri Latine editi, ac summa cura & diligentia a Iacobo Goupylo recogniti, Paris. MDLVI. in 8. apud Bernardum Turrisanum Part. I. a pag. 121. ad p. 400. quam nos editionem prae manibus habuimus. Deinde subiungitur: Τῷ Θεῷ χάρις τῷ ἀρχηγῷ καὶ τελειωτῇ τῶν καλῶν ἔργων. *Deo gratia auspici & perfectori bonorum operum.* Ioannes iste Zachariae filius, Christianus scriptor, floruit tempore Andronici Palaeologi senioris circa annum Christi MCCC. licet ab aliis tradatur vixisse A. MC. Actuarii nomen dignitatis est appellatio, medicorum propriae, de qua ita eruditissimus Cangius: Ἀκτουάριος *inter dignitates Palatinas occurrit in catalogo dignitatum Palatinarum ex Cod. Regio N. XLIX. Ea vero spectabat dumtaxat medicos &c.* Hi vero de urinis Libri VII. teste Fabric. B. G. Vol. XII. pag. 636. Graece nondum viderunt lucem. Mss. exstant in Bibl. Caesar. & Coislin. aliisque. Praeter memoratam editionem, Latine etiam, Ambrosio Leone Nolano Marini F. interprete, prodierunt Venet. apud Laur. Vitalem MDXIX. 4. Paris. MDXXII. 4. apud Sim. Colinaeum; Basil. apud Andream Cratandrum MDXXIX. 8. una cum aliorum Medicorum Opusculis, & alibi, ut videre est apud Fabric. loc. cit. Inter hunc Tractatum & sequentem folia sex vacua relicta sunt in Codice.

VI. pag. 178. Ἐξήγησις τοῦ καλουμένου ἐγχειριδίου τοῦ Ἐπικτήτου, μετατεθέντος ἐπὶ τὸ εὐσεβέςερον. *Expositio Enchiridii, ut vocant, Epicteti, in magis pium sensum translati,* auctore Anonymo. Praecedit quaedam veluti Introductio, cuius initium est: Ἐπανόρθωσίς ἐςι πασῶν τῶν τεχνῶν. Finis: οὗ ᾗ τὴν ἐξήγησιν ποιεῖσθαι νῦν πρόκειται. Expositio vero post Enchiridii verba Τῶν ὄντων τὰ μέν ἐςι, κ. λ. inc. Οὐχ ἁπλῶς ὧδε πάντων τῶν ὄντων τὴν διαίρεσιν ποιοῦνται. Des. εὑρήσεις γὰρ ἄλλου τινὸς ἐμπόδιον, σοῦ δὲ οὔ. Simile initium occurrit etiam Catalogi nostri T. II. p. 234. §. XXVI. Finis tamen diversus, quum ibi multo brevior sit Enarratio, quam in hoc, quem recensemus Codice.

Περὶ προσθέτων, ἤτοι κροκίδων (6).
Περὶ ὑποκαπνισμοῦ.
Ὑδρώτων κινητικά.
Περὶ βδέλλων ἐκ τῶν Γαληνοῦ.
Πῶς χρὴ βοηθεῖν τοῖς πίνουσι ϗ μὴ καθαιρομένοις.
Τῶν ὑπερκαθαιρομένων ἐπιμέλεια Ὀριβασίου.

IV. pag. 53. Depictum est schema, animae facultatum divisionem exhibens, & excerptum ex Theophrasto Περὶ τῶν ἐκ γῆς φυομένων. In prima autem Codicis pagina aliud legebatur Hippocratis apospasmation *de vulneribus*, & schematismus *capitis structuram* repraesentans.

Codex Graecus chartac. Ms. in 4. min. Saeculi XV. Constat fol. scriptis 53.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΘΑΙΡΟΝΤΩΝ ΦΑΡΜΑΚΩΝ.

GALENI DE PVRGANTIBVS MEDICAMENTIS.

Continet hic Codex, optimae quidem notae, sed miserrime detruncatus pluribus in locis, varia Galeni Opera, ex quibus quae temporis iniuriam evaserunt, ea sunt: COD. XXII.

I. p. 1. Γαληνοῦ περὶ τῶν καθαιρόντων φαρμάκων. *Galeni de purgantibus medicamentis*. Inc. Κατὰ τὴν αὐτήν. Des. δύναμις. Cit. edit. Tom. X. pag. 462. ubi inscribitur: Περὶ τῆς τῶν καθαιρόντων φαρμάκων δυνάμεως.

II. pag. 2. *b*. Τοῦ αὐτοῦ περὶ φλεβοτομίας θεραπευτικόν. *Eiusdem de curatione per venae sectionem*. Inc. Τοῖς περὶ φλεβοτομίας. Des. τοῦ μορίου (7) παντός. Ibid. pag. 428.

III. pag. 9. *b*. Τοῦ αὐτοῦ περὶ φλεβοτομίας. *Eiusdem de venae sectione*. Inc. Ὅτε τὸ πρῶτον. Definit imperfecte in verbis: ὡς ἐχόμενός τε περὶ τὴν ἀναγωγὴν .... Ibid. pag. 406. Vltima autem verba incidunt in p. 425. lin.

(1) Hoc Caput una cum sequenti in edit. desideratur.
(2) Est C put LXXXVIII. in edit.
(3) D est n edit
(4) Est Caput XL. in edit.

(5) Aët. Lib. III. Cap. 160.
(6) Id. Lib. III. Cap. 161.
(7) In edit. μυός.

lin. 54. Inscribitur autem hic Liber in edit. Περὶ Φλεβοτομίας πρὸς Ἐρασιςρατείυς τὺς ἐν Ῥώμῃ. Notandum praeter hunc defectum, quo huius Libri finis, & initium sequentis Operis periere, cui supplendo folia quinque vacua sunt inserta, alia etiam deesse superius inter pag. 9. & 10. & inter pag. 13. & 14.

IV. pag. 15. Sequebantur olim fortasse *Galeni de Hippocratis & Platonis placitis Libri IX.* integri; sed nunc ob Codicem male adfectum & mutilum supersunt tantummodo ea, quae sequuntur, nimirum, Libri secundi fragmentum incipiens a verbis . . . . Χρύσιππόν τε καὶ Διογένην, μεθ' οὒς οὐκ ἀναγκαῖον, κ. λ. quae incidunt in cit. edit. Tom. V. pag. 99. lin. 4. & progrediens usque ad finem: tum pag. 19. *b.* sequuntur duo fragmenta Libri III. quorum primum incipiens ab initio progreditur usque ad verba, ἔνια μὲν γὰρ αὐτῶν ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων . . . . . . quae incidunt ibid. in pag. 111. lin. penultimam: alterum a verbis . . . . . . ἥμισυ μέρος αὐτῷ τῆς βίβλυ, κ. λ. (edit. pag. 112. lin. 43.) usque ad verba τοῖς φύσει θυμικοῖς, ἔτι δὲ θη . . . . (edit. pag. 117. lin. 53.) Haec autem postrema sunt paginae 21. *b.* inter quam, & sequentem folia octo vacua sunt inserta ad defectum supplendum. In hoc igitur immani Codicis hiatu absorptus est integer Liber IV. & pars Libri V. usque ad verba, μὴ τοίνυν μηδὲ ἐπὶ τῆς ψυχῆς, κ. λ. (edit. pag. 161. lin. 16.) a quibus incipit pag. 22. progreditur autem usque ad finem Libri. Sequitur tandem pag. 28. Liber VI. qui una cum Codice definit imperfecte in verbis, ἐν πλέονι χρόνῳ φαίνεται γιγνόμενον . . . . quae incidunt in loc. cit. pag. 184. lin. 34.

Codex Graecus bombycinus Ms. in folio, Saeculi XIV. diversa manu exaratus, & miserrime pluribus in locis detruncatus, variis autem in margine notulis Latinis adspersus. Constat foliis scriptis 29.

ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΗΣ.

DIOSCORIDES.

Adde etiam

Pauca quaedam e Paullo. Aegineta, & Iulio Africano.

COD XXIII. I. pag. 1. Πεδακίου Διοσκορίδυ Ἀναζαρβέως περὶ ὕλης (supple ἰατρικῆς.) *Pedacii Dioscoridis Anazarbei de materia medica* Libri IX. quorum tamen primi quinque tantum *de materia medica* sunt, alii quatuor *de alexipharmacis & theriacis*. In primis viginti foliis praecurrit uberrimus Index Capitum, quae in Opere pertractantur, iuxta ordinem litterarum dispositus, qualis etiam occurrit in celebri editione Graeca apud Aldum Venetiis MID. in folio, quam in huius recensione Codicis prae manibus habuimus. Heic tamen propter duorum circiter foliorum iacturam in principio, tota littera A desideratur. Sequitur deinde pag. 21. Praefatio, cuius initium: Πολλῶν οὐ μόνον ἀρχαίων. Finis: ἀποτίθεσθαι. Caput I. pag. 23. inscr. Περὶ ἴριδος, & inc. Ἴρις Ἰλλυρικὴ φύλλα φέρει ὅμοια ξιφίῳ, μείζονα δὲ καὶ πλατύτερα. Caput ultimum Libri IX. est Περὶ βασιλίσκου, & des. καὶ οὗτος ὁ θηριακὸς τρόπος. Ex quo vides tam in principio, quam in fine ab editione citata aliquantum discedere; prima enim verba Capitis primi post duos circiter versus reperies in edit. Ultima vero, quae retulimus pertinent ad Cap. MXI. ac propterea in Codice desiderantur, quae in edit. sequuntur usque ad Cap. MXXVII. quaeque, uti recte admonetur in edit. dubitatur, utrum sint Dioscoridis, nam in principio Capitis MXII. quod est Περὶ χαμαιμήλυ, ita legitur: σκεπτέον δὲ εἰ ταῦτα μέχρι τέλυς ἐςὶ γνήσια. Reliquorum librorum initia & fines cum editis conferentes, omnia inter se convenire comperimus, excepto Libro I. qui desinit in verbis, καὶ ἐδώδιμον γενέσθαι, omissis nimirum Capitibus CLXXXVIII. & CLXXXIX. Liber VI. definit in verbis, ἀναγκαιότατα & γενναιότατα, duobus circiter versibus ante finem in edito. Inter pag. 196. & 197. unum folium deest in Codice, in quo finis Libri VII. & initium Libri VIII. deperiit: ille enim definit in verbis ταῖς πρώταις ἡμέραις μὴ προληφθῇ . . . . quae sunt circa medium Capitis DCCCCLXXXII. hic vero incipit a verbis . . . . καὶ ψυχρᾶς νοτίδος περίχυσις, quae sunt postrema Capitis DCCCCXCVII. Pedacius Dioscorides, secta Empiricus, patria Anazarbeus, Cilix, scripsit prius, quam Plinius historiam naturalem conderet, quamquam ipsius aetatem attigisse suspicatur Fabricius B. G. Vol. III. pag. 89. Exstant igitur eius περὶ ὕλης ἰατρικῆς, *de materia medica* libri V. ad Areum, laudati a Galeno in Praefatione Libri VI. de simplicibus medicamentis, ut omnibus eiusdem argumenti praeferat, T. II. edit. Basil. pag. 68. & in Praefat. Libri IV. de compositione medicamentorum secundum genera pag. 359. Patet etiam ex iisdem Galeni locis, libros quinque tantum Dioscoridis ipsi fuisse inspectos; neque plures umquam a Galeno, vel ab aliis veteribus allegantur. Supersunt praeterea Libri duo a Photio etiam sub Dioscoridis nomine memorati, tamquam sextus, & septimus liber de alexipharmacis & theriacis; sextus quidem περὶ φαρμάκων, ὅσα τέ ἐςι τῶν δηλητηρίων, καὶ ὅσα τῶν ἀλεξικάκων, & septimus περὶ τῶν ἰοβόλων ζώων, καὶ τῆς τῶν ἀπ' αὐτῶν πληγέντων σημειώσεως & θεραπείας. Hi porro quum in quibusdam editionibus, ut in Aldina, quam citavimus, discerpti sint in libros quatuor, novem idcirco Libri Dioscoridis numerantur. Verum an genuini Dioscoridis sint hi postremi duo, dubitari potest, quia Galenus etiam Libro de Antidotis, ubi optima erat occasio, horum non me-

meminit, sed tantum libros quinque commemorat. Itaque Praefatio ad Areum Libro sexto praemissa, videtur esse conficta iisdem fere verbis, quibus Libri quinti prologus constat, & ad eum, ut videtur, ab alio quodam, simplici imitatione expressa: neque forte lecta Photio, quia ipse librum septimum ait esse τελευταῖον τῆς ὅλης προθέσεως, quum tamen in Libri VI. praefatione legas, ἐν τούτῳ τελευταίῳ ὑπάρχοντι τῆς ὅλης πραγματείας καταλεξόμεθα περὶ τῆς τῶν ὠφελεῖν ἡμᾶς, ἢ βλάπτειν δυναμένων φαρμάκων ἐνεργείας.

II. pag. 200. *b.* Παύλου Αἰγινήτου ἰατροσοφιστοῦ κεφάλαιον κε΄ ἐκ τοῦ ἑβδόμου βιβλίου τὸ ἐπιγράφον ἐκ τῶν Γαληνοῦ περὶ ἀντεμβαλλομένων. *Paulli Aeginetae iatrosophistae Caput XXV. ex Lib. VII. inscriptum ex Galeno de succedaneis*. Inc. Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ φησίν. Des. ἀντὶ ὠκιμοειδοῦς σισύμβριον. Habes in edit. cit. a pag. 102. ad pag. 104.

III. pag. 204. Ἐκ τοῦ Ἀφρικανοῦ κεστῶν ὅπερ ἐστὶ κεστὸν ιγ΄. κεφ. κβ΄. καθαρτικὰ ἁπλᾶ. *Ex Africani Cestis Cestum XIII. Cap. XXII. de purgantibus simplicibus*. Hoc Caput quum brevissimum sit, exhibendum integrum duximus. Ita vero habet: Κυκλωμένου χυλῷ ὀμφακῷ ἐπιχρισθεὶς καθαρτικὸν εὔτονον. θερινὴ δὲ κάθαρσις ἥδε. κολόκυνθαι ἐν ὅλμῳ πτισθεῖσαι, ἐν ὀθόνῃ τὸν χυλὸν ἠθήσας ἅμα ὀλίγῳ μέλιτι συμβληθέντι πιὼν κάθηρε, ὃ καὶ χειμῶνος ἐπιεικέστερον. τεῦτλα τὰ λευκὰ καθεψήσας εἰς ἄλλο σκεῦος καινὸν καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὕδατος ἀλί τε ὀλίγῳ ποίησον ἑψῶν ἀναβράσας, καὶ τὰ μὲν προφαγεῖν ἄρτου δίχα τὰ τεῦτλα. τὸν δὲ ζωμὸν κεράσαντα πιεῖν, ἔαρί τε παραπλησίως ἀλυποτάτη κένωσις κνίκου τοῦ σπέρματος ὁ χυλὸς ὀῤῥῷ τῷ ἐκ τοῦ γάλακτος μιχθεὶς καὶ ποθείς. E Cestis petita esse, quae sub Africani nomine in Geoponicis & Hippiatricis Graecis leguntur, adserit Fabricius Bibl. Graec. Vol. V. pag. 271. ac fortasse Africanum hunc respexit Fulgentius III. 7. Mythologicon, ubi Africanum iatrosophistam laudat. Certe in Cestis ἰατρικὰς & φυσικὰς δυνάμεις atque ἰάσεις contineri iam olim Eusebius in Chron. & Suidas in Ἀφρικανὸς notarunt. De hoc Opere vide quae diximus Catalogi Tom. II. pag. 233. §. XXIV.

IV. pag. ead. Παύλου Αἰγινήτου ἰατροσοφιστοῦ ἐκ τοῦ ἑβδόμου βιβλίου περὶ τὸ τέλος κεφάλαιον κϛ΄. περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν. *Paulli Aeginetae iatrosophistae ex Lib. VII. circa finem Caput XXVI. de mensuris & ponderibus*. Inc. Ὁ σταθμὸς βάρει, κ. λ. Des. κατὰ τὴν ῥοπὴν διαφορά. In edit. cit. a pag. 304. ad pag. 305. Pars huius Capitis, alia manu recentiori, quum ultima deesset pagina, suppleta est.

Codex Graecus bombycinus Ms. in 4. maiori, Saeculi XIV. Constat foliis scriptis 205.

(1) Errat Montfauconius in suo Catalogo, *Libros* tantum *sex* enumerans.

ΠΑΥΛΟΥ ΛΟΓΟΣ ΕΚΤΟΣ.

PAVLLI LIBER SEXTVS.

I. pag. 1. Continet *Paulli Aeginetae Medicinalium Institutionum Librum VI. qui habet Chirurgica*. Praecedit tabula Capitum in fine mutila, unius fortasse, aut alterius folii iactura; deducitur enim usque ad Caput κβ΄. περὶ αἰγίλωπος. Liber inc. Τὸν περὶ τῶν χειρουργουμένων λόγον. Des. ποιεῖσθαι χειρισμόν. Continet autem Capita CXXII. COD. XXIV.

II. p. 76. Sequitur Caput *de observatione eorum, qui purgantur &c.* manu cuiusdam Graeculi prorsus analphabeti exaratum, cuius propterea titulum Graecum utpote mendosissimum omittimus. Inc. Καθόλου μὲν ἐπὶ πάντων δραστικῶν. Finem non damus, quum quibusdam signis claudatur medicorum propriis, ita male depictis, ut ea imitari minime licuerit. Suspicatur Montfauconius huius ipsius Graeculi manu suppletum fuisse initium Libri, quem recensuimus, usque ad pag. 33. quod reliqua Codicis scriptura multo recentius apparet; ego vero tertiam quamdam manum in hoc postremo Capite de purgationibus agnosco.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. Constat foliis scriptis 78.

ΓΑΛΗΝΟΣ ΠΕΡΙ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΚΑΤΑ ΓΕΝΟΣ ΣΥΝΘΕΣΕΩΣ.

GALENVS DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENVS.

Ac praeterea

Alia eiusdem Opera.

I. pag. 1. Περὶ φαρμάκων συνθέσεως τῶν κατὰ γένος Γαληνοῦ. *Galeni de compositione medicamentorum secundum genera* Libri VII. (1) cum tabula Capitum in principio singulorum, tertio excepto. Primus inc. Ἤδη μοι, κ. λ. Ultimus des. τούτων φύσεις. Exstant cit. edit. Tom. XIII. a pag. 640. ad pag. 864. Clauditur Opus hoc tetrasticho: COD. XXV.

Πολλοὺς πόνους ἤνυσα, καὶ γράψας μάτην
Μάτην ἔγραψα, καὶ μάτην εἶχον πόνους
Πρὸς παμμέγιστον βιβλίον κατὰ γένος.
Βαβαὶ χάρις δ' ἄπεστι τοῖς γεγραμμένοις.
Multos labores explevi, & frustra scribens
Frustra scripsi, & frustra operam impendi
In hoc perquam maximo volumine secundum genus (2).
Heu! nulla iam est scriptis gratificatio.

II. pag. 127. Τοῦ αὐτοῦ ὑπόμνημα εἰς τὸ γ΄. ἐπιδημίων Ἱπποκράτους. *Eiusdem in Hippocra-*

(2) Intellige *quod continet Galeni Libros de compositione medicamentorum secundum genus.*

cratis Epidemiorum Librum tertium Commentarius, seu Commentarii tres. Primus, post Hippocratis textum, Πυθίων, ὃς ᾤκει, κ. λ. inc. Προγεγράφθαι νοήσας, κ. λ. Tertius des. τοῦ περιτοναίυ μορίων. Exstant cit. edit. Tom. IX. Part. I. a pag. 193. ad pag. 311. (per err. 313.) ubi notandum, Hippocratis textus sectiones singulas, quibus Galeni Commentarius subiicitur, non adferri integras in Codice, ut in editione, sed earum tantum prima, & ultima verba indicari (1).

III. pag. 153. Τοῦ αὐτοῦ περὶ εὐχυμίας, ᾗ κακοχυμίας. *Eiusdem de probis pravisque alimentorum succis* Liber. Inc. Οἱ συνεχῶς, κ. λ. Des. ἀπεργάζονται. Ibid. Tom. VI. p. 417.

Codex Graecus bombycinus Ms. in folio, Saeculi XIV. nonnullis in locis manu saeculi XV. suppletus. Constat foliis scriptis 159.

ΠΑΥΛΟΥ ΑΙΓΙΝΗΤΟΥ ΒΙΒΛΙΑ Γ'. ΤΟΥΤΕΣΤΙΝ ΑΠΟ ΤΟΥ Ε' ΕΩΣ ΤΟΥ Ζ'.

PAVLLI AEGINETAE LIBRI TRES, VIDELICET A V. VSQVE AD VII.

COD. XXVI. PAulli Aeginetae Libri tres posteriores Artis Medicae continentur in hoc Codice, nimirum *V. VI. & VII.* iisque singulis Capitum indices praevii sunt. Omnia cum editis conveniunt. In fine Libri VII. post verba, ἡ κατὰ τὴν ῥοπὴν διαφορὰ, in quibus desinit editio, sequitur in Codice Caput inscriptum: Ἅλες θηριακοὶ, & inc. Λαβὼν ἐχίδνας νεοθηράτυς δ'. & est Caput XI. Libri VII. suo loco omissum, ubi propterea legebatur in Cod. hoc monitum: Ἅλες θηριακοί. Ἐνταῦθα πρὸ τῆς Μιθριδάτου τοὺς θηριακοὺς ἅλας τακτέον. εἰσὶ δὲ ἐν τῷ τέλει τοῦ ζ' βιβλίου μετὰ τὸ περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν. Hoc autem Caput eo fortasse consilio scriptor in finem reiecit, ut ponderum, de quibus in praecedenti Capite agebatur, exempla adferret. Clauditur Codex duobus distichis, quorum primum elegiacum ex persona auctoris ita habet:

Τοὔνομά μοι Παῦλος, πατρὶς Αἴγινα, πολλὰ μογήσας
Πᾶσαν ἀκεσορίην βίβλον ἔτευξα μίαν.
Nomen mihi Paullus, patria Aegina; non sine multo labore
Vniversam medicinam in unum volumen coëgi.

Alterum vero iambicum ex persona tachygraphi sequens est:

Τῶν εὐτελῶν δέχοιο χειρῶν τὺς πόνυς,
Καὶ τῶν ἐρώντων μηδαμῶς μνήμης λάθοι.
Δόξα σοι, ὁ Θεός. ἀμήν.
Rudium accipe manuum labores,
Nec amicorum te fugiat umquam memoria.
Gloria tibi Deus. Amen.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saec. XIV. cuius ferme dimidium, nimirum totus Liber VI. manu saeculi XV. suppletum est. Constat foliis scriptis 196.

ΠΑΥΛΟΣ ΑΙΓΙΝΗΤΗΣ.

PAVLLVS AEGINETA.

ΠΑύλου Αἰγινητοῦ περιοδευτοῦ. *Paulli Aeginetae Periodeutae Medicinalium Institutionum Libri VII.* cum Indicibus Capitum unicuique praefixis, ac praefatione in principio. Concordant omnia cum cit. edit. praeter ultimum Caput Libri VII. *de ponderibus & mensuris*, quod in Codice varie dispositum est, & ad lectionem Codicis II. huius Plutei ferme accedit. In ultimo tandem folio alia pauca medica adiecta sunt; & cuiusdam chirurgicae operationis descriptio, quae facta fuit ςϡις'. μηνὶ Αὐγέσῳ ζ'. *anno 6916.* (Christi MCCCCVIII.) *mense Augusto die septima*. Haec autem sequens est: Ἦλθέν τις ἄνθρωπος ἀσθενὴς ἔχων κοιλίαν ὑπερμεγέθην. ψηλαφήσας αὐτὸν ὁ χειρουργὸς εὗρεν ἔχοντα πάθος περὶ τοῦ δέρματος ἔξω τῶν ἐντός· ἦν δὲ τὸ ὄγκωμα μεμερισμένον εἰς πολλὰ, ὡς γρόνθους, ὡς κυδώνια, ὡς μῆλα καὶ ἄλλα μικρὰ μικρότερα. ἐχειρούργησεν αὐτὸν ὑποκάτω τοῦ στομάχου ἐκ τοῦ μεγαλώτ.... τὸν τόπον, καὶ ἔκβαλεν αὐτὸ, ᾗ αὐτὸ ἔσυρεν ἄλλα πολλά. ἔσπασεν δὲ ᾗ ἔκβαλεν ὑγρὰ καὶ ἄλλα στρογγύλα. ἔσπασεν ἄλλο, καὶ ἐξέβαλε στρογγύλα ἄπειρα αὐτὸ, ὥσπερ σηπίας, ἢ καρκίνυς μυριάδες. ἦν δὲ θαῦμα τοῖς ὁρῶσιν. ἔμεινεν δὲ καὶ ἄλλα πλεῖστα ἐντός. λέγομεν δὲ ὅτι εἶναι χοῖρον, ἢ χελώνη λεγομένη. COD. XXVII.

Notandum, hunc Codicem a pag. 56. usque ad 65. male fuisse a bibliopego compactum; quae tamen omnia sibi invicem convenient, si numerationem in summa paginarum ora rite appositam lector inspiciat.

Codex Graecus bombycinus Ms. in folio minori, Saeculi XIV. madore aliquibus in locis perfusus. Constat foliis scriptis 168.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΣΦΥΓΜΩΝ.

GALENI DE DIFFERENTIIS PVLSVVM.

Seu potius

Galeni de Pulsibus Tractatus integer Libris constans XVI.

I. pag. 1. GAleni de differentiis pulsuum *Libri IV.* cum Capitum tabulis unicuique praemissis. Exstant in edit. cit. Tom. VIII. a pag. 14. ad pag. 102. COD. XXVIII.

II. pag. 114. *b. Eiusdem de dignoscendis pulsibus Libri item quatuor*, cum Capitum tabula in principio singulorum, primo excepto. Ibid. a pag. 103. ad pag. 166.

III. pag. 199. *b. Eiusdem de caussis pulsuum*

I *alii*

(1) Heic quoque corrigendus Montfauconius, qui huiusmodi Opus indicavit sub titulo *Galeni e libro tertio de Placitis Hippocratis & Platonis*; tituli fortasse vocem ἐπιδημιῶν legens περὶ δογμάτων.

alii Libri IV. Ibid. a pag. 167. ad pag. 235. In Codice praecedunt secundo, tertio, & quarto breves Capitum tabulae.

IV. pag. 294. *b. Eiusdem de praesagitione ex pulsibus Libri alii quatuor.* Ibid. a p. 236. ad pag. 308. In Codice praecedunt singulis Capitum tabulae.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XIV. suppletus a pag. 1. usque ad pag. 27. & a pag. 392. usque ad finem. Constat foliis scriptis 399.

ΠΑΥΛΟΣ ΑΙΓΙΝΗΤΗΣ.

PAVLLVS AEGINETA.

COD. XXIX. PAulli Aeginetae Artis Medicae Compendii Libri IV. priores*, cum Capitum elenchis unicuique Libro praefixis. Praecedit Praefationis pars incipiens a verbis . . . . . *ὁμοιομορῶν, ὀργανικῶν, ἐν λύσει συνεχείας, κ. λ.* quae in edit. cit. incidunt in pag. 1. lin. 34. quare unum folium deesse in principio Codicis arbitramur. Librorum singulorum initia & fines cum edit. conveniunt. In Libro IV. unum folium, nimirum 213. inverso capite a bibliopego compactum est. Ad calcem denique Libri IV. adiecta sunt alia Capita ex eiusdem Aeginetae Libro V. excerpta, nimirum Caput XXII. XXIII. XXVI. & III. desinens imperfecte una cum Codice in verbis, *ζήσεται τὸ ὀρνίθιον* . . . . . . quae incidunt in pag. 162. lin. 22.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saeculi XI. optimus, initio ac fine mutilus, cuius folia quaedam vetustate obliterata, recentior manus veterum characterum evanidis vestigiis inhaerens ad vitam veluti revocavit. Constat foliis scriptis 216.

ΓΑΛΗΝΟΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΕΠΟΝΘΟΤΩΝ ΤΟΠΩΝ.

GALENVS DE LOCIS ADFECTIS.

COD. XXX. COntinet hic Codex *Galeni de locis adfectis Libros VI.* quales habentur in cit. edit. Tom. VII. a pag. 378. usque ad pag. 530. Praecedunt tamen in Codice singulis Libris argumenta Capitum, primo excepto. Multis autem Latinis notulis, ac nonnullis etiam Graecis in margine adpositis abundat, manu, ut videntur Nicolai Niccoli: nec desunt etiam glossae aliquot interlineares Graecae.

Codex Graecus bombycinus Ms. in 4. Saeculi XIV. Constat foliis scriptis 144.

ΠΑΥΛΟΥ ΑΙΓΙΝΗΤΟΥ ΙΑΤΡΙΚΑ.

PAVLLI AEGINETAE OPERA MEDICA.

Ac praeterea

Quaedam pauca ex Galeno & Theophilo.

I. pag. 1. *Paulli Aeginetae Artis Medicae Compendium Libris VII.* cum praefatione in Librum I. & indicibus Capitum unicuique Libro praemissis. Instar vero tituli praefationem praeit distichon Elegiacum, quod in Cod. XXVI. huius Plutei retulimus. Liber VII. desinit in Capite XXV. quod inscribitur: *Γαληνοῦ περὶ τῶν ἀντεμβαλλομένων βοτανῶν*. Librorum initia & fines cum editis concordant. Notandum tamen est in Libro II. post Caput XIII. quod est *Περὶ τῆς τῶν οὔρων σημειώσεως*, Excerpta quaedam ex aliis auctoribus fuisse inserta, quae sunt: COD. XXXI.

II. p. 22. *b.* Περὶ οὔρων Γαληνοῦ (1). *Galeni de urinis*, seu potius *De urinis Tractatus ex Galeno & aliis collectus*. Inc. *Τὴν περὶ τῆς τῶν οὔρων διαφορᾶς πραγματείαν πολλοὶ τῶν ἀρχαίων σοφῶν ἰατρῶν ἐπεχειρησάν τε καὶ ἔγραψαν· ὧν πρῶτος πάντων Κῶος Ἱπποκράτης, οὗ τοῖς βιβλίοις ἐνετύχομεν, μετὰ δὲ τοὺς τότε χρόνους Γαληνὸς ὁ θαυμάσιος ἰατρὸς ἐπεχείρησέ τε καὶ ἔγραψεν· εἶτα μετὰ τοῦτον Μαγνος ἰατροσοφιστὴς, κ. λ.* Des. *εὐχαριστήσωμεν Χριστῷ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν τῷ συνεργήσαντι ἡμᾶς εἰς τὸν δρόμον τῆς τοιαύτης πραγματείας, καὶ ἀξιωθῆναι ἡμᾶς ἀρχὴν καὶ τέλος ἐπιθεῖναι αὐτῇ εἰς διόρθωσιν τῶν ὁποσοῦν ἐπιθυμούντων ἐκ πάσης προαιρέσεως μανθάνειν.* Ex quo patet auctorem esse Christianum, ac fortasse Theophilum, cuius de Vrinis libellus in Codice Caesareo idem habet initium. Est autem Tractatus per interrogationem & responsionem digestus. In hoc Tractatu duo folia, nempe 24. & 25. inserta sunt alterius, ut videntur, manus. Excerptum quoddam continentia *περὶ κρισίμων ἡμερῶν*, h. e. *de diebus criticis*, sive *decretoriis* ex Hippocratis sententia, quod inc. *Λέγει δὲ ὁ Ἱπποκράτης· οἱ δὲ πυρετοὶ γίνονται, κ. λ.* Des. *ἐπὶ τριγώνου πλευρᾶς ὑπάρχουσα*. Tum pag. 26. *b.* sequuntur quaedam medicamentorum confectiones, quarum postrema est pro iis, qui hemicrania laborant, ubi historiola quaedam narratur, omnia erroribus plena.

III. pag. 29. Ἀρχὴ τοῦ σφυγμικαρίου. *Initium sphygmicarii*, seu *de Pulsibus Tractatus*. Inc. *Τῶν ἀρτηριῶν ἡ κίνησις, τῶν μὲν οὐχ ὑποπίπτει, τῶν δὲ ὑποπίπτει.* Des. *καὶ ποιεῖ σφυγμὸν μικρὸν, ἀμυδρὸν, βραδὺ, ἀραιόν.*

IV. pag. 30. *Θεοφίλου βασιλέως πρωτοσπαθαρίου καὶ ἀρχιάτρου περὶ σφυγμῶν. Theophili Imperatoris protospatharii & archiatri de Pulsibus* Liber. Inc. *Ὅτι μὲν δύο κοιλίαι τῆς καρδίας εἰσὶν,*

(1) Ita quidem inscribitur in Codice, sed Galeni non esse ex ipsius praefationis verbis, quae paullo prolixiora referimus, patet.

σὶν, ἀριστερά τε καὶ δεξιὰ, κ. λ. Def. *καὶ περὶ μὲν τῆς τῶν σφυγμῶν διδασκαλίας ἱκανὰ τὰ εἰρημένα, Χριστοῦ συμπαρόντος καὶ ὁδηγήσαντος ἐξαριθμῆσαι ἡμᾶς τὰ γένη καὶ τὰ εἴδη καὶ τὰς διαφορὰς αὐτῶν· αὐτῷ ἡ δόξα, ἀμήν.* Diverse inscribitur & incipit in Codice Caesareo, ut videre est apud Fabric. Bibl. Graec. Vol. XII. pag. 653. quo auctore necdum Graece vidit lucem.

V. pag. 34. Τοῦ αὐτοῦ περὶ διαχωρημάτων. *Eiusdem de alvi excrementis*. Inc. Ἐπειδὴ τὰς διαθέσεις τῶν ἐν βάθει τοῦ σώματος κειμένων μορίων τάς τε κατὰ φύσιν καὶ παρὰ φύσιν ἐκ τῶν ἐκκρινομένων περιττωμάτων διαγιγνώσκομεν. Def. *καὶ οὕτως ἐκ τῆς ἰδέας αὐτῶν διαγινώσκειν τοὺς ἐν βάθει πάσχοντας ἀφανεῖς τόπους, ἐπικαλούμενοι Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν. αὐτῷ ἡ δόξα ἅμα τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, ἀμήν.* Tum subditur: Τέλος σὺν Θεῷ τοῦ σφυγμικαρίου καὶ τοῦ περὶ διαχωρημάτων. Primus Graece edidit una cum Latina versione Thomas Guidotius Lugduni Batavorum MDCCIII. in 8. Ms. exstat & in Biblioth. Caesar. teste Nessel. Part. III. p. 22. & 47. Haec sunt quae in secundo Paulli Aeginetae Libro inserta leguntur, tamquam ad ea, quae in Capitibus XI. XII. & XIII. huiusce Libri pertractantur, pertinentia. A pagina igitur 36. *b.* Paulli textus resumitur, & quidem ita, ut repetatur Caput XII. *de excrementis*, & XIII. *de urinarum signis*.

VI. pag. 199. *b.* Sequuntur Capita quatuor item Medica, quorum primum anepigraphum inc. Ἐν πυρετοῖς εἶπεν, ἵνα χωρήσῃ ταῦτα σπασμοῦ, κ. λ. alterum est περὶ ἱδρώτων ἀρίστων, tertium περὶ ὑποχονδρίου σημειώσεως, quartum περὶ ἀποστάσεως, cuius postrema verba sunt: τὸ δὲ ἐναντιώτατον τούτων κάκιστον. Excerpta autem sunt ex primo Galeni Commentario in Praenotiones Hippocratis: prima autem verba incidunt in cit. edit. Tom. VIII. pag 608. lin. 35.

VII. pag. 200. Γαληνοῦ εἰς τὸ προγνωστικὸν Ἱπποκράτους ὑπόμνημα β'. *Galeni in praenotiones Hippocratis Commentarius II.* Inc. Οἱ δὲ ὕδρωπες οἱ ἐκ τῶν ὀξέων νοσημάτων γινόμενοι. Def. *καὶ δυσοράτοις οἱ πταρμοὶ γίνονται.* Cit. Tom. VIII. a pag. 619. ad pag. 644. lin. 33. Non est tamen integer Commentarius, sed ex eo tantum Excerpta.

VIII. pag. 203. *b.* Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ προγνωστικὸν Ἱπποκράτους τμῆμα τρίτον. *Eiusdem in praenotiones Hippocratis Sectio III.* Inc. Αἵματι δὲ συμμεμιγμένον μὴ πολλῷ, κ. λ. Def. *γινώσκειν τοῖς αὐτοῖς σημείοις.* Initium huius tertiae sectionis incidit in citatam paginam 644. lin. 36. Finem vero reperire minime licuit, quum huius item, uti superioris Partis, Excerpta tantum sint hinc illinc desumta. In fine legitur: Τέλος σὺν Θεῷ τοῦ προγνωστικοῦ. *Finis cum Deo Commentarii in praenotiones.*

IX. pag. 206. *b.* Quaedam brevia *de differentiis pulsuum, & urinarum ex Galeno.*

X. pag. 207. *b. Notae quaedam numericae ab unitate usque ad tria millia.*

XI. pag. 208. Γαληνοῦ περὶ τύπων. *Galeni de typis*, sive *morborum formis* Libellus. Inc. Πολλῶν δὲ πλατύτερον περὶ τῆς περὶ τύπων θεωρίας, κ. λ. Def. *καὶ ἑξῆς κύκλος ὅμοιος.* Cit. edit. Tom. VII. pag. 152.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XIV. binis columnis exaratus, scriptoris manum redolens imperitissimam ac mendosissimam. Constat foliis scriptis 209.

VETERVM MEDICORVM CHIRVRGICA QVAEDAM ANTEHAC DESIDERATA GRAECA ET LATINA.

COD. XXXII.

GRaecorum Chirurgici Libri, *Sorani unus de fracturarum signis Oribasii duo de fractis & de luxatis e Collectione Nicetae ab antiquissimo & optimo Codice Florentino descripti, conversi atque editi ab Antonio Cocchio Anatomes Professore publico & Antiquario Caesaris. Florentiae anno MDCCLIV ex typographio Imperiali Praesidum permissu.* Haec est nitidissima illa Sorani & Oribasii, Chirurgorum veterum, editio Florentina in folio maximo, paginis constans 173. quam laudavimus in recensione Codicis VII. huius Plutei supra pag. 53. & 85. §. VIII pag. 86. §. XVII. & pag. 90. §. XLIV. In hac praecedit primo auctoris ad Franciscum Imperatorem dedicatio; tum praefatio ad lectorem; tertio tabula eorum, quae in dicta editione continentur; quarto elenchus integer Capitum, quibus tota constat Nicetae Collectio, quam VII. huius Plutei exhibet Codex; quinto tria in Nicetae laudem epigrammata; sexto characteris dicti Codicis VII. specimen; tandem ipsa Sorani, atque Oribasii Opera, omnia Graece & Latine edita, atque adnotationibus illustrata. In fine vero corollarium accedit variantium lectionum octavi Celsi Libri, qui de ossibus agit, ex vetustissimo Codice, qui in hac Bibliotheca adservatur Plut. LXXIII. num. 1. excerptarum. Notandum heic est, editoris mentem fuisse, multo plura ex dicta Nicetae Collectione a se iam descripta, in lucem prodere, librumque duplo maiorem conficere; sed partim adiutorum paucitate, partim rei suae familiaris detrimento, quod pertimescebat, animo deiectum, consilium mutasse, & in aliud tempus reliqui Operis editionem reiecisse; sed hoc quominus ipse praestaret, morte prohibitus (1), tanto beneficio litterariam rempublicam fraudavit.

Quum absoluta iam omnium Graecorum Codicum recensione, ac dimidia ferme huius Plutei parte typis iam excusa, consulere vix tandem obtigisset Mss. Antonii Cocchii schedas, quibus omnium Medicorum & Chirurgicorum Codicum recensiones tam Graecorum quam Latinorum fuerat elucubratus, non

I 2

(1) Obiit Calendis Ianuarii Ann. MDCCLVIII. annos natus LXIII.

non ſine magna voluptate comperimus, nihil ferme ex iis, quae ab ipſo cum in ceteris, tum in medicinae potiſſimum ſtudiis verſatiſſimo fuerant adnotata, noſtram diligentiam, licet huiuſce facultatis prorſus eſſemus expertes, effugiſſe; quod vix optandum nobis videbatur: ut enim verum fateamur, ex omnibus huius Bibliothecae Codicibus eos potiſſimum, qui medicas & chirurgicas res continent, & iniquioribus characteribus exaratos, & in peiorem formam redactos reperimus. Nequid igitur omittamus, pauca quaedam ex uno aut altero Codice huius Plutei, quae ipſius adhibita face diſpeximus, heic appendicis loco ſubiicienda duximus.

APPENDIX.

IN calce Galeni Operum, quae habentur in Cod. III. ſup. pag. 50. §. XXI. diverſa manu legitur:

I. *Χρησμὸς τοῦ ἑξαμηλίυ. Oraculum hexamelii.* Ὅταν πίτυς κόνιν δέξηται, καὶ κόνις λίθρον, τότε καρτερὸς γενήσεται περίβολος ἰσθμοῦ, μακάρτατος γὰρ ἔσεται, ὃς τέταρτον κτίσεται ἰσθμόν. Huic interpretatio quaedam interlinearis adiecta eſt, nimirum, verbo *πίτυς*, *ἤτοι αἱ σανίδες, αἳ εἰς τὴν βενετίαν ἐγένοντο*, verbo *λίθρον*, *τὸ αἷμα τὸ μεμιγμένον μετὰ κονιορτοῦ*, verbis vero *μακάρτατος γὰρ, κ. λ.* *ἤτοι ὁ δὺξ τῆς βενετίας ἰσθμὸν τειχίσας τοῦ ϛϡαβ΄. ἰνδ. ια΄. ὀκτωβ. ιζ΄. Τὸ μὲν πρῶτον ἐκτίσθη παρὰ Λακεδαιμονίων καὶ Πελοποννησιακῶν, ἐρχομένου τοῦ Ξέρξυ μετὰ τῶν Πελοποννησίων. Τὸ δεύτερον παρὰ Νέρωνος. Τὸ τρίτον παρὰ βασιλέως κυρίυ Μανυὴλ τοῦ* . . . . . (1) *τὸ τέταρτον παρὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Κωνςαντίνυ.*

II. *Ἱπποκράτους λόγος, ἢ ὅρκος. Hippocratis dictum, ſeu iuſiurandum* carmine expreſſum, quod inc.

Αὐτὸν ἐν ἀχράντοισι μέγαν θεὸν αἰὲν ἐόντα
Ὄμνυμι, κ. λ.

III. Sequuntur tres ex Homero verſus in laudem medici.

IV. Vltimum Codicis folium inverſum eſt, ibique olim erant quaedam *de muſculorum motu* exarata charactere ſatis pulcro ac vetuſto, quae deinde aevo conſumta, ac tineis corroſa vix legi poſſunt. Adſcriptum legitur nomen . . . . . *Ἀγγέλυ ἰατροῦ ἡ βίβλος ἥδε.*

QVum Codex IV. pluribus in locis reſtauratus ſit atque ſuppletus, notandum ante ſupplementum alicubi legi in imo margine: *λείπει ἑπτὰ φύλλα ἐν τῷ γερμανικῷ ἀντιγράφῳ*, & alibi: *λείπει ἐν τῷ ἀντιγράφῳ γερμανικῷ φύλλα ιδ΄.* Character Codicis eſt ſaeculi circiter XII. ſupplementa vero ſaeculi XV.

MAnus Codicis V. eſt Ioannicii illius, qui ſe ſubſcribit in Cod. XVIII. huius Plutei.

(1) Ita perverſa ſcriptura eſt & implicita, ut vocem *Μανυὴλ* coniectura tantum adſequuti fuerimus, aliam vero quae ſequitur minime licuerit exſculpere.

ITa male adfectus eſt Codex X. partim madore, quo tituli Capitum rubricati prorſus evanuere, partim foliorum laceratione, qua pluribus in locis dimidia ferme paginarum pars intercidit, ut in ipſius recenſione peragenda quoad ea praeſertim, quae primis quatuor paragraphis continentur (ſupra pag. 95.) omnia diſpicere, alia ab aliis ſecernere, ſua cuique tribuere primo intuitu minime licuerit. Hinc factum eſt, ut recenſioni illi parum adquieſcentes Codicem iterum in manus ſumere & examinare, ac ſiquid novi ex evanidis litterarum veſtigiis eruere poſſemus, tentare voluerimus: quem quidem laborem ſubiiſſe minime poenituit: multa enim, quae tunc noſtros oculos effugerant, nunc aliorum ſubſequentium Codicum auxilio aſſequi feliciter contigit. Habeas igitur, amice Lector, eorum, quae in praedictis quatuor paragraphis vel omiſſa, vel parum diſtincte enunciata fuerunt, *διόρθωσιν κ̀ προσθήκην.*

I. pag. 1. Occurrit Tabula argumentorum Capitum, quibus olim Volumen hoc conſtabat, in tres ſectiones, ſeu libros diviſa, appoſito titulo iambicis hiſce, aut ferme iambicis verſibus expreſſo:

Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῆς παρέσης τριβίβλυ.
Τὴν μὲν πρώτην νόει μοι Διοσκορίδυς (ſic),
Τὴν δὲ δευτέραν Γαληνοῦ τοῦ πανσόφυ,
Τὴν δ᾽ αὖγε τρίτην Ἰωάννυ τοῦ πάνυ
Τοῦ Δαμασκηνοῦ κ̀ θείυ διδασκάλυ.
Initium cum Deo praeſentis tribibli.
Primum quidem (librum) *ſcias eſſe Dioſcoridis,*
Alterum vero Galeni ſapientiſſimi,
Tertium autem Ioannis magni
Damaſceni, ac divini magiſtri.

Sequitur deinde brevis epitome eorum, quae in unoquoque trium Librorum continentur; tum Tabula ipſa, ſeu potius Tabulae tres totidem Libris reſpondentes, quarum prima Capita continet *αμθ΄.* ſc. *MIL.* altera *͵αρ΄. MC.* tertia *͵αυζ΄. MCCCCVII.* ubi notanda eſt eadem numerandi ratio, quam exhibet Codex XX. huius Plutei, de qua vide ſupra pag. 121. in not.

II. pag. 13. Incipit Liber I. Dioſcoridis potiſſimum *de facile parabilibus ſimplicibus & compoſitis medicamentis ad Andromachum* Tractatum continens, qui in edit. bipartitus occurrit. Huic tamen praecedunt nonnulla ex aliis auctoribus Excerpta, & primo quidem *Γαληνοῦ ἐκ τῶν ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων, Galeni ex anatomicis adminiſtrationibus.* Inc. *Ἑκάςῳ τῶν ζώων ἡ φύσις τὸ σῶμα παρεσκεύασεν.* Deſ. *κ̀ εἰς τὺς ιβ΄ μῆνας.* II. pag. 13. *b.* *Γαληνοῦ περὶ τῆς κατασκευῆς τοῦ ἀνθρώπυ, Galeni*, ſeu potius *ex Galeno* (2) *de fabrica hominis.* Inc. *Οὐ μικρόν μοί ἐςι καταφρονῆσαι τὴν Πλάτωνος σοφίαν.* Deſ. *ἀποπληξίαι καὶ μυρία ἕτερα νοσήματα.* Tum ſubiiciuntur *σημεῖα ἐγκεί-*

(2) Ita intelligendus eſt hic titulus, non enim ipſius Galeni verba ſunt, ſed ex ipſo, & ex aliis a Collectore vel in proprium, vel in alienum uſum concinnata.

κείμενα τοῖς φυσικοῖς, *signa posita in rebus naturalibus*, seu notae quaedam, quibus rerum naturalium scriptores, brevitatis gratia, uti solent ad indicandum ex. gr. *caelum*, *mare*, *noctem*, *horam &c.* III. pag. 15. *De urinae coloribus ex Theophilo*; ex titulo enim propter interiorem marginem humiditate corruptum, & novo folio restauratum superest tantum . . . . τὰ Θεόφιλον. Septemdecim autem numerantur urinae colores, scilicet α'. λευκὸν ὡς ὕδωρ, β'. γαλακτῶδες, κ. λ. eorumque explicationes subiiciuntur. IV. pag. 16. Ἐκ τῶν ἐφοδίων περὶ οὔρων σημασιῶν. *De urinarum significationibus ex Viaticis*, scilicet Excerptum ex Opere, quod titulum praefert *Viatica peregrinantium*, de quo inferius in Cod. IV. Plutei sequentis. Inc. Ἐπειδὴ περὶ οὔρων εἰπεῖν ἀρχῆθεν τοῦτο δοκοῦν ἡμῖν προτεθύμηται. Des. δῆλον ὅτι παροξυσμὸν σημαίνει. Tum subditur brevissimum Caput περὶ κρισίμων ἡμερῶν, *de diebus decretoriis*, & aliud continens σημεῖα ἰατρικὰ, ἅπερ ἐχρησάμεθα εἰς τὴν ὕλην τοῦ βιβλίου, Γαληνοῦ, *notas medicinales, quibus usi sumus ad libri materiam, ex Galeno*. Sunt notae quaedam, quibus medici utuntur ad varias tum medicamentorum, tum instrumentorum medicinalium species indicandas. V. pag. 18. *b.* Θεοφίλου περὶ οὔρων. *Theophili de urinis* Liber. Inc. Τὴν περὶ τῶν οὔρων πραγματείαν πολλοὶ τῶν ἀρχαίων ἐπεχείρησαν, κ. λ. Des. ποσαχῶς γίνεται ἰσχυρία; τριχῶς, ἢ διὰ πάθος τῆς κύστεως, ἢ τῶν νεφρῶν, ἢ τῶν οὐρητήρων. Utrum autem omnia ad Theophilum pertineant, pro certo adfirmare non possumus, quum ex titulis Capitum, quae plura in hoc Tractatu sunt, plerique evanuerint, alii vero una cum interiori paginarum parte lacerati perierint. Simile quidem initium occurrit etiam superius in Cod. XXXI. huius Plutei, sed in progressu inter se discrepant. His veluti prolegomenis praemissis, incipit a pag. 27. prima Voluminis pars continens Dioscoridis εὐπόριστα, seu *curationem morborum per medicamenta paratu facilia*, quae Capitibus, uti iam diximus, constat MXLIX. Inc. Τῶν ἁπλῶν φαρμάκων παράδοσις, τιμιώτατε Ἀνδρόμαχε, κ. λ. Des. καὶ συνολισθαίνει διὰ τῆς ἕδρας. Tum rubris litteris legitur Epilogus: Ὅσα διὰ πείρας ἡμῖν, ὦ φίλτατε Ἀνδρόμαχε, τῶν . . . . . ἀπεστάλκαμέν σοι. καὶ νῦν δόξα σοι, Χριστὲ . . . . . (1) Concordat initium & finis cum editione Gr. Lat. Argentorat. MDLXV. in 4. Hoc tamen Opus non totam Capitum MXLIX. summam complectitur, sed desinit in Capite MXXXIII. Quae sequuntur usque ad MXLIX. cuius sint, nondum comperimus, ac propterea ipsorum titulos in medium proferendos duximus, qui sunt:

,αλδ'. περὶ λουτρῶν.
,αλε'. περὶ ὀφθαλμιάσεως.
,αλϛ' περὶ ληθάργων.
,αλζ'. εἰς ἐπιληψίαν.
,αλη'. περὶ τοῖς οὐροῦσιν εἰς τὴν στρωμνήν.
,αλθ'. περὶ πλευρίτιδος.
,αμ'. περὶ ὠταλγείας καὶ θέρμης.
,αμα'. περὶ δίψης.
,αμβ'. περὶ ψιχροῦ στομάχου.
,αμγ'. περὶ τῶν λιθιώντων.
,αμδ'. περὶ κρημνιζομένων ἀφ' ὑψηλοῦ.
,αμε'. περὶ αἵματος ἀπὸ ξίφους.
,αμϛ'. περὶ λευκότητα ὀνύχων.
,αμζ'. περὶ βηχικὸν θαυμαστόν.
,αμη'. περὶ ἀλλοιώσεως τῆς ὀσφραντικῆς ὀδμῆς.
,αμθ'. περὶ ὀδονταλγίας.

Horum omnium initium est: Τὰ τῶν ποτίμων ὑδάτων λουτρὰ τὰ μὲν τραχεῖα ὁμαλύνει, τὰ δὲ περιττώματα διαφορεῖ. Finis: ἐπίπλασσε κατὰ τὸν πονοῦντα ὀδόντα, καὶ εἰ Θεῷ φίλον ὑγιαίνει.

III. pag. *b.* Βιβλίον δεύτερον τοῦ Γαληνοῦ. *Liber II. Galeni*, seu *Voluminis pars altera*, quam, uti diximus, constituebant Capita MC. (2) complectens varia medicamentorum genera e diversis auctoribus, ac praecipue Galeno desumta: cuius tamen secundae partis tria tantum folia, & ea mutila supersunt. Inc. Ἐπιμελούμενοι τῆς σῆς . . . ὑγιείας, ὦ βασιλεῦ, καὶ αὐτῆς φροντίδα τιθέμενοι, κ. λ.

IV. Tertiae denique partis, quae omnium erat uberrima, quippe quae Capitibus constabat MCCCCVII. ne unum quidem verbum superest.

V. pag. 86. *Alexandri Tralliani de dignoscendis & curandis morbis Libri XII. &c.* ut supra pag. 95.

(1) Ubi puncta apposuimus, characteres ob madefactum folium evanuerunt.

(2) Ex his Caput DCCCCIV. ut apparet ex Indice praemisso, continebat βοήθημα γραφὲν τοῖς μοναχοῖς τῆς μεγάλης μονῆς τοῦ σωτῆρος Μεσήνης.

FINIS PLUTEI LXXIV.

BIBLIOTHECAE

MEDICEAE LAVRENTIANAE CATALOGVS.

PLVTEVS LXXV.

QVI CONTINET GRAECOS CODICES MSS. XXI. ET VNVM EDITVM ET ARABICVM.

CODEX I.

AVICENNA IN CARATTERE ARABO.



AVicennae medici Arabis Opera typis impreſſa characteribus Arabicis *Romae in Typographia Medicea MDXCIII.* in fol. maximo *cum licentia ſuperiorum*. Haec una eſt ex paucis illis editionibus, quae ex Orientalium linguarum typographia, Mediceorum Principum auſpiciis, ac Ferdinandi potiſſimum S. R. E. primum Cardinalis, deinde Magni Etruriae Ducis incredibili ſumtu Romae excitata prodierunt, de qua fuſius in Annalibus noſtris Typographicis Cap. VII. verba facimus.

ΑΕΤΙΟΥ ΒΙΒΛΊΑ ΙΑΤΡΙΚΑ Ζ′ ΤΟΥΤ' ΕΣΤΙΝ ΑΠΟ ΤΟΥ Θ′ ΕΩΣ ΤΟΥ ΙΕ′.

AETII LIBRI MEDICINALES VII. A IX. SCILICET VSQVE AD XV.

COD. II. I. pag. 1. POſt tabulam Capitum XLVIII. Liber IX. inſcribitur: Περὶ τῶν κατὰ τὸ ϛόμα τῆς κοιλίας παθῶν, καὶ αὐτῆς τῆς κοιλίας καὶ ἐντέρων. *De ſtomachi, alvi, & interaneorum adfectionibus*. Inc. Ο῞πως ἂν χρὴ θεραπεύειν. Deſ. κ) ἀναλάμβανε μετὰ μυρσίνȣ, κ) ῥοδοϛάγματος. Exſtat in Latina Aëtii Operum Medicorum edit. Lugdun. MDXLIX. fol. a pag. 529. ad pag. 620. In Codice huius Libri tertia ferme pars manu recentiori, ſaeculi nimirum XV. ſuppleta eſt.

II. pag. 74. *b.* Περὶ ἡπατικῶν, σπληνικῶν, ἰκτερικῶν, καχεκτικῶν, ὑδρωπικῶν λόγος δέκατος. *De hepaticis, lienicis, ictericis, maleadfectis, & hydropicis Liber X.* Capita continens XXVII. ſine ipſorum tamen tabula in principio, quae reliquis etiam deeſt, poſtremo excepto. Inc. Δυσκρασίαι μὲν, αἰτίαι τῆς τοῦ ἥπατος ἀτονίας. Deſ. πρὸς τὴν ὥραν τοῦ ἔτους κ) ὁ οἶκος. Ibid. a pag. 619. ad p. 664.

III. pag. 106. *b.* Περὶ διαβήτου καὶ τῆς νεφροὺς κ) κύϛη παθῶν, κ) περὶ πριαπισμοῦ καὶ γονοῤῥοίας ϗ ἀφροδισίων λόγος ια′. *De diabete, ac renum & veſicae adfectionibus, ac de priapiſmo, ſeminis profluvio, rebuſque venereis Liber XI.* Capitibus conſtans XXXVIII. Inc. Ο῾ διαβήτης χρόνιόν ἐϛι πάθος. Deſ. καὶ διαίτῃ πάσῃ κεχρῆσθαι θερμῇ καὶ ξηρᾷ. Ibid. a pag. 665. ad pag. 706.

IV. pag. 135. *b.* Α᾽ρχὴ τοῦ δωδεκάτȣ λόγȣ. *Initium XII. Libri*, cuius Capita ſunt LXIX. Inc. Ι᾽σχιαδικοὶ κυρίως καλȣ̃νται. Deſ. μᾶλλον ὠφέλησε. Ibid. a pag. 707. ad. p. 758.

V. pag. 167. *b.* Α᾽ετίου λόγος ιγ′. *Aëtii Liber XIII.* Capita continens CXXXIV. Inc. Α᾽ρχόμενοι περὶ τῶν δακέντων ζώων γράφειν. Deſ. σὺν ὄξει ἐπίχριε. Ibid. a pag. 759. ad pag. 832.

VI. pag. 213. Α᾽ρχὴ τοῦ ιδ′ λόγου. *Initium XIV. Libri*, qui Capita continet LXXXIII. Inc. Τὰ κατὰ τὴν ἕδραν πάθη. Deſ. τὸ δὲ ἕλκος συνσαρκέμενον ἀπȣλύσθω. Ibid. a p. 833. ad pag. 904.

VII. pag. 264. Α᾽ρχὴ τοῦ ιε′ λόγου. *Initium XV. Libri*, cum indice Capitum in principio, quorum numerus quotus ſit minime potuimus perveſtigare, quum & ipſius Tabulae pars in margine exarata, in Codicis reſtauratione detruncata fuerit, & ſuo deinde loco nullis ſint Graecis litteris invicem diſtincta. Inc. Ω῞σπερ ἐπὶ χολώδει ῥεύματι. Deſ. ἄρας ἀπὸ τοῦ πυρὸς ψύξας τῇ κινήσει χρῶ. Ibid. a pag. 905. ad pag. 951. Vltima tamen verba pertinent ad Caput XLVI. deeſt enim in Codice Caput XLVII. ſubiunguntur tamen pauca quaedam σκευασίαν νεφριτικῶν continentia.

Codex Graecus bombycinus Ms. in 4. Saeculi XIV. tineis ac madore valde corruptus, initio, ac fine manu recentiori ſuppletus, cuius tamen notulae quaedam marginales reſecatae perierunt. Conſtat foliis ſcriptis 309.

BI-

ΒΙΒΛΙΑ ΙΑΤΡΙΚΑ ΠΟΙΚΙΛΑ.

LIBRI MEDICINALES VARII.

Nec non

Hippocratis Praenotionum Liber.

COD. III. I. pag. 1. ANonymi brevis Tractatus *de pulsibus*. Inc. Ὅροι σφυγμῶν ιβ'. Des. κ) μάλιϛα ἐπὶ τῶν ἀκμαζόντων. Ita vero digestus est, ut post pulsuum definitionem ac divisionem sequatur Tractatus per interrogationem, & responsionem.

II. pag. 4. Ἁλάτιον τοῦ εὐαγγελιϛοῦ Λυκᾶ. *Halation*, seu *salsum embamma Evangelistae Lucae*. Inc. Ὅρασιν τήρει μέχρι γήρως. Des. τρίψας σίκας χρῶ. Subiiciuntur huic varia medicamenta *pro uberum morbis*. Haec ἁλατίου compositio sancto Lucae tributa, exstat Ms. in Biblioth. Caesar. Vindobon. teste Lambecio Tom. VI. p. 107. 140. In Codice quoque Regio Paris. CCCXLIX. describi ἁλάτιον τοῦ ἁγίου ἀποϛόλυ καὶ εὐαγγελιϛοῦ Λυκᾶ δωδεκάθεον ὀνομαζόμενον, ὠφελοῦν εἰς πάντα τὰ πάθη, ἐξαιρέτως τὴν ἀμβλυωπίαν, ᾧ καὶ οἱ καλλιγράφοι χρῶνται, adfirmat Cangius in Append. ad Glossar. Graec. pag. 90.

III. pag. ead. *b*. Ἐκ τῶν Μητροδώρας περὶ τῶν γυναικείων παθῶν τῆς μήτρας. *Ex Metrodorae scriptis de mulierum morbis uteri*. Inc. Τῶν γυναικείων παθῶν πολλῶν τε, κ. λ. Des. οὗ ἐπίχριε τὸν ϛόμαχον. Sunt Capita CVIII, quorum nonnulla, veluti illud, quod *de emplastris* agit, in alia subdividuntur. In hoc autem tractatu non de uteri tantum, sed stomachi quoque, & uberum morbis agitur, variaeque medicamentorum confectiones proponuntur. Vtrum vero omnia ad Metrodoram, quae in primi Capitis titulo nominatur, pertineant, prorsus ignoramus, quum de illa ne verbum quidem apud Fabricium occurrat. Antonius Cocchius in schedis suis Mss. tribuit huic Operi adfinitatem quamdam cum illo, quod sub Cleopatrae nomine Latine tantum circumfertur, putat autem nondum esse editum.

IV. pag. 33. *b*. Anonymi uberrimus *de antidotis, emplastris, & unguentis* Tractatus, ordine litterarum digestus, in quo paene innumerae medicamentorum compositiones ad omnia morborum genera sananda proficuae, e variorum medicorum veterum scriptis excerptae proponuntur. Initium autem fit ab antidoto Galeni, hisce verbis: Ἀντίδοτος ἱερὰ Γαληνοῦ ποιοῦσα ἡπατικοῖς, κοιλιακοῖς, κ. λ. Auctores vero nominantur Alexander, Antonius sophista, Dioscorides, Galenus, Paullus Patriarcha Constantinopolitanus, Theon &c. In fine attinguntur etiam pauca *de amuletis & superstitiosis medicamentis*.

V. pag. 229. *b*. *De ponderibus & mensuris* Excerpta tria, quorum tertium iuxta alphabeti litteras est digestum.

VI. pag. 233. *De urinis secundum naturam optimis, & de praenotionibus ex ipsis faciendis* Tractatus Anonymi. Inc. Ἐπὶ τῶν περιεκτικῶν μάλιϛα νοσημάτων. Des. εἰ δὲ περισώζοιντο τὸν ὕδρωπα.

VII. pag. 238. *b*. Duae occurrunt tabellae, notas ponderum & mensurarum compendiarias, apud Medicos in medicamentorum apparatibus adhiberi solitas exhibentes: prima ipsarum nomina, altera in suas cuiusque partes subdivisionem complectitur.

VIII. pag. 239. *b*. Προγνωϛικὰ Ἱπποκράτυς. *Praenotiones Hippocratis*. Inc. Τὸν ἰητρὸν δοκέει μοι ἄριϛον εἶναι. Des. γνωσθήσεται τοῖσιν αὐτέοισι σημείοισιν, ἣν προέχων αὐτὰ κρινῇς. Habes in Cod. I. Plut. LXXIV. supra pag. 44. §. XXX.

IX. pag. 255. Manu diversa, item antiqua, descripta sunt medicamenta quaedam, & unctiones pro variis morbis, ac deinde compositio antidoti Mithridaticae, & stomachicae.

X. pag. 256. *De succedaneis*, sive de iis herbis, quarum usus in medicamentorum compositionibus est reciprocus, iuxta alphabetum. Hoc Opusculum intellige a Montfauconio non satis apte indicatum illis verbis *cum indice alphab. copioso*. In ultima tandem pagina legitur νευροχαλαϛικὸν Μαρκιανοῦ, & aliae σκευασίαι medicae.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 8. minori, Saeculi XII. charactere rotundo, neque ineleganti. Constat foliis scriptis 263.

ΤΑ ΕΦΟΔΙΑ ΤΟΥ ΑΠΟΔΗΜΟΥΝΤΟΣ.

COMMEATVS PEREGRINANTIS.

Adde

Ioannis Damasceni medici Arabis de evacuantibus medicamentis, Galeni de succedaneis, & Anonymi varia.

COD. IV. I. pag. 1. ΒΙβλος λεγομένη τὰ ἐφόδια τοῦ ἀποδημοῦντος, συντεθειμένη παρὰ Ἔπρου βὰγ ζαφὰρ τοῦ ἔβη ἐλζηβὰρ, μετενεχθεῖσα εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν παρὰ Κωνϛαντίνυ πρωτασηκρήτυ τοῦ Ῥηγίνους. *Liber, qui dicitur Viatica peregrinantis, compositus ab Eprubag Zaphar Ebe Elzebar, translatus in Graecam linguam a Constantino Rhegino primo a secretis*, sive, *De morbis omnis generis curandis Libri VII. e Syriaco in Graecum conversi*. Praecedunt autem in primis duobus foliis Tabulae Capitum singulorum Librorum, ubi notandum Capita vocari πύλας, seu *portas*. Liber I. pag. 3. Capita continens XXV. inc. Ἰϛέον, ὅτι ἡ γένεσις τῶν τριχῶν, κ. λ. Des. μεθ' ὧν ἐσαφηνίσαμεν, εἰ Θεῷ φίλον.

II. pag. 32. *Liber II. Sectio I.* totidem, ac superior, Capitibus constans, inc. Ὀφθαλμία-

μίασις ἐςιν οἴδημα θερμὸν. Desʃ. ποίει δὲ τροχίσκυς, κ̀ χρῶ.

III. pag. 55. *Sectio II. Liber III.* Capita continet XVI. inʃcribitur autem, & inc. Ἡ τρίτη εἴσοδος τῆς βίβλυ τῶν ἐφοδίων τοῦ ταξεότυ. συνηψάμην ταύτην ἔγωγε ὁ γνωριζόμενος Ἀχμεδ ὑὸς τοῦ Ἀβραμίυ, ἔγγων δὲ τοῦ Κάλεπ πρὸς διόρθωσιν καὶ ἐπιμέλειαν τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος. Ἐπιχειρησάμην την τρίτην εἴσοδον, κ. λ. Desʃ. καὶ θέσεων Θεοῦ εὐδοκοῦντος, ἀμήν.

IV. pag. 83. *b. Sectio III. Liber IV.* compleʃtitur Capita XX. & inc. Ὁ φάρυγξ μεγίςην ὠφέλειαν ἔχει. Desʃ. καὶ κωλύουσι τοῦ ἐξελθεῖν, εἰ Θεῷ φίλον.

V. pag. 115 *Sectio IV. Liber V.* Capitibus item XX. conʃtans, inc. Ἐπειδὴ οἱ τιμιώτατοι τῶν ἰατρῶν. Desʃ. δι' ὧν εἴπομεν περὶ τῶν λιθιώντων.

VI. pag. 153. *Sectio V. Liber VI.* totidem, ut ʃuperior, Capita compleʃtens inc. Βουλόμενος ὁ ὕψιςος καὶ μέγας Θεός. Desʃ. συναξον αὐτὴν, καὶ ἄλειφε.

VII. pag. 179. *b. Sectio VI. Liber VII.* Capita continens XXXV. inc. Διελθόντες τοίνυν χάριτι τοῦ Θεοῦ. Desʃ. διαλύει γὰρ τὴν χαράδραν, εἰ Θεῷ φίλον. Tum ʃubditur: Τέλος σὺν Θεῷ τῶν ἐφοδίων. *Finis cum Deo Viaticorum*. Accedit deinde brevis paragraphus de compoʃitione cuiuʃdam unguenti. Citantur autem in hoc Opere praeter cetera, remedia quaedam Hippocratis, Galeni, & Rufi. Opus hoc Syriaca primum lingua compoʃitum partim ab Epro filio Zaphar, nepote Elgzezar, partim vero ab Achmede filio Abramii, nepote Chaletis medici, & in Graecam deinde verʃum a Conʃtantino Rhegino, prodiit Latine tantum Baʃileae apud Henricum Petri MDXXXVI. in fol. ʃed valde mutilum atque imperfeʃtum; ideoque ʃingulorum Librorum initia ac titulos adferendos duximus, Lambecii veʃtigia ʃequuti, qui Libro VI. Commentarior. pag. 126. ʃeqq ʃimilis Codicis Ms. recenʃionem more ʃuo accuratiʃʃimam inʃtituit. Fuit autem hic Conʃtantinus protoʃecretarius primum Roberti Guiʃcardi, Nortmannorum, Apuliae, Calabriae, & Siciliae Ducis, poʃtea monachus Caʃinenʃis, qui alias a patria ʃua Conʃtantinus Africanus appellatur; Rhegini cognomen a diuturna ʃua in Calabriae ulterioris, ʃive inferioris metropoli Rhegio, ubi diʃtum primi a ʃecretis munus obiit, commoratione mutuatus. Vide etiam Neʃʃelii Catalog. Bibl. Vindob. Part. III. pag. 31.

VIII. pag. 220. Sequuntur duo Capita, nimirum XXXVI. & XXXVII. (1) in quibus *de Vrinis* agitur. Primum inc. Τὸ οὖρον τὸ ῥύσιον. Alterum desʃ. μαρασμὸν σημαίνει. Et in hoc nonnulla in fine attinguntur ex Galeno de variis urinarum coloribus, & praenotionibus ex ipʃis. Haec, & quae ʃequuntur de antidotis in recenʃione diʃti Codicis Viennenʃis Neʃʃelius loc. cit. tribuit eidem auʃtori, cuius ʃunt Peregrinantium Viatica.

IX. pag. 222. *b.* Εἰσαγωγικὴ μέθοδος ἀντιδοταρίου τῃ Ρωμαϊκῇ διαλέκτῳ μετατεθεῖσα εἰς την Ἑλλάδα φωνήν. *Introductoria methodus de antidotis ex Latina dialecto in Graecam linguam translata*. Inc. Ἀντίδοτος ἡ χρυσῆ ἀλεξάνδρα, κ. λ. Desʃ. σάχαρ ῥότουλον α'. Et haec unico Capite, quod iuxta reliquorum ʃeriem eʃt XXXVIII. continetur.

X. pag. 226. Capite XXXIX. exhibetur Σύγγραμμα σὺν Θεῷ, ὃ διέθετο ὁ ἐν ἁγίοις Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς περὶ τῶν κενούντων φαρμάκων, καὶ τὴν φύσιν αὐτῶν κ̀ τὴν ἰδιότητα, κ̀ δύναμιν, κ̀ μετὰ ποίων ἑτέρων εἰδῶν μιγῆναι δεῖ τὰ ὀξέα φάρμακα, καὶ δριμύτατα πρὸς τὸ ἐλαττοῦσθαι τὴν βλάβην αὐτῶν κ̀ τὴν δακνότητα. *Liber auʃpice Deo, quem compoʃuit S. Ioannes Damaʃcenus, de evacuantibus medicamentis, atque ipʃorum natura, proprietate ac virtute, & quibus aliis ʃpeciebus admiʃceri oporteat acuta & aʃperrima medicamenta ad ipʃorum noxam & acrimoniam minuendam*. Inc. Ἴσθι, ὅτι ὁ διορισμὸς τῆς φαρμακοποσίας ἐςὶν ὁ ἐναντιούμενος τοῦ ἀνθρώπου φάρμακον τὸ ἀποδιῶκον ἀπ' αὐτοῦ τὰ πάθη. ὁ γὰρ τοιοῦτος ὅρος οὐχ εὑρίσκεται τῆς βρώσεως, κ. λ. Nominat autem auʃtor in praefatione θειότατον Ἱπποκράτην, & Γαληνὸν, & hiʃtoriolam narrat de quodam eremita, ὅτι ἄνθρωπός τις διέτριβεν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ σὺν αὐτῷ ἧπαρ συός. καὶ τοῦτο ἐπιθεὶς εἰς χόρτον ἐν τῷ μέρει ἐκείνης τῆς ἐρήμου ἐσχολεῖτο εἰς τὴν δουλείαν αὐτοῦ. καὶ ἀνθυποςραφεὶς εὗρεν, ὅτι τὸ φυτὸν ἐκεῖνο διέλυσε τὸ ἧπαρ. καὶ ἀπομαξάμενος τὸ αἷμα αὐτοῦ, ἔλαβεν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ χόρτου, καὶ ἐφόνευεν ὅν τινα ἤθελε, ποτιζόμενος γὰρ ἀπεπίεζε τὸ αἷμα τοῦ ἀνθρώπου μέχρις ὅτου ἐξέλιπεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, κ. λ. Atque hanc fuiʃʃe cauʃʃam adferit, quare neque Hippocrates, neque Galenus περὶ τῶν κενούντων τὸ αἷμα verba fecerint; homini enim illi, capite damnato, dum ad mortem duceretur, oculos & os praecludi Galenum iuʃʃiʃʃe, ne cuiquam herbam illam praemonʃtraret, ac propterea ne ipʃum quidem *de purgantibus ʃanguinem* agere voluiʃʃe. Sub finem praefationis docet, ὅτι ἡ κένωσις τῶν φαρμάκων διὰ τριῶν τρόπων γίνεται καὶ περαιτέρω οὐκ ἐξέρχεται, κ. λ. In ʃex autem τμήματα, vel ʃectiones σύγγραμμα dividitur. Prima inc. Ἀλοὴ ἰδίωμα κέκτηται τοῦ καθάραι τὸν ςόμαχον. Secunda pag. 228. *b.* inc. Γνῶθι δὲ, ὅτι ἐκ τῶν βοηθημάτων εἰσὶ φάρμακα κενωτικά. Tertia pag. 229. inc. Γίνωσκε δὲ, ὅτι ἐκ τῶν κενωτικῶν φαρμάκων ὑπάρχουσι καὶ εἰσὶ μαλθακά. Quarta pag. 230. inc. Γίνωσκε δὲ, ὅτι ἀπὸ τῶν κενωτικῶν βοηθημάτων εἰσὶ βοηθήματα μαλθακῶς κενοῦντα. Quinta pag. 231. inc. Γίνωσκε, ὅτι τὸ ἀβρότονον, ὃ ἐλχολὲφ οἱ Ἀγαρηνοὶ ὀνομάζυσι. Sexta denique pag. ead. inc. Γίνωσκε δὲ, ὅτι εἰσὶν ἀπὸ τῶν κενωτικῶν βοηθημάτων βοηθήματα θανατώδη. Desʃ. ὡσαύτως καὶ ῥοδέλαιον θερμὸν, ἄλειφε τὸ ὑπογάςριον. Auʃtor huius Operis non eʃt Ioannes Damaʃce-

(1) Continuatur numeratio Capitum Libri ʃuperioris. ubi notandum, quae ʃequuntur omnia a Montfauconio ʃilentio praetermitti, tamquam ʃub unico Peregrinantis Viaticorum Opere comprehenʃa.

cenus Mansur presbyter ac scriptor Graecus Ecclesiasticus, sed alius Ioannes filius Mesue, sive Moysis Damascenus, medicus Arabs. Hoc idem Opus exstat & in dicto Codice Viennensi loc. cit. pag. 32. §. IV. de quo vide Fabr. Bibl. Graec. Vol. XIII. pag. 256.

XI. pag. 234. Περὶ ὀροῦ καὶ τῆς αὐτοῦ ἐνεργείας. *De sero lactis, & eius facultate* Caput XL. Inc. Ὁ ὀρὸς ῥυπτικὴν ἔχει δύναμιν. Des. κίνδυνος ἐκ νόσων ἀπήρτηται.

XII. pag. 235. Περὶ τῶν ἀντεμβαλλομένων ἐκ τοῦ Γαληνοῦ. *De succedaneis ex Galeno* Caput XLI. Inc. Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ φησὶν ἐπί τινος γυναικὸς, κ. λ. Des. ἀντὶ ὠκιμοειδοῦς, ἡδύοσμον ἄγριον. Est autem ex Paulli Aeginetae Libro VII. Caput vigesimumquintum.

XIII. p. 236. *b.* Περὶ τροφῶν δυνάμεων. *De alimentorum facultatibus* Caput XLII. & ultimum, auctore Anonymo. Inc. Ἐγνώσθη ἡ φύσις καὶ ἡ σύνθεσις τῶν βρωμάτων τε καὶ πομάτων ἐκ τῆς αὐτῶν γεύσεως κ. λ. Post traditas quasdam generales de saporibus regulas edisserit περὶ τοῦ σίτου, περὶ τοῦ ὕδατος, περὶ τοῦ οἴνου, περὶ σύκων, περὶ μόσχου, περὶ χρεῶν. Des. καὶ ἀνδράχνης, καὶ βλίττου, καὶ βουγλώσσου. Exstat & in Biblioth. Vindob. inter Medicos Codices num. XXX. de quo Nessel. Part. III. pag. 42. §. II.

XIV. pag. 241. *b.* Αἱ ἱεραὶ ἀντίδοτοι. *Sacrae Antidoti*, seu variae antidotorum, quae dicuntur sacrae, compositiones ex diversis medicis desumtae. Inc. Ἱερὰ Θεοδωρήτου σφόδρα ἐνεργεστάτη. Des. πίνειν μαλάκ σπέρματος οὐγγίας δύο. Auctores vero, ex quibus excerptae sunt, nominantur Archigenes, Galenus, Iustinus, Rufus, & Theodoretus, qui occurrunt omnes in Catalogo medicorum veterum apud Fabric. B. G. Vol. XIII. suis locis relati.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XV. optime servatus, cuius primum folium Operis, *Viatica peregrinantium* inscripti, recentiori manu suppletum est. Constat foliis scriptis 243.

ΑΕΤΙΟΥ ΙΑΤΡΙΚΑ ΒΙΒΛΙΑ Γ' ΤΟΥΤ' ΕΣΤΙΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ϛ' ΕΩΣ ΤΟΥ Η'.

AETII LIBRI MEDICINALES III. A VI. SCILICET VSQVE AD VIII.

Ac praeterea

Galeni, & Anonymi Opera quaedam.

COD. V. HIc Codex dimidia & amplius parte mutilus est in principio; primus enim quaternio numerica nota λγ'. sc. XXXIII. designatur, ita ut integri quaterniones XXXII. desiderentur, in quibus fortasse primi quinque Aëtii Operis Medici Libri continebantur. Qui igitur supersunt, sequentes sunt:

I. p. 1. *Liber VI.* praevia Capitum XCVIII. tabula, inc. Ἔμπλαστροι λέγονται διαφορ.... τὰ ὑγρὰ ταῦτα, ἡ διὰ καππάρεως, καὶ ἡ διὰ τοῦ ἀγαρικοῦ. τὸ ὑδροκέφαλον πάθος προσηγόρευται ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ κεφαλῇ ὑδατώδους, κ. λ. Des. καὶ ἀδύνατον πτάρνυσθαι. Incidit in cit. edit. a pag. 291. ad pag. 360. Initium in Codice aliquantum diversum ab editione.

II. pag. 51. *b. Liber VII.* praevia item tabula Capitum CXIII. inc. Ἡ κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς θεραπεία ποικίλη. Des. τοῦτο πολλοῖς ἐσκεύασαι. Ibid. a pag. 363. ad p. 440.

III. pag. 96. *b. Liber VIII.* cum tabula Capitum LXXV. inc. Προείρηται μὲν περὶ τούτου ἤδη. Des. καὶ δίδου ἐκ τοιούτου πρὸ πολλοῦ τῶν σιτίων ἐκλείχειν. Ibid. a pag. 441. ad pag. 528. Notandum quaterniones huius octavi libri esse postpositos.

IV. pag. 151. *b.* Sequuntur Capita nonnulla excerpta ex II. & III. Aëtii Libro, quorum numeri in margine apponuntur (1).

V. pag. 155. Περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν. *De mensuris & ponderibus* Tractatus Anonymi, denominationem singulorum, ac figuram, & quibus constent partibus, breviter explicans. Inc. Ἡ μνᾶ ὄνομα ἔχει σταθμοῦ, ἔχει δὲ οὐγκίας ιϛ'. κ. λ.

VI. pag. 156. *b.* Σύνοψις τῆς περὶ τῶν οὔρων διαφορᾶς. *Compendium de urinarum differentia*, auctore Anonymo. Inc. Τῶν οὔρων πολλαὶ μὲν κατὰ γένος αἱ διαφοραί. Des. ὁμοίως ἐνεργεῖ καὶ τὰ σκολοπένδρια. In fine schemation appositum, urinarum differentias exhibens.

VII. pag. 158. Quaedam pauca *de antidotis*. Inc. Ἀντίδοτος λυσιτόνιος διὰ πείρας, ποιοῦσα πρὸς πᾶν πάθος. Des. ἐπὶ τῶν σφοδρῶν παροξυσμῶν ὕδατι θερμῷ. Clauduntur omnia sequenti tristicho iambico, scriptoris nomen exhibente, qui & alios supra Codices Medicos exaravit:

Δέξαι πόνημα μικρὸν, ὦ κρήνη λόγων,
Δέλτου μεγίστης, ὡς δέον σωσηβρότα.
Ἰωαννίκιος ἐξέδει τάδε.

Accipe opus exiguum, o fons sermonum,
Voluminis maximi, ut decet, hominum servator.
Ioannicius ita canebat.

VIII. pag. 159. *Galeni Commentarii IV. in Librum Hippocratis de victus ratione in morbis acutis*. Exstant in Galeni Operum Charteriana editione supra cit. Tom. XI. pag. 1. seqq. Haec, & quae sequuntur usque ad finem diversa manus exscripsit, & una cum superioribus sequiori tempore compacta fuerunt; hinc enim nova quaternionum numeratio incipit, Graecis notis expressa.

IX. pag. 249. *Eiusdem Commentarius in tres Libros Praedictionum Hippocratis*. Ibid. Tom. VIII. pag. 692. (2).

X. pag. 311. *Eiusdem de pulsibus Libellus ad tirones*. Ibid. pag. 1. Finis desideratur, desinit

(1) Haec, & quae sequuntur *de ponderibus*, & *mensuris*, *de urinis*, *ac de antidotis* omisit Montfauconius.

(2) Hic quoque Commentarius Montfauconium effugit.

ſinit enim in verbis, κ̀ μάλακος .... quae incidunt ſub finem paginae 10.

Codex Graecus bombycinus Ms. in folio Saeculi XIV. charactere exaratus valde implicito, ac lectu difficili; in marginibus praeterea externis valde corruptus. Conſtat foliis ſcriptis 315.

ΙΑΤΡΙΚΟΝ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ.

LIBER MEDICINALIS AD CONSTANTINVM REGEM.

Adde

Leonis, & Ruſi Tactica, Simeonis Sethi de alimentorum facultate, & Anonymi de re veterinaria Tractatum, &c.

COD. VI. I. pag. 1. ΙΑτρικὸν σὺν Θεῷ ἁγίῳ πρὸς Κωνςαντῖνον τὸν Πορφυρογέννητον βασιλέα. Προοίμιον. *Liber Medicinalis, Deo Sancto auſpice, ad Conſtantinum Porphyrogenitum Imperatorem. Prooemium.* Deeſt tamen Prooemium, ſpatio octo linearum vacuo ad id relicto, & in margine alia manu verbis adſcriptis, ἰδιωτικῶς γεγραμμένον. Habes editum in Leonis Allatii Diatriba de Pſellis editionis Fabricianae in calce Volum. V. Bibl. Graec. pag. 50. ubi inter Michaëlis Pſelli iunioris ſcripta inedita recenſetur §. LXXI. Liber autem Capitibus conſtat CCL. quorum primum περὶ πιπτυσῶν τριχῶν, *de capillis defluentibus*, inc. Ἀποπίπτυσιν αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς ἐ διὰ ἀραιότητα τȣ̃ δέρματος, κ. λ. Vltimum eſt περὶ κεραυνῶν, *de fulminibus*, & deſ. ταῦτα ἀποτρέπȣσι κ̀ ἀποδιώκȣσι κεραυνούς. Liber non contemnendus, ac ſua brevitate expeditus, & remediis a probatiſſimis ſcriptoribus delectis tranſcriptiſque, ac populari loquendi forma proficuus. Pſelli tamen utcumque non eſſe arbitratur idem Allatius, quum neque in dicendo acrimoniam, neque in re expedienda ſolertiam Pſellianam praeſeferat; neque Imperatoris nomen, cui inſcribitur, id patiatur. Sive enim Conſtantinum Porphyrogenitum primum, ſive ſecundum intelligas, Pſellus noſter utroque multo iunior fuit, utpote quem ſub Imperio Alexii Comneni adhuc vivum deprehendimus: quare vel hic Pſellus alius eſt a Michaëlis Ducae praeceptore, vel Pſellus omnino non eſt.

II. p. 54. *b.* Τȣ̃ αὐτȣ̃ περὶ εὐχύμων, κακοχύμων, ἐ τῶν λοιπῶν. *Eiuſdem de cibis bonum, vel malum ſuccum efficientibus, ac de aliis,* ad eumdem Conſtantinum. Inc. Καὶ τοῦτο τὸ ἐπίταγμα, Κωνςαντῖνε θειότατε, κ̀ μέγιςε αὐτοκράτορ, τῆς σῆς προνοίας κ̀ τῆς μεγαλοφυοῦς ἐπινοίας καὶ φρονήσεως καὶ φιλανθρωπότητος ἔργον ἐςὶ, κ. λ. Deſ. καὶ τὰ κρασερὰ ςαφύλια. In Codice Caeſareo Vindobonenſi, de quo Lambecius VI. pag. 161. inſcribitur Περὶ διαίτης ad Conſtantinum Monomachum, & Michaëli Pſello tribuitur; quare ex adlati tituli verbis τοῦ αὐτοῦ patet eidem Pſello, quicumque ille ſit, ſuperiorem quoque Tractatum eſſe adiudicandum.

III. pag. 62. Σύνοψις ἐν ἐπιτόμῳ περὶ τῶν βοηθημάτων, κ̀ τοῦ τρόπȣ τῆς δόσεως αὐτῶν μετὰ τῶν ἰδίων προπομάτων, ἤτοι ἅπερ δεῖ πρότερον διδόναι πίνειν καὶ προκαθαίρειν δι' αὐτῶν, εἶτα καὶ τὰ βοηθήματα διδόναι. ὁμοίως καὶ περὶ τροχίσκων κ̀ ἐλιγμάτων. πρὸς τȣ́τοις δὲ καὶ περὶ ἐλαίων καὶ ἐμπλάςρων, καὶ λοιπῶν τῶν εἰς θεραπείαν διαφόρων νοσημάτων συντεινόντων. *Compendiaria ſynopſis de remediis, & de ratione, qua danda ſint una cum propriis praeviis potionibus; nimirum quae prius ad bibendum dare oporteat, & purgandum; deinde remedia praebere; ſimiliter & de trochiſcis & heligmatis; inſuper & de oleis & emplaſtris, ac reliquis ad diverſorum morborum curationem conducentibus.* Inc. Ὁ περὶ τῶν ἀντιδότων καὶ ἐλαίων κ̀ ἐμπλάςρων λόγος δύσκολος ὢν τοῖς πολλοῖς εἰς τὸ βοηθῆναι, ὅμως ἐνταῦθα μετρίως ὑφ' ἡμῶν ἀναγέγραπται δι' ὠφέλειαν καὶ τῶν πορευομένων ὁδὸν μακρὰν, καὶ τῶν ἀλλαχοῦ διαγόντων, εἰ κ̀ οὐδὲν φαίνεται ἄξιον πρὸς τὴν ὑψηλὴν λογιότητα τοῦ αὐτοκράτορος ἡμῶν, κ. λ. Deſ. ἀξουγκίου χοιρινοῦ λίτρας πέντε. Haec quoque ſylloge ἀδέσποτος, ſed forte eiuſdem eſt auctoris, ac ſuperiores duae; quum & hanc Imperatori cuidam dicatam ex adlato principio adpareat.

IV. pag. 72. Πίναξ συλλογῆς τακτικῶν Λέοντος δεσπότȣ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος ἔτȣς ςυιϐ'. *Tabula Collectionis Tacticorum Leonis deſpotae, Romanorum Imperatoris anno* 6412. (1) (Chriſti DCCCCIV.) in Capitibus CII. quorum poſtrema XXVIII. continent ςρατηγικὰς παραινέσεις ἐκ πράξεων καὶ ςρατηγημάτων παλαιῶν ἀνδρῶν Ῥωμαίων τε κ̀ Ἑλλήνων ἐ λοιπῶν, *militaria exempla deſumta ex rebus geſtis & ſtratagematis veterum virorum Romanorum, Graecorum, & aliorum.* Deinde pag. 73. *b.* Πίναξ ποιναλίȣ νόμȣ ςρατιωτικȣ̃ ἐκ τῶν Ῥούφου τακτικῶν κ̀ τῶν βασιλικῶν ἐν μη' κεφαλαίοις. *Tabula poenalium legum militarium ex Ruſi Tacticis & Baſilicis in Capitibus XLVIII.* His tabulis praemiſſis pag. 74. *b.* incipiunt Leonis Imp. Tactica, quorum Caput I. eſt Προοίμιον, ἐν ᾧ καὶ ποταπὸν δεῖ τὸν ςρατηγὸν εἶναι, καὶ πόσα εἰσὶ τὰ τοῦτον χαρακτηρίζοντα. *Prooemium, in quo agitur & qualem oporteat eſſe imperatorem, & quibus diſtinguatur notis.* Inc. Τοῦ ςρατοῦ παντὸς, ἢ ἐκ πεζῶν, ἢ ἐξ ἱππέων μονομερῶς, ἢ καὶ ἐξ ἀμφοῖν ὁμοῦ συνεςῶτος, ἀναγκαῖον οἶμαι τȣ̀ς περὶ τακτικῶν λέγειν προῃρημένȣς τὰ μὲν πρῶτα λεπτομερῶς περὶ ἑκάςου τούτων τῷ λόγῳ διαλαβεῖν, κ. λ. Vltimum Caput inſcribitur, Ὅτι προφανοῦς ἐκ τοῦ μὴ πολεμεῖν ἀναφαινομένου κινδύνου, παραβολώτερον χρὴ τηνικάδε τὸν ςρατηγὸν πολεμεῖν. *Quod aperto periculo apparente ex non bellando, audacius tunc imperatori bellandum ſit.* Deſ. δι' ἀπόνοιαν παρεσκεύασεν. Leonis Tactica poſt va-

(1) Non 6400. uti falſo adnotat in ſuo Catalogo Montfauconius.

varias editiones nuperrime excusa prodierunt inter Meursii Opera Gr. Lat. edit. Florent. ex recensione Ioannis Lamii MDCCXLV. in fol. Tom. VI. a pag. 534. ad pag. 920. a quibus haec nostra sylloge toto caelo discrepat, ita ut ipsorum compendium esse arbitremur. Quoniam vero, uti mox diximus, in postremis XXVIII. Capitibus huius Collectionis virorum illustrium στρατηγήματα varia adferuntur, placet eorum nomina heic alphabetico ordine recensere. Ii vero sunt, Abradates, Agathocles, Agesilaus, Alcibiades, Alexander, Antigonus, Antiochus, Archidamus Lacedaemoniorum rex, Arsames, Autophradates, Brenno Galatarum rex, Caesar, Caius Romanorum consul, Camillus Romanorum imperator, Campani, Cassander, Chares, Chartaginienses, Chaurias, Chilo, Choerillus, Clearchus, Cleomenes Lacedaemoniorum rex, Cyrus, Darius, Demetrius, Demosthenes, Dercyllides, Dionysius, Epaminondas, Eumenes, Hamilcar, Hannibal, Harpagus, Iphicrates, Lacedaemonii, Lacon, Lycurgus, Marius Romanorum imperator, Meges, Memnon, Merops, Μώκιος ῥωμαῖος, Nicias, Onias, Pammenes, Persae, Philippus, Phocenses, Pompeius, Pseudagoras, Ptolemaeus, Scipio Romanorum consul, Scythae, σεβαστὸς, Sylla, Telesinicus, Thebani, Themistocles, Timotheus, Tyrrhenius.

V. pag. 116. Ποινάλιος νόμος στρατιωτικὸς ἐκ τῶν Ῥούφου τακτικῶν καὶ τῶν βασιλικῶν ἐν κεφαλαίοις μη'. *Poenalis Lex militaris ex Rufi Tacticis & Basilicis in Capitibus XLVIII.* Primum Caput Περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι στρατιώτας ἢ διοικητὰς, ἢ μισθωτὺς, καὶ περὶ ἀλειτουργησίας αὐτῶν. κεφ. γ'. τίτ. ξδ'. βίβλ. τοῦ Κώδικος. *Quod milites, neque negotiatores, neque mercede conducti esse debeant, ac de ipsorum ab omni munere publico immunitate.* Inc. Οἱ στρατιῶται, μήτε διοικηταὶ, μήτε μισθωτοὶ, κ. λ. Vltimum Caput Περὶ διαμερισμοῦ σκύλων, καὶ περὶ αἰχμαλώτων, ἐν ᾧ καὶ περὶ τῶν ξίφει πληττόντων τινὰς, ἢ καὶ ἀποκτεινόντων. *De divisione exuviarum, & de captivis, in quo & de ferientibus gladio, & de perimentibus.* Des. οὔτε μὴν ἐσχάτη λέγεται τιμωρία.

VI. pag. 120. *b.* Ἀκολουθία ψαλλομένη ἐπὶ κατευοδώσει καὶ συμμαχίᾳ στρατοῦ, εἴς τε τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὴν ὑπέραγνον θεοτόκον, τὺς ἀσωμάτυς, τὺς ἀποστόλυς, καὶ εἰς τὺς μάρτυρας, κ. λ. *Acoluthia*, sive *hymni sacri militares, qui canuntur pro felici expeditione & conflictu exercitus, ad Dominum nostrum Iesum Christum, purissimam Deiparam, Angelos, Apostolos, & Martyres &c.* Inc. Ἰσχὺν ὁ δοὺς ἐν πολέμῳ σωτὴρ Δαβὶδ τῷ σοφῷ, κ. λ. Des. εὐχαριστοῦμέν σοι, τριὰς ἁγία, δόξα σοι, ἀμήν.

VII. pag. 124. Tractatus valde longus *de re veterinaria*, sive *de cura equorum*, ex diversis auctoribus contextus. Praecedit tabula Capitum CXXXIV. ac duplex *de ponderibus & mensuris* expositio, prima anonymi, altera Diodori. Tractatus incipit a pag. 127. hoc pacto: Στρατευσάμενος ἐν τοῖς τάγμασι τοῖς ἐπὶ τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ, κ. λ. Des. καὶ τὰ λοιπὰ ποιήσας ξηρία, ἐπίπασσε καὶ ἐπίχριε, καὶ κίνει τὴν γαστέρα. Concordat initium & finis cum editione Graeca Basileae apud Ioannem Valderum MDXXXVII. in 4. cura & studio Simonis Grynaei. Quis fuerit huius collectionis auctor; incertum est: Constantini quidem Porphyrogeniti iussu & auspiciis confectam fuisse adserit Fabricius Bibl. Graec. Vol. VI. pag. 493. qui etiam pag. 494. seqq. Indicem scriptorum, quorum inibi excerpta referuntur, quique in ipsis memorati sunt, ad citatae editionis paginas concinnatum exhibet. Huius tamen Codicis, utpote vetustatis non spernendae, collatio, siqua nova editio paranda sit, nonnisi magno usui esse posset.

VIII. p. 246. Συμεῶνος μαγίστρυ καὶ πρωτοβεστάρχυ τοῦ Σὴθ περὶ τροφῶν δυνάμεως κατὰ στοιχεῖον. *Simeonis Magistri ac Protovestiarii Sethi de alimentorum facultate iuxta alphabetum* ad Michaëlem Ducam Imperatorem. Incipit Prooemium: Πολλῶν καὶ λογίων. Des. καὶ τῶν γνωρίμων πομάτων. Liber vero de cibis inc. Περὶ ἄρτων. Ἡ ἐκ τῶν ἄρτων τροφὴ διαφέρει τετραχῶς. Des. τὰ κατὰ τὴν γαστέρα ῥεύματα, quae pertinent ad Caput ultimum Περὶ ᾠῶν. Sequuntur deinde alia Capita extra alphabeti ordinem, item de eodem argumento. Liber hic Simeonis Sethi editus est Graece & Latine Basileae MDXXXVIII. in 8. Partem vero exordii refert etiam Fabricius Bibl. Graec. Vol. X. pag. 320. Exstat & in Biblioth. Caesar. ut patet ex Nessel. Catalog. Part. III. pag. 51. §. IV. ubi tamen nullum exordium praecurrit. Notandum hoc loco Codicis paginas praepostere collocatas fuisse, ac propterea omnia mirum in modum esse confusa; recentior tamen manus in infimo margine legentem in viam reducit. Haec una cum reliquis omnibus usque ad finem Codicis diversa ac recentior manus exscripsit.

IX. pag. 271. *Compositiones aliquot medicamentorum adespotae.* Inc. . . . . (1) φλοιὸν ἢ πήτυος κόψας καὶ σήσας, κ. λ. Des. λεπίδος δραχμὰς β'.

X. pag. 272. *Excerpta quaedam geographica*, item sine nomine auctoris.

XI. pag. ead. *b.* Τοῦ Ψελλοῦ περὶ τῶν ιβ' ἀποστόλων, οἵῳ τέλει ἐχρήσατο ἕκαστος. *Pselli de XII. Apostolis, quam unusquisque mortem oppetiit*, dodecastichon iambicum. Inc.

Σταυροῖ Πέτρον κύμβαχον ἐν Ῥώμῃ Νέρων.

Des.

Ἴσον Πέτρῳ δίδωσι Φίλιππος μόρον.

XII. pag. ead. *Computus annorum ab orbe condito usque ad Constantinopolis aedificationem, sive duodecimum annum Imperii Constantini Magni, quorum summa statuitur* ͵εωλς'. *scilicet* 5836.

XIII. pag. ead. *Tabella quaedam exhibens horas diurnas, & nocturnas singulorum mensium*,

(1) Prima verba propter restauratum interiorem Codicis marginem novo folio sepulta sunt.

sium, *incipiens a mense Iunio, die XXIII. sive a solstitio aestivo*.

XIV. pag. 273. Redeunt *alia Excerpta geographica*, quae videntur esse continuatio superiorum, quae innuimus §. X.

XV. pag. 274. *Menologium quoddam Graecorum* versibus iambicis, aut ferme iambicis (1) expressum. Incipit a mense Septembri hoc pacto:

Συμεὼν ἔγωγε καὶ Μάμαντα φέρω,
Τὸν Ἄνθιμόν τε, Βαβύλαν, Ζαχαρίαν.

Desinit in mense Iulio, cuius ultimi versus sunt:

Τίμων, καὶ Καλλίνικος, Συλβανός τε,
Δόκιμος, Εὐδόκιμος ἐν βίῳ μέγας.

Quinam vero sit auctor, prorsus latet, quum propter marginis superioris abscissionem in principio Menologii, ipsius nomen sit deperditum.

XVI. pag. 275. Tandem in ultimo folio quaedam breves medicamentorum compositiones exhibentur, manu diversa exaratae, ac levis prorsus momenti.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XIV. Constat foliis scriptis 275.

ΑΕΤΙΟΥ ΒΙΒΛΙΑ ΙΑΤΡΙΚΑ Δ' ΤΟΥΤ' ΕΣΤΙΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ΙΓ' ΕΩΣ ΤΟΥ Ις'.

AETII LIBRI MEDICINALES IIII. A XIII. SCILICET VSQVE AD XVI.

Nec non

Quaedam Rufi, Antylli, Severi & Galeni.

COD. VII. I. pag. 1. A*Etii Liber XIII.* Inc. Ἀρχόμενοι περὶ τῶν δακέντων ζώων. Des. καὶ λειώσας χρῶ. In cit. edit. a pag. 759. ad pag. 832. finis tamen non concordat.

II. pag. 60. *b. Liber XIV. & XV.* concordant quoad initium & finem cum illis, quos recensuimus in Cod. II. huius Plutei supra pag. 140. §. VI. & VII. In hoc tamen praeit utrique Tabula Capitum.

III. pag. 161. *b. Liber XVI.* cum tabula Capitum in principio, inc. Ἡ μήτρα λέγεται καὶ ὑστέρα. Des. βαλσάμου Γο. καρύων ἰνδικῶν Γο. (2) In cit. edit. a p. 955. ad p. 1030. Finis tamen diversus.

IV. pag. 214. *Synopsis de pulsibus*, cui monitum hoc scriptoris praecurrit: Ἐγὼ προσέθηκα τοῦτο τὸ περὶ σφυγμῶν μονόβιβλον. τὸ γὰρ σύνταγμα οὐκ εἶχε· νομίζω δὲ αὐτὸ μὴ εἶναι Γαληνοῦ, ἀλλὰ Ῥούφου τοῦ Ἐφεσίου. *Ego adieci hunc de pulsibus librum unum. Opus enim non habebat; puto autem hoc non Galeni esse, sed Rufi Ephesii*. Tum prooemium, quod ita habet: Τὴν περὶ σφυγμῶν πραγματείαν δεόντως ἄν τις ἐπιδράμοι, ἐπεὶ δίχα ταύτης ἀμήχανόν ἐστι κατὰ τρόπον θεραπεύειν. πρῶτον δὲ φασιν Αἰγίμιον (3) ἀρχαῖον γράψαντα περὶ σφυγμῶν ἐπιγράψαι τοῦτο, ἀλλὰ περὶ παλμῶν. ἠγνόησε γὰρ ὡς εἰκὸς ὁ ἀνὴρ, ἥ τις ὑπάρχει διαφορὰ σφυγμοῦ τε καὶ παλμοῦ, καθὼς ἑξῆς ὑποδείξομεν πρῶτον εἰπόντες τί ἐστι σφυγμός. Primum Caput est Ὅρος σφυγμοῦ. *Definitio pulsus*. Inc. Σφυγμὸς τοίνυν ἐστὶ διαστολὴ, κ. λ. Vltimum Caput est: Τὰ γένη τῶν σφυγμῶν. *Genera pulsuum*; & des. ἐν ταῖς ἀρτηρίαις ἀποτελεῖται. Habes Latine tantum editam cit. edit. Paris. Tom. VIII. pag. 330. Clauditur haec synopsis sequenti tetrasticho iambico:

Χειρὸς πόνος πέφυκεν ὧδε καὶ μέγας,
Κόπος δὲ μικρὸς καὶ δόσις ἀμυδρέα.
Σὺ δ' ὦ σοφῶν πρώτιστε καὶ τῶν ῥητόρων,
Μή μου παρόψει τὸν βραχύτατον πόνον.
Manus labor huc usque magnus exstitit,
Lassitudo vero parva, ac merces dubia.
Tu vero philosophorum ac rhetorum princeps,
Ne despicias meum brevissimum laborem.

V. pag. 217. Γαληνοῦ, τίνας δεῖ καθαίρειν, καὶ ποίοις καθαρτηρίοις, καὶ πότε. *Galeni, quosnam purgare oporteat, & quibus purgantibus, & quando*. Inc. Τοὺς ὑγιεινὰ τὰ σώματα ἔχοντας. Des. ἀρχὴ πάλιν ἑτέρας κενώσεως γίγνηται. Habes in cit. edit. Paris. Tom. X. pag. 470.

VI. pag. 219. Ἐκ τοῦ Ῥούφου περὶ καθαρτηρίων. *Ex Rufo de purgantibus*. Inc. Οὔτε πάντας τοὺς ὁπωσοῦν διακειμένους καθαρτέον, οὔτε ἐν ἁπάσῃ ὥρᾳ, οὔτε ὅπῃ καὶ τύχοι. Des. καὶ οἵ γε πολλοὶ διατιθέντες οὕτως, οὐδενὸς ἐδεήθησαν.

VII. pag. 224. Ἀντύλλου ἐκ τοῦ β'. διαιτητικῶν. *Antylli ex secundo Libro de victus ratione*. Inc. Τῶν καθαιρόντων τὰ μὲν μαλακὰ προσαγορεύεται περιττώματα μόνον ἐξάγοντα ἐκ τοῦ σώματος, κ. λ. Des. φλέγματος ἐνοχλοῦντος, εἰ οὕτως τύχῃ, χολὴν, ἣν οὐ προσῆκον καθαίρωμεν.

VIII. pag. 225. Ἐκ τοῦ περὶ κλυσμῶν, ὅτι διὰ τρεῖς αἰτίας παραλαμβάνονται. *Ex Libro de clysteribus, quod tribus de caussis sumuntur*, fragmentum. Inc. Παραλαμβάνονται οἱ κλυσμοὶ διὰ τρεῖς αἰτίας, ἤτοι πολλὰς ἡμέρας τῆς γαστρὸς ἐπεσχημένης, κ. λ. Des. καὶ ἐκμοχλεύουσι τῶν καθαρτικῶν οὐκ ἔλαττον. Forte eiusdem Antylli.

IX. pag. ead. *b.* Σευήρου ἰατροσοφιστοῦ περὶ ἐνετήρων, ἤτοι κλυστήρων. *Severi iatrosophistae de instrumentis infusoriis, seu clysteribus*. Inc. Ἕν τι τῶν κατὰ τὴν τέχνην ἀναγκαίων, τὴν τῶν ἐνετήρων χρῆσιν παραδοῦναί σοι, ὦ Τιμόθεε, συλλήβδην πειρῶμαι τῷ λόγῳ, πόσοι καὶ τίνες εἰσὶ κατὰ διαφορὰν, καὶ ποίῳ νοσήματι ἕκαστος αὐτῶν ἁρμόδιος, κ. λ. Des. ἀλλὰ πράγμασιν ἑαυτοὺς προσδήσαντες διδασκαλίας ἕνεκεν καὶ ἐνδείξεως, τόνδε πεποιήμεθα τὸν λόγον.

X. pag. 237. *b.* Γαληνοῦ περὶ ἐθῶν. *Galeni de consuetudinibus*. Inc. Τῶν θεραπευτικῶν σκοπῶν. Des. κακοχυμίαν τε καὶ πλῆθος ἀθροίζουσιν. Latine Tom. VI. cit. edit. Paris. pag. 541.

Codex Graecus papyraceus Ms. in folio, Saeculi XIV. Ioannicii manu exaratus. Constat foliis scriptis 244.

AE-

(1) Numerus enim syllabarum utplurimum, non quantitas servatur.

(2) Nota illa compendiaria apud medicos significat οὐγγίας.

(3) Aegimius iste Eleus fuit medicus antiquissimus, cuius περὶ παλμῶν tractatum memorat Galenus IV. de pulsibus.

ΑΕΤΙΟΥ ΛΟΓΟΙ.

AETII SERMONES.

Seu potius

Galeni de medicamentorum compoſitione ſecundum loca Libri X. nec non Aëtii, Dioſcoridis, Dioclis, & Anonymi quaedam.

COD. VIII.

I. pag. 1. MVtilus initio videtur Codex; primum enim Opuſculum hoc titulo inſcriptum occurrit: Ἑτέρα διάγνωσις οὔρυ. *Alia urinae dignotio*. Inc. Τὸ οὖρον μέχρι ᾗ τῆς τρίτης ὥρας κρίνεται ἀσφαλῶς. Def. καὶ πρὸς ὑγίειαν ἀποκαθισαμένην. Forte eſt Aëtii, ut ſuſpicatur in ſuo Catalogo Montfauconius.

II. pag. 3. Ἀκριβεστάτη σύνοψις περὶ οὔρων, ἑρμηνευθεῖσα ἐκ τῆς ἰατρικῆς τέχνης τῶν Περσῶν, Ἀετίυ. *Accuratiſſima ſynopſis de urinis, translata e medica arte Perſarum, Aëtii*. Inc. Δεῖ γινώσκειν, ὅτι ὅταν ἐστὶ τὸ οὖρον ἐρυθρὸν, κ. λ. Def. εἰ δὲ βενετίζει, τέλειον εἶναι σημαίνει.

III. pag. ead. *b*. Ἀετίου περὶ τῆς ἐκ σφυγμῶν σημειώσεως. *Aëtii de ſignificatione ex pulſibus* Excerptum breviſſimum. Inc. Προσδοκωμένης ἤδη τῆς κρίσεως. Def. δεῖ προσδοκᾷν ἔσεσθαι.

IV. pag. 4. Βίβλος Διοσκορίδυς περιέχυσα περὶ πείρας ἰατρικῆς, περὶ ἁπλῶν τε ᾗ συνθέτων φαρμάκων κατὰ ἀλφάβητον ὑποτεταγμένη. *Liber Dioſcoridis agens de experientia medica, de ſimplicibus & compoſitis medicamentis, ordine litterarum digeſtus*. Inc. Ἄβρωτα διατηρεῖ ἀπὸ μυῶν καὶ σκωλήκων τά τε βιβλία καὶ ἱμάτια ᾗ χαρτία. Def. ᾗ χυλῷ καλάμης κοινῆς καταπλαττόμενον. Eſt tantummodo fragmentum, litteram A non excedens, cum quadam etiam lacuna interiecta. Simile quid videtur eſſe Alphabeto Empirico, quod ſub nomine Aſclepiadis & Stephani edidit Latine Caſpar Wolphius MDLXXXI. quod in Graeco Codice titulum habuiſſe dicit περὶ φαρμάκων ἐμπειρίας.

V. pag. 9. *Galeni de medicamentorum compoſitione ſecundum loca Libri X.* praevio Capitum ſingulorum Librorum indice ſatis accurato, ac duplici exſcriptoris epigrammate in Galeni ſimul, ac praemiſſi indicis commendationem. Primum iambicum ſequens eſt:

Εἰς ἓν λαβὼν ἅπαντα πολλῷ τῷ πόνῳ,
Ἅπερ παριστᾷ δυσχερῶς τὸ πυκτίον,
Τέθεικα σαφῆ τοῖς ποθοῦσι μανθάνειν,
Ἄμοχθον αὐτοῖς εὐχερῆ διδὺς χάριν,
Πίνακα χειρὶ τῦ παρόντος βιβλίυ
Γράψας σαφῆ, κάλλιστον, ἠκριβωμένον.
Ἀφ' οὗ χάρις νάμασιν ἀφθονεστάτοις
Ἐκρεῖ προφανὴς σὺν Θεῷ ξενοτρόπως,
Λυτροῦσα δεινῶν δυσχερῶν νοσημάτων,
Πολλὺς ῥύπους πλύνυσα τῶν παθημάτων
Σοφὸν Γαληνὸν εὐσθενῆ πρὸς τὺς λόγυς
Αὐχοῦντος εὑρεῖν εὐφυῆ συγγραφέα·
Οὗ τὸ κλέος μέγιστον ἀρθὲν ἀσχέτως,
Ἅπασιν ἐξέλαμψεν ἀῤῥητοτρόπως
Ἱὲν φαεινὰς τὰς βολὰς τὰς τῶν λόγων
Λαμπρῶς, καθαρῶς, εὐπρεπῶς ᾗ κοσμίως
Ψυχαῖς βροτῶν ἄριστα προσδεδεγμένων,
Ὡς αἰγλοειδὴς ἐκφανής τις φωσφόρος.
In unum cogens omnia labore multo,
Quae difficulter exhibet libellus,
Expoſui clare cupientibus diſcere,
Labore vacuam ipſis, facilemque praebens gratiam,
Indicem (ſcilicet) *manu praeſentis libri*
Scribens clarum, pulcherrimum, elaboratum,
Ex quo gratia fontibus uberrimis
Emanat evidens Deo favente mirabiliter,
Liberans gravibus ac difficilibus morbis,
Multiſque abluens paſſionum ſordibus
Eos qui ſapientem Galenum, ſermonibus pollentem
Gaudent invenire egregium ſcriptorem,
Cuius gloria maxima ſupra modum elata
Omnibus effulſit inenarrabili modo,
Eiaculans ſplendida ſermonum ſpicula
Lucide, clare, decore, & ornate
Animabus hominum optima probantium,
Qualis coruſcans dum ſe prodit Lucifer.

Alterum heroicum ita habet:

Εὐκλεέος Γαληνοῖο μετὰ σοφίῃ τε λόγῳ τε
Ἄνθεα δρεψάμενος πολυανθέος ἔξοχα τῆσδε
Βίβλου ἐκ μεγάλης ἐρικυδέος ἀφθίτοιο,
Ἴδει πόλλ' ἐμόγησα τετηγμένος ἀμφὶ πόνοισι,
Θῆκά τ' αὐτὸς σαφέ' ἐσλδομένοισι μέροψιν.
Galeni ſapientia aeque ac eloquentia celebris
Flores decerpens pulcriores ex hoc valde florido,
Magno, praeclaro & immortali libro,
Laboribus feſſus ſudore multo contabui,
Idemque clare expoſui cupientibus hominibus.

A pag. 19. incipiunt *Galeni Libri X. de compoſitione medicamentorum &c.* ut in edit. toties cit. Tom. XIII. pag. 319. ubi notandum, quod in Codice deſideratur Caput ultimum Libri I. & a pag. 395. uſque ad finem Libri X. ſuppletus fuit manu paullo recentiori, iuſſu fortaſſe Angeli Politiani, qui in calce primae paginae huius ſupplementi haec adnotavit: *Angeli Politiani Liber emptus de Paulli phyſici Florentini heredibus: pellegeram ego Ang. Politianus in ruſculo meo Faeſulano XVII. Kal. Quintilis anno ſal. MCCCCLXXXVII.* (1) Huius autem manu crebras in margine notulas videre eſt exaratas, qui praeter cetera ad Caput illud Libri VIII. quod inſcribitur, Περὶ τὴν χολὴν μέλαιναν γεννώντων, ita adnotavit: Σημείωσαι τοῦτο· σοὶ γὰρ, Ἄγγελε Πωλιτιανὲ, ἐπιτήδειον.

VI. pag. 438. *Quaedam medica* βοηθήματα, ſeu *remedia ad diverſos morbos*, ab eadem manu exarata, quae ſuperiora Dioſcoridis Excerpta de ſimplicibus & compoſitis medicamentis exſcripſerat, ut ad eumdem auctorem pertinere ſuſpicemur. Primum eſt Πρὸς

(1) Adverte Montfauconii duplex σφάλμα, qui in ſuo Catalogo legit XVIII. Kal. Quintil. anno ſal. MCCCCLXXXVIII.

Πρὸς τὸ γεννᾷν ταχέως. *Ad facilitatem partus.* Inc. Χολιάνδρυ κόκκυς ια'. κ. λ. Adnectuntur alia pauca in fine, pag. nimirum 453. *de mensuris & ponderibus*, & pag. 454. *de salibus theriacis*, quorum postrema sunt: μαράθρου ἀνὰ λίτρας β. ἀλφίυ ῥίζης ὀγγίας ι'.

VII. pag. 454. *b.* Ε'πιςολὴ Διοκλέους πρὸς Α'ντίγονον βασιλέα. *Epistola Dioclis ad Antigonum Regem.* Inc. Διοκλῆς Α'ντιγόνῳ βασιλεῖ. Ε'πειδή σοι συμβαίνει. Des. τουτέςιν ἀπὸ Σεπτεμβρίου κε'. ἕως Νοεμβρίυ ιβ'. Hanc Epistolam προφυλακτικὴν, seu *de tuenda valetudine*, servavit nobis Paullus Aegineta Libri I. Capite ultimo, ac propterea variae ipsius editiones ac versiones habentur. Fabricius etiam ipsam inseruit Bibl. Graec. Vol. XII. pag. 585. & seqq. cum Mizaldi versione. Sed quum in nostro Codice decem circiter versus in fine sit longior, quam quae tum in Fabriciana editione, tum in recensitis Codicibus Paulli Aeginetae Opera continentibus exhibeatur, placet heic ea, quae inibi desiderantur, integra subiungere. Post igitur verba ἡμέραι με'. in quibus editio desinit, ita prosequitur Codex: ἀπὸ πλοιάδος (1) δύσεως μέχρι τροπῶν χειμερινῶν ἡμέραι μθ'. τουτέςιν ἀπὸ μηνὸς Νοεμβρίυ ιβ'. ἕως Δεκεμβρίου πληρουμένου ἀπὸ δὲ τροπῶν χειμερινῶν ἕως ἰσημερίας ἐαρινῆς ἡμέραι πδ'. τουτέςιν ἀπὸ μηνὸς Ι'αννυαρίου α'. μέχρι Μαρτίου μηνὸς κε'. ἀπὸ δὲ ἰσημερίας ἐαρινῆς ἕως πλοιάδος ἐπιτολῆς ἡμέραι μθ'. τουτέςιν ἀπὸ μηνὸς Μαρτίου κε'. ἕως μηνὸς Μαΐου ιγ'. ἀπὸ δὲ πλοιάδος ἐπιτολῆς ἕως τροπῶν θερινῶν ἡμέραι μβ'. τουτέςιν ἀπὸ μηνὸς Μαΐου ιγ'. ἕως Ι'ουνίυ κδ'. αὗται αἱ ἡμέραι εἰσὶ τροπαὶ θεριναί. ἀπὸ δὲ τροπῶν θερινῶν ἕως ἰσημερίας μετοπωρινῆς ἡμέραι ϙγ'. τουτέςιν ἀπὸ μηνὸς Ι'ουνίου κδ'. ἕως Σεπτεμβρίου κε'. ἀπὸ δὲ ἰσημερίας μετοπωρινῆς ἕως πλοιάδος δύσεως ἡμέραι μη. τυτέςιν ἀπὸ Σεπτεμβρίου κε' ἕως Νοεμβρίου ιβ'. Δόξα τῷ Θεῷ τῷ παντων δοτῆρι.

VIII. pag. 456. *b.* Sequuntur Prognostica quaedam, quorum primum est Περὶ τοῦ γνῶναι βυλὴν γυναικός. Inc. Λαβὼν βάτραχον ποτάμειον, κ. λ. Vltimum vero: Ε'άν τινος δῦλος φύγῃ. Ψήφισον τὸ ὄνομα τοῦ δούλυ κὶ τοῦ κυρίου αὐτοῦ, κὶ εἰ μὲν νικᾷ τοῦ κυρίου, εὑρεθήσεται· εἰ δὲ τοῦ δύλυ, ὐχ εὑρεθήσεται. Sunt autem utplurimum superstitiosa.

IX. pag. 459. *b. Compositio oxymellis, & antidoti Iulianeae dictae.*

Codex Graec. chartaceus Ms. in 8. Saeculi XV. optime servatus, ac diligenter scriptus. Constat foliis scriptis. 459.

ΑΚΤΟΥΑΡΙΟΣ ΠΕΡΙ ΟΥΡΩΝ.

ACTVARIVS DE VRINIS.

Ac praeterea

De actionibus & adfectibus spiritus animalis &c. & de medendi methodo: tum Galeni, & Paulli Aeginetae quaedam.

COD. IX. I. pag. 1. IN primis quatuor foliis variae occurrunt *medicamentorum compositiones*, nullo auctoris nomine apposito. Tum p. 5. incipiunt *Io. Actuarii de Vrinis Libri VII.* qui initio & fine concordant cum iis, quos recensuimus in Codice XIII. Plut. LXXIV. supra pag. 102. §. V.

II. pag. 114. Τοῦ σοφωτάτυ καὶ λογιωτάτυ τοῦ Α'κτουαρίου κυρίου Ι'ωάννου τοῦ Ζαχαρίου πρὸς τὸν Φιλοσοφώτατον πατέρα ἡμῶν κύριον Ι'ωσὴφ περὶ ἐνεργειῶν κὶ παθῶν τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος, κὶ τῆς κατ' αὐτὸ διαιτης λόγος πρῶτος. *Sapientissimi & eruditissimi Actuarii D. Ioannis Zachariae F. ad maxime philosophum patrem nostrum Iosephum de actionibus & adfectibus spiritus animalis, eiusque nutritione Liber I.* cum praevia Capitum tabula. Inc. Ε'πειδὴ δέ σου ταῖς ἔναγχος, κ. λ. Des. χειραγωγούμενον. Concordat cum edit. Latina Paris. MDLVI. in 8. apud Bernardum Turrisanum, via Iacobaea, in Aldina Bibliotheca, Part. I. a pag. 1. ad pag. 60. Iulio Alexandrino Tridentino interprete.

III. pag. 141. *b.* Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν περὶ διαίτης λόγος β'. *Eiusdem ad eumdem de spiritus animalis nutritione Liber II.* item cum tabula Capitum. Inc. Ο'ποῖόν τι. Des. τὰ ἀμείνονα. Ibid. a pag. 61. ad pag. 120.

IV. pag. 171. *Galeni de medendi methodo ad Glauconem Libri II.* ut in eius Operum edit. cit. Paris. Tom. X. pag. 344. In fine legitur Δόξα τῷ Θεῷ τῷ δόντι πέρας. Ε'ληξεν ἀρχὴν δάκτυλοι τρεῖς καὶ γόνυ.

V. pag. 222. *Actuarii Domini Ioannis Zachariae F. de methodo medendi Libri VI. ad Apocauchum*, eodem prorsus ordine digesti, quo exhibentur infra in Codice XVI. huius Plutei §. V. a num. 1. usque ad num. 7. inclusive, ubi singulorum initium & finem proferimus: in hoc tantummodo ab iis diversi, quod fere omnes heic sunt anepigraphi: primo autem libro Index Capitum praecurrit.

VI. pag. 460. *Paulli Aeginetae de succedaneis Excerptum*, & pauca quaedam *de mensuris & ponderibus*, ut in dicto Codice XVI. §. VI. & VII.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XV. Constat fol. scriptis 463.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΤΩΝ ΒΟΤΑΝΩΝ ΚΑΤΑ ΓΑΛΗΝΟΝ.

INTERPRETATIO HERBARVM SECVNDVM GALENVM.

Seu potius

Varia Excerpta medica, auctore Anonymo: Procli, & Aëtii quaedam.

I. pag. 1. MVtilus initio Codex est, & primi Tractatus Medici, qui Capitibus constat XXIX. praevio indice expressis, deest principium: prima enim verba sunt . . . . Τὸ ι'. ἐάν ἐςιν ὡς τὸ αἷμα, καὶ νέφος οὐκ ἔχει, κ. λ. quae pertinent ad Caput COD. X.

(1) Ita semper legitur in Codice pro πλειάδος.

put I. quod in indice inscribitur: Μέθοδος τῶν ἰαλλίων τῶν νοσέντω. Vltimum Caput inscriptum, Ὅσα ξηραίνεσι, des. ξηροτέραν δίδωσιν τροφὴν δι' ἀγάρυ ϗ οἴνυ. Caput V. huius Tractatus continet *Lexicum botanicum ordine litterarum sapientissimi Galeni*. Caput VI. *eiusdem succedaneorum, sive synonymorum aliud lexicum item ordine litterarum*. Caput vero VII. *Hippocratis praenotiones quasdam & signa morborum*.

II. pag. 18. Tractatus alter medicus Capita continet XLII. quorum primum Περὶ τῶν ὑδάτων ϗ κυδωνάτων, ϗ βοηθημάτων, καὶ ἑτέρων, inc. Λαβὼν μυρσίνης καρπὸν ὥριμον, κ. λ. Vltimum Περὶ τῆς ἀλειφῆς τῆς μεγάλης, des. εἶτα βάλλε εἰς ἄγγος, ϗ ἄλειφε ἕν.

III. pag. 32. Tertius Tractatus hoc titulo instructus est: Τοῦ σοφωτάτυ Ἀριστοτέλυς λόγοι ϗ προοίμια, κυρίου Ἰωάννου ἀρχιάτρου καὶ μαθητοῦ αὐτοῦ, περιέχων συνοπτικῶς πάντων τῶν παθῶν ϗ τῶν ἀδήλων τὰς θεραπείας. *Sapientissimi Aristotelis sermones & prooemia, domini Ioannis archiatri & eius discipuli, continent autem in compendio omnium morborum etiam occultorum curationes*. Capita continet XXXIX. quorum primum Πρὸς ὀξὺν πόνον κεφαλῆς, inc. Ἔπαρον ἀγριαγκουρέας σπόρον, κ. λ. Vltimum inscriptum, Ὅταν καίεται τὸ πρόσωπον, des. θέτ' ἐς τὸ μέθωπον.

IV. pag. 38. *b*. Quartus Liber medicus Capitibus constat XXV. quorum primum est Περὶ ἀσφοδέλυ, ultimum Περὶ ἀνήθου. Inc. Ἀσφόδελος, οἱ δὲ λέγυσι τὸν ναρθήκιον. Des. διαφορητικὸν δὲ ϗ ἧττον.

V. pag. 46. *b*. Quintus Liber medicinalis in Capita XXVI. tributus est, quorum primum Εἰς ὑπερσαρκώματα, inc. Πάσσε μυρσίνην, σμύρναν, λίβανον, κ. λ. Vltimum inscriptum, Θεωρία ἰατρικωτέρα περὶ τῆς τοῦ σώματος ἡμῶν κατασκευῆς δι' ὀλίγων, des. ῥίζα δὲ πάντων ἀπεδείχθη καὶ ἀρχὴ τῶν κατὰ τὰ νεῦρα κινήσεων διὰ τῆς τροφῆς τῷ ἀνδριάντι. Sequuntur deinde pag. 51. alia tria Capita extra numerum, quae sunt περὶ κυνοδήκτων, περὶ σκορπιοπλήκτων, & περὶ ἔχιος ϗ ἐχίδνης.

VI. pag. 53. Πρόκλου οὐρανοδρόμος. *Procli Vranodromus*. Inc. Περὶ ἀνατολῶν καὶ δύσεων ἀστέρων εἰπεῖν ἀστρολογικῶς ὁρμωμένῳ μοι. Des. συνοδεύων τῷ ἡλίῳ διὰ κθ'. ϗ ἥμισυ. Hic Libellus occurrit in aliis etiam bibliothecis, ut Vindobonensi & Oxoniensi inter Codices Baroccianos. Vide Nessel. Catalog. Part. IV. pag. 103. §. II. Notandum haec omnia hactenus recensita, a Graeculo quodam sequioris aevi valde imperito exarata esse: ac, si ultimum hunc Procli libellum excipias, reliquorum Excerptorum phrasem, barbarum quid pluribus in locis redolere.

VII. pag. 55. *Aëtii Operis medici fragmentum*, initio ac fine mutilum; incipit autem ab extremo Capite Libri IX. & pertingit usque ad Caput LXIX. Libri XII. (1) Hoc autem vetustiori & elegantiori manui debemus; dolendum tamen est in marginibus passim Codicem partim madore, partim tineis esse corruptum.

Codex Graecus bombycinus Ms. in 4. quoad Aëtii medica Saeculi XIII. quoad reliqua vero Saeculi XV. Constat foliis scriptis 134.

ΑΚΤΟΥΑΡΙΟΣ ΠΕΡΙ ΟΥΡΩΝ.

ACTVARIVS DE VRINIS.

Ac praeterea

De actionibus spiritus animalis &c. de methodo medendi, ac Paulli Aeginetae Excerptum.

I. pag. 1. *Ioannis Zachariae F. Actuarii de Vrinis Libri VI.* ut in Codice XIII. Plut. LXXIV. supra pag. 102. §. V. COD. XI.

II. pag. 82. *Eiusdem de actionibus & adfectibus spiritus animalis, eiusque nutritione ad Dominum Iosephum Rhacendytam Libri II.* ut in Codice IX. huius Plutei supra pag. 156. §. II. & III.

III. pag. 116. *b. Eiusdem de methodo medendi Libri VI.* ut in editione Latina Paris. MDLVI. in 8. Part. II. pag. 1. seqq. Corn. Henrico Mathisio Brugensi medico interprete. Heic tamen in ipsorum divisione, ac titulis discrimen aliquod ab editis occurrit.

Liber I. & II. coniunguntur apposito titulo: Τοῦ αὐτοῦ βιβλίον ἰατρικὸν περιέχον πᾶσαν τέχνην ἐν ἐπιτόμῳ. *Eiusdem Liber medicinalis complectens universam artem in compendium redactam*. Inc. Ἐπειδή σοι εἰς τὴν ὑπὲρ τοῦ γένυς ἡμῶν στελλομένῳ πρεσβείαν. Des. εἴη δέ σε μὲν ἀπόνασθαι τοῦ γράμματος, ἡμᾶς δὲ λέγειν τὰ δέοντα. Leguntur Latine loc. cit. a pag. 1. ad pag. 153.

Liber III. pag. 163. *b*. inscribitur: Βιβλίον δεύτερον περὶ θεραπευτικῶν μεθόδων. *Liber II. de curandi methodis*. Inc. Ἐπειδὴ πᾶσα διδασκαλία ϗ μέθοδος. Des. ὡδὶ τὸ πᾶν τοῦ λόγου μέτρον συμπερακτέον. Ibid. a pag. 153. ad pag. 213.

Liber IV. pag. 181. inscribitur: Τοῦ αὐτῦ περὶ θεραπευτικῆς μεθόδυ τῶν κατὰ μέρος παθῶν. *Eiusdem de curandorum methodo morborum in particulari*. Inc. Ἡ μὲν παροιμία φησί. Des. ἐνταῦθά πη συγκαταπαύειν. Ibid. a pag. 213. ad pag. 316.

Liber V. pag. 213. *b*. inscribitur: Περὶ συνθέσεως φαρμάκων. *De compositione medicamentorum*. Inc. Ἤδη σοι καὶ τῶν ἐπὶ τοῖς τέσσαρσι, κ. λ. Ibid. pag. 317. Progreditur autem longius, quam in editione; nam post verba, πρὸς τὸ τῆς ὑποσχέσεως ἄρτιον, in quibus definit Liber in editione pag. 432. sequuntur postrema quatuor Capita Libri VI. apposito titulo: Ἡ διὰ χαλκίτεως ἔμπλαστρος. Horum initium est: Ἡ διὰ χαλκίτεως ἔμπλαστρος τοῦ Γαληνοῦ, κ. λ. Finis vero: δοκῶμεν ἐκπεπο-

(1) Montfauconius in suo Catalogo perperam ait *Libri XIII*.

πονηκότες τὴν βίβλον, ut in edit. a pag. 526. ad pag. 563. His autem omnibus unum constitui librum, Capitum continuatio satis declarat, quae omnia simul sunt CCCXV.

Liber VI. pag. 259. inc. Ἐ'δόκει μοι διὰ βραχέων πάντων. Des. ὥσαν ἐν πᾶσιν ἄρτιος ὁ λόγος τελείῃ. Ibid. a pag. 433. ad pag. 526. Tituli autem loco hoc monitum legitur appositum: Ὁ' παρὼν λόγος τρίτος ἐςὶν, ἔλαθε δὲ, διὰ τῦτο ἐγράφη πρὸς τὸ τέλος τοῦ βιβλίυ. In fine Libri adtexitur *de mensuris & ponderibus* brevissimum Excerptum, ut in Cod. XVI. huius Plutei §. VI.

IV. pag. 286. *Paulli Aeginetae iatrosophistae Excerptum e Libro VII. de succedaneis*, ut in dicto Codice §. VII. In calce Codicis sequens amanuensis subscriptio legitur: Ἡ' παροῦσα βίβλος ἐγράφη παρ' ἐμοῦ τοῦ ἐν ἱερομονάχοις ἐλαχίςυ Στεφάνου (1). καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ διὰ τὸν κύριον. ἐν ἔτει ϛϠκ'. ἰνδ. ε'. *Hic Liber scriptus est a me Stephano inter hieromonachos minimo, & vos qui legitis orate pro me Dominum, anno* 6920. (Christi MCCCCXII.) *indict. V.*

Codex Graecus chartaceus Ms. in folio, Saeculi XV. ineuntis. Constat foliis scriptis 287.

ΑΕΤΙΟΥ ΤΜΗΜΑΤΑ ΔΥΟ, Α'. ΚΑΙ Β'.

AETII SEGMENTA DVO, PRIMVM ET SECVNDVM.

Seu potius

Aëtii contractae ex veteribus medicinae Libri tres priores.

COD. XII. I. pag. 1. Libro primo praecedit Capitum CCCCXXIV. tabula; tabulae vero sequens titulus: Ἀ'ετίου Ἀ'μιδηνοῦ σύνοψις τῶν τριῶν βιβλίων Ὀ'ριβασίυ, λέγω δὴ τοῦ πρὸς Ἰουλιανὸν, καὶ τοῦ πρὸς Εὐςάθιον, καὶ τοῦ πρὸς Εὐνυνάπιον (sic) καὶ τῶν θεραπευτικῶν βιβλίων Γαληνοῦ ϗ Ἀ'ρχιγένους, καὶ Ῥ'ούφου, ϗ ἑτέρων τινῶν ἀρχαίων ἐπισήμων. *Aëtii Amideni Compendium trium Librorum Oribasii, ad Iulianum scilicet, ad Eustathium, & ad Eunapium; & medicinalium librorum Galeni, Archigenis, Rufi, & aliorum quorumdam veterum celebriorum.* Tum pag. 3. prooemium, cuius initium: Αἱ διαφοραὶ τῶν κατὰ μέρος ἐνεργειῶν. Finis: καὶ οὕτως ἐπὶ τὰ τῶν ζώων ἀφίκεσθαι μόρια. Caput I. inc. Τὸ ἀβρότονον θερμόν ἐςι, κ. λ. Vltimum des. ὠφελεῖ καὶ μάλιςα τὰ νήπια. In cit. edit. a pag. 2. usque ad pag. 72.

II. pag. 42. *Liber II.* tabulam praefert Capitum CCLXIX. ac praeterea sequens argumentum, rubro partim, partim nigro charactere exaratum: Περὶ τῶν τῆς γῆς διαφορῶν ϗ λίθων, καὶ μεταλλικῶν, καὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζώων ὠφελείας ἐκ τῶν ἁπλῶν Γαληνοῦ, καὶ τοῦ περὶ τροφῶν δυνάμεων αὐτοῦ, ϗ Ὀ'ριβασίυ ϗ ἑτέρων, κ. λ. *De terrae differentiis, lapidum, ac metallorum; & de utilitate ex animalibus capienda, ex simplicibus Galeni, & ex eiusdem de ciborum facultatibus, & Oribasii, & aliorum Libris &c.* Inc. Γῆν συνήθως πάντες ἄνθρωποι ὀνομάζουσι, κ. λ. Des. τὴν χρόαν ἐμφαίνουσαν. Ibid. a pag. 77. ad pag. 136. In Codice tamen uno Capite longior est in fine; nam post verba, καὶ ἡ σὺν τοῖς συμφύλλοις συντιθεμένη ςαφυλὴ, in quibus desinit editio, sequitur in Codice Caput CCLXIX. inscriptum, Περὶ ἐκλογῆς τῶν καλλιςευόντων ἁπλῶν φαρμάκων, quod inc. Ἀ'γαρικὸν ἄμεινον τὸ κτηδόνας ἔχον εὐθείας. Finem mox retulimus.

III. pag. 73. *Liber III.* Capita continens CLXXXV. quorum praecedit tabula, inc. Πρὸ τῶν γυμνασίων θερμαίνειν. Des. οὐ προσφέρω τὰ τοιαῦτα. Ibid. a pag. 138. ad pag. 194.

Codex Graecus chartaceus Ms. in fol. min. Saeculi XV. optimae notae. Constat foliis scriptis 102.

ΑΕΤΙΟΥ ΛΟΓΟΙ Γ'. ΤΟΥΤΕΣΤΙΝ ΙΔ'. ΙΕ'. ΚΑΙ Ιϛ'.

AETII SERMONES III. VIDELICET XIV. XV. ET XVI.

Ac praeterea

Alexandri Aphrodisiensis Problematum Physicorum Libri II.

I. pag. 1. *Aetii Libro XIV.* praevia est Capitum XCVI. tabula; tum Caput I. inscribitur: Περὶ ἐλεφαντιάσεως, ἐκ τῶν Ἀ'ρχιγένυς. *De elephantiasi, ex Libris Archigenis.* Inc. Ἡ' ἐλεφαντίασις καλεῖται παρά τισι ἡ λεοντίασις. Vltimum, Περὶ τῶν ἐν σκέλεσι ϗ βραχίοσι δρακοντίων, Λεωνίδυ, *De crurum ac brachiorum dracunculis, Leonidae*, des. σαρκούμενον ἀπουλέσθω. Tum subiiciuntur tres circiter versiculi cum titulo Περὶ συκαμίνου. Plura autem Capita continet hic Liber in Codice, quam in edit. Incipit enim a Capite CXX. Libri XIII. superioris, quod est *de elephantiasi*, edit. cit. pag. 810. Initium autem Libri XIV. fit a Capite XVI. quod inscribitur Περὶ τῶν ἐν ἕδρᾳ παθῶν, Γαληνοῦ. COD. XIII.

II. pag. 53. *Liber XV.* Capita complectitur CX. quorum primum inc. Ὥ'σπερ ἐπὶ χολώδει, κ. λ. Vltimum des. ἄρας ἀπὸ τῦ πυρὸς, ψύξας τῇ κινήσει, χρῶ. Ibid. a pag. 906. ad pag. 952. lin. 29. deest enim in Codice Caput XLVII. in quo desinit editio: ubi notandum Capita huiusce libri ideo plura numero esse in Codice, quam in editione, quia ipsorum pleraque in alia subdivisa fuerunt.

III. pag. 80. *Liber XVI.* praevia Capitum XCVI. tabula, inc. Ἡ' μήτρα λέγεται, κ. λ. Des.

(1) Hunc scriptorem memorat Montfauconius in Palaeogr. Graec. pag. 107. ab eoque descriptum fuisse adserit Polybium anno MCCCCXVII. qui nunc adservatur in Bibliotheca Benedictinorum B. M. Florentiae.

Des. ὀποβαλσάμε οὐγγίας γ'. Ibid. a pag. 955. ad pag. 1030. ubi Capita sunt CXXIII.

IV. pag. 121. Φυσικὰ προβλήματα διάφορα Α'λεξάνδρου Α'φροδισιέως. *Physica problemata varia Alexandri Aphrodisiensis* in Libros duos divisa. Liber I. problemata continens CXLIX. inc. Διὰ τί ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. Des. ὀπλιζόμενοι. Liber II. p. 136. problemata complectitur CLXXI. & inc. Τὸ Α'σκληπίε δῶρον. Des. σῶμα τρέφουσιν. Praeter alias editiones prodierunt Graece a Friderico Sylburgio recensita & castigata in praeclara, quam adornavit Aristotelis editione Francof. apud Wechel. MDLXXXV. in 8. adiunctis Aristotelis & Cassii problematis. De hisce vide Fabric. Biblioth. Graec. Vol. IV. pag. 73. qui alium Alexandrum, quam Aphrodisiensem ipsorum auctorem esse opinatur, fortasse Alexandrum Trallianum.

Codex Graecus chartaceus Ms. in fol. minori, Saeculi XV. diligenter exaratus, optimeque servatus, eamdemque manum cum illa Codicis superioris praeseferens. Constat foliis scriptis 149.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΙΗΤΡΟΥ ΠΕΡΙ ΠΥΡΕΤΩΝ.

ALEXANDRI MEDICI DE FEBRIBVS.

Ac praeterea

Galeni Opera quaedam.

COD. V

I. pag. 1. Αλεξάνδρου Α'φροδισιέως ἰητροῦ περὶ πυρετῶν. *Alexandri Aphrodisiensis medici de febribus* Libellus. Inc. Ἠ'τησας ἡμᾶς, ἀσκληπιαδῶν ἄριστε Α'πολλώνιε. Des. ἀκριβῶς τε ἅμα καὶ σαφῶς ἐδήλωσε λέγων. Hic de febribus Libellus ad Apollonium medicum, eiusdem videtur auctoris esse, cuius problemata sunt Codicis superioris. Exstat Ms. etiam in Biblioth. Caesarea, teste Nessel. Catalog. Part. III. pag. 24. Cod. X. Hactenus Latine tantum prodiit Georgio Valla interprete, primum quidem in Volumine excuso Venetiis A. MCCCCLXXXIX. fol. & non usquequaque obvio, quo varia veterum scripta ex ipsius Vallae versione exhibentur. In syntagmate quidem scriptorum veterum Graecorum, Arabum, & Latinorum de febribus Venetiis A. MDLXXVI. fol. quod miror, omissus est iste Alexandri libellus in Capita undecim distributus, & naturam, genera, discrimina, & caussas febrium breviter persequens; at lucem vidit etiam Genevae, sive Coloniae Allobrogum A. MDCXII. & separatim Basileae MDXLII. 8. apud Robertum Winter, atque in Symphoriani Campegii libro posteriore de claris Medicinae scriptoribus Lugduni MDVI. 8. Vide plura de hoc Opere apud Fabricium B. G. Vol. IV. pag. 75.

II. pag. 20. *Galeni de febribus Libri II.* quorum primus inc. Αἱ διαφοραὶ τῶν πυρετῶν. Des. τὰς διαφοράς. Alter pag. 44. inc. Υ'πόλοιπον δ' ἂν εἴη τὰς διαφοράς. Des. τὸ συναμφότερον πάθωσιν. Exstant cit. edit. Operum Galeni Paris. Tom. VII. pag. 106. seqq.

III. pag. 74. *Eiusdem de quinque sensibus*, sive, ut legitur in margine, *de elementis ex Hippocratis sententia Libri item duo*. Primus inc. Φησὶν ἐκ τῆς συνόδου τῶν ἀτόμων. Des. περὶ φαρμάκων. Secundus pag. 95. inc. Ε'πὶ δὲ τὸν δεύτερον. Des. τῷ βιαίως ἑλκομένῳ. Cit. edit. Tom. III. pag. 1. Prima autem verba Libri I. supra relata incidunt in p. 2. lin. 52.

In fine rubris litteris ita se prodit amanuensis: Μετεγράφησαν Οὐενετίαις ,αυϙα'. Δεκεμβρίῳ κ'. ἀναλώμασι μὲν τοῦ μεγίστου Λαυρεντίου δεμέδεξη, διὰ χειρὸς ἐμοῦ Ι'ωάννου ἱερέως Ρ'ώσου τοῦ Κρητός. *Transcripta sunt* haec *Venetiis anno MCCCCXCI. mense Decembris die XX. sumtibus Magnifici Laurentii de Medicis, manu mea Ioannis presbyteri Rhosi Cretensis.* Huius Codicis meminit Montfauconius Palaeogr. Graec. pag. 81. prope finem, ubi animadvertit, Ioannem hunc Rhosum innumeros prope Codices Romae, in Monasterio Cryptae-Ferratae, Florentiae, Bononiae, Venetiis scripsisse, idque munus annis circiter quadraginta obiisse, quum anno MCCCCLV. Plutarchi Codicem in usum Cardinalis Bessarionis exscripserit.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XV. nitidissimus. Constat foliis scriptis 100.

ΑΡΕΤΑΙΟΣ ΙΑΤΡΟΣ.

ARETAEVS MEDICVS.

I. pag. 1. NVllus Operi praecurrit titulus, qui tamen ita restituendus est: Α'ρεταίε Καππαδόκε περὶ αἰτιῶν καὶ σημείων καὶ θεραπείας ὀξέων καὶ χρονίων παθῶν. *Aretaei Cappadocis de acutorum & chronicorum morborum caussis & signis & curatione* Libri VII. dialecto Ionica conscripti. Prima quatuor libri I. Capita perierunt. Incipit a Capite V. sine principio, & quidem ita . . . . ἀμβλύτητες, ἴλιγγοι· τενόντων βάρεα. Des. εὐτυχίη ἐν τῷδε τῷ πάθει, ut in editione Latina Iunii Paulli Crassi Patavini Venetiis apud Iuntas MDLII. in 4. pag. 1. COD. XV

II. pag. 6. *Eiusdem de caussis & signis acutorum morborum Liber II.* Inc. Δυοῖσι τοῖσι. Des. ὑστέρην ἀνήρ. Ibid. p. 6.

III. pag. 15. *Eiusdem de caussis & notis diuturnorum morborum Liber I.* Inc. Χρονίων νούσων. Des. θέρος δὲ κτείνει. Ibid. p. 15.

IV. pag. 27. *Eiusdem de signis & caussis diuturnorum morborum Liber II.* Inc. Υ'δρωψ, ἀτερπὲς μέν. Des. οὐκ ἄπιστον ἐς τέρατος ἰδέην. Ibid. pag. 28. Aretaei Cappadocis de caussis & signis morborum Libri quatuor prodierunt Lugduni Batavorum A. MDCCXXXV. curante Herm. Boerhaave fol.

V. pag. 40. *Eiusdem de morborum acutorum* cu-

curatione Liber I. Inc. Ο᾽ξέων νόσων. Des. ἢ ἐς ἐμπύησιν τρέπεται. Ibid. p. 41.

VI. pag. 52. *b. Eiusdem de acutis morbis curandis Liber II.* Inc. Κάτοξυ καὶ ἐπίκαιρον. Des. ἢ ἅπασι χρέεσθαι. Ibid. pag. 53.

VII. pag. 63. *Eiusdem diuturnorum morborum curativus Liber I.* Inc. Ε᾽ν τῇσι χρονίαισι, κ. λ. cit. edit. p. 63. Vltimum Caput huius libri est περὶ μελαγχολίας, quod in cit. edit. pag. 68. *b.* est V. & definit in verbis εὐαφοῦς πολλῷ Ἰῶν λίπαι σχεδὸν τὰ............ ut ibidem pag. 69. *b.* ubi occurrit lacuna adscriptis verbis *multa deficiunt*. Singulis libris index Capitum praecurrit, ut in edit. mox citata. Animadvertendum quoque est nullo Libros numero distingui. Aretaeus Cappadox diversus fuit ab Aretaeo Corinthio, de quo Lucianus in Toxari, de cuius aetate consulendus Fabr. B. G. Vol. III. pag. 100. Huius exstant περὶ αἰτιῶν καὶ σημείων ὀξέων καὶ χρονίων παθῶν, *de acutorum & chronicorum*, sive *diuturnorum morborum caussis & signis* Libri IV. initio mutili. Ο᾽ξέων καὶ χρονίων νόσων θεραπευτικὰ, *de acutorum ac chronicorum morborum curatione* Libri totidem, e quibus duo posteriores mutili ad nos pervenere. Latine hos libros vertit Iunius Paullus Crassus, medicus Patavinus, non optimis Codicibus usus, Venet. MDLII. 4. Deinde Graeca vulgata sunt a Iacobo Goupylo medico Paris. MDLIV. 8. apud Andr. Turnebum typographum Regium, quae editio e Codice Regio auctior est Capitibus quinque a II. ad VI. in libro postremo, licet ea genuina esse ambigit Henischius, quoniam in Capite de diabete non leguntur ea, quae ex Aretaeo Aëtius de illo morbo agens repetit. Mox Crassi versio recusa est forma minore Paris. apud Guill. Morellium, & Iac. Puteanum, passim castigata, & additis a Goupylo capitibus, quae Crassus non verterat. Hinc suam iterum interpretationem sub incudem revocavit ipse Crassus, atque ex Regia Graeca editione plurimis emendavit locis, & Capita illa quinque ipse quoque addidit A. MDLV. Inserta est haec versio initio collectionis medicae artis principum, quam Henricus Stephanus Latine dedit Paris. MDLXVII. fol. Denique Georgius Henischius, medicus Augustanus, adhibitis Codicibus Veneto, Bavarico, & Augustano, Aretaeum de integro recensuit, quae deerant ex Galeno, & Aretaeo diversis litterarum typis expressa supplevit, atque adiuncta Crassi interpretatione, & novo Commentario suo, quo morborum maxime natura explicatur, edidit Augustae Vindelic. A. MDCIII. fol.

Codex Graecus chartaceus Ms. in folio, Saeculi XV. cuius notitiam minus veram exhibet in suo Catalogo Montfauconius, dum ait: *Aretaei Cappadocis de signis morborum & eorumdem curationibus Libri V. &c.* Constat foliis scriptis 69.

ΑΚΤΟΥΑΡΙΟΣ ΠΕΡΙ ΟΥΡΩΝ.

ACTVARIVS DE VRINIS.

Ac praeterea

De actionibus & adfectibus spiritus animalis &c. ac de medendi methodo: tum Galeni, Paulli Aeginetae & Anonymi Opera quaedam medica.

I. pag. 1. PRaeit tabula argumentorum, quae in singulis Actuarii Librorum de urinis Capitibus pertractantur, mutila tamen, ac male restaurata. Mox pag. 3. leguntur Φάρμακα συντεθέντα παρὰ ἰατροῦ Ι᾽ουδαίου τοῦ Βενιαμὶν, ἐκκαθαίροντα ἅπαν περίττωμα τοῦ τε ἐγκεφάλου, καὶ τοῦ στομάχου. *Medicamenta composita a medico Iudaeo, cui nomen Beniamin, purgantia omne cerebri, ac stomachi excrementum.* COD. XVI.

II. pag. 4. *Ioannis Zachariae F. Actuarii de urinis Libri VII.* ut in Codice XIII. Plut. LXXIV. supra pag. 102. §. V.

III. pag. 105. *Eiusdem de actionibus & adfectibus spiritus animalis, & de ipsius nutritione ad Dominum Iosephum Libri II.* ut in Codice IX. huius Plutei § II. & III.

IV. pag. 148. *b. Galeni Therapeutica*, seu *de ratione curandi ad Glauconem Libri II.* ut in dicto Codice §. IV.

V. pag. 192. *Eiusdem Actuarii de methodo medendi Libri VI.* & quidem hoc ordine, & hisce inscriptionibus:

I. pag cit. Τοῦ σοφωτάτου Α᾽κτουαρίου κυρίου Ι᾽ωάννου περὶ διαγνώσεως παθῶν λόγος α΄. *Sapientissimi Actuarii D. Ioannis de dignoscendis adfectionibus Liber I.* Inc. Ε᾽πειδή σοι. Des. τὸ δὲ νῦν ἔχον, ἐπ᾽ ἄλλα τὴν σπουδὴν τρέψωμεν. In cit edit. Part. II. a pag. 1. ad p. 89. lin. 26. Librum enim primum absolvit paullo ante finem editi exemplaris; quare secundus incipit a verbis mox sequentibus: *Haudquaquam tamen illos &c.*

II. pag. 221. Τοῦ αὐτοῦ βιβλίον β΄. περὶ διαγνώσεως παθῶν. *Eiusdem de dignoscendis adfectionibus Liber II.* Inc. Οὐ κατ᾽ ἐκείνους τῶν φίλων ἡμεῖς. Des. εἴη δέ σε μὲν ἀπόνασθαι τοῦ γράμματος, ἡμᾶς δὲ λέγειν τὰ δέοντα. Ibid. a pag. 89. lin. 26. ad pag. 153.

III. pag. 242. Περὶ θεραπευτικῶν μεθόδων βιβλίον α΄. *De methodis medendi Liber I.* & quidem in duas partes divisus. Prima continens Capita XXI. inc. Ε᾽πειδὴ πᾶσα διδασκαλία καὶ μέθοδος. Des. ὧδι τὸ πᾶν τοῦ λόγου μέτρον συμπεραντέον, & est in cit. edit. Liber III. a pag. 153. ad pag. 213. Altera inscripta, Τοῦ αὐτοῦ περὶ θεραπείας παθῶν καὶ τῶν ἔξωθεν φαρμάκων, *Eiusdem de curatione adfectionum, & de externis medicamentis*, & Capita continens XXXI. inc. Ε᾽δόκει μοι διὰ βραχέων πάντων. Des. ὥσαν ἐν πᾶσιν ἄρτιος ὁ λόγος τελείη. Et est Liber VI. ibid. a p. 433. ad pag. 526. non tamen integer, nimirum us-

usque ad Caput *de emplastris &c.* exclusive, quod una cum reliquis in Codice habetur inferius.

IV. pag. 290. Τοῦ αὐτοῦ περὶ θεραπευτικῆς μεθόδου βιβλίον β'. *Eiusdem de curandi methodo Liber II.* Inc. Ἡ μὲν παροιμία φησί. Des. ἐνταῦθά πη συγκαταπαύειν. Et est Liber IV. ibid. a pag. 213. ad pag. 316.

V. pag. 321. Τοῦ αὐτοῦ περὶ συνθέσεως φαρμάκων λόγος α'. *Eiusdem de compositione medicamentorum Liber I.* Capitibus constans CCXXIX. Inc. Ἤδη σοι καὶ τῶν ἐπὶ τοῖς τέσσαρσι, κ. λ. Des. πρὸς τὸ τῆς ὑποσχέσεως ἄρτιον. Et est Liber V. ibid. a pag. 317. ad p. 432.

VI. pag. 352. Τοῦ αὐτοῦ περὶ σκευασίας ἐμπλάστρων. *Eiusdem de confectione emplastrorum.* Inc. Ἡ διὰ χαλκίτεως ἔμπλαστρος τοῦ Γαληνοῦ, κ. λ. Des. ἐν ταῖς ἀπουρήσεσι μεταξὺ βαλάνου καὶ πόσθης. Sunt duo Capita Libri VI. nimirum octavum *de emplastris, malagmatis, & linimentis*, & nonum *de pessis*, sed uberius in Codice pertractata, quam in editione, ubi habentur a pag. 526. ad pag. 545.

VII. pag. 375. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἐλαίων. *Eiusdem de oleis.* Inc. Τὸν περὶ τῆς συνθέσεως τῶν ἐλαίων λόγον. Des. καὶ μὴ τηνάλως δοκῶμεν ἐκπεπονηκότες τὴν βίβλον. Sunt postrema duo Capita Libri VI. nimirum decimum & undecimum. Ibid. a pag. 545. ad p. 563.

VI. pag. 383. *b.* Pauca quaedam Anonymi *de ponderibus & mensuris*, quorum initium: Ἡ λίτρα δέχεται οὐγγίας ιβ'. Finis: ἡ μοῖρα οὐγγίας ε'.

VII. pag. ead. Περὶ ἀντιβαλλομένων Παύλου Αἰγινήτου ἰατροσοφιστοῦ κεφάλαιον κε'. ἐκ τοῦ ζ'. βιβλίου τοῦ ἐπιγράφοντος ἐκ τοῦ Γαληνοῦ κ. λ. *De succedaneis Paulli Aeginetae iatrosophistae Caput XXV. e septimo libro inscripto, Ex Galeno &c.* Inc. Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ φασί. Des. σισύμβριον.

VIII. pag. 387. *Variae medicamentorum conditurae*, quarum titulus temporis iniuria evanuit. Prima est σκευασία τοῦ πολυαρχίου, κ. λ. Vltima σκευασία τροχίσκου τοῦ πικροῦ.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. optime exaratus. Constat foliis scriptis 397.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΤΙΝΑ ΤΟΠΙΚΑ ΦΑΡΜΑΚΑ.

QVAEDAM LOCALIA MEDICAMENTA INCERTI AVCTORIS.

Seu potius

Galeni de compositione medicamentorum secundum loca Libri X.

COD. XVII. I. pag. 1. IN primis tribus Codicis foliis occurrunt Capita quaedam remediorum evacuantium, quorum primum inscribitur: Ὅσα ὀφθαλμῶν κενωτικὰ καὶ ἀποδακρυτικά. *Quae sint oculorum evacuantia & lacrymas cientia.* Inc. Τοῖς ἀποδακρυτικοῖς χρώμεθα ἐπὶ τῶν χρονίων, κ. λ. Vltimum περὶ κλυσμῶν διαφόρων. *De diversis lotionibus.* Des. imperfecte in verbis: ἢ κῶλον κατέψυκται· πηγάνου δὲ καὶ . . . . . Vnde autem fuerint desumta, nondum plane comperimus: forte sunt Galeni.

II. pag. 4. Γαληνοῦ περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους. *Galeni de compositione medicamentorum secundum loca* Libri X. Concordant quoad initium & finem cum cit. edit. Paris. Tom. XIII. pag. 319. In Codice singulis Libris suae praemittuntur argumentorum tabulae, quae in edit. desiderantur. In fine legitur: Ἐγράφη καὶ ἐτελειώθη μηνὶ Σεπτεμβρίῳ εἰς τὰς κη'. ἰνδ. α'. ἔτους . . . . . (1) *Scriptus & absolutus est* (hic liber) *mense Septembri die XXVIII. indict. prima, anno . . .* Mox subiicitur αὐτοχειρί, *Angeli Politiani liber emptus de Paulli physici Florentini. . .* (2) Eiusdem Politiani sunt notulae quaedam, quae passim in Codicis margine occurrunt.

Codex Graecus bombycinus Ms. in 4. Saeculi XIV. Ioannicii manum referens. Constat foliis scriptis 313.

ΑΕΤΙΟΥ ΛΟΓΟΙ Ε'. ΤΟΥΤ' ΕΣΤΙΝ Θ'. Ι'. ΙΑ'. ΙΒ'. ΙΓ'.

AETII SERMONES V. VIDELICET IX. X. XI. XII. XIII.

SIngulis Libris Capitum tabulae praecedunt, quorum primi quatuor initio & fine concordant cum illis, quos recensuimus supra in Codice II. huius Plutei a §. I. ad §. IV. inclusive, nisi quod in fine Libri XII. subiuncta leguntur heic quaedam *de ponderibus & mensuris*, quae deerant in illo. Vltimus vero Liber concordat cum illo Codicis VII. huius item Plutei §. I. COD. XVIII.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XIV. Ioannicii manu exaratus; sed quum postrema triginta octo folia ab alio scriptore recentissimo fuerint suppleta, nulla ipsius Ioannicii apparet subscriptio. Constat foliis scriptis 278.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΙΑΤΡΟΣΟΦΙΟΝ ΠΟΛΛΑ ΠΕΡΙΕΧΟΝ.

IATROSOPHION MVLTA CONTINENS INCERTI AVCTORIS.

IN primis quatuor foliis varia leguntur medica, unguentorum utplurimum confectiones pro diversis morbis continentia, manibus recentiorum Graecorum, ad quos Codex devenit, exarata, non illa quidem magni momenti. COD. XIX.

I. pag. 5. Ἰατροσόφιον σὺν Θεῷ ἁγίῳ περιέχον

(1) Anni nota ob laceratum Codicis marginem deperiit.

(2) Heic quoque reliqua una cum margine corrosa sunt.

χον διαφόρων φιλοσόφων ὅρυς τε καὶ μεθόδους, δυνάμεις τε φύσεων, ꝁ θεραπείας διαφόρων νοσημάτων, ἔτι τε καὶ τῶν ἐκ τῆς τοῦ Κοιράνυ βίβλυ ἀποθεραπευτικῶν· ἐν οἷς ꝁ περὶ τροφῶν κατὰ ἀλφάβητον. *Iatroſophion continens diverſorum philoſophorum definitiones & methodos, virtutes naturales, & curationes variorum morborum, & ex Therapeuticis Coerani; in quibus & de alimentis ordine alphabetico*. Primum Caput inſcribitur: Προοίμιον περὶ ὅρυ ἰατρικῆς, *Provemium de definitione medicinae*. Inc. Ἰατρική ἐςιν ἐπιςήμη νοσωδῶν ꝭ ὑγιεινῶν. Caput X. p. 8. *b.* inſcribitur Μελετίυ μοναχῦ περὶ φύσεως ἀνθρώπυ, *Meletii monachi de natura hominis*. Inc. Τὰ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπυ κατασκευῆς, κ. λ. pag. 10. excerpta leguntur ex Democrito; & pag 11. ἐκ τῆς μικρᾶς τέχνης τῦ Γαληνοῦ, pag. 12. eiuſdem Galeni *de urinis*, pag. 16. *b.* 19. & 20. Hippocratis alia excerpta. Pag. 26. *b.* Caput quoddam legitur περὶ τεσσάρων ςοιχείων, *de quatuor elementis*. Vltimum Caput p. 31. *b.* inſcribitur: Πῶς ἕκαςον δεῖ βιῦν ἑκάςῃ ὥρᾳ, *Quomodo cuique vivendum ſit ſingulis anni tempeſtatibus*, ac deſ. διαλλάσσουσι τὰς τῶν ὡρῶν ἐκβάσεις. Auctor huiuſce Collectionis eſt Anonymus; Choeranus vero ille, de quo in adlato titulo mentio fit, Perſarum Rex fuit, eique tribuitur Liber Κυρανὶς inſcriptus, qui in variis adſervatur bibliothecis Graece manu exaratus, & hunc praefert titulum: Βίβλος Κοιρανὶς Φυσικῶν συμπαθειῶν καὶ δυσπαθειῶν, σύνταγμα Κοιράνυ βασιλέως Περσῶν. De quo vide plura apud Fabric. Bibl. Graec. Vol. I. pag. 63. ſeq.

II. pag. 31. *b.* Sequitur *De alimentorum facultate* Tractatus alphabeticus cum brevi praefatione, cuius initium: Καὶ ταῦτα καλῶς ἐκθέμενοι, κ. λ. Finis: ἡ τοῦ ζητυμένυ εὕρεσις. Incipit a littera A hoc pacto: Ἡ ἐκ τῶν ἄρτων τροφὴ διαφέρει τετραχῶς, κ. λ. Deſ. in Ω, in verbis, ꝁ τὰ περὶ ταύτης ἐκ τῦ περὶ ἐκείνων λόγυ διαγνωσθήσεται. Et hunc ad eumdem auctorem pertinere, cuius erat ſuperior Collectio, docet titulus ſupra relatus.

III. pag. 82. *b.* Ἀρχὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ τῆς ἀποθεραπευτικῆς Θεοφίλυ συλλέξαντος ταύτην ἐκ διαφόρων ξενωνικῶν βίβλων. *Initium cum Deo ſancto Therapeuticae Theophili, quam ipſe ex variis externis libris collegit*. Inc. Ὅτι μὲν ἀσήπτυ τῆς παρὰ φύσιν ὕλης τῆς φλεγματικῆς μενύσης. Deſ. ꝁ ἐπάνω τίθει καρυόφυλλα ψυκτὰ ζεματισμένα. Medici, quorum excerpta in hoc uberrimo Tractatu referuntur, ſunt Aëtius, Alexander, Coſmas Actuarius, Dioſcorides, ἐκ τῦ δυναμερῦ, Galenus, Hippocrates, Paullus, Philagrius, Romanus, Stephanus &c. Adfertur praeterea pag. 152. ἀλάτιον τοῦ ἁγίου ἀποςόλυ ꝁ εὐαγγελιςῦ Λυκᾶ. Pag. ead. *b.* ἕτερον ἀλάτιον τῦ ἁγίυ Ἀθανασίυ τοῦ μεγάλυ. Pag. 153. ἀντιφάρμακον τῦ βασιλέως κυρίου Βασιλείου τῦ Βουλγαροκτόνου.

IV. pag. 158. Περὶ δυνάμεως βοτανῶν ἐν συντόμῳ κατὰ ἀλφάβητον. *De virtute herbarum in compendio ordine alphabetico*. Incipit a littera A. Ἀβρότονον, θερμὸν ꝁ ξηρὸν ἐν τῇ τρίτῃ τάξει ꝁ ἀποςάσει. Deſinit in Ω in verbis, πλὴν δέ ἐςι ꝁ ῥυπτικόν.

V. pag. 168. *Iudicia quaedam aſtrologica in vitas, atque fortunas marium, & feminarum ſecundum ſigna Zodiaci*, initio mutila. Inc. . . . . . . Εἰ γεννηθῇ νεώτερος ἐν καιρῷ ζωδίου τοῦ ταύρου ἐτῶν γ΄. Deſ. ὅτι κακὸν θάνατον θέλει δώσειν. Phraſis haec pluribus in locis barbarum ac vernaculum Graecum redolet. Notandum eſt, finem huius Aſtrologici Tractatus, & initium ſequentis Opuſculi *de oleis* in principio Codicis eſſe requirendum, ubi folium unum huc pertinens, bibliopegi culpa male compactum reperies.

VI. pag. 189. *b.* Περὶ ἐλαίων. *De Oleis* brevis libellus. Inc. Ἄφθα, ἡ τῆς χαζαρίας γῆς, κ. λ. Deſ. ἔςω δὲ τῆς μὲν οἰνάνθης ὀγγίαι η΄, τοῦ δὲ ἐλαίυ . . . α΄.

VII. pag. 193. In ultima tandem pagina diverſa manus varia brevia excerpta medicamentorum confectiones continentia deſcripſit, inter quae videtur eſſe Γαληνοῦ σκοπικὸν περὶ ζωῆς ꝁ θανάτυ.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saeculi XIV. in cuius primo folio, quod cum Codicis ligneo integumento compactum eſt, legitur: Τοῦτο τὸ ἰατροσόφιον ἔνε (ſic) τῦ πάπα Μανουὴλ τοῦ Μαρμαρᾶ. Conſtat foliis ſcriptis 193.

ΑΕΤΙΟΥ ΣΥΝΟΨΙΣ ΤΩΝ ΤΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ ΟΡΙΒΑΣΙΟΥ.

AETII COMPENDIVM TRIVM LIBRORVM ORIBASII,

Scilicet

Aëtii contractae ex veteribus medicinae Libri quinque.

I. pag. 1. AEtii Libri V. priores, cum praeviis Capitum tabulis, quorum primi tres conveniunt cum illis Codicis XII. huius Plutei, praeter ſecundi finem, qui cum editione concordat. COD. XX.

II. pag. 161. *b. Liber IV.* Capita continens CII. inc. Τῆς περὶ τὸ σῶμα τἀνθρώπυ τέχνης μιᾶς ὔσης. Deſ. ꝁ χρίσματα μετρίως θερμαίνοντα. Incidit in cit. edit. a pag. 195. ad pag. 224.

III. pag. 191. *b. Liber V.* inſcribitur Περὶ τῆς τῶν πυρετῶν διαγνώσεως ꝁ θεραπείας, *De febrium cognitione & curatione*, & Capita continet CXLII. Inc. Τὸ μὲν διαιτητικὸν τῶν ὑγιεινῶν, κ. λ. Deſ. τὰ νευρώδη μόρια κεκτημένων. Ibid. a pag. 227. ad pag. 290.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XIV. a Ioannicio exaratus, cuius ſeptem poſtrema folia manu recentiori ſuppleta ſunt. Conſtat foliis ſcriptis 253.

ΑΕΤΙΟΥ ΑΜΙΔΗΝΟΥ ΒΙΒΛΙΑ ΙΑΤΡΙΚΑ Η'. ΤΟΥΤ' ΕΣΤΙΝ ΑΠΟ ΤΟΥ Θ. ΕΩΣ ΤΟΥ ΙϚ'.

AETII AMIDENI LIBRI MEDICINALES VIII. A IX. VIDELICET VSQVE AD XVI.

COD. XXI. Continet hic vetustissimus Codex *Aëtii contractae ex veteribus medicinae Libros VIII. posteriores*, cum Capitum argumentis in singulos, & quidem ita:

I. pag. 1. Liber IX. Capita continens LIV. & eadem inscriptione instructus, atque in Codice II. huius Plutei §. I. inc. Οὕτως χρή. Des. ϗ δίδε ε' ἢ ζ' πρὸς δύναμιν. In cit. edit. a pag. 529. ad pag. 620. Huius Libri praeter priores sexdecim paginas, reliquae omnes manu recenti ac valde perita sunt suppletae; veterum vero paginarum quae adhuc supererant, quum corrupti essent superiores margines, novo folio restaurati sunt, in eoque eadem recentior manus, quae perierant fragmenta reparavit.

II. pag. 59. Liber X. Capitibus constans XXVII. quoad titulum, initium, & finem concordat cum dicto Codice §. II. In hoc tamen post finem Libri appendix quaedam adiecta est varia continens medicamenta pro iisdem morbis, de quibus in Libro agitur. Huius quoque Libri priores sex paginas recentior eadem manus, de qua supra, supplevit.

III. pag. 84. Liber XI. Capitum numero, Libri titulo, initio, ac fine cum dicto Codice §. III. concordans, appendicem habet in fine unius circiter paginae, medicamenta πρὸς δυσουρίαν continentem.

IV. pag. 105. Liber XII. item consimilis dicto Codici appendicem habet unius circiter folii, medicamenta varia & unctiones πρὸς ἰσχιάδα ϗ πρὸς ποδάγραν exhibentem.

V. pag. 132. Libro XIII. qui item numero Capitum, initio ac fine cum dicto convenit Codice §. V. praefigitur titulus: Περὶ τῶν δακέντων ζώων, ϗ τῶν ἰοβόλων θηρίων, καὶ περὶ τῶν πολυχρήςων ἀντιδότων, ϗ περὶ ἐλεφαντιάσεως ϗ κνισμονῆς ϗ ψωριάσεως. *De noxiorum animalium morsu, & de bestiis virus eiaculantibus, & de antidotis multae utilitatis; & de elephantiasi, pruritu, & scabie*. Huic quoque subiicitur appendix, quae quum in fine mutila videatur, eadem vetusta manus in margine adscripsit: λείπει τι, ἀλλ' οὐκ Ἀετίε.

VI. p. 165. Libro XIV. qui Capita continet LXXXVII. titulus praeit: Περὶ ἑδρικῶν, αἰδοικῶν ϗ τῶν περὶ τὸ ὄσχεον παθῶν· περὶ τῶν ἐμβαλλομένων ταῖς ἐμπλάςροις ἁπλῶν φαρμάκων· περὶ τῶν ἐναίμων τραυμάτων ϗ φλεγμονῶν, ἀποςημάτων, παλαιῶν ἑλκῶν. λέγεται ἐν αὐτῷ ϗ περὶ μυρμηκίων, ἀκροχορδόνων, θύμων, παρατριμμάτων, φλυκταίνων, ἑρπήτων, ἐρυσιπελάτων. *De sedis, pudendorum, & scroti adfectionibus, ac de simplicibus medicamentis, quae in emplastra coniiciuntur; ac de cruentis vulneribus, & inflammationibus, abscessibus, ulceribus veteribus. Agitur in hoc etiam de verrucis formicariis, & callosis, tuberculis, intertrimentis, pustulis, herpetis & erysipelatis*. Appendix accedit trium circiter paginarum.

VII. p. 199. *b*. Liber XV. Capita continens XVIII. titulum habet: Περὶ οἰδημάτων σκίρρων, χοιράδων, μελικηρίδων, ϗ τῶν ὁμοίων· καὶ ἐμπλάςρων διαφόρων σκευασίαι. *De tumoribus laxis, itemque duris, & de strumis, ac similibus; nec non diversorum emplastrorum apparatus*. Inc. Ὥσπερ ἐπὶ τῷ χολώδει, κ. λ. Des. ϗ πολὺ αὐτὸν ἑψήσας. Tum appendix variarum unctionum unius circiter paginae. Huius Libri quatuor folia suppleta sunt ab eadem recenti manu.

VIII. p. 222. Liber XVI. inscribitur: Περὶ γυναικείων παθῶν. *De mulierum adfectionibus*. Capita autem continet CLIX. & quoad initium & finem concordat cum Codice VII. §. III. In fine appendicula item subiicitur.

IX. pag. 251. Sequitur Tractatus medicus initio, ac fine mutilus, quem non vulgari adhibita diligentia, tandem comperimus, ad Palladium pertinere, & esse *fragmentum sextae & septimae sectionis ipsius scholiorum in Hippocratis de popularibus morbis librum sextum*. Incipit a verbis .... ἐπιφέρει θαυμαςὸν λόγον, ὅτι ζητ .. ταῦτα πάντα, ἐφ' ὧν τὴν δύναμιν ἔχουσιν, κ. λ. Desinit autem in verbis: τὸ νεφρητικὸν ἔλαβεν εἰς .....

Cod. Graec. membranaceus Ms. in 4. mai. Saeculi XIII. charactere minuto, ac per compendia exarato. Constat foliis scriptis 256.

ΣΧΟΛΑΙΑ ΤΗΣ Ϛ'. ΕΠΙΔΗΜΙΑΣ.

SCHOLIA VI. DE MORBIS VVLGARIBVS.

I. pag. 1. Σχόλαια τῆς ϛ' ἐπιδημίας ἀπὸ φωνῆς Παλλαδίε σοφιςοῦ. *Scholia in Librum VI. Epidemiorum Hippocratis, ex ore Palladii sophistae*, in sectiones VIII. distributa. Praecedunt Prolegomena, quorum initium est: Ἄρτι ταῖς μεθόδοις τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων ἐκκόψαντες. Finis vero: καινότερον ϗ ὑψηλότερον. Sectio I. post Hippocratis verba, Οἱ κόσησιν ἐξ ἀποφθορῆς, κ. λ. inc. Ἐνταῦθα πλείονες φέρονται γραφαί· ἢ γὰρ ὁπόσαις, ϗ ὁκόσαις, ἢ ὁκόσοισιν, κ. λ. Vltima des. ἀλλ' ἐτελεύτησεν ϑ βραδέως γενομένη ἐπίληπτος. Hunc Palladii Commentarium, quem vulgasse Charterium in edit. Hippocr. & Gal. Paris. MDCLXXIX. fol. Tom. IX. adserit Fabricius Bibl. Graec. Vol. I. pag. 850. & Vol. IX. p. 12. frustra in dicto Tomo & in aliis requiras; quum tamen, quod mireris, in indice Operum universali, Tomo primo praemisso, inter ea, quae nono continentur Tomo, hic quoque Commentarius recenseatur. COD. XXII.

Codex Graecus chartaceus Ms. in fol. Saeculi XV. Constat foliis scriptis 71.

FINIS PLVTEI LXXV.

BIBLIOTHECAE
MEDICEAE LAVRENTIANAE CATALOGVS.
PLVTEVS LXXX.
QVI CONTINET GRAECOS CODICES MSS. XXX.

CODEX I.

ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΝΟΜΙΚΑΙ ΔΙΑΤΑΞΕΙΣ.

THEOPHILI INSTITVTIONES LEGALES.



Vatuor Institutionum Libri, a Theophilo Antecessore ex Latino in Graecum translati. Ipsorum recensionem vide in Codice XVI. Plut. X. Catalogi nostri Tom. I. p. 485. ubi singulorum Librorum initium ac finem protulimus; cum ipso enim concordant, si titulorum Indicem Operi praemissum excipias, qui in hoc desideratur. Heic quoque post finem Libri quarti eadem brevis appendix *de publicis iudiciis* occurrit, quam in dicto Codice innuimus. Plures huius Graecae versionis prodierunt editiones; recentior vero, ac locupletior est, quam cit. loc. indicavimus, quamque in recensione illius Codicis prae manibus habuimus. Fuit autem Theophilus iste, sive, ut appellat Cuiacius, Theophilitzes, Graecus Institutionum Iuris interpres, Theophilo illo Iustiniani aequali, quo Imperator in Institutionibus & Pandectis componendis usus fuit, longe iunior, & circa Constantini Porphyrogeniti tempora clarus; de cuius Graeca Institutionum paraphrasi adferre lubet Petri Danielis Heinsii iudicium, quod edidit Libro II. de Claris Interpretibus pag. 133. hisce verbis: *Iustiniani Institutiones Graece retulit Theophilus Antecessor, elegenti quidem & erudita, sed prolixissima paraphrasi, in quo sapientissimi Imperatoris sapientissimae sanctioni minime paruit, quae legum vetitis interpretationibus reliquis & interdictis, solam eam, quae esset κατὰ πόδα probavit.*

Codex Graecus bombycinus Ms. in folio, Saeculi XIV. notulis nonnullis adspersus in margine, tineisque in primis praesertim ac postremis foliis valde corruptus. Constat foliis scriptis 151.

ΔΙΑΤΑΞΕΙΣ ΝΟΜΙΚΑΙ.

INSTITVTIONES LEGALES.

IN primis duobus foliis occurrit Πίναξ τετραβίβλου. *Tabula Tetrabibli*, seu *tabula exhibens titulos quatuor Institutionum Librorum* iuxta Theophili paraphrasim Graecam, quorum summa eadem cum illa est, quam innuimus in memorato Codice XVI. Plut. X. loc. cit. COD. II.

I. pag. 3. Occurrit primo loco Ἐκλογὴ κατὰ σύνοψιν . . . . (1) *Ecloga secundum synopsim* . . . . seu Tractatus Legalis valde longus, in quo praecipue περὶ ἐνοχῶν, & περὶ ἀγωγῶν, *de obligationibus, & actionibus* earumque variis speciebus agitur. Inc. Ἐνοχή ἐστι δεσμὸς δίκαιος, δι' ὃν, κ. λ. Des. καὶ ἔσχατος, ὡς μὴ ἔχων τὸν ἑπόμενον. δίγεστον α' τοῦ η' τίτλ. τοῦ λη' βίβ.

II. pag. 46. *b.* Sequitur *Interpretatio Graeca vocum Latinarum*, quae in Legalibus Libris occurrunt, quaeque per litteras alphabeti digestae sunt. Inc.

Ἀδιτεύοντι, προσερχομένῳ.
Ἀδγνάτος, προσγενὴς ἐξ ἀῤῥενογονίας.
Ἀλῦμνος, θρεπτὸς, ὁμογάλακτος.
Ἀβιντεστάτωρ, ἐξ ἀδιαθέτου, κ. λ.

Des.

Φακουλτατίβους, τῶν ὑπαρχόντων.
Φραυδάτωρ, ἀπατάων, ἢ ἀποστερητής.

Glossaria varia in Constitutiones Imperatorum, quae Basilicorum libris continentur, & in alia monumenta Iuris Graeco-Romani, ex Codicibus Mss. Regis Galliae descripsit, & ad calcem Observationum, & Emendationum in synopsin Βασιλικῶν edidit Carolus Labbeus Paris. MDCVI. in 8. quam nos editionem hoc loco consuluimus. Quare in hoc nostro Codice habentur particulae tantum

(1) Reliquum tituli evanuit.

tum sunt ex uberrima illa Labbei Collectione; *omnes* enim (verba Labbei sunt in praefat. ad Iacobum Augustum Thuanum) *quas nancisci potui, a me collectae, & in unum corpus redactae ac emaculatae* (glossae) *in lucem nunc prodeunt &c.* De huiusmodi lexicis iuridicis, sive glossis nomicis plura vide apud Fabric. Bibl. Graec. Vol. IV. pag. 570. seq.

III. pag. 53. *b. Liber IV. Institutionum iuxta Theophili versionem*, incipiens a titulo V. qui est περὶ ἀγωγῶν τῶν ὡς ἀπὸ ἁμαρτίας φυομένων, usque ad finem, omissis praeterea Titulis VII. IX. & XI. Inc. Εἰπόντες τὰς ἀπὸ δελίκτων ἀγωγὰς, κ. λ. Des. τοῖς ἀναγινώσκουσι προσγενήσεται. Hi tamen septem Tituli, hoc loco praetermissi, redduntur inferius.

IV. pag. 77. *b. Tetrabiblos*, seu *Quatuor Institutionum Libri a Theophilo Graece redditi*, quorum primi tres integri, initio ac fine concordant cum iis, quos recensuimus in memorato Codice XVI. Plut. X. Quarti vero habentur tantummodo Tituli septem, qui sunt I. II. III. IV. VII. IX. & XI. quot nimirum omissi fuerant superius, ut innuimus praecedenti paragrapho.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saeculi XI. mendose exaratus; nam praeter accentuum ac spirituum σφάλματα satis crebra, ο pro ω, & η pro ι, & pro ει passim usurpat: cuius rei exemplum sunto illa, quibus clauditur Titulus IV. Libri IV. ita exarata: συγχωρηθῆσαν ὕβρην οὐ δύναται κηνῆν, pro συγχωρηθεῖσαν ὕβριν οὐ δύναται κινεῖν. Constat foliis scriptis 210.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ ΤΩΝ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ.

PARAPHRASIS ETHICORVM ARISTOTELIS AD NICOMACHVM INCERTI AVCTORIS.

COD. III. Continet hic Codex optimae notae *Paraphrasim in decem Aristotelis Libros Moralium ad Nicomachum*, nullo auctoris nomine apposito. Libri primi inscriptio & initium sequens est; Παράφρασις τῶν Ἀριστοτέλους ἠθικῶν Νικομαχείων α'. κεφ. α'. Ὅτι ἐστί τι ἔσχατον τέλος, πρὸς ὃ πᾶσαι τάττονται αἱ ἀνθρώπιναι πράξεις. *Paraphrasis Aristotelis Librorum Moralium ad Nicomachum Lib. I. Cap. I. Quod est quidam ultimus finis, ad quem omnes hominum ordinantur actiones.* Inc. Ἐν πάσῃ τέχνῃ καὶ μεθόδῳ ἀγαθόν τι ζητοῦμεν, κ. λ. Liber ultimus des. καὶ πῶς ἑκάστη ταχθεῖσα, καὶ τίσι νόμοις καὶ ἔθεσι χρωμένη, τοῖς πολιτευομένοις λυσιτελήσει, λέγομεν οὖν ἀρξάμενοι. Videtur mutilus. Haec eadem Paraphrasis, item ἀδέσποτος, exstat etiam Ms. in Bibl. Caesar. Vindob. Codice Philosoph. IX. Catalogi Nessel. Part. IV. pag. 7. Edita autem fuit Lugd. Batav. MDCVII. in 4. Graece primum sine nomine auctoris; deinde sub Andronici Rhodii nomine cum Latina Danielis Heinsii versione anno MDCXVII. in 8. recusa tandem Cantabrigiae MDCLXXIX. in 8. Plura de hoc Opere vide apud Fabric. Bibl. Graec. Vol. II. pag. 150. Interim notandum, in calce Libri, qui in Codice inscribitur ζ'. seu *VI.* pag. nimirum 97. sequentem legi subscriptionem ab eadem scriptoris manu rubrica exaratam: Τὸ βιβλίον γέγονε δι' ἐξόδου τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου βασιλέως ἡμῶν Ἰωάσαφ μοναχοῦ τοῦ Καντακουζηνοῦ ἐν ἔτει ,ϛωοε'. μηνὸς Νοεμβρίου κδ'. ἰνδ. ε'. *Liber factus est sumtibus piissimi & Christi amantis Imperatoris nostri Ioasaphi monachi Cantacuzeni anno 6875.* (Christi MCCCLXVII.) *mensis Novembris die XXIV. indict. V.* (1) A sequenti Libro, qui in Codice inscribitur η'. sc. *VII.* usque ad finem nova manus scriptoris occurrit. Notandum autem est, a Cap. VI. Libri VIII. usque ad finem Codicis omissos fuisse Capitum titulos, ac numerationem, vacuo tamen spatio ad ipsos excipiendos relicto. Cantacuzenus autem ille, cuius in adlata subscriptione mentio fit, est Ioannes Cantacuzenus Imperator, qui sponte deposita purpura in monasterium Manganorum secessit, sumtisque monasticis vestibus, nomen pro more mutavit. Ioasaph postea dictus.

Codex Graecus chartaceus Ms. in folio, Saeculi XIV. partim, partim vero Saec. XV. Constat foliis scriptis 180.

ΝΟΜΟΙ ΤΙΝΕΣ.

LEGES QVAEDAM.

Seu potius

Iustiniani Novellarum Constitutionum Liber.

COD. IV. Praecedit Novellarum numero CLXVIII. tabula initio mutila, unius folii defectu. Incipit enim a verbis . . . . . . παρὰ ἰδιώτου γενομένην εἰς τὸν βασιλέα δωρεὰν, κ. λ. quae spectant ad Titulum Novellae LII. Sequuntur deinde pag. 3. Novellae ipsae Imperatoris, quarum prima est περὶ τῶν κληρονόμων καὶ τοῦ Φαλκιδίου, *de heredibus & Falcidia*; & post inscriptionem inc. Ἐνασχολουμένοις ἡμῖν περὶ τὰς ἁπάσας τῆς πολιτείας φροντίδας, κ. λ. ut in ipsarum editione Graeca Parisf. curante Gregorio Haloandro A. MDXLII. in 8. pag. 1. Progrediuntur autem eodem ordine, quo exstant in dicta editione, usque ad Novellam CLXIII. περὶ κουφισμῶν δημοσίων, *de relevationibus vectigalium*, quae desinit in verbis, ἢ καὶ ἄλλην ἀρχὴν ἀπαγορεύοντες βουλευταῖς τε καὶ . . . . quae incidunt ibidem in p. 434. *b.* (per errorem 424.) lin. 20. Reliqua mutilato Codice desiderantur. Animadvertendum heic est tabulam Novellarum, quae primas duas

(1) Male legit Montfauc. istam subscriptionem, quam Latine referens Palaeogr. Graec. pag. 71. ait, scriptum fuisse *anno 6872. Christi 1364. mense Martii 24. indict. 5.* eumdemque errorem iisdem prorsus verbis repetit in suo Catalogo.

duas Codicis paginas occupat, tribus titulis in fine longiorem esse, quam in editione, ubi Titulos tantummodo CLXV. continet. Etenim Titulus ρξϛ'. est περὶ ἐπιβολῶν. Tit. ρξζ'. γενικὸς μέγιστος τύπος, πῶς δεῖ στέλλεσθαι ἐπὶ νομῆς Βάσσου ἐνδοξοτάτου ἐπάρχου. Tit. ρξη' περὶ ἐπιβολῶν. Non omittendum praeterea est, exemplar illud, ex quo Codex hic descriptus est, quum male fuisset compactum, amanuensi non satis perito ansam dedisse, ut in iis exscribendis ordinem nonnullarum imprudens inverteret. Etenim post verba, καθεστάναι καὶ ἐπιμέλειαν, quae pertinent ad Novellam CXXXIII. (edit. cit. p. 386. lin. 5.) immediate sequuntur in eadem linea verba, ταύταις τε καὶ πρός γε Λυκαονίᾳ καὶ Λυδίᾳ, κ. λ. quae spectant ad Novellam CXLV. (edit. pag. 406. lin. ult.) Omissa autem hoc loco, redduntur postea inter verba εὐγενεστάτῳ μου ἐγγόνῳ, & ἐκβαίνειν τὸν τοῦ πράγματος ὅρον, κ. λ. Novellae CLIX. (edit. pag. 425. lin. 18.)

Codex Graecus bombycinus Ms. in 4. maiori, Saeculi XIV. vetustate aliquantum corruptus, & a pag. 144. usque ad finem alia manu suppletus. Constat foliis scriptis 194.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΗΘΙΚΑ.

PLVTARCHI MORALIA.

Ac praeterea

Eiusdem Vitae aliquot.

COD. V. PLutarchi Operum, quae in hoc continentur Volumine, & quorum duplex praemittitur index Graecus alter (1), alter Latinus, series sequens est:

I. pag. 3. *De virtute, & vitio*. Exstat in eius Operum edit. Graec. Lat. Paris. MDCXXIV. fol. Tom. II. pag. 100.

II. pag. 4. *De liberorum educatione*. Ibid. pag. 1.

III. pag. 11. *Quomodo quis suos in virtute paranaa sentire possit profectus*. Ib. p. 75.

IV. pag 16. *b. De his, qui sero a Numine puniuntur*. Ibid. p. 548.

V. pag. 27. *b. De capienda ex hostibus utilitate*. Ibid. pag. 86.

VI. pag. 30. *Quomodo adolescens poëtas audire debeat*. Ibid. pag. 14.

VII. pag. 40. *b. Quomodo possit adulator ab amico internosci*. Ib. pag. 48.

VIII. pag. 55. *b. Qua quis ratione seipsum citra invidiam laudare possit*. Ibid. p. 539.

IX. pag. 60. *b. De cohibenda ira*. Ibid. pag. 452.

X. pag. 66. *b. De curiositate*. Ibid. pag. 515.

XI. pag. 70. *b. De animi tranquillitate*. Ib. pag. 464.

XII. pag. 77. *b. De vitioso pudore*. Ibid. pag. 528.

XIII. pag. 82. *De fraterno amore*. Ibid. pag. 478.

XIV. pag. 90. *De garrulitate*. Ib. p. 502.

XV. pag. 97. *De auditione*. Ib. p. 37.

XVI. p. 102. *b. De amicorum multitudine*. Ibid. p. 93.

XVII. pag. 104. *b. De cupiditate divitiarum*. Ibid. pag. 523.

XVIII. pag. 107. *De fortuna*. Ib. p. 97.

XIX. pag. 108. *b. Animi ne, an corporis adfectiones sint peiores*. Ibid. pag. 500.

XX. pag. 109. *b. Aqua ne, an ignis sit utilior*. Ibid. pag. 955.

XXI. pag. 111. *b. De superstitione*. Ibid. pag. 164.

XXII. pag. 115. *b. De consolatione ad Apollonium*. Ibid. p. 101.

XXIII. pag. 125. *Consolatio ad uxorem suam*. Ibid. pag. 608. In Codice multis scatet lacunis.

XXIV. pag. 127. *b. De exsilio*. Ibid. pag. 599.

XXV. pag. 132. *Galba*. Tom. I. p. 1053.

XXVI. pag. 139. *Otho*. Ibid. pag. 1066.

XXVII. pag. 144. *Bello ne, an pace clariores fuerint Athenienses*. Tom. II. p. 345.

XXVIII. pag. 147. *b. Quod maxime cum prinotpibus viris philosopho disputandum sit*. Ib. pag. 776.

XXIX. pag. 149. *b. Praecepta de tuenda sanitate*. Ibid. pag. 122.

XXX. pag. 158. *An seni gerenda sit respublica*. Ibid. pag. 783.

XXXI. pag. 166 *Convivium philosophorum*. Ibid. pag. 146. ubi inscribitur: *Septem sapientum convivium*.

XXXII. pag. 176. *b. De Iside & Osiride*. Ibid. pag. 351.

XXXIII. pag. 195. *b. De virtutibus mulierum*. Ibid. pag. 242.

XXXIV. pag. 207. *Praecepta coniugalia*. Ibid. pag. 138.

XXXV. pag. 211. *b. Ad Principem ineruditum*. Ibid. p. 779.

XXXVI. pag. 213. *b. De esu carnium Oratio I* Ibid. pag. 993.

XXXVII. pag. 215. *b. De esu carnium Oratio II.* pag. 996.

XXXVIII. pag. 216. *b. De fato*, in fine mutila. Ibid. pag. 568.

XXXIX. pag. 220. *b. Quaestiones Platonicae*. Ibid. pag. 999. In Codice incipiunt a verbis: Τί δήποτε τὴν ψυχὴν ἀεὶ πρεσβυτέραν ἀποφαίνων τοῦ σώματος, κ. λ. quae incidunt in pag. 1002. lin. 50.

XL. pag. 225. *De Musica*. Ibid. p. 1131.

XLI. pag. 234. *b. Compendium commentarii, quo ostenditur, Stoicos absurdiora, quam poëtas dicere*. Ibid. pag. 1057.

XLII. pag. 235. *Comparationis Aristophanis & Menandri breviarium*. Ibid. p. 853.

XLIII. pag. 236. *Excerpta quaedam ex eius commentario de animae procreatione apud Platonem in Timaeo*. Ib. pag. 1030.

XLIV.

(1) Index Graecus desinit in titulo Sermonis LIII. qui est περὶ ἀρετῆς ἠθικῆς.

XLIV. p. 237. *b. Quod ne suaviter quidem vivi possit secundum Epicuri decreta*. Ibid. pag. 1086.

XLV. pag. 249. *An recte dictum sit, Latenter esse vivendum*. Ibid. p. 1128.

XLVI. pag. 250. *b. An vitiositas ad infelicitatem sufficiat*. Ibid. pag. 498.

XLVII. pag. 251. *b. De amore prolis*. Ib. pag. 493.

XLVIII. pag. 254. *De invidia & odio*. Ib. pag. 536.

IL. pag. 255. *De unius in republica dominatione, populari statu, & paucorum imperio*. Ibid. pag. 826.

L. pag. 256. *Amatoriae narrationes*. Ibid. pag. 771.

LI. pag. 258. *Quaestiones naturales*, in fine mutilae. Ibid. pag. 911.

LII. pag. 263. *b. De placitis philosophorum Libri V.* cum elencho Capitum singulis praevio, qui tamen ferme evanuit. Ibid. a pag. 874. ad pag. 911.

LIII. pag. 281. *De virtute morali*. Ibid. pag. 440.

LIV. pag. 287. *De primo frigido*. Ibid. pag. 945.

LV. pag. 292. *b. De Homero*, seu *Homeri Vita*, de qua vide Codicem VII. Plut. LVI. Catalogi nostri Tom. II. p. 305. §. VIII.

LVI. pag. 317. *b. Virtutem doceri posse*. In dicta edit. Paris. Tom. cit. p. 439.

LVII. pag. 318. *De Romanorum fortuna*. Ibid. pag. 316.

LVIII. pag. 321. *De Alexandri fortuna, vel virtute Orationes duae*. Ibid. a pag. 326. ad pag. 345.

LIX. pag. 326. *b. Praecepta gerendae reipublicae*. Ibid. pag. 798.

LX. pag. 336. *b. Apophthegmata*, seu *scite dicta Regum & Imperatorum*. Ibid. p. 172.

LXI. pag. 350. *b. Apophthegmata Laconica*. Ibid. a pag. 208. ad pag. 242. ubi in duas partes distributa sunt, quarum altera *Apophthegmata*, altera *Instituta Laconica* inscribitur.

LXII. pag. 365. *Parallela*, seu *historiarum Graecarum cum Romanis coniuncta recensio*. Ib. pag. 305.

LXIII. pag. 369. *Capitulorum descriptio*, hoc est, *Quaestionum Romanarum solutio*. Ib. pag. 263.

LXIV. pag. 383. *Quaestiones Graecae*. Ibid. pag. 291.

LXV. pag. 388. *b. Vitae decem Rhetorum*. Ibid. pag. 832.

LXVI. pag. 396. *b. Quod bruta animalia ratione utantur*. Ibid. pag. 985.

LXVII. pag. 399. *b. De vitando aere alieno*. Ibid. pag. 827.

LXVIII. pag. 401. *b. De Stoicorum repugnantiis*. Ibid. pag. 1033.

LXIX. pag. 412. *Terrestria ne, an aquatilia animalia sint callidiora*. Ibid. pag. 959.

LXX. pag. 423. *b. De εἶ apud Delphos*. Ib. pag. 384.

LXXI. pag. 428. *De oraculorum defectu*. Ibid. pag. 409.

LXXII. pag. 440. *Convivalium disputationum Libri primi quatuor*. Ibid. a pag. 612. ad pag. 672. Ipsorum quartus desinit imperfecte, ut in edit. singulis autem elenchus problematum praecurrit.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XIV. optime servatus. Constat foliis scriptis 464.

ΕΠΙΤΟΜΗ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ.

COMPENDIVM LEGVM.

ANtonius Augustinus in primo Voluminis folio, eorum quae in ipso continentur summam sequenti indiculo, more suo, *αὐτοχειρὶ* ita descripsit: COD. VI.

Hoc Volumine continentur

Epitome legum hac inscriptione πρόχειρος τῶν νόμων auctoris incerti: fortasse Scleri est Romani protospatharii, aut Nicolai, aut Magni Droggarii, quorum postremae Novellae inscriptione mentio.

Michaëlis Iudicis Compendium: nam sic legimus: Μιχαὴλ κριτοῦ καὶ ἀνθυπάτου τοῦ Ἀτταλειάτου πρόχειρος.

Alterum Compendium τῶν πεντήκοντα τίτλων τῶν ἐκτεθέντων παρὰ ἐμβάτου, *in quo quaedam Constantini Leontisque CC. praefatio. In extremo leguntur de quibusdam legibus nonnulla Capita. Item* περὶ ἀγωγῶν καὶ ἐνοχῶν, καὶ περὶ ἐγκλήτων καὶ κανόνων. *Deinde subsequitur index Latinorum verborum, quibus utuntur necessario Graeci Iurisconsulti. Praeterea fragmenta* περὶ ἐκποιήσεως κτημάτων, *& aliquorum capitum iuris.*

Institutiones Iustinianeae de Latinis Graecae, auctore Theophilo, quibus de nuptiis nonnulla coniunguntur.

Aliud Compendium Basilici, auctoris incerti. τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου ἐν ἐπιτομῇ τῶν νόμων.

Aliud Michaëlis Pselli versibus iambis πρὸς τὸν βασιλέα κύριον Μιχαὴλ τὸν Δούκα ἐν πρὸς τάξεως (sic) τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ βασιλέως. *In fine* περὶ δικῶν (sic) ἀγωγῶν.

Item aliud Magni Eustathii, sed multo ceteris diffusius explicatiusque, ὅπερ παρὰ μὲν τινων ὀνομάζεται πεῖρα, παρὰ δέ τινων διδασκαλία ἐκ τῶν πράξεων τοῦ μεγάλου Εὐσταθίου τοῦ Ῥωμαίου. *Hoc, singulis fere legibus subscribuntur nonnullae Magistri, atque Patritii Baasacii atque quidem veteres interpretationes: citantur Indices, nec non legum Doctores Stephanus, Ioannes, Locrerus, Phoryssas, Thylacas, Protospatharius Romanus Sclerus. Saronites, Droggarius & alii.* Haec summatim Augustinus: nos eadem paullo enucleatius more nostro persequamur.

I. pag. 2. In hac pagina duo indices occurrunt. Primus Titulos complectitur XIII. & ita inscribitur: Πίναξ ὧν περιέχει τίτλων ὁ παρὼν πρόχειρος τῶν νόμων. *Tabula Titulorum,*

quos continet praesens Legum prochiros, sive Promtuarium. Primus Titulus est περὶ νόμου καὶ δικαιοσύνης, *de lege & iustitia*. Vltimus περὶ πρὸ γάμου, κ̔ διὰ γάμου δωρεᾶς, *de dono ante nuptias, & propter nuptias*. Secundus index inscribitur: Τίτλοι τοῦ προχείρου τοῦ Ἀ'τελειώτου. *Tituli Manualis Attaliotae*, qui sunt LII. Horum primus περὶ καταςάσεως ἀνθρώπων, κ̔ διαιρέσεως προσώπων καὶ πραγμάτων, κ̔ ποιοτήτων αὐτῶν, *de statu hominum, & divisione personarum & rerum, & earum qualitatibus*. Vltimus περὶ νόμε Ἰ'ελίε, *de lege Iulia*. Praedictos indices versiculi quinque iambici subsequuntur, qui ita habent:

Ἐ'κ τοῦ προχείρε τούσδε τοὺς τίτλες νόμου
Φιλακροάμων ἅπας ὑπάρχων νόει.
Γέγραφα δ' αὐτὺς ἐν μέρει τοῦ βιβλίε
Ὡ'ς εὑρεθέντας πλείονας δηλεμένων
Τεσσαράκοντα τῶν προοιμίων τίτλων.

Pag. 3. Occurrit primus Legum delectus compendiarius, primo indici, quem innuimus respondens, Titulis constans XIII. quorum prior inc. Νόμος ἐςὶ κοινὸν παράγγελμα, κ. λ. Vltimus des. λαμβάνει καὶ τὸ λοιπὸν ἡ μήτηρ. Habetur autem in Iure Graeco Romano Ioannis Leunclavii, per Marquardum Freherum edito Francof. MDXCVI. fol. Tom. II. pag. 79. seqq. Leoni & Constantino Augg. tributus, quorum praefatio praecurrit, quae in Codice desideratur, concordat autem usque ad Titulum IX. inclusive, nimirum usque ad pag. 98. Titulus deinde X. in Codice περὶ ἐκκλησιαςικῶν, in editione non occurrit; Titulus XI. περὶ τάξεως ϗ κριτηρίων, est X. in edit. Reliqui duo, nimirum XII. περὶ συμβολαίων, & XIII. περὶ πρὸ γάμου κ̔ διὰ γάμου δωρεᾶς, in edit. item desiderantur; ubi tamen Delectus hic compendiarius multo longior est, utpote Titulis constans XXVIII.

II. pag. 17. Νεαρὰ τοῦ εὐσεβῦς βασιλέως κυροῦ Ἀ'λεξίε τοῦ Κομνηνοῦ περὶ γαμηλίων συναλλαγμάτων. *Novella pii Imp. D. Alexii Comneni de contractibus matrimonialibus*. Inc. Ἡ' μὲν παλαιὰ κ̔ πρεσβυτέρα νομοθεσία. Des. κατεργαζόμενοι συνανας ροφῆς. Exstat in cit. Iure Graec. Rom. Tom. I. Lib. II. pag. 126. sub titulo diverso.

III. pag. 19. Τοῦ Κυροπαλάτε κυροῦ Νικολάου (1) καὶ μεγάλε Δρουγγαρίου τῆς βίγλας τοῦ Σκληροῦ ὑπομνήσαντος, κατεπέμφθη ἡ παροῦσα λύσις παρὰ τοῦ θεοςέπτου κ̔ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κυροῦ Ἀ'λεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, περὶ τῶν ἐγκαλεμένων κατὰ ἀποφάσεως δικαςικῆς. *Facta suggestione a Domino Nicolao Sclero, Curopalate, magnoque Vigilum Druncario, missum fuit hoc responsum a coronato divinitus, & sancto Imperatore nostro Domino Alexio Comneno de iis, qui a sententia iudicis provocant*. Inc. Ἀ'γαθόν σοι ζῆλον. Des. τῶν παρὰ τῆς βασιλείας μου ὁριςέντων. Ibid. Tom. II. pag. 186.

IV. pag. ead. *b*. Μιχαὴλ κριτοῦ κ̔ ἀνθυπάτε τοῦ Ἀ'ταλειώτου (2) πρόχειρος. τὸ δὲ μηνὶ Ἰ'αννυαρίῳ, ἰνδικτιῶνος ζ. διὰ γραμμάτων τοῦ βασιλέως ἐρυθρῶν, καὶ ἡ διὰ κηροῦ σφραγίς. *Michaëlis Attaliotae Iudicis, & Proconsulis Prochiros*, seu *Manuale Iuris. Mense Ianuario, indict. VII. cum litteris Imperatoris rubris, & sigillo cereo* (3). Incipit Praefatio: Μέλλων, ὦ θειότατε βασιλεῦ. Des. κ̔ ἔςαι ἡ ἐπιγραφὴ οὕτως. Primus Titulus *de statu personarum &c.* uti diximus §. I. inc. Πάντες ἄνθρωποι ἢ δοῦλοι, κ. λ. Vltimus Titulus, nempe LII. (4) qui inscribitur Νόμος Ἰ'έλιος περὶ τῶν ἐν μοιχείᾳ ἐνεχομένων, κ̔ περὶ φθορᾶς παρθένων καὶ χηρῶν, *Lex Iulia de adulteris, & de stupro virginum & viduarum*, des. καυλοκοπείσθωσαν. Habetur & hoc Opus loc. cit. p. 1. seqq. sub titulo *Operis de Iure, sive Pragmaticae, Michaëlis Ducae Imp. iussu factae*, multo tamen longius, quam in nostro Codice, Titulis enim constat XCV. Progrediuntur autem Tituli eodem ordine cum editis usque ad LXII. περὶ ἀπελατῶν, *de abigeis*, qui in Codice est LI. eo quod plures in unum coalescant; qui vero sequuntur in edit. usque ad LXX. omnes in Codice desunt, nec non reliqui omnes a LXXI. usque ad finem.

V. pag. 46. Sequitur Legum Compendium Titulis quinquaginta compositum, cum praefatione quadam historica in principio, sine auctoris nomine, quae inc. Τῆς νομικῆς μεγαλοφυῦς δικαιοσύνης τὸ μέγεθος κραταιότατόν ἐςι, κ. λ. Des. ἀπαρξάμενοι ἐν πρώτοις, ὅθεν καὶ ἡ ἐξ ἡμῶν φύσις τὴν ἀρχὴν εἴληφεν. Praefationem excipit Titulorum quinquaginta tabula, cui titulus: Πίναξ τῶν πεντήκοντα τίτλων ἐκτεθέντων παρὰ ἐμβάτου. *Tabula quinquaginta Titulorum expositorum ab Embato* (5). Primus est περὶ συναινέσεως μνηςείας, *de consensu sponsalium*. Vltimus Νόμος Ῥ'οδίων ναυτικὸς, περὶ ναυκλήρων καὶ ναυτῶν καὶ πανδοχέων, κ̔ τῆς κατ' αὐτῶν κ̔ ὑπὲρ αὐτῶν ἀγωγῆς. *Lex Rhodiorum Nautica, de naucleris & nautis, & stabulariis, & de actione contra ipsos, & pro ipsis*. Subiicitur deinde distichon:

Θεὸς νόμον δέδωκεν ἀνθρώποις πάλαι,
Ο'ὕτως ἀτασθάλων γε παύσοιτο βλάβη.
Deus legem dedit quondam hominibus,
Vt improborum quidem cesset noxa.

Tum aliorum Capitum, seu Titulorum extra numerum index, eorum nimirum, quorum recensionem dabimus paullo post a §. VI. ad §. XVI. inclusive. Pag. 49. alia occurrit praefatio ita inscripta: Ἐ'ν ὀνόματι τοῦ κυρίε καὶ Θεοῦ κ̔ σωτῆρος ἡμῶν Ἰ'ησοῦ Χριςοῦ αὐτοκράτορες Καίσαρες Βασίλειος, Κωνςαντῖνος, καὶ Λέων νικηταὶ, τροπαιοῦχοι, ἀεὶ σεβαςοὶ, πιςοὶ, αὔγεςοι. *In nomine Domini & Dei & servatoris nostri Iesu Christi Imperatores Caesares Basilius, Constantinus, & Leo, victores, tro-*

phae-

(1) In edit. legitur Νικήτα pro κυροῦ Νικολάε.
(2) In edit. Ἀ'τταλιάτε.
(3) Haec mensis & indictionis nota, amanuensis errore, heic perperam apposita fuit, quum ad superius Alexii Comneni Responsum pertineat.

(4) In edit. est Tit. LXX.
(5) Montfauc. in suo Catalogo legit *Symbatio Protospathario*. Ita etiam nominatur in praefationis praedictae contextu, ubi de ipso fit mentio. *Sabbatium* vocat Fabric. Bibl. Graec. Vol. XII. initio pag. 471.

phaeophori, semper pii, fideles, & Augusti. Inc. Τὸν μέγαν ϗ φύσει ἀληθινὸν Θεὸν ϗ σωτῆρα ἡμῶν, κ. λ. Def. ὁπόθεν ϗ ἡ καθ' ἡμᾶς φύσις τὴν ἀρχὴν εἴληφεν. Pag. 50. Κατάκρισις τεθεῖσα ὑπὸ τῶν πανευσεβῶν βασιλέων. *Condemnatoria sententia lata a piissimis Impp.* (sc. Leone & Alexandro). Inc. Οἶμαι δὲ τῶν κρίνειν λαχόντων. Def. παραπετοιημένης κρίσεως ἀπειργάσατο. ἐξεφωνήθη μηνὶ Δεκεμβρίῳ α'. ἰνδ. ς'. Habetur haec in Leunclavii Iure Graeco Rom. Tom. I. Lib. H. pag. 103. sub titulo: *Adversus iudices, qui sententias praeter leges ferunt, exsecrationes* (1). Pag. ead. *b.* primus Titulus *de consensu sponsalium* inc. Μνηστεία ἐστὶ μνήμη ϗ ἐπαγγελία τῶν μελλόντων γάμων. Titulus L. *de naucleris &c.* def. εἰ μὴ περὶ τὴν συμβᾶσαν ζημίαν ἀσφαλίσηταί μοι.

VI. pag. 211. Sequuntur variarum Legum Excerpta, ac primo quidem: Τίτλος ιβ'. βιβλίον πεντηκοστόν. Περὶ τετραετίας παραγραφῆς, ϗ περὶ πραγμάτων δεσποτείας, κ. λ. *De quadriennii praescriptione, & de rerum dominio, &c.* Inc. Μισθωσάμενος κἂν ὑποβλάψῃ. Def. ἔχει τὸ βέβαιον ἡ δωρεά.

VII. pag. ead. *b.* Τίτλος ιδ'. βιβλίον ν'. Κατὰ δανειστῶν, καὶ περὶ παραγραφῆς τριάκοντα, ἢ τεσσαράκοντα ἐνιαυτῶν. *Contra foeneratores, & de praescriptione triginta, vel quadraginta annorum.* Inc. Τὸ φάκτον τῆς διατάξεως τοῦτό ἐστι. Def. παραγραφὴν ἀντικειμένην δέξασθαι.

VIII. pag. 212. *b.* Τίτλος ιδ'. βιβλίον κη'. Περὶ δευτερογαμούντων ἀνδρῶν ϗ γυναικῶν. *De maribus & feminis, quae secundas nuptias contrahunt.* Inc. Ἄριστα δὲ ἡμῖν Λέων ὁ τῆς θείας λήξεως, κ. λ. Def. ἀλλὰ ϗ πρὸς αὐτὸν τὸν ἀδελφὸν τὸν τελευτήσαντα. Sunt Excerpta quaedam ex Basilicis, quae tamen minime cum editis concordant, quum brevissima sint fragmenta, & ex longioribus contracta.

IX. pag. 216. Νόμος Κορνηλίου περὶ φονευτοῦ καὶ φαρμακοῦ ϗ μαθηματικοῦ ϗ τῶν ὁμοίων κεφ. α'. *Lex Cornelia de sicario, & venefico, & mathematico, & similibus Cap. I.* Inc. Τῷ τῶν ἀνδροφόνων νόμῳ ὑπόκειται ὁ φονεύων. Def. ὁ μεμηνὼς ϗ ὁ μὴ ὢν ἑπταετὴς φονεύοντες συγγινώσκονται. Incidit in Basilicorum Tom. VII. pag. 684. seqq. & est Tit. XXXIX. Libri LX.

X. pag. 217. Νόμος Κορνηλίου περὶ πλαστῶν καὶ συγκλήτων θεσπισμάτων. *Lex Cornelia de falsis, & de senatus consultis.* Inc. Ὁ ποιήσας ἐκμαρτύρια πλαστά. Def. ἡ αὐτὸν ἐμὲ δημεύεται ἡ κληρονομία. Tit. XLI. eiusdem Libri ibid. pag. 705.

XI. pag. ead. *b.* Νόμος Ἰουλίου τοῦ κινουμένου κατὰ ἀρχόντων, ἢ δικαστῶν, ἢ συνέδρων ἐν δίκῃ κεκλοφότων. κεφ. α'. *Lex Iulia, quae intenditur contra magistratus, vel iudices, vel adsessores in iudicio furantes. Cap. I.* Inc. Ἡ διάταξις κελεύει τοὺς ἄρχοντας περὶ παντός, κ. λ. Def. κεφαλικῶς τιμωρεῖται, ἢ περιορίζεται. Tit. XLIII. eiusdem Libri ibid. pag. 761.

XII. pag. ead. Νόμος Ἰουλίου κατὰ νοσφιζομένων, καὶ περὶ ἱεροσύλων, ϗ τῶν χρήματα δημόσια κεκλοφότων. κεφ. α'. *Lex Iulia contra peculatores, & de sacrilegis, & de pecuniarum publicarum furibus. Cap. I.* Inc. Ἡ ποινὴ τοῦ δεπεκουλάτους, περιορισμός ἐστι. Def. τυπτόμενος καὶ κουρευόμενος ἐξοριζέσθω. Tit. XLV. ibid. pag. 768.

XIII. pag. ead. Νόμος Φάβιος περὶ ἀνδραποδιστῶν. κεφ. α'. *Lex Fabia de plagiariis. Cap. I.* Inc. Ὁ τὸν ἀλλότριον δοῦλον ὑποδεξάμενος. Def. ϗ ὁ ἀγοράσας ὅσον ἐπηγγείλατο καταβαλεῖν τῷ δημοσίῳ ἔσω. Tit. XLVIII. ibid. pag. 783. Haec autem omnia non eadem κατὰ πόδας sunt, atque in editione, sed ad ipsius collectoris usum concinnata; re tamen quoad sensum cum editis conveniunt.

XIV. pag. 219. Περὶ ἀγωγῶν καὶ ἐνοχῶν, κ. λ. *De actionibus & obligationibus, &c.* Inc. Ἀγωγὴ ἡ καθ' ἡμῶν μὴ ἀρξαμένη. Def. τὸ αὐτὸ ϗ ὑπεξουσίῳ υἱοῦ.

XV. pag. 224. Λέξεις ἐμφερόμεναι ἐντὸς τῆς βίβλου ταύτης. *Voces quae in hoc continentur libro*, scilicet *Index Latinorum verborum, quibus utuntur Graeci Iurisconsulti, cum ipsorum explicatione.* Incipit a littera A, & quidem hoc pacto:

Ἄδετ, ἔχει.

Ἀδ πραετίουμ παρτικιπάνδουμ, ἑαυτὸν ἠνέσχετο πραχθῆναι.

Ἀεδίλες, οἱ ναοί.

Ἀδιτεύει, ὑπεισέρχεται.

Ἀλοῦμνος, τρεπτός.

Definit in littera Π in verbis:

Πίους, εὐγενής.

Περέμιτ, βλάπτει.

Ποῦρος, εὐθέως οἷον ὁμολογεῖς διδόναι.

Mutilus videtur, unius aut alterius folii iactura. Huius Lexici Iuridici specimen adfert Fabricius Bibl. Graec. Vol. IV. pag. 571. §. III. ubi tamen Latina Latinis primum, deinde Graecis litteris descripta exhibeatur, subiuncta Graeca interpretatione.

XVI. pag. 229. Περὶ ἐκποιήσεως κτημάτων, καὶ προτιμήσεως συγγενῶν ϗ κοινωνῶν, ϗ ἀναμεμιγμένων, ϗ συμπαρακειμένων ὁλοτελῶς, καὶ συναπτῶς ἡνωμένων, ϗ τῶν νοουμένων ὁμοτελῶν χωρίων καὶ ἀγριδίων, ϗ κωλύσεως δυνατῶν προσώπων, καὶ ἐκποιήσεως στρατιωτικῶν κτημάτων. *De alienatione fundorum, & praelatione propinquorum, & consortium, & permistorum, & sub eodem titulo collationis adiacentium, & contigue unitorum; deque praediis & agris, qui sub eodem titulo pendere vectigal intelliguntur; & de cohibendis personis potentibus, ac de militarium fundorum alienatione.* Inc. Παλαιὸς νόμος ἐστίν, ἵνα μηδεὶς παρὰ συγγενῶν, ἢ κοινωνῶν ἐμποδίζηται πωλεῖν οἷς ἂν ἐθελήσειεν. Def. ἡ ἐκποίησις ἀναιρεῖται. Incidit in Leuncl. Iure Graec. Rom. Tom. II. pag. 139. & *Constantini Porphyrogeniti Novella I.* inscribitur. Adnectuntur huic tamquam ad eamdem materiam pertinentes, Novellae Leonis Imp. duae, quarum prima pag. 230. *b.* inc. Ὅτι ἡ δεκαετία τοῖς ἀπὸ τῶν ὧδε λελεγμένοις. Def. ἀλλὰ ϗ ἡ μετὰ μιᾶς ἡμέρας δόσις. Altera ibid. inc.

M 2

(1) Habetur & apud Fabric. Bibl. Gr. Vol. XII. pag. 416.

inc. Ἔξεστι τῷ κατέχοντι ἀκίνητόν τι. Des. τῆς νομῆς τοῦ ἀκινήτου. Quarum initia, quum Excerpta tantum sint valde brevia, inter huius Imperatoris Novellas invenire minime licuit.

XVII. pag. 233. *Iustiniani Institutionum Libri quatuor, a Theophilo Antecessore in Graecum translati*, quorum recensionem vide in Codice XVI. Plut. X. Catalogi nostri Tom. I. pag. 485. cum ipsis enim quoad initium & finem mirifice concordant. Heic quoque Titulorum index praecurrit, qui tamen ab alia manu videtur exaratus. In fine: Τέλος σὺν Θεῷ τῶν Ἰνστιτούτων. Circa medium Tituli IX. Libri I. qui est *de Nuptiis*, pag. Codicis 248. ad verba ἀλλήλοις οὐ δύνανται πρὸς γάμον συνάπτεσθαι, parva quaedam adnotatio Antonii Augustini manu legitur, cuius tamen aliquae voces ob marginem recisum excidere; quae supersunt, ea sunt huiusmodi: Οὐ, *est etiam in Codice Gratiani maiore: sed m . . . non, & quidem rectius: . . . certe, iure constat: Io . . . Sequanus. Est etiam . . . . libris negatio: at Latinis omnibus deest: quod item . . . probatur*. Vulneribus hisce Iurisperitus aliquis mederi facile queat.

XVIII. pag. 396. *b*. Adiiciuntur Iustiniani Institutionibus excerpta quaedam ex aliis Legibus; quorum primum sine titulo inc. Ζήτει βιβλ. κδ'. τίτ. α'. κεφ. α'. ὅ φησι. Πᾶν διδόμενον, ἢ διὰ πρᾶγμα δίδοται, ἢ δι' αἰτίαν. Des. εἰ καὶ αἰσχρόν ἐστι τὸ εἶναι αὐτὴν πόρνην.

XIX. p. 397. Aliud Excerptum item sine titulo, sed quod *de solutione matrimonii* agere videtur, inc. Διαλύεται πρῶτα μὲν μοιχείᾳ, κ. λ. Des. πένθιμος δὲ χρόνος τοῖς νόμοις ἐπὶ ἀνδρὸς οὐδαμοῦ ὥρισται.

XX. pag. ead. *b*. Ζήτει Νεαρὰν κζ'. τίτ. ς'. τοῦ Κώδικος βιβ. η'. Inc. Ἡ μὴ δευτερογαμοῦσα μήτηρ, καὶ πᾶς ἀνιὼν, κ. λ. Des. γένοιτ' ἂν ἑαυτῆς ἀσφαλεστέρα.

XXI. pag. ead. Νεαρ. κβ'. κεφ. κα'. Inc. Εἰ δέ τινες τοῖς ἔμπροσθεν οὐκ ἀρκεσθέντες γάμοις. Des. ἀλλ' ἐξοριζέσθω διὰ τὴν τῆς ἀλγηδόνος συγγνώμην.

XXII. pag. 398. Ἀντωνίνου τίτ. δ'. τοῦ Κώδ. Inc. Ἐὰν διαλυσάμενός τις ἔλαβεν, εἶτα ἀνατρέπει τὰ συνδόξαντα. Des. ἐκπιπτέτω τῶν γαμικῶν αὐτῶν κερδῶν τῶν ἐκ τοῦ πρώτου δηλαδὴ γάμου.

XXIII. pag. 400. Ζήτει βι. τοῦ Κώδ. θ'. τίτ. ζ' . . . α'. Inc. Ἐάν τις τὸν βασιλέα λοιδορήσας. Des. ἢ ἀφεθῆναι αὐτόν.

XXIV. pag. ead. Ζήτει καὶ βι. τῶν βασιλικῶν ξ'. τίτ. λς'. κεφ. ιγ'. Inc. Ἐάν τις κακῶς μνημονεύσῃ τοῦ βασιλέως. Des. δοκεῖ πάντα ἀποδιδόναι αὐτῷ τὰ τῆς τιμῆς πλὴν τῆς οὐσίας. Incidit in Tom. VII. cit. edit. Basilic. pag. 599.

XXV. pag. 401. Ἰουστινιανοῦ. Inc. Ἐάν τις εἴπῃ καταλελεῖφθαι αὐτῷ ληγάτον. Des. ἀντιλήψεται τὰ δοθέντα παρ' αὐτοῦ.

XXVI. pag. 403. Περὶ τόκων τίτ. λβ'. Inc. Ὁ ἀγοραστὴς παραλαβὼν πρᾶγμα, χρεωστεῖ τόκους τοῦ τιμήματος. Des. ἀλλ' οὖν κληρονομεῖ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐκβάλλεται.

XXVII. pag. ead. *b*. Παρεκβολαὶ ἐκ τοῦ Κώδικος. Inc. Ἐτελεύτησέ τις ἐπὶ παιδὶ, οὐκ ἔφθη διαθήκην ἐκθέσθαι. Des. ᾧ ὁ ἄρχων ἐν τόκοις δανείζεται. Horum Excerptorum, quae hactenus recensuimus, loca editionis citare praetermisimus, quum ea unusquisque, ubi res ita postulet, per se consulere facile possit.

XXVIII. pag. 404. Τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου ἐν ἐπιτομῇ τῶν νόμων. *Imperatoris D. Leonis philosophi Compendium Legum*, Titulis constans XLII. quorum singuli in varia subdividuntur Capita. Primus περὶ νόμου καὶ δικαιοσύνης, *de lege & iustitia*, inc. Νόμος ἐστὶ κοινὸν παράγγελμα, φρονίμων ἀνδρῶν δόγμα. Vltimus περὶ ποινῶν. *de poenis*, des. κατὰ τὴν μερίδα τὴν ἐν τῷ πολέμῳ.

XXIX. pag. 452. Τοῦ σοφωτάτου Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ καὶ ὑπερτίμου σύνοψις τῶν νόμων διὰ στίχων ἰάμβων καὶ πολιτικῶν πρὸς τὸν βασιλέα κύριον Μιχαὴλ τὸν Δούκαν ἐκ προστάξεως τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ βασιλέως. *Sapientissimi & honoratissimi Michaëlis Pselli Compendium Legum versibus iambicis & politicis ad Imperatorem D. Michaëlem Ducam ex iussu patris ipsius & Imperatoris*. Inc.

Πολὺ καὶ δυσθεώρητον τὸ μάθημα τοῦ νόμου.

Des.

Ἕτοιμον εἰς κατάληψιν, καὶ πρόχειρον εἰς γνῶσιν.

Haec Legum synopsis edita est Graece, Latina interpretatione ac notis illustrata, opera & studio Francisci Bosqueti Narbonensis, ex Bibliotheca Archiep. Tolosani, Paris. apud Io. Camusat. MDCXXXII. in 8. Varie autem variis in Codicibus inscribitur; Codex enim Vaticanus pro *Michaële Duca* habet *Alexium*; alius Sirmondi Codex, & quidem vetus, habet *Nicephorum*: cum nostro tamen concordat Vindobonensis apud Nessel. Part. II. pag. 28. & alius, ex quo ante Bosqueti editionem versus nonnullos produxit Allatius ad Eustathii Hexaëmeron pag. 280. quare non dubitamus Libellum hunc, rerum summam gerentibus adeo necessarium, pro opportunitate diversis Imperatoribus ab auctore inscriptum fuisse, ut praecipuas iuris regulas ex ipsis Iuris totius fontibus compendio pertractatas, & carmine, quasi lenocinio emollitas, libentius percurrerent. Ex hoc nonnulla sub scholiorum nomine vulgavit Leunclavius Iuris Graec. Rom. Tom. II. in synopsi Legum Michaëlis Attaliatae, Tit. praesertim XVI. XXV. XXVIII. XXXII. XXXVII. XL. XLII. XLVIII. & LXXXIII. qui quum numerum carminum non animadvertisset, tamquam solutam orationem excudit.

XXX. pag. 476. Περὶ ἰδικῶν ἀγωγῶν, *de actionibus specialibus*. Inc. Ἐν τῷ διαπέμπεσθαι βιβλίον ἀνάγκη ὁρίζεσθαι τὴν ἀγωγήν. Des. ἴσθι γὰρ, ὡς καὶ αὐτὴ ἡ ἀγωγὴ, ἀτιμοποιὸς καθέστηκεν. Adnectuntur pag. 477. *b*. parva quaedam fragmenta ex Basilicorum Libro II. & XI. & ex Codice Lib. VII.

XXXI. pag. 478. Manu multo recentiori exaratum occurrit Opus Legale, cui praecedit

dit Πίναξ βιβλίυ, ὅπερ παρὰ μὲν τινων ὀνομάζεται πεῖρα, παρὰ δέ τινων διδασκαλία, ἐκ τῶν πράξεων τοῦ μεγάλου κυρίυ Εὐςαθίου τῦ Ῥωμαίου. *Tabula Libri, qui ab aliquibus quidem nominatur Experientia, ab aliis vero Doctrina, ex practicis magni Domini Eustathii Romani*. Continet autem Titulos LXXV. quorum primus inscrib. περὶ ἡῶν ὑπεξυσίων, ἡττόνων καὶ ἀνήβων γενομένων, & inc. Ο῞τι δίκης κινηθείσης, ὡς ὑπεξύσιός ἶινος παῖς ἐν οἰκίᾳ ἑἶέρυ πυκνῶς κρύπτεται, κ. λ. Vltimus περὶ ἐγκλήτων, def. κατὰ τὸ πάλαι κρατοῦν ἔθος τῆς τοιαύτης λαλιᾶς (1) δικαζομένων οὐκ ἔχει. Omnium uberrima est haec Legum Synopsis, eiusque methodum in suo indiculo supra relato Antonius Augustinus satis explicuit: addere tantum lubet, Eustathium hunc Magistrum Romanum *de hypobolo*, seu *de donatione propter nuptias*, Ms. in Cod. Regio Parisiensi MMXXIII. laudari a Cangio in Glossario. Eius praeterea scholium occurrit in Basilicis Tom. IV. pag. 489. seqq. edit. Gr. Lat. Paris. MDCXLVII. ex recensione Caroli Annibalis Fabroti, ubi etiam Tom. VII. pag. 916. ex eius Tit. LXIV. Excerpta adferuntur, & alibi saepius. Inter Iurisconsultos Graecos ineditos accensetur a Fabric. B. G. Vol. XII. pag. 564.

Codex Graecus chartaceus Ms. in fol. minori, Saec. XV. Constat foliis scriptis 631.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΠΟΛΙΤΕΙΑΙ ΚΑΙ ΠΑΡΜΕΝΙΔΗΣ.

PLATONIS POLITIAE ET PARMENIDES.

COD. VII. Nitidissimum hunc Codicem ad Franciscum Philelphum pertinuisse, eiusque iussu fuisse a diligentissimo scriptore exaratum, ex eius gentilitio stemmate, ac litteris FR. ΦΙ. in ipsius Voluminis fronte satis affabre eleganterque depictis colligitur. Ornamenta vero tum primae paginae, tum initialium cuiuscumque libri litterarum aurearum, quum simillima prorsus sint iis, quibus celeberrimus Codex I. Plutei XXXII. Homeri Iliadem, & Batrachomyomachiam, Theodori Gazae manu exaratam, continens, insignitus est; ac praeterea utriusque scripturae maxima inter se videatur adfinitas, hunc quoque Codicem eidem doctissimae accuratissimaeque Theodori Gazae manui debere nos arbitramur. In hoc igitur continentur:

I. pag. 1. *Platonis de Republica*, seu *de Iusto Libri X.* quorum singulorum initium & finis concordat cum editis Graece & Latine Marsilio Ficino interprete Francofurti MDCII. fol. Tom. I. a pag. 571. ad p. 766.

II. pag. 124. *Eiusdem Parmenides*, seu *de Ideis Dialogus*. Ibid. Tom. II. p. 1108.

Codex Graecus membranaceus Ms. in folio, Saeculi XV. nitidissimus, scholiis quibusdam brevibus ab eadem manu in margine adspersus. Constat foliis scriptis 142.

(1) In ipso exemplari lacuna haec occurrit.

ΛΕΟΝΤΟΣ ΚΑΙ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΤΗΣ ΕΝ ΟΛΟΙΣ ΒΙΒΛΙΟΙΣ Ξ'. ΠΑΣΗΣ ΝΟΜΟΘΕΣΙΑΣ ΠΕΠΡΑΓΜΑΤΕΥΜΕΝΗΣ ΣΥΝΑΓΩΓΗ.

LEONIS ET CONSTANTINI LEGVM QVAE INTEGRIS LX. LIBRIS CONTINEBANTVR COMPENDIVM.

Seu

Basilicorum Synopsis alphabetica, & aliquot Impp. Novellae Constitutiones.

HVius quoque optimi Codicis summariam recensionem Antonius Augustinus αὐτοχειρὶ in primo folio descripsit, quae ita habet: COD. VIII.

Hoc Volumine continentur

de abstinentia ab esu carnium Libri IV. quorum primus inc. Τῶν πρὸς ἡμᾶς ἡκόντων, ὦ Φίρμε, πυθόμενος. Vltimus desinit. τιμᾶν τὸ θεῖον προσάττοντος, κὴ πελάνοις. Hos Libros Porphyrius scripsit ad Firmum Castritium condiscipulum & amicum suum, in quibus excutit rationes Heraclidis Pontici, Hermachi Epicurei, aliorumque Peripateticorum, Stoicorum, & Epicureorum, ac singillatim Claudii Neapolitani in libro, quem adversus eos, qui a carnium esu abstinent, scripserat. Primus Graece ex hoc Codice edidit Petrus Victorius, praemissos Michaëlis Ephesii scholiis in quatuor Libros Aristotelis de partibus animalium, subiecta Porphyrii Vita ab Eunapio concinnata, Florentiae MDXLVIII. in fol. Latine vero circa idem tempus, vertente Io. Bernardo Feliciano, prodiere Venetiis MDXLVII. in 4. quae quidem versio minus obvia, nec Francisco de Fogerolles Consiliario & Medico Regio, nec Ioanni Valentino, qui libros hosce Latinitate postea donarunt, uspiam visa. Gallice vertit Philippus Iacobus Maussacus Parisiis MDCXXII. in 8. Aliam quoque editionem huiusce Operis ad Mss. Codices emendatam paravit olim David Hoeschelius, ut ex eius litteris ad Ioannem Kirchmannum post Gudianas pag. 187. cognoscitur. Notandum est, in nostro Codice, singularum sectionum argumenta in margine rubris litteris esse exarata.

II. pag. 85. Πορφυρίυ τῶν πρὸς τὰ νοητὰ ἀφορμῶν. *Porphyrii sententiarum ad intelligibilia ducentium* Capita XXVIII. quorum primum inc. Πᾶν σῶμα ἐν τόπῳ. Vltimum desinit. ἀλλ' ἀνὰ μέρος ἑκατέρων μετέχον. Sunt magnam partem sententiae istae e Plotino excerptae, ac veluti introductio quaedam ad Plotini scripta. Graece viderunt lucem in citata Porphyrii librorum περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων editione Florentina MDXLVIII. fol. Graece & Latine ad calcem eorumdem librorum, Lugd. MDCXX. in 8. ex versione Francisci de Fogerolles. Tandem cum meliori interpretatione Lucae Holstenii, ac sex Capitibus auctiores e Bibliothecae Vaticanae Codicibus post Vitam Pythagorae a Porphyrio scriptam, Romae MDCXXX. 8. & Cantabrig. MDCXXXV. 8.

Cod. Graec. membran. Ms. in 4. Saec. XV. valde nitidus. Constat foliis scriptis 89.

ΝΟΜΙΜΟΝ ΚΑΤΑ ΣΤΟΙΧΕΙΟΝ ΑΝΩΝΥΜΟΥ.

LIBER LEGVM IVXTA ORDINEM ALPHABETI INCERTI AVCTORIS.

Seu potius

Parvum manuale Legum a synopsi Basilicorum diversum.

COD. XVI. I. pag. 1. Titulus interior ita habet: Νόμιμον κατὰ σοιχεῖον θαυμάσιον. *Liber legum mirabilis iuxta ordinem litterarum digestus.* Α'ρχὴ τοῦ Α σοιχείυ. *Initium litterae A.* Inc. Οἱ ἄνθρωποι πάντες, ἢ δοῦλοί εἰσιν, ἢ ἐλεύθεροι, ἢ ἀπελεύθεροι, ἤγουν πρότερον μὲν δῦλοι, ὕςερον δὲ ἐλεύθεροι. οἱ ἀπελεύθεροι προσκύνησιν κὴ τιμὴν χρεωςῶσι τῷ πάτρωνι, δηλονότι τῷ ἑαυτῶν ἐλευθερωτῇ, κ. λ. Initium litterae Ω, sive ultimae est: Ω'ρεῖα λέγονται τὰ οἰκοδομήματα, ἤτοι τὰ σιτοδοχεῖα. Finis vero: οἱ δὲ ἐν Α'ρμενίᾳ ὠρειάριοι κὴ ἀπὸ σίτυ κὴ κριθῆς ἐλάμβανον κατὰ τεσσαράκοντα ἕν. Auctor est Anonymus. Quidam tamen (ait Cuiacius de hac ipsa synopsi loquens VI. 10.) *vaticinantur eius libri auctorem esse Romanum iuniorem, & hunc filium esse Romani Lecapeni, quem ex Constantino Porphyrogenito progenitum constat, nepotem scribere debuissent &c.* Habetur autem Ms. & in Biblioth. Caesar. Catalogi Nessel. Par. II. pag. 31. Cod. XIV. §. I. In nostro Codice adscribuntur in margine adnotationes quaedam, inter quas etiam occurrunt aliquando παραπομπαὶ, quae sunt *locorum similium*, sive *parallelorum indicationes*, nimirum Legum, Novellarum Impp. Constitutionum Apostolicarum, Canonum Ecclesiasticorum &c. quae cum iis, quibus de agitur, videntur consentire. Hac synopsi, quae ad distinctionem alterius maioris Basilicorum synopseos, item alphabetice dispositae, de qua supra Codice VIII. τὸ μικρὸν κατὰ σοιχεῖον Graecis dicitur, seu *parvum Manuale Iuris*, usus est Harmenopulus in suo *Iuris Promtuario* (1) contexendo, ut videre est apud Fabric. Bibl. Gr. Vol. XII. pag. 428. Interim notandum hoc loco, multa eiusmodi manualia Iuris in Oriente fuisse, omnibus fere patronis caussarum suum sibi Codicillum, & quasi viae comitem conficientibus, ἐν οἷς ἁπάντων ἐμφέρεται τῶν νόμων τὰ κεφάλαια πρὸς τὸ τῆς χρείας ἕτοιμον. Quare mirum non est, si aliquando apud scriptores in tanta huiusmodi eclogarum legum varietate, quae in bibliothecis manu exaratae adservantur, una pro altera fuerit accepta. Nos quoque in recensione Codicis X. Plut. IV. Basilicorum synopsim Titulis CCCXLVIII. constantem, quae in illo continebatur, perperam cum hac Legum ecloga, quam prae manibus habemus, confudisse, nunc tandem perspeximus; quae enim ibi (2) de illius auctore (3), ac nuncupatione (4) pronunciavimus, huic magis, quam illi scias convenire. Illam enim *maiorem*, hanc vero *minorem* synopsim libet appellare, quas ante nos Iacobum Gothofredum in Manuali Iuris perperam confudisse auctor est Nesselius in not. ad cit. Cod. XIV. Biblioth. Caesar.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saeculi XV. optime servatus, diligenterque conscriptus. Constat foliis scriptis 178.

ΠΛΑ-

(1) Πρόχειρον inscribitur.
(2) Catalogi Tom. I. pag. 530 §. I. circa medium.

(3) Romano nimirum iuniore.
(4) μικρὸν κατὰ σοιχεῖον.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΝΟΜΟΙ.

PLATO DE LEGIBVS.

Ac praeterea

Alii eiusdem Dialogi tum γνήσιοι, tum νόθοι, Definitiones, & Epistolae.

COD. XVII. PRima pagina eorum, quae in hoc continentur Volumine, tabulam Latinam, altera Graecam exhibet; & in hac quidem secunda tabula tituli & initia cuiuslibet Operis adferuntur. A pagina tertia incipiunt Platonis Opera, & quidem hoc ordine:

I. pag. 3 *Platonis de Legibus, sive de Legum institutione Libri XII.* quorum initium & finis concordat cum editione Francofurt. MDCII. quam citavimus supra in Codice VII. huius Plutei, ubi incidunt in Tom. II. a pag. 769. ad pag. 1000.

II. pag. 254. *Eiusdem Epinomis, vel Philosophus.* Ibid. pag. 1003.

III. pag. 269. *b. Eiusdem Dialogi, qui pro nothis, sive suppostitiis habentur,* & primo quidem *Axiochus, vel de morte.* Ibid. pag. 1303.

IV. pag. 275. *b. De Iusto.* Ib. p. 1309.

V. p. 278. *b. De Virtute.* Ib. p. 1312.

VI. pag. 281. *b. Demodocus, sive de consilio dando.* Ibid. pag. 1315.

VII. pag. 287. *Sisyphus, sive de consultando.* Ibid. pag. 1320.

VIII. pag. 291. Ἀλκυὼν, ἢ περὶ μεταμορφώσεως. *Halcyon, seu de Transformatione* Dialogus. In hac editione non exstat, sed inter Luciani Opera edit. nuperae Amstelod. MDCCXLIII. in 4. Tom. I. pag. 176. Leonti Academico tribuitur a Nicia Nicaensi apud Athenaeum Lib. XI. & Phavorino apud Laërtium III. 62. Versatur autem totus in admirabilibus Dei operibus celebrandis, cuius potentiam homines ne cogitando quidem adsequi valent.

IX. pag. 293. *b. Eryxias, seu de divitiis, sive,* ut alii habent, *Erasistratus.* In cit. Platonis edit. pag. 1323.

X. pag. 306. *Definitiones Platonis.* Ibid. pag. 1337.

XI. pag. 311. *Eiusdem Epistolae XIII.* eodem ordine, quo exstant ibidem a p. 1267. ad pag. 1303.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. min. Saec. XV. marginalibus aliquot scholiis adspersus. Constat fol. scriptis 353.

ΔΙΑΤΑΞΕΙΣ ΝΟΜΙΚΑΙ.

INSTITVTIONES LEGALES.

COD. XVIII IVstiniani *Institutionum Graecarum, Theophilo Antecessore interprete, Libri posteriores tres,* prae antiquitate foede corrupti ac mutili. Incipiunt a Titulo secundo Libri II. qui est περὶ πραγμάτων ἀσωμάτων, *de rebus incorporalibus,* & inc. Εἰρήκαμεν ἐν τοῖς προλαβοῦσι, κ. λ. Desinunt autem in Titulo XI. Libri IV. qui est περὶ ἱκανοδοσιῶν, *de satisdationibus,* cuius postrema verba sunt: τῇ κεφαλῇ πασῶν τῶν πόλεων, τουτέστι ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει. Crebris autem schematismis adspersus est Liber ab eodem scriptore appositis, & ad rem melius sub oculos ponendam accommodatis, quibus divisiones, ac subdivisiones rerum, quibus de agitur, exhibentur. Notulae etiam Latinae identidem occurrunt in margine.

Codex Graecus bombycinus Ms. in 4. Saeculi XIV. initio ac fine carens, tineisque ita corrosus, ut plurima deperierint. Constat foliis scriptis 138.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΠΟΛΙΤΕΙΩΝ.

PLATONIS DE REPVBLICA.

Ac praeterea

Timaeus, nec non Synesii Orationes aliquot.

I. pag. 1. P*Latonis de Republica,* seu *de Iusto Libri X.* Concordant cum editis cit. loc. a pag. 571. ad p. 766. COD. XIX.

II. pag. 122. *Eiusdem Timaeus,* sive *de Natura Dialogus.* Ibid. a pag. 1040. ad pag. 1089.

III. pag. 178. *Synesii Cyrenaei ad Imperatorem,* sive *de regno Oratio.* Exstat in eius Operum edit. Paris. anni MDCXXXIII. fol. p. 1.

IV. pag. 191. *b. Eiusdem Aegyptii,* seu *de Providentia sermones duo* cum protheoria. Ib. pag. 89.

V. pag. 210. *Eiusdem Dio,* seu *de suae ipsius vitae instituto.* Ibid. p. 35.

VI. pag. 222. *b. Eiusdem de Insomniis* cum protheoria. Ibid. pag. 130.

VII. p. 233. *b. Eiusdem calvitii encomium.* Ibid. pag. 63.

VIII. pag. 244. *b. Ad Paeonium de dono* (astrolabii). Ibid. pag. 307.

Cod. Graec. membran. Ms. in 4. Saec. XII. cuius ultimum folium ferme dimidium aevo consumtum, nova pagella restauratum, ac recenti scriptura suppletum est. Constat foliis scriptis 247.

ΕΠΙΤΟΜΗ ΚΑΤΑ ΣΤΟΙΧΕΙΟΝ ΕΞΗΚΟΝΤΑΒΙΒΛΟΥ ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ ΔΙΑΤΑΞΕΩΝ.

EPITOME ORDINE LITTERARVM CONSTITVTIONVM LEGALIVM COMPREHENSARVM LX. LIB.

EAdem nimirum *Basilicorum synopsis alphabetica* cum illa, quam exhibet Codex VIII. huius Plutei. Titulorum index praemissus hanc exhibet epigraphen: Πίναξ ἀκριβὴς COD. XX.

βῆς τῶν κατὰ στοιχεῖον ἑξήκοντα νομίμων βιβλίων κατὰ σύνοψιν. *Tabula accurata sexaginta Legalium librorum per alphabetum & per compendium*. Pag. 9. *b.* incipit ipsa synopsis, praemisso item, ut in aliis, extra ordinem honoris gratia Titulo *de Fide*. Definit autem imperfecte, mutilato in fine Codice, in verbis: καὶ διῃρημένως Πέτρῳ λεγατευθῇ . . . . . . quae pertinent ad Titulum IV. eorum, qui in littera X comprehenduntur, & est περὶ χρήσεως καρπῶν καὶ χρήσεως ψιλῆς, κ. λ. quare desiderantur Tituli ad litteras Ψ, & Ω pertinentes.

Codex Graecus chartaceus Ms. in fol. minori, Saeculi XIV. in fine mutilus. Constat foliis scriptis 341.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΛΟΓΟΙ ΤΙΝΕΣ.

PLVTARCHI OPERA QVAEDAM.

COD. XXI. IN prima pagina Moralium Plutarchi sermonum elenchus occurrit Graece exaratus, quorum ordo sequens est:

I. pag. 2. *Quod ne suaviter quidem vivi possit secundum Epicuri decreta*. Edit. cit. Tom. II. pag. 1086.

II. pag. 16. *An recte dictum sit, Latenter esse vivendum*. Ibid. p. 1128.

III. pag. 18. *An vitiositas ad infelicitatem sufficiat*. Ibid. pag. 498.

IV. pag. 19. *De amore prolis*. Ibid. pag. 493.

V. pag. 22. *b. De invidia & odio*. Ibid. pag. 536.

VI. pag. 24. *De unius in republica dominatione, populari statu, & paucorum imperio*. Ibid. pag. 826.

VII. pag. ead. *b. De consolatione ad Apollonium*. Ibid. pag. 101.

VIII. pag. 37. *De exsilio*. Ibid. p. 599.

IX. pag. 43. *Ex sermone, utrum bello, an pace clariores fuerint Athenienses*. Ibid. pag. 345.

X. pag. 47. *Quod maxime cum principibus viris philosopho disputandum sit*. Ib. p. 776.

XI. pag. 49. *An seni gerenda sit respublica*. Ibid. pag. 783.

XII. pag. 59. *Convivium philosophorum*. Ib. pag. 146.

XIII. pag 71. *b. De Iside & Osiride sacer sermo*. Ibid. p. 351.

XIV. pag. 94. *De virtutibus mulierum*. Ib. pag. 242.

XV. pag. 109. *Ad Principem ineruditum*. Ibid. pag. 779.

XVI. pag. 111. *b. De esu carnium Orationes duae*. Ibid. a pag. 993. a p. 999.

XVII. pag. 115. *b. De Musica dialogus, cuius personae sunt Onesicrates, Sotérichus, & Lysias*. Ibid. p. 1131.

XVIII. pag. 126. *b. Compendium commentarii, quo ostenditur, Stoicos absurdiora, quam poëtas dicere*. Ibid. pag. 1057.

XIX. pag. 127. *b. Compendium comparationis Aristophanis, & Menandri*. Ibid. p. 853.

XX. pag. 128. *Compendium commentarii de animae procreatione apud Platonem in Timaeo*. Ibid. pag. 1030.

XXI. pag. 130. *Amatoriae narrationes*. Ib. pag. 771.

XXII. pag. 132. *b. Quaestiones naturales*, in fine mutilae. Ibid. pag. 911. In Codice vero definunt in verbis: πομφόλυγος δίκην κεκόσμηται . . . . . . edit. pag. 919. lin. 18.

XXIII. pag. 139. *b. De placitis philosophorum Libri V.* cum Capitum elencho singulis praevio. Ibid. a pag. 874. ad p. 911.

XXIV. pag. 164. *b. Parallela, seu historiarum Graecarum cum Romanis coniuncta recensio* Ibid. pag. 305.

XXV. pag. 172. *b. Capitulorum descriptio*, seu *quaestionum Romanarum solutio*. Ibid. pag. 263.

XXVI. pag. 193. *Quaestiones Graecae*. Ibid. pag. 291. In Codice tamen sunt anepigraphae.

XXVII. pag. 202. *b. Vitae decem Rhetorum*. Ibid. pag. 832.

XXVIII. pag. 217. *b. De εἶ apud Delphos*. Ibid. p. 384.

XXIX. pag. 225. *Virtutem doceri posse*. Ib. pag. 439.

XXX. pag. 226. *De Stoicorum repugnantiis*. Ibid. pag. 1033.

XXXI. p. 244. *b. De primo frigido*. Ibid. pag. 945.

XXXII. pag. 252. *Homeri Vita*, qualis in prolegomenis habetur celeberrimae illius Homeri Operum edit. Florent. A. MCCCCLXXXVIII. de qua fusius egimus Catalogi nostri Tom. II. pag. 129. Cod. VII.

XXXIII. pag. 283. *b. De vitando aere alieno*. In dicta Plutarchi edit. Tom. cit. p. 827.

XXXIV. pag. 286. *b. Consolatio ad uxorem suam*, in fine mutila. Ibid. p. 608. In Codice definit in verbis: ἡ δὲ ληφθεῖσα μὲν . . . . quae incidunt in edit. p. 611. lin. 49.

XXXV. pag. 290. *De Fato*, lacunis scatens, & item in fine mutila, ut in edit. p. 568.

Cod. Graec. chart. Ms. in 4. mai. Saeculi XV. optime servatus. Constat fol. scriptis 294.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΗΘΙΚΑ.

PLVTARCHI MORALIA.

Ac praeterea

Vitae aliquot.

PRaecedit index Latinus Operum Plutarchi, quae in hoc continentur volumine. COD. XXII. Eorum vero series ita habet:

I. pag. 2. *De exsilio*. In cit. edit. Tom. II. pag. 599. Hic sermo ferme totus manu Francisci Philelphi, cuius erat Codex, suppletus fuit.

II. p. 13. *Galba*. Tom. I. p. 1053.

III. pag. 27. *Otho*. Ibid. pag. 1066. Redeunt inde sermones morales.

IV. pag. 36. *Bello ne, an pace clariores fuerint Athenienses*. Tom. II. pag. 345.

V. pag. 42. *b. Quod maxime cum principibus viris philosopho disputandum sit*. Ibid. pag. 776.

VI. p. 45. *b. Praecepta de tuenda sanitate*. Ibid. pag. 122.

VII. pag. 61. *An seni gerenda sit respublica*. Ibid. pag. 783.

VIII. pag. 76. *Convivium philosophorum*. Ib. pag. 146.

IX. pag. 94. *b. De Iside, & Osiride*. Ibid. p. 351.

X. pag. 129. *De mulierum virtutibus*. Ibid. pag. 242.

XI. pag. 151. *Praecepta coniugalia*. Ibid. pag. 138.

XII. pag. 159. *b. Ad Principem ineruditum*. Ibid. pag. 779.

XIII. pag. 163. *De esu carnium Sermones duo*. Ibid. a p. 993. ad p. 999.

XIV. pag. 169. *De Fato*, in fine mutilus. Ibid. pag. 568.

XV. pag. 176. *Platonicae quaestiones*. Ibid. pag. 999. In Codice tamen sunt anepigraphae, & incipiunt ut in Codice V. huius Plutei supra pag. 176. §. XXXIX.

XVI. pag. 185. *b. De Musica dialogus*. Ib. p. 1131.

XVII. pag. 201. *b. Compendium commentarii, quo ostenditur, Stoicos absurdiora quam poëtas dicere*. Ibid. pag. 1057.

XVIII. pag. 202. *b. Compendium comparationis Aristophanis & Menandri*. Ibid. pag. 853.

XIX. p. 204. *b. Excerpta ex eius commentario de procreatione animae apud Platonem in Timaeo*. Ibid. pag. 1030.

XX. pag. 206. *b. Quod ne suaviter quidem vivi possit secundum Epicuri decreta*. Ibid. p. 1086.

XXI. pag. 227. *b. Vtrum recte dictum sit, Latenter esse vivendum*. Ibid. pag. 1128.

XXII. pag. 230. *b. An vitiositas ad infelicitatem sufficiat*. Ibid. pag. 498.

XXIII. pag. 232. *b. De amore prolis*. Ibid. pag. 493.

XXIV. pag. 237. *b. De invidia & odio*. Ibid. pag. 536.

XXV. pag. 239. *b. De unius in republica dominatione, populari statu, & paucorum imperio*. Ibid. p. 826.

XXVI. pag. 241. *Amatoriae narrationes*. Ibid. pag. 771.

XXVII. pag. 245. *Quaestiones naturales*, in fine mutilae. Ibid. pag. 911.

XXVIII. pag. 256. *b. De placitis philosophorum Libri V.* cum elencho Capitum singulis recentiori manu praemisso. Ibid. a pag. 874. ad pag. 911.

XXIX. pag. 297. *De virtute morali*. Ibid. pag. 440.

XXX. pag. 310. *b. De primo frigido*. Ibid. pag. 945. Huius quoque sermonis plusquam dimidia pars manu Francisci Philelphi suppleta est.

XXXI. pag. 324. *b. Alphabetus Graeca & Latina*, utriusque linguae litteras maiusculas exhibens.

XXXII. p. 325. *Inscriptiones quaedam partim Latinae, partim Graecae*, quibus hic titulus praecurrit: *Epigrammata ex* K. A. (nempe Cyriaco Anconitano) *ad Franc. Philelphum missa ex Anconae patria civitate*. Has nos quum editas arbitremur, loca tantum, in quibus ipsae reperiuntur, adnotabimus. I. *ad portum*. II. *ad aedem Cyriaci Episcopi*. III. *ad summam C. arcem*. IV. *Athenis ad Divi Hadr. Caes. arcum*. V. *Athenis ad marmoream basim*. VI. *apud Delphos*. VII. *εἰς λεβαδίαν*. VIII. *apud vicum Pisanum*. IX. *In Piceno apud Maceratam novam Helviae Ricinae Col. haec in Mercurium genium SS. nostrum*. X. *apud Maceratam novam in Piceno Helviae Ricinae Col.* XI. *apud montem Milonem oppidum ad marmoream basim IIII. boum capitibus insignem*. XII. *apud Tholentinum ad aedem B. Catervi martyris*. XIII. *apud Horae Bonae abbatiam*. XIV. *apud Mutinam*. XV. *Haec Horatius ad Moec. Ser. VIII.* XVI. *εἰς τὴν Σπάρτην*. XVII. *apud Mediol. in aede S. Marci*.

XXXIII. pag. 328. *b. Plutarchi consolatio ad uxorem suam*, in fine mutila. In cit. Tom. pag. 608. Manu vero diversa exarata est, & desinit, ut in Codice XXI. superiori §. XXXIV.

Cod. Graec. bombycinus, praeter partem illam manu Francisci Philelphi suppletam, quae chartacea est, Ms. in 4. Saec. XIV. in cuius primo folio epigraphe legitur manu Franc. Philelphi: *Τοῦτο τὸ βιβλίον Φραγκίσκου ἐστὶ τοῦ Φιλέλφου καὶ τῶν αὐτοῦ φίλων. Τὰ τοῦ Πλουτάρχου ἠθικά.* Eiusdem quoque Francisci notulis in margine adspersus est. Constat foliis scriptis 333.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ,

THEOPHRASTI CHARACTERES.

COD. XXIII.

I. pag. 1. THeophrasti Eresii Characteres iidem sunt, atque illi, quos recensuimus in Cod. XVIII. Plut. LX. Catalogi nostri Tom. II. pag. 609. §. V. ad quem lectores remitto. Heic tantum ad characterum calcem subiecit scriptor quaedam pauca, quibus ita Theophrastum alloquitur: *Ἀλλ᾽ ἔστιν, ὦ Θεόφραστε, χαλεπὸν, καθαροὺς τῶν τοιούτων ἰδεῖν ἐν τῷ βίῳ, καὶ τῆς ἐν τούτοις κακίας ὅλως ἀφεστηκότας· εἰ μὴ γὰρ τὰ πάντα δοκοίη τις εἶναι κακὸς, τοῖς γοῦν πλείοσι τοῦ χοροῦ τῶν ἀρίστων ἐξέστωσαι. ἢ τοίνυν σοι πειθομένους ἡμᾶς τὰς ἁπάντων ὄψεις φυλάττεσθαι δεῖ, ἢ κοινωνοῦντας καὶ λόγων καὶ πράξεων τὴν ἑκάστου γνώμην μιμεῖσθαι. ἀλλ᾽ οὕτω μὲν κακίας ἐσμὸς καὶ ἀρετῆς ἀλλοτρίωσις ἕπεται· ἐκείνους δὲ ἡ μισανθρωπία καὶ τοῦ Τίμωνος ἔγκλημα. ταύτῃ τοι καὶ*

χαλεπὸν ἑλέσθαι τὸ κρεῖττον, καὶ δεινὸς ἑκατέρωθεν ὄλισθος.

II. pag. 12. Περὶ τῶν ἡλιακῶν καὶ σεληνιακῶν διοσημειῶν, καὶ τῶν ἐξ αὐτῶν καθολικῶν ἀποτελεσμάτων. *De Solis & Lunae significationibus, & eorum universalibus apotelesmatis*. Inc. Ἰσέον, ὅτι ἐν πρώτοις μόνος ὁ ἥλιος καθολικὰς ἔχει τὰς ἐνεργείας τῶν ἄλλων διοσημειῶν τοπικὰς ἐχουσῶν, κ. λ. Inserta sunt Capita quaedam, περὶ κεραυνῶν, περὶ σεισμῶν, κ. λ. Auctor Anonymus; multis autem correctionibus ac lituris scatet eiusmodi Opusculum, propereque ac non sine oscitantia videtur exaratum.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saec. XV. Constat foliis scriptis 25.

ΣΚΗΠΙΩΝΟΣ ΟΝΕΙΡΟΣ.

SCIPIONIS SOMNIVM.

Adde

Macrobii in illud Commentariorum Libros duos, & Georgii Gemisti Opera quaedam.

COD. XXIV. I. pag. 1. Σκηπίωνος ὄνειρος συγγραφεὶς μὲν παρὰ Μάρκου Τουλλίου Κικέρωνος τοῦ ῥήτορος, ἐξηγηθεὶς δὲ παρὰ Μακροβίου Ἀμβροσίου, εἰς δὲ τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν μετενεχθεὶς παρὰ τοῦ σοφωτάτου ἐν μοναχοῖς Μαξίμου τοῦ Πλανούδη. *Scipionis somnium conscriptum quidem a Marco Tullio Cicerone Rhetore, expositum vero a Macrobio Ambrosio, & in Graecam linguam translatum a sapientissimo inter monachos Maximo Planude*. Somnium inc. Ἡνίκα ἐπὶ τὴν Ἀφρικὴν ἀφικόμην. Des. ἐγὼ δὲ τοῦ ὕπνου εὐθὺς ἀπελύθην. Sequitur pag. 7. *Macrobii in ipsum somnium Commentarius*, & quidem in duos libros divisus. Primus Liber inc. Μεταξὺ τῶν τοῦ Πλάτωνος καὶ Κικέρωνος βιβλίων, κ. λ. Des. ταμιευσώμεθα τὴν τῶν ἑπομένων ἀνάπτυξιν. Liber II. pag. 59. inc. Ἐν μὲν τῇ προτέρᾳ ἐξηγήσει, τέκνον Εὐστάθιε, καὶ τοῦ φωτὸς αὐτοῦ φαιδρότερέ μοι, κ. λ. Des. ἐν ᾧ συμπάσης φιλοσοφίας ἡ ὁλοκληρία περιλαμβάνεται. Hi duo Commentariorum Libri a Macrobio in Scipionis somnium Ciceronianum elaborati, & Eustathio filio inscripti, magna sunt eruditione referti, ac saepius Latine viderunt lucem, varias ipsorum editiones recensente Fabricio Biblioth. Latinae Tom. II. pag. 115. §. XII. Graeca vero tum somnii, tum commentariorum versio Maximi Planudis, adhuc est inedita, eaque usi sunt Iac. Cuiacius, & in Thesauro Graecarum vocum Guil. Morellus. Occurrit igitur Ms. in Biblioth. Regis Galliae Cod. DCLXXXIII. teste Labbeo Bibl. Nov. Mss. pag. 280. & in Coisliniana pag. 520. Fuit autem Macrobius iste Ambrosius Aurelius Theodosius, Vir Consularis, & Illustris, sacrique cubiculi Praefectus: de cuius patria minime constat inter Scriptores. Graecum videtur facere Erasmus in Ciceroniano: Romanum vero se ipse negat Praefat. in Saturnal. Parmensem scribit Ricciolius in Almagesto. Non minus de eius religione incerta res est, quum Christianis ipsum adnumeret Barthius pag. 2258. Adversar. contra Ethnicus dicatur Spanhemio Dub. Evangel. Tom. I. pag. 533. ambigui vero haereant Grotius ad Matth. II. 16. & Huetius pag. 789. Demonstrat. Honorii tandem & Theodosii iunioris temporibus floruisse, patet ex Codice Theodosiano Lib. VI. Tit. 8.

II. pag. 90. Τοῦ φιλοσόφου καὶ σπουδαιοτάτου ἀνδρὸς, κυροῦ Γεωργίου τοῦ Γεμιστοῦ περὶ ὧν Ἀριστοτέλης πρὸς Πλάτωνα διαφέρεται, καὶ ὡς βελτίω τὰ Πλάτωνος. *Philosophi & studiosissimi viri D. Georgii Gemisti de iis, in quibus Aristoteles dissentit a Platone, & quod Platonis dogmata sint meliora* Liber. Inc. Οἱ μὲν ἡμῶν παλαιότεροι καὶ Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων, Πλάτωνα Ἀριστοτέλους πολλῷ τῷ μέσῳ προετίμων. Des. εἰδότας μέντοι, ὡς συχνὰ αὐτοῖς καὶ φαῦλα ἐγκαταμέμικται. Libellus hic Georgii Gemisti *de differentia Platonicae & Aristotelicae philosophiae* publice expositus est Basileae MDLXXIV. in 4. per Georgium Chariandrum in Latinam linguam translatus, & Venetiis Graece apud Scotum cum Bernardini Donati Veronensis Paraphrasi in 8. Graece etiam prodiit Parisiis MDXLI. in 8. cum eiusdem Bernardini Dialogo de Platonicae atque Aristotelicae philosophiae differentia. Exstat Ms. in Catalogo Bibl. Venetae Mss. Graecorum ad D. Marci MDCCXL. pag. 278. Cod. DXVII. in Augustana, Ambrosiana Mediolani, & Bavarica Cod. CCLXI. Vide Allatii Diatribam de Georgiis Fabric. editionis in calce Volum. X. Bibl. Graec. pag. 746. N. 17. & 18. ubi adnotat, in hoc Opere Georgium ita acriter defendendum Platonem suscepisse, ut adversarium obtrectationibus, & calumniis foede prorsus conscindere non erubuerit, ex eoque factum, ut praestantissimorum virorum, Theodori Gazae, Andronici Callisti & Cardinalis ipsius Bessarionis odia, calamumque in se concitaret, ut alibi etiam a nobis dictum meminimus.

III. pag. 101. *b.* Ἐξήγησις τοῦ αὐτοῦ εἰς τὰ μαγικὰ λόγια, ἃ καὶ Χαλδαϊκὰ ἔπη λέγεται ὑπ' ἐνίων. *Eiusdem Commentarius in Oracula Magica (sc. Zoroastris) quae ab aliquibus etiam Chaldaica Carmina dicuntur*. Inc. Δίζεο σὺ ψυχῆς, κ. λ. Οἱ ἀπὸ Ζωροάστρου μάγοι νομίζουσιν, κ. λ. Des. πρεσβύτερον ἱστορεῖσθαι. Gr. & Lat. prodiit Paris. MDXXXVIII. in 4. Iac. Marthano interprete, ac MDIC. in 8. cum Sibyllinis Oraculis, studio Io. Obsopoei. Varie autem a variis Libellus inscribitur, ut videre est apud Allatium loc. cit. pag. 744. N. 6.

IV. pag. 106 Τοῦ αὐτοῦ λόγος περὶ ἀρετῶν. *Eiusdem de Virtutibus Libellus*. Inc. Ἀρετή ἐστιν ἕξις, κ. λ. Des. πολιτεία, ὁσιότης, θεοσέβεια. Alibi saepius occurrit.

V. p. 110. *b. Marci Tullii Ciceronis de memoria artificiosa* Libellus e Latino in Graecum translatus, interprete Anonymo, sed forte Maximo Planude, de quo vide Catalogi nostri Tomum II. pag. 387. §. XI. cum ipso enim concordat.

VI. pag. 114. Oratio anepigrapha, sed est *eiusdem Georgii Gemisti ad Imp. Manuelem Palaeologum de rebus Peloponnesiacis constituendis*, & inc. Θειότατε αὐτοκράτορ. Ο῾ μὲν πρὸς Ι῎ταλῶν τοὺς ἐν Πελοποννήσῳ δυναστεύοντας τοῖς πάντα κρατίστοις σοῖς υἱέσι πολεμηθεὶς πόλεμος, κ. λ. Des. Θεὸς δὲ δοίη τὴν συνοίσουσαν, καὶ πᾶσι καλῶς ἕξουσαν ψῆφον ἐξενεγκεῖν. Habes etiam Catalogi nostri Tom. II. pag. 318. §. IX.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XV. exeuntis, cum quibusdam notulis in margine, manu, ut videntur, Francisci Philelphi. Constat foliis scriptis 119.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ ΠΕΡΙ ΠΑΙΔΩΝ ΑΓΩΓΗΣ.

PLVTARCHVS DE LIBERIS EDVCANDIS.

COD. XXV. Concordat hic sermo *de liberorum educatione* cum edito in citata toties Plutarchi Operum edit. Tom. II. pag. 1.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saeculi XV. optimus, nonnullis in margine Latinis notulis adspersus. Constat foliis scriptis 17.

ΚΑΤΩΝ Ο ΡΩΜΑΙΟΣ.

CATO ROMANVS.

Ac praeterea

Aristophanis Comoediae tres.

COD. XXVI. I. pag. 1. *Catonis Romani disticha moralia, e Latino in Graecum sermonem translata a Maximo Planude monacho*, de quibus vide Catalogi nostri Tom. II. pag. 259. §. XVI. ubi de auctore breviter disserimus. In nostro Codice glossis sunt interlinearibus uberrimis referta.

II. pag. 13. *Aristophanis Comoediae III.* nimirum I. *Plutus*, II. pag. 61. *Nebulae*, & III. pag. 119. *Ranae*, cum argumentis in singulas, scholiis quibusdam in margine, & glossis interlinearibus. Poëtae Vita praecedit, quae inc. Α᾿ριστοφάνης ὁ κωμῳδοποιὸς, κ. λ. Des. ψυχὴν εὗρον Α᾿ριστοφάνους. Habes editam in Prolegomenis ad Aristophanem edit. Amstelod. MDCCX. fol. pag. XIV. Thomae Magistro tributam. Primae Comoediae argumentum illud est, quod in edit. primo loco ponitur pag. 1. & adespoton est: secundae vero, & tertiae illa sunt, quae in edit. Thomae Magistri nomen praeseferunt.

Codex Graec. chartaceus Ms. in 8. Saeculi XV. optimae notae. Constat foliis scriptis 180.

ΙΠΠΑΡΧΟΣ.

HIPPARCHVS.

Adde

Ciceronem de senectute.

I. pag. 1. Platonis Dialogus, qui inscribitur *Hipparchus*, *seu de lucri cupiditate*. Exstat in edit. cit. pag. 510. Hic recentissima quadam ac propera manu exaratus fuit in iis foliis, quae initio Codicis vacua supererant. COD. XXVII.

II. pag. 4. Μάρκου Τυλλίου Κικέρωνος Κάτων, ἢ περὶ γήρως πρὸς τὸν Α᾿ττικὸν μετενεχθεὶς ὑπὸ Θεοδώρου. *Marci Tullii Ciceronis Cato, vel de senectute ad Atticum*, in Graecum *translatus a Theodoro* (sc. Gaza). Inc. Ω῏ Τίτε, εἶπεν ἐγώ. Des. οὐ πάνυ τι ἂν ἐπονοῦμεν. Legitur in editione Ciceronis Aldina MDXXIII. 8. edente Io. Baptista Egnatio, & in editione Sturmiana Argentoratensi, aliisque: separatim vero Graece & Latine Ingolstadii MDXCVI. in 8.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. minori, Saeculi XV. Constat foliis scriptis 36.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΗΘΙΚΑ.

PLVTARCHI MORALIA.

In primo folio legitur duplex Plutarchi sermonum moralium XVII. elenchus, Latinus alter, alter Graecus, quorum ordo ita habet: COD. XXVIII.

I. pag. 2. *De virtute & vitio*. In cit. edit. Tom. II. pag 100.

II. pag. 3. *b. Animi ne, an corporis adfectiones sint peiores*. Ibid. pag. 500.

III. pag. 5. *b. De virtute morali*. Ibid. p. 440.

IV. pag. 18. *b. De animi tranquillitate*. Ib. pag. 464.

V. pag. 34. *De liberorum educatione*. Ibid. pag. 1.

VI. pag. 51. *De cohibenda ira*. Ibid. pag. 452.

VII. pag. 64. *De curiositate*. Ibid. pag. 515.

VIII. pag. 73. *De amore fraterno*. Ibid. p. 478.

IX. pag. 89. *De vitioso pudore*. Ibid. pag. 528.

X. pag. 98. *Quomodo quis suos in virtute paranda sentire possit profectus*. Ibid. pag. 75.

XI. pag. 110 *b. Quomodo possit adulator ab amico internosci*. Ibid. pag. 48.

XII. pag. 141. *De his, qui sero a Numine puniuntur*. Ibid. pag. 548.

XIII. pag. 166. *b. De capienda ex hostibus utilitate*. Ibid. pag. 86.

XIV. pag. 175. *Quomodo adolescens poëtas audire debeat*. Ibid. pag. 14.

XV.

XV. pag. 202. *Qua quis ratione seipsum citra invidiam laudare possit*. Ibid. p. 539.

XVI. pag. 212. *b. De multitudine amicorum*. Ibid. pag. 93.

XVII. p. 217. *b. Vtrum animi, an corporis adfectio sit concupiscentia, & aegritudo*. Vide in Codice IV. Plut. LVI. Catalogi nostri Tom. II. pag. 302. §. XVIII.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saeculi XV. Constat foliis scriptis 221.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΗΘΙΚΑ.

PLVTARCHI MORALIA.

COD. XXIX. HIc Codex ab eadem, qua superior, manu exaratus, totidem atque ille, sermones complectitur, qui propterea alteram Plutarchi moralium partem constituunt. Horum series, praemisso indice, Latino primum, deinde Graeco, sequens est:

I. pag. 2. *De garrulitate*. In cit. Tom. pag. 502.

II. pag. 17. *b. De auditione*. Ibid. pag. 37.

III. pag. 31. *De fortuna*. Ibid. p. 97.

IV. pag. 34. *Animi ne, an corporis adfectiones peiores sint*. Ibid. pag. 500. Hic sermo habebatur etiam in Codice superiori.

V. pag. 36. *b. De superstitione*. Ibid. pag. 164.

VI. pag. 45. *b. De amore divitiarum*. Ib. pag. 523.

VII. pag. 51. *b. Aqua ne, an ignis sit utilior*. Ibid. pag. 955.

VIII. pag. 55. *b. De vitando aere alieno*. Ibid. pag. 827.

IX. pag. 60. *b. Quod bruta animalia ratione utantur*. Ibid. pag. 985

X. pag. 69. *b. Terrestria ne, an aquatilia animalia sint callidiora*. Ibid. p. 959.

XI. pag. 102. *b. Convivium septem philosophorum*. Ibid. pag. 146.

XII. pag. 124. *b. De oraculorum defectu*. Ibid. pag. 409.

XIII. pag. 157. *De Romanorum fortuna*. Ibid. pag. 316.

XIV. pag. 168. *De Alexandri fortuna, vel virtute Orationes duae*. Ibid. a pag. 326. ad pag. 345.

XV. pag. 188. *b. Praecepta coniugalia*. Ib. pag. 138.

XVI. pag. 197. *b. Praecepta de tuenda sanitate*. Ibid. pag. 122.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saeculi XV. Constat foliis scriptis 214.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΤΙΝΑ.

PLVTARCHI QVAEDAM.

I. pag. 1. P*Lutarchi Quaestiones naturales*, in fine mutilae. In cit. edit. Tom. II. pag. 911. Desinunt, ut in Codice XXI. huius Plutei, supra pag. 210. §. XXII. COD. XXX.

II. pag. 12. *De placitis philosophorum Libri V.* cum elencho Capitum singulis praevio. Ibid. a pag. 874. ad pag. 911.

III. pag. 57. *De Fato*, in fine mutilus. Ib. pag. 568.

IV. pag. 66. *Compendium de animae procreatione apud Platonem in Timaeo*. Ibid. p. 1030.

V. pag. 70. *De Musica dialogus*. Ibid. pag. 1131.

VI. pag. 91. *De Homero*, seu *Vita Homeri*, de qua vide Codicem VII. Plut. LVI. Catalogi Tom. II. pag. 305. §. VIII.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saeculi XV. a pag. 66. usque ad finem diversa manu exaratus. Constat foliis scriptis 154.

FINIS PLVTEI LXXX.

BIBLIOTHECAE
MEDICEAE LAVRENTIANAE CATALOGVS.
PLVTEVS LXXXI.
QVI CONTINET GRAECOS CODICES MSS. XXIII.

CODEX I.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΑ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΑ.

ARISTOTELIS ETHICA AD NICOMACHVM.

Ac praeterea

Alia eius Opera philosophica.

I. p. 1. *Ristotelis Ethicorum ad Nicomachum Libri X.* ut in editione Graec. Lat. Parisiensi curante Gulielmo Du-Vallio A. MDCXIX. fol. T. II. a pag. 1. ad pag. 144. Notandum magnam partem Libri X. quae ab exscriptore suo loco praetermissa fuerat, in calce eiusdem Libri fuisse ab alia manu suppletam.

II. p. 33. *Eiusdem Meteorologicorum Libri IV.* ut in edit. cit. Tom. I. a pag. 528. ad pag. 600.

III. pag. 58. *Eiusdem de caelo Libri IV.* cum scholiis marginalibus valde crebris. Ib. a pag. 431. ad pag. 493. Ad calcem Libri quarti ita se subscripsit amanuensis: Ἐγράφη διὰ χειρὸς Ἰωάννου τοῦ Παναρέτου. *Scriptus est* (sc. liber) *manu Ioannis Panareti*. Quae vero sequuntur usque ad pag. 169. diversa manu sunt exarata, & antiquiorem praeferunt aetatem, ita ut ex alio Codice in hunc inserta locum videantur.

IV. pag. 77. *Eiusdem de partibus animalium & earum caussis Libri item IV.* Ibid. a p. 966. ad pag. 1046.

V. pag. 101. *Eiusdem de animalium incessu Liber*. Ibid. a pag. 733. ad p. 747.

VI. pag. 105. *Eiusdem de anima Libri III.* Ibid. a pag. 616. ad pag. 661.

VII. pag. 117. *b. Eiusdem de sensu & sensili Liber*. Ibid. a pag. 662. (per errorem 638.) ad pag. 678.

VIII. pag. 122. *b. Eiusdem de memoria & reminiscentia Liber*. Ibid. a pag. 678. ad p. 684.

IX. pag. 124. *Eiusdem de somno & vigilia, de insomniis, & de divinatione per somnum Liber unus*. Ibid. a pag. 684. ad pag. 700. & quidem in tres diversos libros distinctus. Titulus tamen Codicis habet tantummodo, Περὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως, καὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς, ita ut videatur deesse Liber περὶ ἐνυπνίων.

X. pag. 128. *b. Eiusdem de animalium motione Liber*. Ibid. a pag. 700. ad pag. 709.

XI. p. 131. *Eiusdem de generatione animalium Libri V.* Ibid. a pag. 1047. ad p. 1149.

XII. pag. 162. *Eiusdem de brevitate & longitudine vitae Liber*. Ibid. a pag. 710. ad pag. 714.

XIII. pag. 163. *b. Eiusdem de senectute & iuventute, vita & morte, & de respiratione.* Ibid. a pag. 714. ad pag. 731. Desinit autem imperfecte in verbis: ὧν ἑκάτερα περιέχοντα μεταβάλλοντα τοὺς τόπους .... quae pertinent ad Cap. XIX. lin. 5. eiusdem paginae 731.

XIV. pag. 169. *Eiusdem Metaphysicorum Libri XIII.* ut in cit. edit. a pag. 838. usque ad pag. 1006. ubi sunt XIV. ex primo enim Libro, qui in Codice in duas partes, quarum prima τὸ μεῖζον, altera τὸ ἔλαττον dicitur, divisus est, duo fiunt in editione distincti Libri. Eodem deinceps procedunt ordine usque ad decimum, qui in Codice est nonus; tum X. in Codice, est XIII. in edit.

XI.	XIV.
XII.	XI.
& XIII.	XII.

Interim notandum inter primam & secundam partem Libri I. ab eodem exscriptore adnotatum fuisse: Τοῦτο τὸ βιβλίον οἱ πλείους φασὶν εἶναι Πασικλέους τοῦ Ῥόδου, ὃς ἦν καὶ ὑπῆρχεν ἀκροατὴς ἀ .... (f. ἀριστοτέλους) υἱὸς δὲ Βοη-

βοηθητῶ Εὐδήμου ἀδελφοῦ. Α'λέξανδρος δὲ ὁ Α'φροδισιεὺς φησιν εἶναι αὐτὸ Α'ριστοτέλους. In calce vero Libri III. (in edit. IV.) scholion legitur, novem circiter versuum, quod inc. Η' διαίρεσις αὕτη ἡ δείξασα τὰ μὲν εἶναι ἠρεμοῦντα ἀεὶ, κ. λ.

In fine Aristotelis Operum in hoc Volumine contentorum indiculus Latinus subiicitur, manu, ut videtur Georgii Antonii Vespuccii Ordinis Praedicatorum, qui in calce primae Codicis paginae alia haec adnotaverat: *Aristotelis Opera quatuordecim, primum Ethica Nicomachia, ultimum Metaphysica, Conventus S. Marci de Florentia Ordinis Praedicatorum habita a Fratre Georgio Antonio Vespuccio filio eiusdem Conventus. Ponantur in bancho I. occidentis linguae Graecae.* In margine vero eiusdem paginae superiori haec alia exsculpere vix potuimus, quum litura obducta sint: *Iste liber est deputatus ad usum Conradi Benigni* (1) *de Ianua Ordinis Minorum, & continet omnes libros philosophiae Aristotelis, tam moralis quam naturalis, excepto de generatione, & corruptione.* Hoc idem nomen occurrit etiam in infimo margine paginae 169. ubi praeterea videtur legi *A. MCCC. III. mense Decembr.*

Codex Graecus papyraceus Ms. in folio, Saeculi partim XII. partim XIII. notulis hinc inde in margine adspersus. Constat foliis scriptis 213.

ΔΙΩΝΟΣ ΠΕΡΙ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ Α'.

DIONIS DE REGNO I.

Seu potius

Dionis Chrysostomi Orationes LXXX.

COD. II. Concordant penitus quoad ordinem, initium, ac finem cum illis, quas exhibet Codex XXII. Plut. LIX. quarum recensionem vide Catalogi nostri Tom. II. pag. 539. seq. Heic tamen nulla praecedunt Prolegomena, sed tantummodo index Latinus, ac praeterea in duobus foliis, quae inter indicem, & initium Orationum vacua supererant, a diversa ut videtur manu exarata occurrunt Προβλήματα ῥητορικὰ εἰς τὰς στάσεις, *Problemata rhetorica in status, seu quaestiones Oratorias*, numero LXIX. Primum inc. Νόμος ἐκέλευεν τὴν ὀρφανὴν, μήτε τὸν ἐπίτροπον αὐτῆς, κ. λ. Vltimum inc. Τύραννος ἐπ' ἀμνηστείᾳ καταλιπὼν τὴν τυραννίδα, κ. λ. Heic quoque, ut in memorato Codice XX. fere singulis Orationibus praemissa sunt argumenta, seu summaria; nec desunt rara quaedam scholia marginalia. Tandem inter Orationem LXXII. & LXXIII. pag. nimirum 247. *b.* leguntur *septem sapientum apophthegmata*, sive *sententiae*, quales etiam alibi inciderunt.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. min. Saeculi XIV. charactere minuto ac valde perplexo exaratus, nonnullis in locis manu saeculi XV. & quidem elegantissima suppletus. In fronte primae Orationis legitur nomen amanuensis hoc pacto: Χριστὲ βοήθει μοι τῷ σῷ δούλῳ Γεωργίῳ. Θεοτόκε βοήθει μοι. Constat fol. scriptis 265.

ΕΥΣΤΡΑΤΙΟΥ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΤΩΝ ΤΟΥ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ.

EVSTRATII EXPOSITIO MORALIVM ARISTOTELIS AD NICOMACHVM.

I. pag. 1. Εὐστρατίου σχόλια, ἢ ἐξήγησις εἰς τῶν τοῦ Α'ριστοτέλους ἠθικῶν Νικομαχείων Ι'. καὶ Κ'. *Eustratii scholia, sive expositio in Aristotelis Librum IX. & X. Moralium ad Nicomachum.* In Librum IX. inc. Ο"τι μὲν ἡ φιλία μόριόν ἐστιν οὐ τῆς ὅλης δικαιοσύνης. Des. ὧδε μὲν οὖν πεπλήρωται τὸ ἰῶτα τῶν ἠθικῶν Νικομαχείων, καὶ αἱ εἰς αὐτὸ σχολαί. Exstat in edit. Paulli Manutii inferius citanda a pag. 145. ad pag. 164. COD. III.

II. pag. 72. *b.* Τοῦ αὐτοῦ ἐξήγησις τοῦ κάππα τῶν ἠθικῶν. *Eiusdem expositio Libri X. Moralium.* Inc. Τὸ παρὸν βιβλίον. Des. καὶ θεοειδεστάτοις. Ibid. a pag. 164. ad pag. 189. In fine rubris litteris haec adscribuntur: Δόξα τῷ δόντι ἀρχὴν καὶ τέλος τῷ Θεῷ ἡμῶν, δόξα σοι. Θεοῦ τὸ δῶρον καὶ Καίσαρος πόνος στρατηγοῦ τάχα καὶ ἀναγνώστου Κρητός. *Gloria Deo nostro, qui dedit initium & finem, gloria tibi. Dei donum & Caesaris labor militis & lectoris Cretensis.*

Fuit hic Eustratius Metropolita Nicaenus sub Imp. Alexio Comneno, saeculo post Christum natum XII. circa A. C. MCXVII. clarus, cuius etiam Commentarius in Librum secundum posteriorum Analyticorum exstat & prodiit Graece Venetiis A. MDXLII. & MDLXVIII. fol. Scripsit hanc eruditam Ethicorum illustrationem senio iam confectus & morbis, in gratiam coniugis Imperatoris, aut cuiusdam Reginae Cypri forte, vel alterius; ita enim legitur in Praefat. Lib. VI. Εὖ σοι γένοιτο, βασιλὶς θεοσεβὴς, βασιλὶς φιλολόγε, βασιλὶς φιλάγαθε, καὶ φιλόκαλε, ὅτι ψυχὴν, κ. λ. Exstant Commentarii Graecorum una cum Eustratio in Nicomacheia, Graece primum editi a Paullo Manutio Ven. MDXXXVI. fol. quam nos editionem consuluimus, & Latine versi a Io. Bernardo Feliciano, qui interpretationem suam Alexandro Card. Farnesio inscripsit, item Venetiis MDXLI. fol. Felicianus alio Codice usus est, quam Manutii editione, & in Libros II. III. IV. duplicibus Commentariis mutilis, & divulsis, quae utcumque composuit; unde non mirum eius versionem a Graeco edito hinc inde dissidere, & quaedam interdum in illa addi, alios quoque subinde auctores Commentariorum ad singulos libros denotari, ut animadvertis

(1) Seu potius *Begnini*, nam scriptum est *Begini* cum lineola recta supra litteras *gi*.

tit Fabricius Bibl. Graec. Vol. II. pag. 151.

Codex Graecus membranaceus Ms. nitidissimus in 4. maiori, Saeculi XV. Constat foliis scriptis 189.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΑ ΕΥΔΗΜΙΑ.

ARISTOTELIS MORALIA AD EVDEMVM.

COD. IV. *Aristotelis Moralium ad Eudemum Libri VII.* ut in edit. cit. T. II. a pag. 195. ad pag. 291. Liber tamen septimus in Codice in duos dividitur, quorum prior definit in verbis, καλῶς πράττειν, quae sunt postrema Capitis XII. in edit. pag. 285. alter vero incipit a verbis, Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, κ. λ. quae sunt prima Capitis XIII.

Codex Graecus chartaceus Ms. in folio, Saeculi XV. titulis, & initialibus Librorum litteris destitutus, eleganter scriptus, notulisque Graecis & Latinis adspersus. Constat foliis scriptis 59.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΟΛΙΤΙΚΗ ΚΑΙ ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΗ ΑΚΕΦΑΛΟΣ.

ARISTOTELIS POLITICA ET OECONOMICA SINE PRINCIPIO.

COD. V. I. pag. 1. *Aristotelis de Republica Libri VIII.* ut in edit. cit. T. II. a pag. 296. ad pag. 460.

II. pag. 69. *b. Eiusdem de cura rei familiaris, seu administratione domestica Libri duo,* ut ibid. a pag. 492. ad pag. 511.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XV. titulis item & initialibus librorum litteris destitutus, eleganterque exaratus. Constat foliis scriptis 77.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΟΛΙΤΙΚΑ.

ARISTOTELIS POLITICA.

COD. VI. *Aristotelis Politicorum*, sive, ut Laërtius V. 24. vocat, πολιτικῆς ἀκροάσεως, *de Republica Libri VIII.* in hoc nitidissimo Codice continentur, ut in Codice praecedenti §. I. In fine legitur subscriptio haec amanuensis: Ἐτελειώθη διὰ χειρὸς Ἰωάννου Θεττάλου τοῦ Σκουταριώτου ἐν πόλει Φλωρεντίᾳ ἡμέρᾳ τρίτη, μηνὶ Ὀκτωβρίῳ, ἐν ἔτει ἀπὸ Χριστοῦ γεννήσεως ͵αυϟδ'. (1) *Absolutus est* (sc. liber) *manu Ioannis Thettali Scutariotae in urbe Florentia die tertia, mense Octobri, anno a Christo nato MCCCCXCIV.* Mox haec alia possessoris: Ἀγγέλου τοῦ Πωλιτιανοῦ κτῆμα, καὶ τῶν φίλων, *Angeli Politiani possessio, & amicorum*, qui versus quosdam ex Aeschyli Prometheo descripsit, & insequens Epigramma:

Στίχοι δακτυλικοὶ καὶ ἐλεγεῖοι ἐν Εὐριπίδου Ἀνδρομάχῃ.

Ἰλίῳ αἰπεινᾷ Πάρις οὐ γάμον, ἀλλά τιν' ἄταν
Ἤγαγε τ' εὐναίαν εἰς θαλάμους Ἑλέναν.
Ἇς ἕνεκ', ὦ Τροΐα, δορὶ, καὶ πυρὶ δηϊάλωτον
Εἷλέ σ' ὁ χιλιόναυς Ἑλλάδος ὠκὺς Ἄρης.
Καὶ τὸν ἐμὸν μελέας πόσιν Ἕκτορα, τὸν περὶ τείχη
Εἵλκυσε διφρεύων παῖς ἁλίας Θέτιδος,
Αὐτὰ δ' ἐκ θαλάμων ἀγόμαν ἐπὶ θῖνα θαλάσσης
Δουλοσύναν στυγερὰν ἀμφιβαλοῦσα κάρα.
Πολλὰ δὲ δάκρυά μοι κατέβα χροὸς, ἀνίκ' ἔλειπον
Ἄστυ τε καὶ θαλάμους καὶ πόσιν ἐν κονίαις.
Ὤμοι ἐγὼ μελέα; τί με χρῆν ἔτι φέγγος ὁρᾶσθαι
Ἑρμιόνας δούλαν, ἇς ὕπο τειρομένα
Πρὸς τόδ' ἄγαλμα θεᾶς ἱκέτις περὶ χεῖρε βαλοῦσα
Τάκομαι, ὡς πετρίαν πιδακόεσσα λιβάς.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saeculi XV. optimae notae. Constat foliis scriptis 177.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΑ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΑ.

ARISTOTELIS MORALIA AD NICOMACHVM.

Continet *Aristotelis Moralium ad Nicomachum Libros X.* ut in Codice I. huius Plutei §. I. Accedunt heic uberrimae notae marginales, & glossae interlineares, nec non aliae, multo tamen rariores, eiusdem amanuensis. Initio libri legitur: *Ethica Aristotelis, habita a syndicis rebellium die 18. Ianuarii 1497.* Tum elenchus Graecus argumentorum singulorum Librorum manu Zenobii Acciaioli. In calce vero rubrica notatus occurrit scriptionis annus in hunc modum: Ἐγράφησαν εἰς τὴν ἀβαδίαν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς Κρυπτοφερέτας μηνὸς Αὐγούστου λα'. ͵αυ ἑβδομηκοστῷ ε'. *Scripti sunt* (scilicet Libri X.) *in Abbatia sanctissimae Deiparae Cryptoferratae die XXXI. mensis Augusti MCCCCLXXV.* (2) & quidem *a Ioanne Rhoso*, licet nomen sileatur; hunc enim characteris forma manifeste prodit. Mox subiicitur: *Absolvi huius Voluminis emendationem & lectionem die 22. Aprilis 1504. Ego Fr. Zenobius Acciaiolus Ordinis Praedicatorum in Conventu S. Marci Florentiae.* Codicem claudunt Ἀγάθωνος ἴαμβοι, nimirum: COD. VII.

Μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ Θεὸς στερίσκεται,
Ἀγένητα ποιεῖν, ἅττ' ἂν ᾖ πεπραγμένα.
Hoc enim uno & Deus ipse privatur,
Quae facta sunt, infecta facere.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saec. XV. Constat foliis scriptis 122.

ΑΡΙ-

(1) Memorat hunc Codicem Montfaucon. Palaeogr. Graec. Lib. I. sub initium pag. 85.

(2) Montfauc. in suo Catalogo male legit an. *MCCCCLXXVI.* pro *MCCCCLXXV.* eumdemque errorem repetit Palaeogr. Graec. Lib. I. pag. 84. ubi etiam corrigenda verba *bombycinus pluteo LXXI.* in verba *chartaceus pluteo LXXXI.*

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΑ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΑ.

ARISTOTELIS ETHICA AD NICOMACHVM.

Ac praeterea

Menandri liber rhetoricus.

COD. VIII. I. pag. 1. A*ristotelis Ethicorum ad Nicomachum Libri X.* ut in Cod. I. huius Plutei §. I. Heic quoque in margine uberrimae occurrunt, & eleganter exaratae adnotationes, tam Graecae, quam Latinae, quarum auctor me prorsus latet. In prima pagina idem adnotator adscripsit *scholia quaedam pauca Eustratii Nicaeni.*

II. pag. 106. Sequitur diversa manu exaratus *Tractatus Rhetoricus*, prorsus ἀδέσποτος, quem tandem non vulgari habita perquisitione ad Menandrum pertinere comperimus, & est *eius de divisione caussarum in genere demonstrativo Liber*, editus Graece in Collectione Rhetorum Graecorum Aldi Manutii Venetiis MDVIII. in fol. a pag. 594. ad p. 641. In nostro tamen Codice incipit: Ο῾ βασιλικὸς λόγος, ἐγκώμιόν ἐςι βασιλέως, κ. λ. quae incidunt in edit. pag. 612. & prima sunt secundae Partis huius Tractatus; progreditur autem eodem ordine usque ad Caput Περὶ ἐπιθαλαμίων, quod incidit in pag. 626. deinceps vero magna in Capitum serie confusio occurrit. Desinit Codex in verbis: κοσμήσει πανηγύρεις καὶ τὰ τοιαῦτα, quae sunt postrema Capitis Περὶ γενεθλιακοῦ λόγου, edit. pag. 639. Notandum praeterea est, ultimi Capitis Περὶ προοιμίε, quod imperfectum in editione est, defectum ex hoc Codice suppleri posse, cuius lectio sequens est pag. 120. βούλομαι δὲ τῶν ἀρετῶν μὴ πάσας ἡμῖν ἅμα, μηδὲ συναθροίσας τῷ λόγῳ δοκεῖν συγχεῖν, ἀλλὰ διελόμενος ὡς οἷόν τε μνησθῆναι, κ. λ.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XV. in cuius prima pagina legitur: Αὕτη ἡ βίβλος ἐςὶν Α᾿ρμονίε τοῦ Α᾿θηναίε. ἔχει φλουρ. η'. *Hic liber est Harmonii Atheniensis, emtus florenis VIII.* Constat foliis scriptis 126.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΑ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΑ.

ARISTOTELIS ETHICA AD NICOMACHVM.

Ac praeterea

Theodori Gazae de Voluntario & Involuntario Libellus.

COD. IX. I. pag. 1. A*ristotelis Ethicorum ad Nicomachum Libri X.* ut in Cod. I. huius Plut. §. I.

II. pag. 123. *Theodori Gazae Thessalonicensis de spontaneo & invito*, seu *de Voluntario & Involuntario Libellus*, ut in Cod. IX. Plut. LV. Catalogi nostri Tom. II. pag. 270. §. II.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saeculi XV. Constat foliis scriptis 126.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΑ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΑ.

ARISTOTELIS ETHICA AD NICOMACHVM.

A*ristotelis Moralium ad Nicomachum Libri X.* ut in aliis Codicibus. Heic tamen titulis prorsus, atque initialibus Librorum litteris sunt destituti. COD. X.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. vel XVI. Constat foliis scriptis 149.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΑ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΑ.

ARISTOTELIS MORALIA AD NICOMACHVM.

Ac praeterea

Magnorum Moralium Libri II.

I. pag. 1. A*ristotelis Moralium ad Nicomachum Libri X.* ut in edit. Tom. II. a pag. 1. ad pag. 144. COD. XI.

II. pag. 128. *Eiusdem Magnorum Moralium Libri II.* Ibid. a pag. 145. ad pag. 194.

Codex Graecus membranaceus Ms. in fol. minori, Saeculi X. nitidissimus, & optimae notae, cum titulis singulorum Librorum charactere vere quadrato & aureo exaratis. Constat foliis scriptis 181.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΑ ΜΕΓΑΛΑ.

ARISTOTELIS MAGNA MORALIA.

Adde etiam

Moralia ad Eudemum.

I. pag. 1. A*ristotelis Magnorum Moralium libri duo*, ut in Codice superiori §. II.

II. pag. 50. Τοῦ αὐτοῦ ἠθικῶν. Εὐδημίων βιβλία πέντε. *Eiusdem Moralium ad Eudemum Libri quinque*, ut in edit. cit. a pag. 195. ad 252. In fine rubrica adscriptum est: Α᾿ριςοτέλους ἠθικῶν Εὐδημίων τέλος. COD. XII.

III. pag. 110. Sequuntur *alii duo libri eorumdem ethicorum, sextus* scilicet, & *septimus*, titulis destituti, spatio tamen ad illos apponendos relicto. Septimus vero in alios duos di-

dividitur, ut in Codice IV. huius Plutei.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XV. optimae notae, manu Ioannis Rhosi exaratus, & initialibus litteris egregie pictis instructus. Constat foliis scriptis 148.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΑ ΜΕΓΑΛΑ.

ARISTOTELIS MAGNA MORALIA.

Ac praeterea

Demetrii Phalerei de Elocutione Liber.

COD. XIII. I. pag. 1. Aristotelis *Magnorum Moralium Libri duo*, ut in Codice superiori §. I. Clauduntur sequenti tristicho heroico, in quo suum amanuensis nomen ita prodit:

Ἤθεσ' Ἀριστοτέλους μεγάλοις καλοῦ τ' ἀγαθοῦ τε
Τοῦδε μέχρι πέρασιν βάλλων Δημήτριος ἦλθεν
Σγυρόπολος, γράψας Φραγκίσκῳ ταῦτα Φιλέλφῳ.

Magnis Aristotelis Moralibus pulcrique bonique
Huc usque finem imposuit Demetrius
Sguropolus, qui haec Francisco scripsit Philelpho.

Ἐγράφη ἐν Μεδιολάνῳ ἀπὸ τῆς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γενέσεως ἔτει ͵αυμδʹ. τῇ αʹ. Ἰουλίου (1). *Scriptus est* (nempe liber) *Mediolani anno ab ortu Domini nostri Iesu Christi MCCCCXLIV. die prima Iulii.*

II. pag. 118. *Demetrii Phalerei de Interpretatione, sive de Elocutione Liber*, ut in Cod. XI. Plut. LIX. Catalogi nostri Tom. II. pag. 500. §. IV. Heic quoque scriptor idem in calce Codicis aliud tristichon heroicum exaravit, quod sequens est:

Σὺ φράσιν ἐκ τέχνης, Δημήτριε κόσμε Φαλήρων,
Τυγχάνεις γεγραφώς· ταύτην Δημήτριος ἄλλος
Σγυρόπολος γέγραφεν Φραγκίσκῳ χειρὶ Φιλέλφῳ.

Tu elocutionem ex artificio, Demetri decus Phalereorum,
Scripsisti: hanc Demetrius alter
Sguropolus scripsit manu Francisco Philelpho.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saeculi XV. optimus ac nitidissimus, quem ad Franciscum Philelphum pertinuisse tum adlatae subscriptiones, tum insignia gentis in fronte Codicis affabre delineata atque depicta satis probant. Constat foliis scriptis 205.

ΑΣΠΑΣΙΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ Θʹ ΒΙΒΛΙΑ ΤΩΝ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ.

ASPASII EXPOSITIO VIIII. LIBRORUM ETHICORUM ARISTOTELIS AD NICOMACHUM.

Seu potius

Anonymi partim, partim Aspasii in sex dictorum Aristotelis Moralium Libros scholia.

Continet hic nitidissimus Codex *in aliquot Aristotelis Moralium Libros ad Nicomachum Commentarios*, nimirum *in Lib. I. II. III. IV. VII. & VIII.* Priores Libri tres auctoris nomine sunt destituti; tribus vero posterioribus Aspasii nomen praefigitur. Liber I. inc. Ἡ περὶ τὰ ἤθη πραγματεία, καὶ μάλιστα πολιτική, ἠθική. Liber VIII. des. καὶ περὶ μὲν τούτων τάδε μοι εἴρηται. Habes editos Graece apud heredes Aldi Manutii Venet. MDXXXVI. in fol. ubi in omnes decem Libros scholia integra continentur. Ab editis utplurimum differunt initia & fines librorum nostri Codicis: sed de his fusius agemus in recensione Codicis I. Plut. LXXXV. inferius pag. 241. §. XVIII. ubi singulorum librorum initia & fines proferemus. COD. XIV.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XV. cuius scriptura quidem elegans est, sed mendis scatens. Constat foliis scriptis 119.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΑ ΕΥΔΗΜΕΙΑ.

ARISTOTELIS MORALIA AD EUDEMUM.

Ac praeterea

Horapollinis Niloi Hieroglyphica.

I. pag. 1. Aristotelis *Moralium ad Eudemum Libri VII.* ut in Cod. IV. huius Plutei. Heic quoque Liber VII. in duas partes est distributus, ut in dicto Codice, nullo tamen titulo secundae praemisso, qui in superioribus ubique aderat. COD XV.

II. pag. 93. *Horapollinis Niloi Hieroglyphica, quae quidem edidit ipse lingua Aegyptiaca, vertit autem Philippus in Graecam, Libris duobus.* Concordat initium & finis cum illis Codicis VIII. Plut. LVIII. Catalogi nostri T. II. pag. 445.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. optime servatus, & scriptus. Constat foliis scriptis 115.

API-

(1) Memorat hunc Codicem Montfauc. Palaeogr. Graec. Lib. I. p. 79

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΑ.

ARISTOTELIS ETHICA.

Scilicet

Ad Nicomachum.

COD. XVI. A*ristotelis Ethicorum ad Nicomachum Libri X.* ut in Cod. I. huius Plutei §. I.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. nitidissimus, in cuius calce possessoris nomen adscriptum erat, litura postea deletum; ex nonnullis tamen litterarum vestigiis videtur legi, *Liber Georgii Ant. Vespuccii, κ̀ τῶν φίλων.* Constat foliis scriptis 112.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ Α.

ARISTOTELIS ETHICORVM AD NICOMACHVM I.

COD. XVII. A*ristotelis Ethicorum ad Nicomachum Libri X.* ut in Codice praecedenti. Variae possessorum huius Codicis subscriptiones leguntur: in primo folio: *Ego Bartholomeus Canonicus Pistoriensis scripsi.* In ultimo vero: Ἡ βίβλος τȣ̃ Σωζομένȣ ἱερȣ̃ (1), tum rubris litteris & maioribus, ΑΓΑΘΗι ΤΥΧΗι, tandem haec alia subscriptio: *Ego Franciscus Luce not. Episc. scripsi* (ita enim videtur aliquo modo legi posse.)

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. Constat foliis scriptis 94.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΑ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΑ.

ARISTOTELIS ETHICA AD NICOMACHVM.

Nec non

Alia eius Opera.

COD. XVIII. I. pag. 1. A*ristotelis Ethicorum ad Nicomachum Libri X.* ut in Codice superiori.

II. pag. 84. *Eiusdem magnorum Moralium Libri II.* ut in Codice XI. huius Plutei §. II.

III. pag. 105. *Eiusdem de partibus animalium Libri IV.* ut in Codice I. huius Plutei §. IV.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XIV. initio alia manu suppletus, variisque adfectus vulneribus, ac male restauratus. Constat foliis scriptis 145.

ΚΡΙΤΩΝΟΣ ΠΕΡΙ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ.

CRITONIS DE IVSTITIA.

Titulum corrige.

Harmenopuli Promtuarium Iuris Civilis, & alia Opera.

COD. XIX. IN prima Codicis pagina Holstenius rubris litteris titulum exteriorem, utpote erroneum restituit hoc pacto: *Harmenopoli Compendium iuris*; Antonius vero Augustinus propria manu summarium Codicis subiunxit, quod est eiusmodi:

Epitome librorum LX. Leontis Caesaris, quos appellant ἑξάβιϐλον, & βασιλικὸν Graeci iurisconsulti, distincta libris sex, scripta ab Harmenopolo Constantino Thessalonicense iudice.

Eiusdem Constantini de decretis, sive canonibus Conciliorum VII. compendium, in quo quambrevissime de omnibus haereticis in extremo. Hic liber fuit Theodori Gazae. Ita breviter Antonius Augustinus; nos autem nostro more singula fusius persequamur.

I. pag. 2. Promtuario Iuris praecedit primo Κριτῶν (2) προκατάστασις, ἢ περὶ δικαιοσύνης· γέγονε δὲ κ̀ αὕτη παρὰ τοῦ τὸ βιβλίον τοῦτο συντεταχότος. *Iudicum constitutio, seu de iustitia: facta autem fuit & haec ab eo qui hunc librum composuit,* scilicet a Constantino Harmenopulo. Inc. Ὁ κρίνειν λαχὼν κ̀ κριτὴς εἶναι, κ. λ. Des. ȣ̉ ἀνεπίληπτος. Exstat in Epitome Iuris Civilis ex libris Pandectarum, Codicis, Institutionum, & Iustiniani, aliorumque Principum Novellis Constitutionibus a Constantino Harmenopulo, de quo inferius, quondam Graece collecta, nuper autem a Bernardo Reidano Iurisconsulto sermoni Latino restituta Coloniae Agrippinae apud Gualtherum Fabricium, & Ioannem Gymnicum sub Monocerote MDLXVI. & quidem immediate post ipsius Bernardi Epistolam nuncupatoriam. Subiungitur secundo Κατάκρισις ἐκτεθεῖσα εἰς τοὺς κριτὰς ὑπὸ τῶν πανευσεβῶν βασιλέων Λέοντος κ̀ Ἀλεξάνδρου. *Damnatio contra iudices, a Leone & Alexandro piissimis Imperatoribus promulgata.* Inc. Οἶμαι δὲ τῶν κρίνειν λαχόντων. Des. ἀπειργάσατο. Exstat ibidem post praedictam Praefationem. Huic subditur enumeratio septem Vitiorum Capitalium, quae vocant Graeci θανάσιμα. Tandem pag. 4. Promtuarium ipsum occurrit cum hoc titulo: Πρόχειρον νόμων τὸ λεγόμενον ἡ ἑξάβιβλος συναθροισθὲν πάντοθεν κατ' ἐκλογὴν ȣ̉ κατ' ἐπιτομὴν, οὕτω συντεθὲν παρὰ τοῦ πανσεβάστου σεβαστοῦ (supple νομοφύλακος) κ̀ κριτοῦ Θεσσαλονίκης κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Ἁρμενοπούλου. *Promtuarium iuris, quod Hexabiblos dicitur, undequaque collectum, & in compendium ita redactum a maxime venerabili venerabili Nomophylace & Iudice Thessaloni-*

 censi

(1) Forte *Sozomeni Pistoriensis Annalium scriptoris.*
(2) Haec vox non bene intellecta, exterioris tituli σφάλματι ansam dedit.

censi D. Constantino Harmenopulo. Titulum sequitur alia Praefatio, quae inc. Βιβλίον νόμων. Des. καταγραφῇ. Ibidem praedictae condemnationi subiecta. In hac Praefatione Harmenopulus rationes adfert, ob quas post Basilii, Constantini & Leonis manuale legum, aliud ipse novum composuerit. Eam integram Fabricius edidit B. G. Vol. XII. pag. 429. Hanc excipit tabula Capitum Librorum sex, quibus hoc Iuris Compendium constat. Liber I. agit de legibus, ac iudiciario statu: ad haec de in integrum restitutione, & libertatibus. Secundus de variis iudiciorum litiumque generibus, & novi operis nunciatione. Tertius de alienatione, mutuo, & societate. Quartus de sponsalibus, & nuptiis. Quintus deinceps de testamentis & tutoribus. Sextus tandem de damno & poenis; adde etiam de dignitatibus, de variis regulis, de verborum significatione, de consecratione Episcoporum &c. Liber I. pag. 5. *b.* inc. Κατὰ τοὺς παλαιοὺς νόμους. Liber VI. ob defectum sex circiter foliorum in Codice inter p. 147. & 148. desinit in verbis, ὑπὸ τῶν ἱερῶν κανόνων καταδικά ..... quae pertinent ad Caput Περὶ χειροτονίας ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων, κ. λ. Ibid. a pag. 1. usque ad pag. 680. Notandum tamen est, Iustiniani leges Georgicas, quae in editione habentur a p. 639. usque ad p. 656. in Codice nullas esse; post vero Titulum III. qui est *de significatione verborum*, & in quo desinit editio, sequi in Codice Titulum IV. *De consecratione Episcoporum &c.* qui in edito desideratur, quique in hoc quidem exemplari mutilus est, uti mox diximus, integer tamen exhibetur infra in Cod. LXXXV. Plut. LXXXIX. superioris, ubi iterum aliud Harmenopuli Promtuarium Iuris occurrit.

Constantinus iste Harmenopulus natus est circa annum MCCCXX. Constantinopoli patre Curopalata, matre Muzalona, Ioannis Cantacuzeni consobrina. Ad XVI. annum aetatis liberalibus Graecorum disciplinis a Philastrio monacho Studita institutus, post auditum Leonem monachum ad annum usque vigesimum, latinis litteris navavit operam sub Aspasio monacho Calabro, quem ad id pater Constantini, magna mercede ex Italia conduxerat. Hinc ad iurisprudentiam se contulit, doctore Simone Attaliata, pronepote Michaëlis illius, cui iuris compendium Graeci debent. Eo magistro velocissimi ingenii iuvenis ad eam sapientiae famam pervenit, ut duodetrigesimo aetatis anno Antecessoris nomen meruerit, quod non nisi senibus Principes Graeci, & legum stipendia emeritis plurima concedebant. Trigesimo aetatis anno Iudex Dromi, quod civilium dicastarum supremum tribunal fuit, renunciatus; quos inter primum locum obtinuit. Eius in Digestum, ac Codicem luculentissimi Commentarii, explanationes Novellarum, Prochiron Iuris utriusque, aliaque, quae passim Latinis Iurisconsultis ad auctoritatem praesentissimam evocantur, tanti Graecis habita sunt, quanti olim priscis Latinis effata Scaevolae, Paulli, Caii, Vlpiani, aliorumque huiusmodi, quorum in iure summa auctoritas. Circa quadragesimum aetatis annum Canones attigit, quum Praefectus Thessalonicae summo cum Nomophylacis imperio per otium amavit sacra tractare, ea diligentia, & fide, ut inter Graecos Canonistas principem locum, iudice Nicolao Comneno, obtineat. Diem obiit supremum Constantinopoli A. circiter MCCCLXXX. Hoc igitur Promtuarium iuris civilis in sex Libros, titulos LXXXII. divisum, una cum Ecloga legum Georgicarum ex iure Iustinianeo, Graece cura Theodori Adami Svallembergii lucem vidit Parisiis apud Christianum Wechelum MDXL. 4. Latine vertit D. Bernardus a Rey Coloniae MDXLVII. 8. apud Martinum Gymnicum, Accuratius deinde & elegantius, additis etiam scholiis, Ioannes Mercerus, cum praefatione ad Michaëlem Hospitalium Lugduni MDLVI. in 4. & Lausannae apud Franciscum le Preux MDLXXX. 8. Hinc Graece & Latine cum Merceri versione & scholiis, & paratitlis Dionysii Gothofredi, & variarum lectionum libello ex Cod. Ms. Iacobi Lectii, & Nomenclatore Graecarum dictionum iuris ad Harmenopulum Genevae MDLXXVII. 4. Ms. hoc opus exstat in variis bibliothecis, ut Caesarea Lambec. VI. p. 45. Coisliniana p. 218. &c. Privata quidem auctoritate, sed singulari studio concinnatum fuit ab Harmenopulo hoc iuridicum Compendium, supplens & emendans defectus veteris προχείρου, quod in XL. tributum titulos auspiciis Basilii Macedonis, Constantini Porphyrogennetae, & Leonis Sapientis pridem compositum ipse commemorat: explanationibus etiam brevibus, quibus adlatas Principum leges, & veterum Iurisconsultorum responsa illustrat, illud locupletavit, quas Mercerus, atque inde Gothofredus, & minori typorum charactere, & praeposito σχολίου, vel ἐπεξηγήσεως titulo solent distinguere.

II. pag. 148. Ἐπιτομὴ τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων, γενομένη καὶ αὕτη παρὰ τοῦ αὐτοῦ πανσεβάστου σεβαστοῦ νομοφύλακος καὶ κριτοῦ Θεσσαλονίκης, κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Ἁρμενοπούλου. *Epitome divinorum sacrorumque Canonum, & haec ab ipso admodum venerabili venerabili Nomophylace, iudiceque Thessalonicensi, D. Constantino Harmenopulo confecta*, & in sex sectiones divisa. Praecedit Praefatio, cuius initium: Τῶν κανόνων. Finis: τοῦ ζητουμένου. Tum index Capitum, quae in singulis continentur sectionibus. Sectio prima *de Episcopis* inc. Ἐπίσκοπος ὑπὸ δύο, κ. λ. Vltima *de mulieribus* des. καὶ πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας εἶεν κατεγνωσμέναι. Haec Epitome tributa est, uti diximus in sectiones sex. I. agit *de episcopis*, II. *de presbyteris, diaconis, subdiaconis, atque exorcistis*, III. *de clericis*, IV. *de monachis, & monasteriis*, V. *de laicis*, VI. *de mulieribus*. Πρόχειρον *Iuris Canonici* vocat Nic. Comnenus p. 219. Praenot. Mystagogic. Cum scholiis Citrensis τοῦ Κίτρους, qui pag. 11. nominatur, & Philothei,

qui

qui Patriarcha Constantinopolitanus fuit A. MCCCLIV. Graece & Latine prodiit in Marquardi Freheri Iure Graeco Romano Lib. I. pag. 1. ex Graeco Io. Sambuci Codice, adiecta Latina Io. Leunclavii versione, Francofurti MDXCVI. fol. Haec epitome exstat etiam in aliquot Codicibus Caesareis manu exarata, teste Lambecio V. pag. 160. & VI. pag. 35. ac 38. quos cum editis conferri, postremum praecipue, operae pretium fuerit.

III. pag. 174. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ὧν οἱ κατὰ καιρὺς αἱρετικοὶ ἐδόξασαν (1). *Eiusdem de opinionibus haereticorum, qui singulis temporibus exstiterunt*. Inc. Οἱ περὶ τὸν Α῎ρειον. Des. κατὰ τὴν τῶν σχημάτων τούτων διαφοράν. Sine ordine temporis breviter disserit I. de Arianis, II. Macedonianis, III. Sabellianis, IV. Apollinari, V. Eutyche & Dioscoro, VI. Paullo Samosateno, VII. Nestorianis, VIII. Sergio, Pyrrhoque Monothelitis, IX. Origenianis, X. Petro Fullone, XI. Marcionitis, ac Manichaeis, XII. Marcello, Photino, & Sophronio, XIII. Eunomianis, XIV. Novatianis, XV. Sabbatianis, XVI. Montani sectatoribus, XVII. Donatistis, XVIII. Massalianis, qui etiam Enthusiastae & Valentiniani, ita dicti, quod Valentini, & Valentis Imperatorum temporibus pullulaverint: denique XIX. de Eleutherio Paphlagone atque Bogomilis, qui οὐ πρὸ πολλοῦ τῆς καθ' ἡμᾶς γενεᾶς, *non diu ante nostram memoriam* (ipsius verba sunt) viguere. Prodiit hic Libellus ex Io. Sambuci Codice Graece cum Latina Io. Leunclavii versione ad calcem legationis Man. Comneni ad Armenios Basileae MDLXXVIII. 8. a pag. 557. ad p. 576. & in Iure Graeco Rom. Freheri pag. 547. Francof. MDXCVI. fol. & in Auctario Bibl. Patrum Ducaeano Paris. MDCXXIV. T. I. & alibi.

IV. p. 177. Ο῞ρκος, ὃν ὀμνύουσιν οἱ Ι᾿ουδαῖοι, ἀπὸ τοῦ ἐπαρχικοῦ βιβλίου παρεκβληθείς. *Iuramentum, quod praestant Iudaei, excerptum ex libro Eparchico*. Inc. Ε᾿ν πρώτοις ἵνα ζώσηται. Des. κ᾿ Α᾿βειρών. Ex his ἐπαρχικοῖς, sive *edictis Praefectorum praetorio*, Harmenopulus Lib. II. tit. 4. pag. 144. refert partem ἀπὸ τῶν τοῦ Α᾿σκαλωνίτου Ι᾿ουλιανοῦ τοῦ ἀρχιτέκτονος ἐκ τῶν νόμων, ἤτοι ἐθῶν τῶν ἐν Παλαιστίνῃ.

V. pag. ead. Η῍ καὶ ἄλλως. *Alia iuramenti formula*. Inc. Ε᾿ν πρώτοις ζωννύσθω τὴν βάτον. Des. καὶ καταπιέτω με ὡς Δαθὰν καὶ Α᾿βειρών.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. in cuius pagina secunda possessoris nomen legitur hoc pacto: Αὕτη ἡ βίβλος ἐστὶν Α᾿ρμονίου τοῦ Α᾿θηναίου τοῦ νῦν λεγομένου Μουρὰδ Ρ῾ὶμ, δῶρον τῆς αὐτοῦ ἀγαθῆς τύχης, τουτέστι θείου Θεοδώρου Θεσσαλονικίου τοῦ Γαζῆ. *Hic liber est Harmonii Atheniensis, qui nunc dicitur Murad Rhim, donum ipsius bonae fortunae, scilicet divini Theodori Gazae Thessalonicensis*. Constat foliis scriptis 177.

(1) Hunc Libellum enunciare omisit Montfauc. in suo Catalogo.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΑ ΕΥΔΗΜΙΑ.

ARISTOTELIS MORALIA AD EVDEMVM.

Ac praeterea

Hori Apollinis hieroglyphica, & Platonis definitiones.

I. pag. 1. A*ristotelis Ethicorum ad Eudemum Libri VII.* ut in Codice IV. huius Plutei. Heic quoque Liber VII. in duas partes dividitur. COD. XX.

II. pag. 100. *Horapollinis Niloi hieroglyphica Libris duobus*, ut in Cod. XV. huius Plut. §. II.

III. pag. 123. Ο῞ροι Πλάτωνος. *Definitiones Platonis*. Inc. Α᾿ΐδιον τὸ κατὰ πάντα χρόνον, κ. λ. Des. τὸ περιποιεῖν ἀβλαβῆ. In eius Operum editione alias citata Tom. II. pag. 1337.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XV. nitidissimus, cum emblemate in fronte Philelphianae domus, ac litteris Librorum initialibus minio, & auro affabre depictis. Constat foliis scriptis 128.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΟΛΙΤΙΚΗ ΚΑΙ ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΗ.

ARISTOTELIS POLITICE ET OECONOMICE.

I. pag. 1. A*ristotelis de Republica Libri VIII.* ut in Cod. V. huius Plutei §. I. COD XXI.

II. pag. 113. *b. Eiusdem Oeconomica Libris duobus*, ut ibid. §. II.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. optime servatus, titulis, & initialibus Librorum litteris destitutus. Constat foliis scriptis 125.

ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

EPICTETI ENCHIRIDION.

Ac praeterea

Simplicii in ipsum Commentarius.

I. pag. 1. Ε᾿γχειρίδιον Ε᾿πικτήτου φιλοσόφου. *Enchiridium Epicteti philosophi*. Inc. Τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν. Des. βλάψαι δὲ οὔ. Exstat una cum Arriani Tacticis &c. in edit. Amstelod. MDCLXXXIII. in 8. curante Nicolao Blancardo a pag. 237. ad pag. 322. COD. XXII.

II. pag. 12. *b.* Σιμπλικίου ἐξήγησις εἰς τὸ Ε᾿πι-

Ἐπικτήτου ἐγχειρίδιον. *Simplicii expositio in Epicteti Enchiridium*. Inc. Περὶ μὲν τοῦ βίου. Des. ἢ μὲν θεὸν, ἠδὲ καὶ ἄνδρα. Post varias editiones, Graece & Latine prodiit hic Simplicii Commentarius una cum Enchiridio ex Codice Francisci Nansii, cum Wolfii interpretatione Lugd. Bat. MDCXL. 4. curante Daniele Heinsio, quam nos editionem consuluimus. In hac quum typographus inchoatum Salmasii in Simplicium Commentarium subiunxerit, hinc factum fuit, ut editio illa modo Salmasiana, modo Heinsiana ab eruditis appelletur. Haec eadem recusa postmodum fuit Londini MDCLXX. 8. Simplicius patria Cilix, Ammonii & Damascii Syri Stoici philosophi discipulus, & Eulamii Phrygis familiaris, unus fuit ex iis philosophis, qui quum pertinaciter ethnicismo adhaererent, rebus suis sub Iustiniano parum fidentes, profecti sunt ad regem Persarum Cosroën, sed spe sua frustrati Athenas reverterunt, postquam in induciis Romanorum cum Persis anno Christi DIL. cautum fuit, ut illis tuto redire in sedes suas, & arbitratu suo vivere liceret. Ex scriptis eius, quae aetatem tulerunt, quum non pauca tamen interciderint, apparet, eum ita peripateticam philosophiam professum, ut ipsam non opponere Pythagorae aut Platonis scholis, & Stoicis, sed conciliare cum illis studuerit. Sed & haec quae exstant, tamquam thesaurus quidam veteris philosophiae, magni facienda sunt tum ob insigne viri iudicium, tum ob fragmenta ex monumentis vetustissimorum philosophorum, quae illa iam aetate minus obvia servavit, suisque passim hypomnematis intexuit. De hoc vero in Epicteti Enchiridium Commentario id adfirmare iure possumus, in tota antiquitate paucissima scripta (de Ethnicis loquor) inveniri, quae vel ad mores formandos saniora praecepta contineant, vel providentiam divinam rectius adserant propugnentque.

In fine legitur: Ἡ βίβλος αὕτη μετεγράφη ἐν Ῥώμῃ χειρὶ ἐμοῦ Ἰωάννου Φρυλὰ τοῦ Κρητὸς, ἔτει ἀπὸ Χριστοῦ γεννήσεως χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ ιγʹ. μηνὸς Νοεμβρίου τριακοστῇ. *Transcriptus est hic liber Romae manu mea Ioannis Phrula Cretensis, anno a Christo nato MDXIII. mensis Novembris die XXX.*

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XVI. ineuntis, nitidissimus, Mediceo stemmate, ac duorum philosophorum imaginibus eleganter in prima pagina ornatus. Constat foliis scriptis 146.

ΒΟΗΤΙΟΣ ΠΕΡΙ ΠΑΡΑΜΥΘΙΑΣ ΤΗΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ.

BOETIVS DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE,

Nec non

Catonis Romani sententiae paraeneticae.

COD. XXIII.

I. pag. 1. Continet hic Codex Boëtii *de Consolatione Philosophiae* Graecam versionem a Maximo Planude elaboratam, cum prooemio in principio, in quo agitur potissimum *de Vita Boëtii*, & inc. Βοήτιος ὁ σοφὸς, ἦν μὲν ἐκ τῆς τῶν Τορκουάτων οἰκίας. Des. διαιρεῖ δὲ αὐτὴν εἰς βιβλία πέντε. Pag. 2. legitur titulus sequens: Βίβλος Ἀννιτίου Μαλλίου Σεβηρίνου Βοηθοῦ Βοητίου ἀπὸ ὑπάτων, γένους τῶν πατρικίων, ἣν μετήνεγκεν ἐκ τῆς Λατίνων φωνῆς εἰς τὴν Ἑλλάδα διάλεκτον ὁ τιμιώτατος ἐν μοναχοῖς κύριος Μάξιμος ὁ Πλανούδης. *Liber Annicii Manlii Severini Boëtii Boëtii Exconsularis Patricii, quem ex Latina lingua in Graecam transtulit dialectum monachorum maxime venerabilis D. Maximus Planudes*. Inc. Οἵς πάρος ἐσπούδαζον περὶ σύνθεσιν ἠδέων. Des. ὁπότε πρὸ ὀφθαλμῶν ἀναστρέφεσθε κριτοῦ τοῦ τὰ πάντα ἐπισκοποῦντος. Ita autem exaratus est, ut prima singularum paginarum columna Graecam versionem exhibeat, altera textum Latinum; hic vero est imperfectus: desinit enim in verbis: *Quid autem de dignitatibus potentiaque dicam, quas vos viri dignitatis ac potestatis inscii caelo exaequatis* .... quae pertinent ad Caput XII. Hac Boëtii de consolatione Philosophiae versione Ms. in Biblioth. Regis Christianissimi usus est in sua Boëtii editione Renatus Vallinus. Ex Ms. Caesareo quaedam profert Lambec. VII. p. 145. seqq.

II. pag. 100. *Catonis Romani sententiae paraeneticae Libris IV. a Maximo item Planude Graece redditae*, quales alibi etiam recensuimus. Heic quoque Latinum textum Graeco respondentem exarare scriptor inceperat, sed post paucos praefationis versus a scribendo destitit. Plura de hisce vide apud Lambec. Lib. V. Commentar. pag. 215. 293. 373. & apud Fabric. Biblioth. Lat. Lib. IV. Cap. I. §. VIII.

Codex partim Graecus, partim Latinus, chartaceus Ms. in folio minori, Saeculi XV. Constat foliis scriptis 104.

FINIS PLVTEI LXXXI.

BIBLIOTHECAE
MEDICEAE LAVRENTIANAE CATALOGVS.
PLVTEVS LXXXV.
QVI CONTINET GRAECOS CODICES MSS. XXVI. ET VNVM EDITVM.

CODEX I.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

OCEANVS.

Seu potius

Variorum in Aristotelis Opera Commentatorum Collectio uberrima.

I. p. 1. Rimus *in quinque voces Porphyrii Commentarius* est acephalus propter Codicem in principio mutilum, & incipit a verbis.... *τὰ δὲ μέσα τέτων ὄντα, κατά τι μέν ἐςι χωριςά*. Des. *ὐχ ὁμοίως δὲ μέλανες, ἢ λευκοί*.

II. pag. 11. *Alter in easdem quinque voces Porphyrii Commentarius*, titulo quidem caret; sed in margine manu recentiori adiectum legitur *τοῦ Μαγεντηνȣ̃*, *Magentini* scilicet *Leonis*, Metropolitae Mitylenensis. Inc *Ζητητέον τὰ ὀκτὼ κεφάλαια τὰ εἰωθότα ζητεῖσθαι, κ. λ.* Des. *καθ' οὗ κατηγορεῖται, καὶ ποιεῖ τὸ συμβεβηκός*. De hoc Magentini Commentario nulla apud Fabricium mentio occurrit Bibl. Graec. Vol. IV. pag. 186. N. 10. ubi nomina eorum recenset, qui librum hunc sunt interpretati; quemadmodum etiam Vol. VI. pag. 383. ubi Magentini scripta commemorat, de hoc altum silentium: ad alium fortasse pertinere dubitari potest: sciendum est enim auctorum nomina Operibus praefixa in hoc operoso Volumine partim ipsi Codicis scripturae coaeva esse, partim recentius ab alia manu in margine apposita, cujus posterioris generis est *τοῦ Μαγεντηνοῦ* nomen mox adlatum, ut aliquem irrepsisse errorem, suspicari possimus.

III. pag. 14. *Τοῦ Φιλοπόνου ἐξήγησις εἰς τὰς πέντε φωνάς*. *Philoponi* (Ioannis) *Commentarius in quinque voces*. Inc. *Καὶ τὸ πρὸς ὠφέλειαν μὴ μόνων τῶν οἰκείων μαθητῶν, κ. λ.* Des. *οἷον τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν μιγνύμενα ποιοῦσι φαιόν*. Diversus est ab eo, qui exhibetur in Codice philosophico CXXXIX. Biblioth. Vindob. iuxta Catalog. Nessel. Part. IV. p. 79. §. I.

IV. pag. 26. *Prolegomena cum Deo philosophiae, seu quinque Porphyrii vocum, excepta ab ore Davidis Deo dilectissimi philosophi*. Habes in Codice I. Plut. LXXII. supra pag. 25. §. I. & II. Heic tamen in fine longiora aliquanto sunt.

V. p. 44. *b*. Sequuntur schematia fere innumera, varias earum rerum, de quibus in Logica pertractatur, divisiones ac subdivisiones exhibentia.

VI. p. 46. *Eiusdem Davidis in decem Aristotelis Praedicamenta Commentarius*. Inc. *Τῶν Ἀριςοτελικῶν ἀρχόμενοι λόγων, εὐθὺς ἐκ θυρῶν φίλα τῷ Ἀριςοτέλει διαπραξώμεθα*. Des. *ταῦτα ἔχει ἡ πρᾶξις. συγκαταπαύεται δὲ αὐτῇ σὺν Θεῷ καὶ τὰ σχόλια τῶν κατηγοριῶν*. Memoratur a Fabric. Bibl. Graec. Vol. II. pag. 110. & 294.

VII. pag. 60. *Τοῦ Μαγεντηνοῦ*. *Magentini in decem categorias*. Inc. *Διαφωνία τις ἐξεγένετο τοῖς ἐξηγηταῖς τῶν δέκα κατηγοριῶν, κ. λ.* Des. *ἤτοι ὁράσεως καὶ ἀκοῆς, ἢ ἄλλης τινὸς τῶν αἰσθήσεων*. Nulla de hoc Magentini Commentario apud Fabricium mentio occurrit, neque Vol. II. Bibl. Graec. pag. 110. ubi *τῶν ἐξηγητῶν* in hunc Aristotelis librum nomina profert, neque Vol. VI. pag. 383. ubi Leonis huiusce opera recenset: ut dubitari possit, utrum ad alium auctorem hoc quoque opus pertineat, praesertim quum heic quoque *τοῦ Μαγεντηνȣ̃* nomen recentius sit appositum in margine.

VIII. pag. 69. *Simplicii in decem categorias Commentarius*, ut in Codice I. Plut. LXXI. supra pag. 1. Praeter Aldinam editionem, pro-

prodiit etiam cum Latinis Iusti Velsii scholiis & argumentis, qui Graeca infinitis prope locis castigasse se profitetur, Basileae MDLI. fol. apud Michaëlem Isingrinium. De Simplicio vide quae breviter attigimus in Cod. XXII. Plut. LXXXI. supra pag. 235. §. II.

IX. pag. 125. *Ammonii* (1) *Hermeae F. in Aristotelis librum de Interpretatione Commentarius*, in quinque τμήματα distributus, ut in Codice III. Plut. LXXI. supra pag. 5. §. IX. Hic Commentarius post editionem Graecam Aldinam anni MDIII. fol. in qua prodiit iunctim cum Commentario in Categorias, lucem vidit etiam separatim, Feliciano edente, item Venetiis MDXLV. in 8. In secunda huius exhegeseos sectione, pag. nimirum 57. seqq. edit. Aldinae inter alia legitur luculenta disputatio de providentia & προγνώσει Dei, ac libero hominis arbitrio, qua fatum impugnatur, quaeque alibi pluries a reliquo Commentario seiuncta, utraque lingua est edita.

X. pag. 149. Τοῦ Μαγεντηνοῦ. *Magentini in librum Aristotelis de Interpretatione Commentarius*. Inc. Εἰπὼν ἐν ταῖς κατηγορίαις ὁ Ἀριστοτέλης περὶ ὅρου. Des. ὡς ἀμφίβολον, καὶ μὴ ἔχουσαν τὸ βέβαιον ἀποδείκνυσι διὰ προσυλλογισμοῦ. Subiiciuntur deinde schematia plurima, propositionum varias species exhibentia. Hic Commentarius, maximam partem ex Ammonio collectus, prodiit Graece Venetiis apud Aldum MDIII. fol. min. ad calcem Ammonii in eumdem Librum, adiunctam habens Michaëlis Pselli paraphrasim, & Ammonium in Categorias. Latinas versiones & editiones plures vide apud Fabric. Bibl. Graec. Vol. VI. pag. 383.

XI. pag. 160. *b. Pselli Paraphrasis in librum de Interpretatione* in quinque τμήματα distributa, ut in Codice XIX. Plut. LXXI. supra pag. 11. §. I. Iis, quae inibi adnotavimus, addendum, Paraphrasim hanc Graece una cum Ammonio, & Magentino prodiisse Venetiis apud Aldum anno MDIII. fol. eamdemque postea latinitate donatam una cum eiusdem Pselli Compendio in quinque Porphyrii Voces, & Aristotelis Praedicamenta in lucem edidisse Robertum Winter Basileae MDXLII. in 8. Vide plura apud Fabric. in calce Voluminis V. Biblioth. Graec. in nota prima ad Leonis Allatii Diatribam de Psellis p. 24. In Codice nostro pauca quaedam subiiciuntur *de tribus syllogismorum figuris &c.*

XII. pag. 167. Μαγεντηνοῦ. *Magentini in Aristotelis Analytica priora*. Inc. Σκοπὸς τῷ Ἀριστοτέλει ἐν τοῖς τρισὶ σχήμασι διδάξαι περὶ τοῦ ἁπλῶς συλλογισμοῦ. Des. εἰ λάβῃς τὸ α ὑ παντὶ τῷ γ ὡς ἀντικείμενον τῷ συμπεράσματι. Prodiit Graece Commentarius iste ad calcem Ioannis Philoponi in eosdem Libros, Venetiis MDXXXVI. fol. cuius Latina versio, ab Io. Baptista Rasario elucubrata, separatim primum excusa ibid. MDXLIV. fol. ac deinde una cum Ammonio in quinque voces, Pachymeris Epitome in universam disserendi artem, & Nilo de ratiocinationibus, Lugduni MDXLVII. fol.

XIII. pag. 175. *Ioannis Philoponi, grammatici Alexandrini, in Libros duos priorum Analyticorum scholia & adnotationes ex confabulationibus Ammonii Hermeae F.* ut in Codice I. Plut. LXXII. supra pag. 26. §. V. & VI.

XIV. pag. 203. Παράφρασις εἰς τὸ πρῶτον τῶν προτέρων ἀναλυτικῶν (2). *Paraphrasis in primum Librum priorum Analyticorum*, in duas sectiones distributa, nulloque auctoris nomine instructa. Sectio prima inc. Ἐπ' αὐτὸ τὸ κεφάλαιον τῆς λογικῆς πραγματείας ἀπηντηκότας ἡμᾶς, κ. λ. Des. ὅπως γὰρ ταῦτα ἔχει, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων. Altera pag. 211. *b.* inc. Πῶς δ' οὐ πορήσομεν αὐτοὶ πρὸς τὸ προτιθέμενον πρόβλημα συλλογισμῶν. Des. αἱ δὲ λοιπαὶ περιτταί. Tum subditur: Τέλος τῶν ἀναλυτικῶν τῶν προτέρων τοῦ πρώτου. Subiiciuntur deinde alia pauca de syllogismis hypotheticis. Haec Paraphrasis licet in hoc Codice ἀδέσποτος sit, tamen ex Codice XIX. Plut. LXXI. (supra pag. 11. §. II.) videtur Michaëli Psello (3) adiudicanda: quae enim ibi continetur Τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ παράφρασις εἰς τὰ τρία σχήματα, est pars quaedam sectionis primae huius Paraphrasis, ut patet ex ipsius initio, quod cum hoc Codice concordat. De hac tamen Pselli Paraphrasi apud Fabric. Bibl. Graec. Vol. II. pag. 114. ubi Commentatorum Graecorum in hosce Aristotelis libros notitiam exhibet, ne verbum quidem; sed tantummodo in posteriorum Analyticorum librum secundum, illius Commentarium Latine editum innuit.

XV. pag. 217. *Ioannis Philoponi in Libros duos Analyticorum posteriorum Commentarius*. In Librum primum post Aristotelis verba: Πᾶσα διδασκαλία καὶ πᾶσα μάθησις, κ. λ. inc. Τοῦτο τέλος ἐστὶ τῆς λογικῆς πραγματείας, φημὶ δὴ ὁ λόγος ὁ περὶ ἀποδείξεως, κ. λ. Des. σαφῆ δὴ τὰ λεγόμενα καὶ ἤδη ἡμῖν εἴρηται. In Librum vero secundum p. 251. post philosophi verba: Ἵνα τῷ σκοπῷ τοῦ προκειμένου βιβλίου παρακολουθήσωμεν, κ. λ. inc. Διαλαβὼν ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τῆς ἀποδεικτικῆς, κ. λ. Des. Τὸν δὲ παρόντα λόγον συγγνώμοσιν εἴη ἐντυγχάνειν διαιτηταῖς. Prodiit Graece una cum Anonymi in librum posteriorem Commentario Venetiis apud Aldum MDIV. fol. & cum variis lectionibus aliorum Codicum, additoque Eustratii Episcopi Nicaeni in eumdem posteriorem librum Commentario, item Venetiis apud heredes Aldi & Andreae Asulani soceri MDXXXIV. fol. & alibi deinceps Latine, ut videre est apud Fabric. Bibl. Gr. Vol. IX. p. 364. N. 3. Interim notandum, ex initio expositionis in hunc secundum Librum innotuisse nobis auctorem illius fragmenti, quod anepigraphum occurrebat supra p. 9. Cod. XV. Plut. LXXI.

XVI.

(1) In Catalog. Montfauc. pro *Ammonii* habetur *Antonii*, typographi forte lapsu.

(2) Haec Paraphrasis alia manu exarata est, & ex alio in hunc Codicem translata.

(3) Montfauc. in suo Catalogo addubitat esse *Ioannis Philoponi*.

XVI. pag. 269. *Alexandri Aphrodisiensis in dialecticam*, sive *in octo Topicorum Aristotelis Libros Commentarius*, ut in Codice IX. Plut. LXXII. supra pag. 31. Hic autem Alexander ex Aphrodisiade Cariae urbe Aphrodisiensis dictus, philosophiam Aristotelicam non Romae, sed Athenis, vel Alexandriae ab Impp. Septimio Severo, & Antonino Caracalla docere iussus, primitias laborum suorum eisdem inscripsit Libellum de Fato, adeoque post annum Christi CIC. & ante CCXI. quo Severus diem obiit supremum: quoniam vero primitias ingenii sui tunc ei obtulit Alexander, fatendum est vitam multo longius produxisse, quippe qui tot Commentariorum auctor fuerit. Accedit etiam, quod Athenaei Dipnosophistica laudat edita post Oppiani mortem, qui Carmina sua iisdem Impp. dicavit. Fuit Hermini & Aristoclis auditor; de Deo eiusque providentia pie admodum sentit. Aristotelis sensum melius ceteris Peripateticis est interpretatus, quem posteriores ferme omnes libenter sequuntur, ac peculiari nomine ἐξηγητὴν vocant, *explanatorem* scilicet, *seu quod omnes Aristotelicos libros exposuerit, seu quod excellentissime, seu quod utrumque*: ex quo factum, ut eius scripta perinde ut Peripateticorum celeberrimorum Aspasii & Adrasti ἐν ταῖς συνουσίαις legerentur, ut testatur Porphyrius in Vita Plotini.

XVII. pag. 321. *Eiusdem Adnotationes*, sive *Commentaria in sophisticos elenchos*, ut in Codice XIII. Plut. LXXI. supra pag. 9. quem vide.

XVIII. pag. 345. *Variorum peripateticorum in Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum Libros X. Commentarii*, quorum heic singulorum inscriptiones, quum de auctoribus non constet inter omnes, adferre voluimus, initio quoque ac fine uniuscuiusque cum edit. Aldina superius (1) citata diligenter collato. Ita igitur habent:

I. inscribitur: Εὐστρατίου Νικαίας εἰς τὰ ἠθικά. *Eustratii Nicaeni in Ethica* Commentarius. Inc. Τῆς φιλοσοφίας εἰς δύο διαιρουμένης, λέγω δὴ τὸ θεωρητικόν τε καὶ πρακτικὸν, κ. λ. Des. καὶ ἡ σύνεσις καὶ ἡ φρόνησις. In dicta edit. a pag. 1. ad pag. 32. item sub Eustratii nomine. Sequuntur deinde in Codice alia quaedam non pauca ad Dialecticam potius, quam Ethicam pertinentia, & inc. Τὴν διαλεκτικὴν ἔνιοι ἔφασαν μέθοδον. Des. πᾶσαι γὰρ αἱ ἀρεταὶ, ἐπαινεταί. ἡ δὲ σοφία, ἀρετή. De Eustratio vide supra pag. 222. §. II.

II. p. 362. *b.* Τὸ δεύτερον τῶν ἠθικῶν Ἀριστοτέλους. *Secundus Ethicorum Aristotelis Liber*. Inc. Διττῆς δὲ τῆς ἀρετῆς οὔσης. Des. ἐν ταῖς πάθεσι ϛ ταῖς πράξεσι τὸ μέσον. Ibid. a pag. 32. ad pag. 39. sub Anonymi, seu, ut alii putant, Aspasii nomine, sed finis diversus.

III. pag. 364. *b.* Εἰς τὸ τρίτον τῶν ἠθικῶν Ἀριστοτέλους. *In tertium Ethicorum Aristotelis*. Inc. Τῆς ἀρετῆς δὴ περὶ πάθη, κ. λ. Des. οὕτω δὲ καὶ ὁ λόγος τάττεται. Ibid. a pag. 39. ad pag. 50. item sub titulo Anonymi: sed heic quoque finis diversus. Scholia haec in secundum, & tertium Librum quum nullum auctoris nomen habeant praefixum, videntur eidem Eustratio tribui posse, qui in primi titulo nominabatur, iuxta Ioannis Bernardi Feliciani editionem Latinam horum Commentariorum Venet. MDXLI. & alibi.

IV. pag. 367. *b.* Ἀσπασίου φιλοσόφου ὑπόμνημα εἰς τὸ δ'. τῶν ἠθικῶν Ἀριστοτέλους. *Aspasii philosophi Commentarius in quartum Librum Ethicorum Aristotelis*. Inc. Λέγομεν δὲ ἑξῆς περὶ ἐλευθεριότητος. Des. ἐν μὲν οὖν τούτῳ φαίνεται τὸ σκῶμμα μέσον τι. Ibid. a pag. 50. ad pag. 59. item Aspasio tributus, ubi pariter in fine discrepat. Aspasius iste celebris fuit Peripateticus, cuius commentarios in schola Plotini lectos testatur Porphyrius, & cuius discipulum audisse se refert Galenus, qui sub Antoninis floruit, in Lib. de cognoscendis & curandis animi morbis; unde de ipsius aetate constare potest. Plerosque Aristotelis libros est interpretatus: scripsit quoque in Platonem, Porphyrio eodem teste.

V. pag. 370. Ἀριστοτέλους ἠθικῶν Νικομαχείων ε'. σχόλια τοῦ Ἐφεσίου. *Aristotelis Ethicorum Nicomachicorum Liber V. scholia Michaëlis Ephesii*. Inc. Περὶ δὲ δικαιοσύνης ϗ ἀδικίας σκεπτέον. Des. διότι ϗ τὸ τέλος ἡμῶν ἐν τῇ τῶν ἀρετῶν παρουσίᾳ τε καὶ κτήσει. Ibid. a pag. 59. *b.* ad pag. 79. item sub nomine Michaëlis Ephesii; ubi tamen initium & finis diversi sunt. Michaëlem Ephesium multi eumdem faciunt cum Michaële Psello, qui saeculo post Christum natum XI. claruit: sed distinguendos monet Allatius in Diatriba de Psellis edit. Fabric. in calce Vol. V. Biblioth. Graec. pag. 21. §. XXXI. & XXXII. & Michaëlem hunc Ducam Parapinaceum Pselli discipulum fuisse coniicit.

VI. pag. 376. *b.* Τοῦ κυροῦ Εὐστρατίου τοῦ Νικαίας σχόλια εἰς τὸ ϛ' τῶν ἠθικῶν Νικομαχείων τοῦ Ἀριστοτέλους. *Domini Eustratii Nicaeni scholia in sextum Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum*. Inc. Εὖ σοι γένοιτο, βασιλεῦ θεοσεβής, κ. λ. Des. ϗ δύο τὰ ὑποκείμενα, ϗ δύο τὰ κατηγορούμενα (2). Ibid. a pag. 79. *b.* ad pag. 117. Eustratio item tributa.

VII. pag. 391. *b.* Bipartitus est in hunc Librum Commentarius; prima pars inscrib. Σχόλιον εἰς τὸ ἦτα τῶν Ἀριστοτέλους ἠθικῶν Νικομαχείων. *Scholium in Librum VII. Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum*. Inc. Διδάξας περὶ τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν καὶ τῶν διανοητικῶν. Des. ὥσπερ ϗ ἡ ἁπλῆ φύσις, ἀκίνητον γὰρ τὸ καλόν. Ibid. a pag. 117. *b.* ad pag. 135. sub Aspasii nomine, & quidem multo uberior, propterea quod alteram partem, quae seiuncta in Codice legitur, in hac prima insertam arbitramur. Altera pars pag. 396. *b.* inscrib. Ἀσπασίου εἰς τὸ ἦτα τῶν Ἀριστοτέλους ἠθικῶν Νικομαχείων οὐ κατ' ἀρχὰς, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ μέσου, κ. λ. *Aspasii in VII. Aristotelis Librum Ethicorum ad Nicomachum, non ab initio, sed a me-*

(1) In Codice nimirum III. Plut. LXXXI. supra p. 222. §. II. (2) In edit. κατορθώματα.

a medio, ab illis videlicet verbis: Ὅτι μὲν οὖν ἀκρασία καὶ ἐγκράτεια ἐστὶ μόνον, κ. λ. Inc. Καὶ τὴν τῶν ἐπιθυμιῶν. καὶ δείκνυσιν, ὅτι αἰσχρῶς τῶν ἐπιθυμιῶν ἀκρασία. Des. τοιαύτη δὲ ἡ φθαρτή.

VIII. pag. 399. *b.* Ἀσπασίου εἰς τὸ θῆτα τῶν Ἀριστοτέλους ἠθικῶν Νικομαχείων. *Aspasii in VIII. Aristotelis Librum Ethicorum ad Nicomachum*. Inc. Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ φιλίας, κ. λ. Περὶ φιλίας οἰκειότατόν ἐστι διελθεῖν. Des. καὶ περὶ μὲν τούτων τάδε μοι εἴρηται. Ibid. a p. 135. *b*. ad p. 145.

IX. pag. 402. Ἐξήγησις Μιχαὴλ Ἐφεσίου εἰς τὸ ἰῶτα τῶν ἠθικῶν. *Interpretatio Michaëlis Ephesii in IX. Ethicorum Librum*. Inc. Ὅτι μὲν ἡ φιλία μόριόν ἐστι. Des. ὧδε μὲν οὖν πεπλήρωται τὸ ἰῶτα τῶν ἠθικῶν Νικομαχείων, καὶ αἱ εἰς αὐτὸ σχολαί. Ibid. a pag. 145. ad pag. 164. sub nomine Eustratii. Male igitur habet in suo Catalogo Montfauconius, qui noni Libri Commentarium Aspasio tribuit, quum auctor fuerit homo Christianus: legitur enim edit. cit. pag. 150. ὥσπερ καὶ ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ εἶπε Γρηγόριος ἐν τῷ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐπιταφίῳ, μία ψυχὴ ἐν δυσὶ σώμασιν.

X. pag. 408. *Commentarius in Librum X.* est anepigraphus, & inc. Τὸ παρὸν βιβλίον, ὃ δέκατον μέν ἐστι τῶν ἠθικῶν Νικομάχου, κάππα δὲ ἔθος τοῖς ἐκ περιπάτου ἐπιγράφειν, κ. λ. Des. φιλοκάλοις καὶ θεοειδεστάτοις καὶ λόγον μόνον ζητούσαις. Ibid. a pag. 164. ad pag. 189. item sub Eustratii nomine. Hic ultimus Commentarius quum in Codice auctoris nomine careat, videtur eidem adiudicari posse, cuius erat superior, nempe Michaëli Ephesio; quae est nonnullorum sententia., ut admonet Fabricius Bibl. Graec. Vol. II. pag. 153. in nota secunda. De Commentariis hisce variorum, Anonymi nimirum, Aspasii, Eustratii, & Michaëlis Ephesii in Ethica Nicomacheia Aristotelis vide Fabricium loc. cit. pag. 151. seqq. ubi editionis Graecae Aldi Manutii MDXXXVI. fol. cum Latina Feliciani MDXLI. comparationem instituit.

XIX. pag. 418. Τοῦ Φιλοπόνου εἰς τὸ περὶ ψυχῆς. *Philoponi* (Ioannis) *in Librum* (sc. primum) *de Anima Commentarius*. Inc. Μέλλοντας ἡμᾶς τῶν περὶ ψυχῆς ἀκροᾶσθαι λόγων. Des. τὸ ζῆν τοῖς ἐμψύχοις ὑπάρχει. Pag. 438. *b*. Commentarius in Librum II. inc. Τὰ μὲν περὶ τῶν προτέρων παραδεδομένων περὶ ψυχῆς εἰρήσθω. ἐκθέμενος ἐν τῷ πρὸ τούτου βιβλίῳ, κ. λ. Definit imperfecte in verbis, ἢ ἔν τι αὐτῶν φθείρεται ἡ τῆς ὄψεως ἐνέργεια. οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς . . . . Pag. 456. Περὶ ψυχῆς γ΄. *De Anima tertius*, scilicet *in tertium de Anima librum Commentarius*. Inc. Ὅτι δὲ οὐκ ἔστιν αἴσθησις παρὰ τὰς ε΄, λέγω δὲ ταύτας ὄψιν, ἀκοήν, ὄσφρησιν, γεῦσιν, ἁφήν, ἐκ τῶνδε πιστεύσειεν ἄν τις. Des. οὐ κατασφαλῶς εἴρηται, ἐν οἷς ἡ πρᾶξις σὺν Θεῷ πληροῦται. Hic tertius Liber alia manu descriptus est. Prodiit hoc Opus eximium Graece cum Victoris Trincavelli ad Nicolaum Rodulphum Card. Epistola, Venet. in aedibus Barthol. Zanetti MDLIII. fol. Versio vero Latina pluries lucem vidit, teste Fabric. Biblioth. Graec. Vol. IX. pag. 364.

XX. pag. 479. *Olympiodori Alexandrini philosophi in Libros IV. Aristotelis Meteorologicorum Commentarius*, in πράξεις, seu lectiones LI. distributus. Prima Lectio, praevio titulo, Ὀλυμπιοδώρου φιλοσόφου Ἀλεξανδρέως εἰς τὸ πρῶτον τῶν μετεωρολογικῶν Ἀριστοτέλους σχόλια, inc. Περὶ μὲν οὖν τῶν πρώτων αἰτιῶν τῆς φύσεως. Ultima des. ποῖα δὲ ὕδατος μόνον, ποῖα δὲ γῆς καὶ ὕδατος. Concordat quoad initium & finem cum editione Latina apud Aldum Venetiis MDLI. fol. ex interpretatione Io. Baptistae Camotii philosophi a pag. 1. ad pag. 93. quam nos editionem prae manibus habuimus. Prodiit etiam Graece eodem anno, & loco apud Aldi filios cum Federici Turrisani praefatione ad Cardinalem Herculem Gonzagam, subiunctis Ioannis Philoponi in primum Meteorologicon Commentariorum Libris tribus, de quibus in sequenti paragrapho mentio fit.

XXI. pag. 510. *Ioannis Philoponi in primum Meteorologicorum Aristotelis Commentariorum Libri tres*. Primus inc. Εἴρηται μὲν ἤδη καὶ πρότερον ἡμῖν, ὡς εἰκότως τὴν εἰς δύο τομὴν ἡ φιλοσοφία δέχεται. Liber III. definit: καὶ ἄλλως τὸ θερμὸν λεπτύνει τὰ θερμαινόμενα, καὶ μανότερα ποιεῖ. Prodierunt Graece ad calcem Olympiodori in Meteora, uti mox diximus; Latine vero, interprete laudato Ioanne Camotio, in cit. Aldi edit. a pag. 93. ad pag. 139. ac deinde iterum anno MDLXVII. fol.

XXII. p. 527. *Eiusdem in Libros duos Aristotelis de generatione & interitu Commentarius*. Primus Liber, cui titulus, Ἰωάννου γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως σχολικαὶ ἀποσημειώσεις ἐκ τῶν συνουσιῶν Ἀμμωνίου τοῦ Ἑρμείου μετά τινων ἐπιστάσεων εἰς τὸ πρῶτον τῶν περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς Ἀριστοτέλους, *Ioannis grammatici Alexandrini scholicae adnotationes ex confabulationibus Ammonii Hermeae F appositis nonnullis de suo animadversionibus in primum Aristotelis librum de generatione & interitu*, inc. Διαλαβὼν ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ φυσικῇ ἀκροάσει. Secundus, cui titulus est priori similis, nisi quod pro γραμματικοῦ legitur σχολαστικοῦ, des. οὐ γὰρ μένει τὸ ἄτομον εἶδος, εἰ καὶ ἡ ὕλη μένει. Graece viderunt lucem cum praefatione Francisci Asulani ad Iacobum Sadoletum Episcopum Carpentoratensem Venetiis in aedibus Aldi & Andreae Asulani soceri MDXXVII. fol. ante Alexandrum Aphrodisiensem in Meteorologica & de mixtione: Latine vero, interprete Hieronymo Bagolino, pluribus vicibus eodem loco.

XXIII. p. 554. Σιμπλικίου μεγάλου διδασκάλου εἰς τὰ τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως. *Simplicii magni magistri in Libros VIII. de physica auscultatione Commentarius*. Inc. Τὸν σκοπὸν τῆς Ἀριστοτέλους φυσικῆς ἀκροάσεώς ἐστι ῥαδίως. Des. ὃ ἔσται ἀρχὴ τῆς ἄλλης κινήσεως. Hunc Commentarium Graece primus edidit, & Herculi Gonzagae Episcopo Mantuano dicavit paullo

lo

lo post Aldi Manutii mortem Franciscus Asulanus Venetiis MDXXVI. fol. cum Clementis VII. Pontificis & Senatus Veneti privilegio: Latina vero Lucilli Philalthei interpretatio in lucem edita non una vice Venetiis, & Parisiis MDXLV. fol. Quantus vero in hoc Opere lateat veteris doctrinae philosophicae apparatus, videre est ex uberrimo scriptorum, qui in illo adlegantur, numero, quorum indicem profert Fabricius Bibl. Graec. Vol. VIII. p. 622. & seqq. De Simplicio vide quae diximus supra pag. 235. §. II.

XXIV. pag. 648. b. Τοῦ Φιλοπόνου Ἰωάννου εἰς τὸ ἐπίλοιπον τῆς Φυσικῆς ἀκροάσεως. *Philoponi Ioannis in reliquum physicae auscultationis Commentarius*. Post Aristotelis verba, Φανερὸν δὲ ἐκ τοῦδε, ὅτι ἀνάγκη εἶναι, κ. λ. inc. Εἰ δέδεικται, ὅτι ἀνάγκη ἀεὶ εἶναι κίνησιν. Des. ἢ εἶδος ὡς ἐπὶ τῶν κατὰ γένεσιν καὶ φθοράν.

XXV. pag. 650. *Michaëlis Ephesii scholia in varios Aristotelis Libros*, nimirum:

I. *In Libros IV. de partibus animalium*. Inc. Ὥσπερ ἐν τοῖς ἠθικοῖς ἐπιγραφομένοις Νικομαχείοις πρότερον πρόειπε, ποταπὰς δεῖ ζητεῖν τὰς ἀποδείξεις. Des. ὧδε μὲν οὖν πεπλήρωται πᾶσα ἡ περὶ ζώων μορίων πραγματεία, καὶ αἱ εἰς αὐτὰ σχολαί. Innuuntur a Fabricio Bibl. Gr. Vol. II. pag. 135.

II. pag. 658. Εἰς τὸ περὶ ζώων πορείας. *In Librum de animalium incessu*. Inc. Τῆς προκειμένης πραγματείας τῆς περὶ ζώων πορείας ἐπιγραφομένης. Des. λέγω δὲ καὶ ἕπεσθαι τῇ παρούσῃ πραγματείᾳ τὴν περὶ ψυχῆς πραγματείαν. Exstant edita Graece apud Aldum Venetiis MDXXVII. fol. a pag. 176. ad pag. 187.

III. pag. 661. Περὶ μνήμης. *In Librum de memoria*. Inc. Εἰπὼν ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς. Des. ὅτι καὶ νανώδη μέχρι πόῤῥω ἐστίν. Ibid. a pag. 127. ad pag. 136.

IV. pag. 664. *In Libros de somno & vigilia; de insomniis, ac de divinatione per somnum*. Inc. Περὶ δὲ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως ἐπισκεπτέον μετὰ τὸν περὶ μνήμης καὶ μνημονεύειν. Des. τοῦ διαπεφορημένου ἐνταῦθα τέλος ἔσχε καὶ τὸ παρὸν βιβλίον. Ibid. a pag. 136. ad p. 149.

V. pag. 667. b. Περὶ ζώων κινήσεως. *In Librum de animalium motu*. Inc. Ἐπειδὴ ἡ ὀρεκτικὴ δύναμις καὶ ὁρμητικὴ τῆς ψυχῆς, συνεζευγμέναι οὖσαι. Des. ὥστε δύνασθαι κινῆσαι. Ibid. a pag. 149. ad pag. 157.

VI. pag. 669. b. Περὶ μακροβιότητος καὶ βραχυβιότητος. *In Librum de longitudine & brevitate vitae*. Inc. Ὁ μὲν σκοπὸς τῆς περὶ μακροβιότητος καὶ βραχυβιότητος πραγματείας Ἀριστοτέλους δῆλος. Des. τὰ περὶ ζωῆς καὶ θανάτου καὶ γήρως καὶ νεότητος· ἃ εὑρήσεις ἐν ἄλλοις. Ibid. a pag. 157. ad pag. 160. b.

VII. pag. 670. b. *In quinque Libros de generatione animalium*. Inc. Ἡ παροῦσα πραγματεία, ὡς καὶ αὐτός φησι, συνεχής ἐστι τῇ περὶ ζώων μορίων· ἐν ᾗ ζητῶν διὰ τί ἕκαστον τῶν μορίων οὕτως ἔχει. Des. ἀλλὰ διὰ τὸ ὑγιαίνειν, οὗ ἕνεκεν τὸ μαχαίριον ἔτεμεν. In dicta editione non exstant, neque Fabricius in recensione Operum Aristotelis Bibl. Graec. Vol. II. ubi singulis Commentatorum nomina subiicit, ullam Michaëlis Ephesii mentionem facit, solis Ioannis Philoponi scholiis in hosce libros enunciatis.

VIII. pag. 691. b. Εἰς τὸ περὶ γήρως καὶ νεότητος, καὶ ζωῆς καὶ θανάτου, καὶ περὶ ἀναπνοῆς. *In Librum de senectute & iuventute; de vita & interitu, ac de respiratione*. Inc. Μετὰ τὸ περὶ μακροβιότητος καὶ βραχυβιότητος τάττει τὸ περὶ γήρως, κ. λ. Des. τὰ δὲ λοιπὰ σαφῶς ἀπαγγέλλει. Ibid. a pag. 160. b. ad pag. 174. b. sed finis diversus. Quae hucusque recensuimus, in indice praemisso scholiis in quatuor libros de partibus animalium, Michaëli Ephesio tribuuntur; quod vero sequitur, in indice quidem reticetur, sed quum in titulo praeferat voces τοῦ αὐτοῦ, illud quoque eidem adscribendum videtur.

IX. pag. 694. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ περὶ ὀσμῆς. *Eiusdem in librum Aristotelis de odoratu*. Inc. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον δεῖ νοῆσαι καὶ περὶ τὰς ὀσμάς. ὅπερ γὰρ ποιεῖ ἐν τῷ ξηρῷ τὸ ὑγρὸν, τοῦτο ποιεῖ ἐν ἄλλῳ γένει τὸ ἔχυμον ὑγρόν. Desinit imperfecte in verbis, ὃ μὲν γὰρ ἔδειξε δι' αὐτοῦ πρὸς αἴσθησιν γινόμενον ἀμερὲς οὐκ ἂν ἀδύνατον, ἀλλ' ὂν . . . . Est fortasse pars Commentarii in Librum Aristotelis *de sensu & sensili*. Michaëlis tamen Ephesii nullum innuit Commentarium in hoc Opus Fabricius loc. cit. p. 130. sed tantum Alexandri Aphrodisiensis, & paraphrasim Latine editam Theodori Metochitae.

XXVI. pag. 700. *Alexandri Aphrodisiensis in aliquot Aristotelis Metaphysicorum libros Commentarius*, nimirum in

Α'. τὸ μεῖζον	in edit. I.
Α'. τὸ ἔλαττον	II.
Β'.	III.
Γ'.	IV.
Δ'.	V.
Ι'.	X.
Κ'.	XIII.
Λ'.	XIV.
Μ'.	XI.
Ν'.	XII.

Deest igitur Commentarius in Libros Ε'. Ζ'. Η'. & Θ'. qui in edit. sunt VI. VII. VIII. & IX. In Librum primum inc. Ὅτι δὲ ἐστι τιμιώτερον γνῶσις πράξεως, δῆλον οὐ μόνον, κ. λ. In ultimum des. ταῦτα εἰπὼν συμπεραίνεται λέγων, εἰ οὖν καὶ τὸ μὴ τιθέναι τὸ ἀγαθὸν ἐν ταῖς ἀρχαῖς. Commentarii in Libros XII. priores Latine tantum hactenus prodierunt ex versione Ioannis Genesii Sepulvedae Cordubensis ad Clementem VII. Pont. Max. Romae MDXXVII. Paris. MDXXXVI. & alibi. In Libros vero XIII. & XIV. exstabant olim Mss. in bibliotheca Io. Vincentii Pinelli, teste A. Schotto in vita Aristotelis p. 160. supersunt quoque in hac nostra, & alibi.

Quum haec omnium, quotquot in hac delitescunt bibliotheca, in Aristotelem Interpretum collectio uberrima sit, placuit heic ipsorum nomina alphabetice disposita sub oculos ponere: Ii vero sunt:

 Anony-

Anonymus §. I. & XVIII. num. II. III. X.
Alexander Aphrodisiensis §. XVI. XVII. XXVI.
Ammonius Hermeae F. §. IX.
Aspasius §. XVIII. num. IV. VII. VIII.
David philosophus §. IV. & VI.
Eustratius Nicaenus §. XVIII. num. I. VI.
Ioannes Philoponus §. III. XIII. XV. XIX. XXI. XXII. XXIV.
Leo Magentinus §. II. VII. X. XII.
Michaël Ephesius §. XVIII. num. V. IX. & §. XXV. num. I. & seqq.
Michaël Psellus §. XI. XIV.
Olympiodorus Alexandrinus §. XX.
Simplicius §. VIII. & XXIII.

Codex Graecus bombycinus Ms. in folio maximo, Saeculi XIV. ineuntis, charactere minuto quidem, sed valde perspicuo exaratus, initio mutilus, cuius prima duo folia vetustate sunt ac tineis aliquantum corrupta, ultimus vero quaternio chartaceus est, ac paullo sequiori aevo diversa manu exaratus. Constat foliis scriptis 762. Alcyonius in Dialogo de exsilio huiusce Bibliothecae direptionem commemorans ait, Codicem hunc *Oceanum* inscriptum, in quo habentur Aristotelis Commentatores, fuisse ab Ioanne Mediceo, deinde Leone X. recuperatum; fateturque se multa inde hausisse, ut Aristotelis Opera verteret. Vid. Ephemerides litterarias Italiae edit. Venet. MDCCX. Tom. III. pag. 32.

ΣΙΜΠΛΙΚΙΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΦΥΣΙΚΗΝ ΑΚΡΟΑΣΙΝ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.

SIMPLICII COMMENTARIVS IN NATVRALEM AVSCVLTATIONEM ARISTOTELIS.

COD. II. SImplicii Commentarius in Aristotelis libros duos priores de physico auditu*. In Librum primum inc. Τὸν σκοπόν. Des. καταλείσας βιβλίον. In Librum secundum pag. 164. inc. Προθέμενος ἐν ταύτῃ τῇ πραγματείᾳ. Desinit imperfecte in verbis: ἀλλὰ τῦ τὸν οἰκεῖον καταλαβεῖν τόπον. . . . . De hoc Opere vide quae diximus in Codice superiore §. XXIII. p. 244.

Cod. Graec. membran. Ms. in 4. maiori, Sacc. XIII. madore & situ valde corruptus. Constat foliis scriptis 232.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΠΕΡΙ ΦΥΤΩΝ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΚΑΙ ΑΙΤΙΩΝ.

THEOPHRASTI DE HISTORIA ET CAVSSIS PLANTARVM.

Ac praeterea

Aristotelis de plantis Libri duo.

COD. III. IN interno Codicis integumento manu antiqua notatum legitur: *Theophrasti de historia plantarum libri IX. & pars decimi maior quam in impressis. Item de caussis plantarum libri sex, & praeterea duo, qui in impressis Aristoteli adtribuuntur.* Idem ferme scriptum reliquit in schedis suis etiam Holstenius pag. 16. his verbis: *Theophrastus de caussis, & historia plantarum: finis editi Codicis conferendus cum manuscripto.*

I. p. 1. Θεοφράςυ περὶ φυτῶν ἱςορίας. *Theophrasti de historia plantarum* Libri novem integri, & fragmentum decimi. Primus Liber inc. Τῶν φυτῶν τὰς διαφορὰς. Decimi fragmentum des. ὁ δὲ λευκὸς ὀλιγαχοῦ. βέλτιςαι δὲ καὶ οἷς . . . . . relicto trium circiter foliorum spatio vacuo ad defectum indicandum. In hisce Libris recensendis prae manibus habuimus editionem Graecam Aldinam Venet. ann. MCCCCXCVIII. fol. cum qua singulorum initium & finem convenire comperimus, Libro decimo excepto, quum eius initium tantummodo in dicta editione occurrat, undecim lineas non excedens, in nostro vero Codice pars multo longior habeatur: verba enim, τὰς πολλὰς πόας καλοῦσιν οἱ ῥιζοτόμοι, in quibus editio desinit, alia multa subsequuntur, quorum initium, ὁ μὲν οὖν ὀπισμὸς γίνεται τῶν ὀπιζομένων, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῦ θέρους, κ. λ. Finis vero, quem mox retulimus. Hoc nos fragmentum, quod quinque Codicis paginis continetur, quum Libri X. iam deperditi partem arbitraremur, publici iuris facere in animum induximus, tantoque cimelio Catalogi nostri editionem locupletare: quare descriptum, doctissimo viro, amico nostro, Iano Planco Ariminensi, Medicinae, Anatomes, & Botanicae professori celeberrimo, Latine interpretandum transmisimus: quam ille provinciam, qua est humanitate praeditus, & omnigena eruditione, Graecisque ac Latinis litteris versatissimus, libentissime doctissimeque paucis diebus explevit; iamque typis excudi coeptum erat, quum repente litteris ad me datis interpres admonuit, comperisse se tandem, fragmentum hoc non ad Librum X. pertinere, sed noni partem esse, ipsius scilicet Capita VIII. IX. X. & XI. in unum collecta. Hoc ad nos nuncio perlato, licet nonnulla in hoc exemplari nostro fortasse melius expressa sint, quam in edito, non ea tamen tanti esse putavimus, ut novam totius loci editionem requirerent, de illius tantummodo consulendi opportunitate, si quando opus fuerit, lectoribus admonitis: sed de opere ipso aliquid innuamus. Scripsit Theophrastus hanc plantarum historiam libris decem, ex quibus priores quidem novem integri sunt; ultimi vero fragmentum & quidem exiguum tantum superest, uti diximus. Graece prodiit hoc Opus cum Aristotelis, & aliis Theophrasti operibus Venetiis apud Aldum A. MCCCCXCVIII. fol. ac denique A. MDCXLIV. Amstelodami in fol. lucem adspexit luculenta Historiae Theophrasti editio Gr. Lat. cum variis lectionibus & Bodaei Commentario iconibus plantarum innumeris ornato, adiectis post singula capita in-

integris I. C. Scaligeri & Rob. Constantini notis.

II. pag. 138. Τοῦ αὐτοῦ περὶ φυτῶν αἰτιῶν. *Eiusdem de caussis plantarum* Libri VI. Primus inc. Τῶν φυτῶν αἱ γενέσεις. Sextus des. καὶ τὰς δυνάμεις κατ' αὐτὰ λεκτέον. Notandum est in fine libri I. IV. & V. repeti initium librorum, qui subsequuntur. Ex Theophrasti libris octo de caussis plantarum sex tantum primores ad nos pervenerunt, in quorum limine, suarum ἱστοριῶν, ut ante αἰτίας scriptarum, meminit. Et hos quoque Libros castigavit Daniel Heinsius, commentario illustravit Iulius Caesar Scaliger edito primum Lugduni MDLXVI. fol. Atque hoc loco adnotare iuvat, ex Meursii sententia utrumque Theophrasti scriptum, historias nimirum, & libros de caussis plantarum, uno τῶν φυτικῶν nomine a veteribus quibusdam designatos, & indistincte citatos fuisse, quum apud Scholiastem Nicandri ad Alexipharmaca (nisi numerus corruptus sit) citetur Liber XIV. Θεόφραστος μὲν οὖν ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ τῶν φυτικῶν κάρνον αὐτὸ προσηγόρευσε, qui proinde erit de caussis plantarum Liber IV.

III. pag. 267. Τὸ περὶ φυτῶν τοῦ Ἀριστοτέλους βιβλίον α'. *Aristotelis de plantis Liber I.* Inc. Ἡ ζωὴ ἐν τοῖς ζώοις. Lib. II. des. καὶ γίνονται οἱ καρποὶ πικροί. In cit. edit. Tom. II. pag. 1008. & seqq. Aristotelis duo libri de plantis memorantur a Laërtio V. 25. & de plantis scripsisse se testatur Aristoteles ipse sub extremum libri de brevitate vitae, & initio Lib. V. Historiae de animalibus. At qui hodie exstant libelli duo de plantis sub Aristotelis nomine, Graece a recentiore quodam (Musuro, vel Lascari, vel, ut Simoni Grynaeo visum, Theodoro Gaza, vel potius Maximo Planude, ut suspicatur Caesar Scaliger pag. 26. in Lib. I.) translati sunt e Latino Galli nescio cuius, qui ex Arabico illos transtulerat, ut ex prooemio Graeco libris hisce praefixo perspicue colligitur. Menagio iudice, sunt centones male assuti e locis variis Aristotelis, & libro primo historiae plantarum Theophrasti. Graece primum prodiere Basileae A. MDXXXIX. 8. ad calcem Geoponicorum, ex officina Roberti Winter, cum praefatione Simonis Grynaei: deinde cum operibus Theophrasti ibid. MDXLI. fol. hinc in Graecis, & Graecolatinis Aristotelis editionibus.

Cod. Graec. membran. Ms. in 4. Saec. XIV. optime servatus. Constat foliis scriptis 290.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΜΕΤΟΧΙΤΟΥ ΕΞΗΓΗΜΑΤΙΚΟΝ ΤΩΝ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΙΚΩΝ.

THEODORI METOCHITAE EXPOSITORIVM ARISTOTELICORVM.

XXVII. pag. 281. Τοῦ αὐτοῦ νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον τὸ α'. *Eiuſdem ſacrarum legum allegoriae poſt ſex dierum opus Liber I.* Inc. Καὶ ἐτελέσθησαν. Deſ. ὅτι ἡγίασεν αὐτήν. Ibid. a pag. 43. ad pag. 46. lin. 28.

XXVIII. pag. 282. *b.* Τοῦ αὐτοῦ νόμων ἀλληγορία ἱερῶν τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον τὸ δεύτερον. *Eiuſdem ſacrarum legum allegoria poſt ſex dierum opus Liber II.* Inc. Τοὺς κατὰ τὸ ἕβδομον. Deſ. συνδέτου σώματος. Ibid. a pag. 46. lin. 28. ad pag. 65. ubi hic una cum ſuperiore, unicum tantum Librum ſacrarum allegoriarum, & quidem primum conſtituit. Notandum interim eſt, in hoc libro ſe prodere Antonii Cocchii manum, quae in margine numeros quoſdam depinxit, illius fortaſſe editionis paginas indicantes, quam ad eruendas huius Codicis variantes lectiones adhibuit, ut innuimus Catalogi noſtri Tom. II. pag. 634.

XXIX. pag. 292. *Eiuſdem de Cherubim, & flammeo gladio.* Inc. Καὶ ἐξέβαλε. Deſ. καὶ ὡς μεγαλοπρεπῶς ἅμα καὶ θεοπρεπῶς διεξέρχεται, περὶ τούτων κατανοήσωμεν. Ibid. a pag. 138. ad pag. 154. lin. 13. Reliqua huius libri deſiderantur in Codice.

XXX. pag. 300. Τοῦ αὐτοῦ περὶ γενέσεως Ἄβελ, καὶ ὧν αὐτὸς καὶ ἀδελφὸς αὐτοῦ Κάϊν ἱερουργοῦσιν. *Eiuſdem de ortu Abel, & de ſacrificiis eius, ac fratris Cain.* Inc. Καὶ προσέθηκε. Deſ. διακεχώρηκεν. Ibid. a pag. 163. ad pag. 190. lin. 35. Reliqui octo verſus deſiderantur in Codice.

XXXI. pag. 316. *Eiuſdem de eo, quod deterius potiori inſidiari ſoleat.* Ibid. pag. 191.

XXXII. pag. 333. *b. Eiuſdem de ebrietate.* Ibid. pag. 357.

XXXIII. pag. 350. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ ὧν νήψας ὁ νοῦς εὔχεται καὶ καταρᾶται. *Eiuſdem de iis, quae ſenſu precamur & deteſtamur.* Ib. pag. 390. ubi inſcribitur: Περὶ τοῦ, ἐξένηψε Νῶε, *de iis verbis, reſipuit Noë.*

XXXIV. pag. 356. *b. Eiuſdem, quod Deus ſit immutabilis.* Ibid. pag. 272.

XXXV. pag. 372. Τοῦ αὐτοῦ περὶ γεωργίας. *Eiuſdem de agricultura.* Inc. Οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων. Deſ. οὐκ ἀμελῶς ἐπιδέδεικται (1). Ibidem a pag. 300. ad pag. 310. lin. 38. Reliqua deſiderantur. Vbi notandum deeſſe etiam in Codice verba ſacri textus, Καὶ ἤρξατο Νῶε, κ. λ. a quibus Liber incipit in editione.

XXXVI. pag. 377. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ φυτουργίας τὸ δεύτερον Νῶε. *Eiuſdem de plantatione Noë Liber II.* Ibid. pag. 329.

XXXVII. pag. 392. *Eiuſdem de confuſione linguarum.* Ibid. pag. 404.

XXXVIII. pag. 409. *b. Eiuſdem de nobilitate.* Tom. II. pag. 437. Poſtrema huius Libri, nec non ea quae ſequuntur omnia uſque ad finem, ab eadem manu recentiſſima & eleganti, quae initium Codicis ſupplevit, exarata ſunt.

XXXIX. pag. 413. *Eiuſdem de gigantibus.* Tom. I. pag. 262.

(1) In edit. ἐπιδέδειχε.

XL. pag. 419. *Eiuſdem de migratione Abrahami.* Ibid. pag. 436.

XLI. pag. 440. *Eiuſdem de eo, quis rerum divinarum heres ſit.* Ibid. pag. 473.

XLII. pag. 466. *Eiuſdem de profugis.* Ibid. pag. 546.

XLIII. pag. 484. *Eiuſdem de mercede meretricis in ſacrarium non accipienda.* Tom. II. pag. 264.

XLIV. pag. 487. *Eiuſdem de exſecrationibus.* Ibid. pag. 429.

XLV. pag. 492. *Eiuſdem de incorruptibilitate mundi.* Ibid. pag. 487.

XLVI. pag. 508. *Eiuſdem adverſus Flaccum* Ibid. pag. 517.

XLVII. pag. 525. *Eiuſdem de virtutibus & legatione ad Caium.* Ibid. pag. 545.

XLVIII. pag. 557. *b.* Ad calcem Libri idem recentior Graecus, qui praedicta Philonis Opera ſupplevit, fragmentum quoddam adiecit quatuor circiter paginarum, tamquam ad eumdem Philonem pertinens, ſequenti monito inſtar tituli praemiſſo: Ταῦτα ἐν ἑνὶ τῶν ἀντιγράφων εὕρομεν παρεμβεβλημένα τῷ περὶ τοῦ, ὅτι ἄτρεπτον τὸ θεῖον, οὐ προσηκόντως, οὐδὲ προσφυῶς· ἅπερ ἡμεῖς ὅμως ἅπασιν ὑπετάξαμεν, Φίλωνος εἶναι νομίσαντες. *Haec nos in quodam exemplari invenimus inſerta in Libro „ quod Deus ſit immutabilis „ neque apte, neque adhaerenter; quae tamen nos omnibus ſubiecimus, Philonis eſſe arbitrati.* Fragmenti initium eſt .... πληθὺν ἐπαινεῖ φάσκων, ἐπληρώσατε τὰς χεῖρας ἕκαστος σήμερον κυρίῳ ἐν τῷ υἱῷ, ἢ τῷ ἀδελφῷ δοθῆναι ἐφ' ἡμᾶς εὐλογίαν, κ. λ. Finis: φυλάττων μὲν τὰ παρὰ γεννητοῖς καθεστῶτα νόμιμα. Ad quem vero Philonis Librum pertineant, nondum comperimus.

Codex Graecus chartaceus Ms. in fol. min. Saeculi partim XV. partim XVI. optime ſervatus. Conſtat foliis ſcriptis 559.

ΣΕΞΤΟΥ ΕΜΠΕΙΡΙΚΟΥ ΒΙΒΛΙΑ ΔΕΚΑ.

SEXTI EMPIRICI LIBRI X.

Scilicet

Pyrrhoniani Compendii Libri III. & adverſus Mathematicos Libri X.

I. pag. 1. PRaemittuntur litteris rubris exaratae tabulae duae, *definitiones quaſdam metaphyſicas iuxta Scepticorum doctrinam exhibentes.* Tum pag. 3. *Sexti Empirici Pyrrhoniarum Hypotypoſeon,* ſive *Inſtitutionum Scepticarum Libri III.* cum tabula Capitum ſingulis praemiſſa. Liber I. inc. Τοῖς ζητοῦσί τι πρᾶγμα, ἢ εὕρεσιν. Tertius vero deſ. πρὸς τὸ ἀνύειν τὸ προκείμενον. Concordat ſingulorum initium & finis cum nuperrima editione Lipſienſi anni MDCCXVIII. fol. per Io. Albertum Fabricium adornata, a pag. 1. ad 198. In calce ſubiicitur Epigramma hexaſtichon Anonymi *in Pyrrhonem,* quod inc. Ὦ Πύῤ- COD. XI.

Πύῤῥων, κ. λ. quodque in dicta edit. cum Latina, opinor, eiuſdem Fabricii verſione, Operi praemiſſum legitur.

II. pag. 86. *Eiuſdem adverſus mathematicos, ſive dogmaticos per omne genus diſciplinarum Libri X.* quorum primus inc. Τὴν πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν μαθημάτων ἀντίῤῥησιν κοινότερον μὲν διατεθεῖσθαι δοκοῦσιν. Vltimus deſ. ἐν τοσούτοις τὴν σύμπασαν τῆς Σκεπτικῆς ἀγωγῆς διέξοδον ἀπαρτίζομεν. Horum quoque Librorum initia ac fines conveniunt penitus cum cit. edit. a p. 215. ad p. 735. ubi undecim numerantur, de quorum inſcriptionibus, & diviſione vide quae Fabricius idem accurate, ut adſolet, perſequitur Bibl. Graec. Vol. III. pag. 594. Sextus hic Medicus Empiricus, a Sexto Chaeroneo Stoico Plutarchi nepote diverſus eſt, accuratiſſimus defenſor ſectae Scepticae, ſeu Pyrrhoniae; vixitque ſub Imp. Commodo, ut videtur, vel paullo poſt. In calce legitur ſequens ſubſcriptio rubris litteris expreſſa:

Εὐτύχει ἐν πολλοῖς χρόνοις, σοφὲ δέσποτα βίβλου.
Ὁ ταῦτα γράψας Θωμᾶς ὁ Προδρομίτης.
,ϛϡογ'. ἰνδ. ιγ'. Σεπτεμβρίου η'.
Sis felix multos in annos, ſapiens libri domine.
Qui haec ſcripſit, Thomas eſt Prodromites.
Anno 6973 (Chriſti MCCCCLXV.) *indict. XIII. Septembris die VIII.* (1) Tandem in calce paginae Latinis litteris & antiquis notata ſunt *loca quaedam Paulli ad Cor. I. 2. & ad Galat. II.* quae clauduntur hoc diſticho:

Hoc eſt neſcire, ſine Chriſto plurima ſcire;
Si Chriſtum bene ſcis, ſatis eſt, ſi (2) *plurima neſcis.*

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XV. binis columnis exaratus optimeque ſervatus, qui in Montfauc. Catalogo male indicatur ſub num. XII. Conſtat foliis ſcriptis 345.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΓΟΡΓΙΑΣ.

PLATONIS GORGIAS.

Seu potius

Platonis Dialogi XII.

COD. XII. I. pag. 1. *Platonis Gorgias, ſive de Rhetorica.* In cit. toties edit. p. 305.

II. pag. 23. *Cratylus, ſive de recta nominum ratione.* Ibid. pag. 265.

III. pag. 38. *b. Euthyphro, vel de ſanctitate.* Ibid. pag. 1.

IV. pag. 42. *b. Socratis Apologia.* Ibid. pag. 14.

V. pag. 50. *Crito, ſive de eo quod agendum eſt.* Ibid. p. 32.

VI. pag. 54. *Phaedo, vel de anima.* Ibid. pag. 44.

VII. pag. 72. *b. Phaedrus, ſive de pulcro.* Ibid. pag. 1209.

VIII. p. 86. *b. Menexenus, ſive funebris Oratio.* Ibid. pag. 516.

IX. pag. 91. *Alcibiades primus, ſive de natura humana.* Ib. pag. 429.

X. pag. 99. *Alcibiades ſecundus, ſive de precatione.* Ibid. p. 451.

XI. pag. 102. *b Amatores, ſive de philoſophia.* Ibid. pag. 96.

XII. pag. 105. *Lyſis, ſive de amicitia.* Ibid. pag. 497.

Scholia hinc inde in Codicis margine adſperſa ſunt, quorum nonnulla heic duximus ſubiicienda.

Primum pag. 1. in voces, ἐν ἀγορᾷ ἀναγκάσας, Dialogi *Gorgias* inſcripti (3), ita habet: Ἡ ἀνάγκη διττὴ, ἡ μὲν πρὸς βίαν, ἡ δὲ κατὰ φύσιν. κατὰ ταύτην οὖν ἠναγκάσθη Σωκράτης ἐν ἀγορᾷ διατρίβειν, ὅπως πολλοὺς ὠφελῇ. τοῦτο γὰρ σπουδαίων ἀνδρῶν ἴδιον.

Secundum pag. ead. in verba, Ἀρισοφῶν ὁ Ἀγλαοφῶντος, κ. λ. (4) Οὗτος πολύγνωτος ἐκαλεῖτο, οὗ ἐν Δελφοῖς ἡ θαυμασὴ γραφὴ, ᾗ ἐπεγέγραπτο,

Γράψε πολύγνωτος θάσιος γένος Ἀγλαοφῶντος
Υἱὸς περθομένην Ἰλίου ἀκρόπολιν.

Tertium pag. ead. in verba, φαίνεται πῶλος, κ. λ. (5) Σκόπει τὰ πάρισα τοῦ πώλου, ἐμπειρία, ἀπειρία, τέχνη, τύχη, ἄλλοι, ἄλλων, ἄλλως. οὐ γάρ τί ἐσιν ἡ ῥητορικὴ, εἶπεν, ἀλλ' ὁποῖον τί ἐσι.

Quartum pag. 2. in verba, ὁ τὸ σκολιὸν ποιήσας, κ. λ. (6) Τὸ σκολιὸν τοῦτο οἱ μὲν φασι Σιμωνίδου εἶναι, οἱ δὲ Ἐπιχάρμου. ἔσι δὲ τοιοῦτον. ὑγιαίνειν μὲν ἄρισον ἀνδρὶ θνητῷ, δεύτερον δὲ φυὰν καλὸν γενέσθαι, τὸ δὲ τρίτον πλουτεῖν ἀδόλως, τέταρτον δὲ ἡβᾷν μετὰ τῶν φίλων. τοῦτο δὲ τὸ τελευταῖον παραλέλειπται, ὡς μὴ πρὸς ὃ βούλεται Πλάτων, χρήσιμον ὄν. σκολιὸν δὲ λέγεται ἡ παροίνιος ᾠδή.

Quintum denique p. 3. in verba, περὶ τοῦ διαμέσου τείχους, κ. λ. (7) Διαμέσου τεῖχος λέγει, ὃ καὶ ἄχρι νῦν ἐσιν ἐν Ἑλλάδι. ἐν τῇ μουνυχίᾳ γὰρ ἐποίησε τὸ μέσον τεῖχος, τὸ μὲν βάλλον ἐπὶ τὸν Πειρεᾶ, τὸ δὲ ἐπὶ Φάληρα, ἵν' εἰ τὸ ἓν μεταβληθῇ, τὸ ἄλλο ὑπηρετοίη ἄχρι πολλοῦ. Σωκράτης δὲ νεώτερος μὲν Θεμισοκλέους, σύγχρονος δὲ Περικλέους, ὡς διὰ τούτων δηλοῦται. Et haec pro reliquorum ſcholiorum ſpecimine ſufficiant.

Cod. Graec. chart. Ms. in 4. Saec. XIV. Conſtat fol. ſcriptis 110.

ΘΕΜΙΣΤΙΟΥ ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΦΥΣΙΚΗΝ ΑΚΡΟΑΣΙΝ ΤΟΥ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.

THEMISTII PARAPHRASIS IN NATVRALEM AVSCVLTATIONEM ARISTOTELIS.

Themiſtii Paphlagonis, oratoris & philoſophi celeberrimi, *Paraphraſis octo librorum Ariſtotelis Phyſicorum*, Suidae ac Photio COD. XIII.

(1) In Montfauc. Catalogo male legitur *Octobris* pro *Septembris*.
(2) In margine *alias cetera*:
(3) Edit. cit. pag. 305. lin. 13.
(4) Ibid pag. 306. lin. 34.
(5) Ead. p. 306.
(6) Pag. 309. lin. 8.
(7) Pag. 311. lin. 47.

tio memorata, nec non Simplicio, qui ſaepe Themiſtium laudat in Phys. Liber I. inc. *Πρόκειται τῇδε τῇ συγγραφῇ ἐπιστήμην τινὰ πορίσασθαι*, *κ. λ.* Liber VIII. deſ. *ἐκεῖ ἄρα τὸ κινοῦν*. Graece edidit Victor Trincavellus Medicus una cum octo eiuſdem Orationibus, & Alexandri Aphrodiſiei Libris duobus de Anima, &c. Venetiis MDXXXIV. fol. apud Aldum a pag. 15. *b.* ad p. 63. *b.* Latine iam vertetat Hermolaus Barbarus, & Antonio Galatheo inſcripſerat anno MCCCCLXXX. at prooemium in Barbari verſione praefixum, non Themiſtii eſt, ſed Simplicii. Themiſtiana incipiunt a verbis: *Eſt totius operis propoſitum, naturae &c.* unde noſter etiam Codex exorditur. Haec autem verſio lucem vidit Venetiis MDII. fol. Pariſ. MDXXVIII. fol. & alibi, ut videre eſt apud Fabric. Bibl. Graec. Vol. VIII. pag. 30.

Codex Graecus chartaceus Ms. in folio, Saeculi XIV. optime ſervatus. Conſtat foliis ſcriptis 120.

ΘΕΜΙΣΤΙΟΥ ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ ΕΙΣ ΤΑ Η' ΒΙΒΛΙΑ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΦΥΣΙΚΗΣ ΑΚΡΟΑΣΕΩΣ.

THEMISTII PARAPHRASIS IN VIII. LIBROS ARIST. DE NATVRALI AVSCVLTATIONE.

Ac praeterea

Platonis Dialogi quidam.

COD. XIV. I. pag. 1. T*Hemiſtii paraphraſis in libros VIII. Ariſtotelis de phyſica auſcultatione*, ut in Codice ſuperiore; heic tamen nullo titulo ſunt inſcripti. In calce legitur Κατὰ μῆνα Αὔγουστον κε'. ἰνδ. ε'. *Menſe Auguſto die XXV. indict. V.*

II. pag. 153. Sequuntur *Platonis Dialogi quidam*, quorum primi tres ſunt anepigraphi. Primus eſt *Timaeus*, *ſive de natura*, ut in cit. edit. pag. 1040.

III. pag. 208. *Fragmentum Libri III. de Republica*, incipiens a verbis . . . . . *ἀναβεβλήσθω. διελέσθαι γὰρ οὐ σμικροῦ λόγου, κ. λ.* (edit. pag. 618. lin. 42.) & progrediens uſque ad finem.

IV. pag. 220. *Aliud fragmentum Libri IV. de Republica*, incipiens ab initio, uſque ad verba, *ἔστι δὲ δήπου δίψος* . . . . (edit. p. 644. lin. 1.)

V. p. 235. *Convivium, vel de amore*. Ibid. pag. 1174.

VI. pag. 279. *Alcibiades ſecundus, vel de precatione*. Ibid. pag. 451.

VII. pag. 288. *Hipparchus, vel de lucri cupiditate*. Ibid. pag. 510.

VIII. pag. 293. *Amatores, ſeu de philoſophia*. Ibid. pag. 96. Subſcribitur: Ἐν μηνὶ Δεκεμβρίῳ η'. ἰνδ. ι'. *Menſe Decembri die VIII. indict. X.*

IX. pag. 299. *Meno, vel de virtute*. Ibid. pag. 408.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. multis in locis recentiſſima manu ſuppletus, & ut videtur ex pluribus unus conflatus. In fronte ipſius legitur: *Αὕτη ἡ βίβλος ἐστὶν Ἁρμονίου τοῦ Ἀθηναίου. ἔχει φλουρία ι'. Hic liber eſt Harmonii Athenienſis, emtus florenis X.* Conſtat foliis ſcriptis 324.

ΠΛΩΤΙΝΟΣ.

PLOTINVS.

Scilicet

Plotini Enneades VI. & Maximi Tyrii Diſſertationes XI.

I. pag. 1. P*Lotini Enneades ſex*, quibus praemittitur Πορφυρίου περὶ Πλωτίνου βίου καὶ τῆς τάξεως τῶν βιβλίων αὐτοῦ. *Plotini Vita, eiuſque librorum ſeries, auctore Porphyrio*. Inc. Πλωτῖνος ὁ καθ' ἡμᾶς. Deſ. *σημαίνει τὸ ἔργον*. Integram adfert Fabricius Bibl. Graec. Vol. IV. a pag. 91. ad pag. 147. cum Latina Marſilii Ficini interpretatione. Mox pag. 7. *b.* incipiunt Plotini Enneades ipſae cum praevio Capitum, quae in ſingulis continentur, indice. Prima inc. Ἡδοναὶ, καὶ λῦπαι, φόβοι τε καὶ θάῤῥη. Sexta deſ. φυγὴ μόνου πρὸς μόνον. Latine ex verſione Ficini, qui poſt Platonem, etiam Plotinum in Coſmi Medicis gratiam tranſtulit, una cum eius Commentariis, ſive argumentis lucem viderunt Saligniaci anno MDXL. fol. apud Io. Soterem, & Baſil. MDLIX. fol. apud Petrum Pernam. Graece vero & Latine ex verſione eiuſdem Ficini item Baſil. MDLXXX. fol. ex officina eiuſdem Petri Pernae. COD. XV.

II. pag. 179. *b.* Μαξίμου Τυρίου σοφιστοῦ. *Maximi Tyrii Sophiſtae* Diſſertationes undecim, & quidem hoc ordine:

Prima inſcr. Ὅτι πρὸς πᾶσαν ὑπόθεσιν ἁρμόζεται ὁ τοῦ φιλοσόφου λόγος. *Omni ſubiecto philoſophiam convenire*. Inc. Τί δήποτε. Deſ. *οὐκ ἀτιμασθήσεται*. Exſtat in nuperrima edit. Gr. Lat. Londin. A. MDCCXL. a pag. 61. ad pag. 78.

II. pag. 181. *b.* Εἰ θεοῖς ἀγάλματα ἱδρυτέον; *Vtrum diis ſint dicandae ſtatuae?* Inc. Ἀρωγοὶ ἀνθρώποις θεοί. Deſ. μνημονευέτωσαν. Ibid. a pag. 79. ad pag. 91.

III. p. 183. Εἰ καλῶς ἐποίησε Σωκράτης μὴ ἀπολογησάμενος; *An recte fecerit Socrates, quod accuſatus non reſponderit?* Inc. Δεινόν γε. Deſ. οὕτω καταψηφίζεται. Ibid. a pag. 91. ad pag. 101.

IV. pag. 184. *b.* Τίνες ἄμεινον περὶ θεῶν διέλαβον, ποιηταὶ, ἢ φιλόσοφοι; *Vtri melius de diis ſenſerint, poëtae an philoſophi?* Inc. Δεινῶς γε οἱ ἄνθρωποι. Deſ. ἁρμονίᾳ πρεπόντων. Ibid. a pag. 103. ad p. 113.

V. p. 186. *b.* Περὶ Μίδου τοῦ Φρυγός. *De Mi-*

Mida Phryge. Inc. Α'νὴρ Φρύξ. Def. τὴν ἡμέραν ἔσβεσας. Ibid. a pag. 114. ad 126. In aliis Codicibus, ut illo, quo Latinus interpres Cosmus Paccius usus fuit, rectius haec Dissertatio inscribitur: Πότερον εὔχεσθαι δεῖ τῷ Θεῷ; *An orandus sit Deus?* sive, ut est in Codice Regio Parisiensi, Εἰ δεῖ εὔχεσθαι;

VI. pag. 188. Τί ἐστιν ἐπιστήμη; *Quid sit scientia?* Inc. Τί ποτ' ἐστὶ τοῦτο. Def. καλῶ μουσικήν. Ibid. a pag. 127. ad 137.

VII. pag. 189. *b.* Πότερα χαλεπώτερα νοσήματα, τὰ τοῦ σώματος, ἢ τὰ τῆς ψυχῆς; *Corporisne an animi morbi graviores sint?* Inc. Α'ίδεταί τι ἐξ ἀρχαίου. Def. κὴ ἀνεπιτιμήτου τόλμης. Ib. a pag. 138. ad 149. Hanc Dissertationem cum Libello Plutarchi eiusdem argumenti, Latine vertit Io. Rainoldus Londini MDCXIX. 12.

VIII. pag. 191. Τί τὸ δαιμόνιον Σωκράτους; *Quid sit Socratis Deus*, sive *Daemonium?* Inc. Θαυμάζεις, εἰ Σωκράτει. Def. κὴ ἀνεπιστάτητος. Ibid. a pag. 151. ad 163.

IX. p. 193. Ε'́τι περὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου. *De eodem argumento*. Inc. Φέρ' ἐρώμεθα. Def. καὶ τὸν Η'ρακλέα, ἀλλ' ὕπαρ. Ibid. a pag. 163. ad pag. 173.

X. pag. 194. *b.* Εἰ αἱ μαθήσεις ἀναμνήσεις; *Vtrum disciplinae sint reminiscentiae?* Inc. Α'φίκετό ποτε. Def. τὴν μνημοσύνην. Ibid. a pag. 175. ad 189.

XI. pag. 196. *b.* Τίς ὁ Θεὸς κατὰ Πλάτωνα; *Quis sit Deus secundum Platonem?* Inc. Περὶ δαιμόνων: Def. ἐκ τοῦ θεοῦ μέχρι γῆς. Ibid. a pag. 189. ad 207. (1)

Maximus hic patria Tyrius, in Codice, cuius meminit Labbeus Bibl. Nova Mss. pag. 194. *Sophista* appellatur, ex eo scilicet genere, qualem fuisse Dionem Chrysostomum constat. Itaque & Suidas Maximum *Philosophum* vocat, & alii Mss. Codices, quos viri docti consuluerunt, *Platonicum philosophum*. Vixit Antoninorum, & Commodi aetate, ut innuit Fabricius B. G. Vol. IV. p. 33. Exstant eius διαλέξεις, sive λόγοι, *Dissertationes* varii argumenti XLI. Latine transtulit primus Cosmus Paccius, Archiepiscopus Florentinus, e Ms. Codice, quem ad Laurentium Medicem cum aliis Ianus Lascaris e Graecia attulerat. Cosmi frater Petrus Paccius, post mortem auctoris interpretationem edidit, dicatam Iulio II. Pont. Max. praefixa Beati Rhenani ad Io. Grolierium Lugdunensem, Regis Christianissimi a secretis, ac Insubriae Quaestorem primarium Epistola, in qua testatur ad Graeca quaedam excerpta Latinam Tyrii versionem se recognovisse, Basileae MDXIX. fol. Anno vero MDLVII. sua, hoc est, Graeca veste indutus prodiit Tyrius, cura Henr. Stephani, qui praecipue sequutus est Arnoldi Arlenii Codicem. Post varias deinde editiones vir doctissimus Io. Davisius, Collegiae Reginae apud Cantabrigienses socius, Maximi Tyrii Dissertationes cum interpretatione Danielis Heinsii hinc inde a se emendata, & notis brevibus in ora cuiusque paginae subiectis, recudi curavit Cantabrigiae A. MDCCIII. 8. quae editio merito laudatur ab Io. Clerico T. XI. Bibl. Select. pag. 287. seq. Tandem prodiere Londini anno MDCCXL. in 4. ad duos Codices Mss. locis quamplurimis emendatae, notisque locupletioribus auctae, quibus accesserunt Ier. Marklandi, Coll. D. Petri Cantabrig. socii, adnotationes, typis Gulielmi Bower, & sumtibus Societatis ad litteras promovendas institutae, quam nos editionem prae manibus habuimus.

Codex Graecus chartaceus Ms. in folio minori, Saeculi XIV. in cuius prima pagina legitur: *Ludovicus Beccatellus Bononiensis, Archiepiscopus Ragusinus, & Praepositus Pratensis, Mediceae Bibliothecae dicavit*. M. D. LXIX. In fine vero nomen *Leonardi Iustiniani*, licet litura obliteratum sit, exsculpi posse videtur. Constat foliis scriptis 199.

ΘΕΜΙΣΤΙΟΥ ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.

THEMISTII PARAPHRASIS IN LIBROS ARIST. DE ANIMA.

I. pag. 1. *Themistii paraphrasis in Aristotelis Libros tres de Anima*. Liber I. inc. Περὶ ψυχῆς ὅσα δυνατὸν, κ. λ. Liber III. def. κὴ πρὸς τὸ σημαίνειν ἑτέρῳ. Exstat in cit. Trincavelli editione a pag. 64. ad p. 95. *b.* In fine haec nota, rubrica exarata, occurrit: Εἴληφε τέλος ἡ βίβλος αὕτη τοῦ σοφωτάτου Θεμιστίου παραφράττουσα τὸ περὶ ψυχῆς Α'ριστοτέλους βιβλίον, μεταγραφεῖσα ἐμοὶ Φιλίππῳ Πριμικηρίῳ ἐν τῇ νήσῳ Κρήτῃ ὠφελείας ἐμῆς τε κὴ τῶν ἐντευξομένων ταύτῃ χάριν. *Finem accepit hic liber sapientissimi Themistii, qui librum exposuit Aristotelis de Anima, transcriptus mihi Philippo Primicerio in insula Creta utilitatis meae, & eorum, qui hunc legerint gratia*. Paraphrasim in librum tertium post Hermolaum Barbarum (qui universos interpretatus est, & dedicavit Georgio Merulae Statielensi A. MCCCCLXXX.) Latine vertit Federicus Bonaventura Vrbinas, prodiitque Vrbini MDCXXVII. 4. cum opusculis Bonaventurae philosophicis de calore, de via lactea &c. Ante Bonaventuram verterat Ludovicus Nogarola Comes, qui scholia etiam adiunxit, Venet. MDLXX. fol. COD. XVI.

II. pag. 59. *b.* Occurrunt denominationes quaedam animalium cum hoc titulo: Σημείωσαι, πῶς ὀνομάζονται τά τε χερσαῖα καὶ τὰ ἔνυδρα ζῶα. *Nota, quomodo nominentur animalia terrestria & aquatilia*. Inc. Σελάχιά εἰσιν, ὅσα λεπίδας οὐκ ἔχει τῶν ἰχθύων. Def. κὴ θηλάζει ἐνθέῳ νόμῳ.

Codex Graecus chartaceus Ms. in folio, Saeculi XIV. Constat foliis scriptis 60.

ΘΕ-

(1) Montfauc. in suo Catalogo octo tantum enumerat, omissis quinta, decima & undecima.

ΘΕΜΙΣΤΙΟΥ ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.

THEMISTII PARAPHRASIS IN LIBROS ARIST. DE ANIMA.

COD. XVII. *Eamdem Themistii paraphrasim in Aristotelis Libros tres de Anima* continet, quam recensuimus in Codice superiore §. I.

Cod. Graec. chartac. Ms. in 8. min. Saec. XIV. Constat foliis scriptis 161.

ΘΕΜΙΣΤΙΟΥ ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΦΥΣΙΚΗΝ ΑΚΡΟΑΣΙΝ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.

THEMISTII PARAPHRASIS IN NATVRALEM AVSCVLTATIONEM ARISTOTELIS.

COD. XVIII. Nil aliud continet hic nitidissimus Codex, quam *Themistii paraphrasim in VIII. Libros Aristotelis Physicorum*, ut in Codice XIII. huius Plutei. Et in fine *divinus Liber* nuncupatur.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saeculi XV. Constat foliis scriptis 138.

ΣΕΞΤΟΥ ΤΟΥ ΕΜΠΕΙΡΙΚΟΥ ΠΥΡΡΩΝΕΙΑΙ ΥΠΟΤΥΠΩΣΕΙΣ.

SEXTI EMPIRICI PYRRHONIAE SVBFIGVRATIONES.

Seu potius

Pyrrhoniarum Institutionum Libri III. & adversus Mathematicos Libri X.

COD. XIX. I. pag. 1. In primis duabus paginis eadem occurrunt *schematia divisionum duo*, ut in Codice XI. huius Plutei, ex quo hic videtur suppletus quoad integros tres *Sexti Empirici Pyrrhoniarum Institutionum* Libros, quos recentissimae manui debemus. Horum in calce heic quoque legitur Epigramma *in Pyrrhonem*, ut in dicto Codice.

II. pag. 106. *Eiusdem adversus Mathematicos Libri X.* ut in memorato Codice. Heic tamen praecedit Capitum, quibus singuli constant Libri, tabula. Postrema huius Operis pagina, una cum sequenti fragmento ab eadem recenti manu, quae Pyrrhonias Institutiones supplevit exarata est.

III. p. 349. *Fragmentum de bono & malo, honesto & turpi, iusto & iniusto*, Dorica lingua conscriptum, de quo dubitatur an Sexti sit: ita enim initio rubris litteris instar tituli adnotavit amanuensis: Δωρικῆς διαλέκτου ἐντεῦθεν ἕως τοῦ τέλους. ζητεῖται δὲ εἰ καὶ τὸ παρὸν σύγγραμμα Σέξτειόν ἐστιν. Inc. Δισσοὶ λόγοι λέγονται ἐν τῇ Ἑλλάδι ὑπὸ τῶν φιλοσοφούντων περὶ τῶ ἀγαθῶ, κ τῶ κακῶ. οἱ μὲν γὰρ λέγοντι, κ. λ. Des. περὶ χαλκείας δὲ ἐπὶ τὸν Ἥφαιστον, περὶ δειλίας ἐπὶ τὸν Ἐπειόν. Videtur imperfectum, ideoque margini adscriptum legitur: Σημείωσαι, ὅτι το ἐπίλοιπον οὐχ εὑρέθη. Montfauconio minime placet amanuensis coniectura, qui hoc Sexto adiudicare videtur, quod eius operibus subiiciatur. Phil. Labbe pag. 119. ubi de praedicto opusculo, tamquam anonymum ponit. Vide Montfauc. Catalog. pag. 405. litt. E.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Saeculi partim XIII. partim XVI. cum notulis quibusdam marginalibus. Constat foliis scriptis 355.

ΣΟΦΟΝΙΟΥ ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟ ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.

SOPHONII PARAPHRASIS IN LIBR. ARIST. DE ANIMA.

Sophoniae paraphrasis in libros tres Aristotelis de anima, cui praecurrit index Capitum singulorum librorum rubrica exaratus. COD. XX. Prooemium inc. Τοῖς τῶν Ἀριστοτελικῶν συνταγμάτων ἐξηγηταῖς ἄλλοις ἄλλως ἐπῆλθε. Des. τοῖς τὰ τοιαῦτα κρίνειν παρεῖται ψηφίσασθαι. Primus Liber inc. Ἡ περὶ ψυχῆς πραγματεία οὐ μόνον ὅτι καλλίστη κ θειοτάτη. Liber III. des. ἑκάτερον γὰρ ἑκατέρου χωρὶς οὐδὲν, ἢ μικρὸν ὤνησεν, adiecta rubris item litteris subscriptione: Τέλος τῆς παραφράσεως εἰς τὸ περὶ ψυχῆς τοῦ σοφωτάτου κυρίου Σοφονίου. *Finis paraphrasis in libros de anima sapientissimi Domini Sophoniae*. Habes Ms. & in Biblioth. Caesar. Nessel. Catalog. Part. IV. pag. 23. §. I. Memorat hanc Paraphrasim Fabricius Bibl. Graec. Vol. X. pag. 545. qui tamen alibi *Sophronium* appellat; ait enim eiusdem Bibl. Gr. Vol. II. p. 129. ubi Graecos istorum Aristotelis Librorum commentatores enumerat, exstare *Sophronium Ms. in Bibl. Medicea*. Fortasse autem Sophonias iste idem est cum illo, cuius in Aristotelis Categorias tractationem de homonymis, synonymis &c. recenset Labbeus Bibl. Nov. Mss. p. 115.

Cod. Graec. membr. Ms. in fol. min. Saeculi XV. nitidissimus. Constat fol. scriptis 74.

ΣΙΜΠΛΙΚΙΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΑ ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.

SIMPLICII COMMENTARIVS IN LIBROS ARIST. DE ANIMA.

Simplicii Commentarius in Libros tres Aristotelis de anima, sine principio & fine. COD. XXI. Inc. . . . . καὶ τὸν τῶν νοητῶν θεωρητικὸν γινώσκει νοῦν καὶ οὐ τὸν ἐξῃρημένον μόνον. Des. καὶ ἡ ἐπὶ πλέον τοῦ εἶναι μετουσία τελειοτέρα . . . . Edidit haec Simplicii Commentaria Graece Andreas Asulanus ty-

typis Aldinis Venetiis MDXXVII. fol. dicavitque Alexandro Campegio, Bononiae Episcopo designato. Latine primus interpretatus est Io. Faseolus, Patavinus, Venetiis MDXLIII. fol. Hic pleniore Codice usus, prooemium integrum exhibet, quod capite mutilum in Graeca editione legitur. Deinde vertit Evangelista Lungus Asulanus, atque itidem Venetiis impressit A. MDLXIV. apud Hieronymum Scotum in fol.

Codex Graecus chartaceus Ms. in folio, Saeculi XIV. atramento multis in locis corrosus, ac recentiori manu suppletus. Constat foliis scriptis 239.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΠΕΡΙ ΦΥΤΩΝ ΑΙΤΙΩΝ.

THEOPHRASTI DE CAVSSIS PLANTARVM.

Adde etiam

De historia plantarum, & Aristotelis item de plantis Libros II.

COD. XXII. IN Codicis tegumento manu antiqua adnotatum legitur: *Theophrasti de caussis plantarum Libri sex; & amplius duo, qui in impressis non habentur. Eiusdem de historia plantarum Libri X. quorum ultimus imperfectus quidem, sed multo pauciora desiderat quam impressus.*

I. pag. 1. *Theophrasti de caussis plantarum Libri sex*, ut in Cod. III. huius Plutei §. II.

II. pag. 121. *Aristotelis de plantis Libri II.* ut in dicto Cod. §. III.

III. pag. 140. *Theophrasti de historia plantarum Libri IX. integri, & fragmentum decimi*, item ut in dicto Codice §. I. quem vide.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XV. bene servatus. Constat foliis scriptis 268.

ΠΥΡΡΩΝΕΙΑΙ ΥΠΟΤΥΠΩΣΕΙΣ.

PYRRHONIAE SVBFIGVRATIONES.

Scilicet

Sexti Empirici Pyrrhoniae Hypotyposes, & adversus Mathematicos Libri duo.

COD. XXIII. I. pag. 1. S*Exti Empirici Pyrrhoniarum Hypotyposeon Libri tres*, ut in cit. edit. a pag. 1. ad pag. 198. Heic tamen Libri I. Capitum tabula in principio desideratur; in fine tamen Libri III. habetur Epigramma hexastichon in *Pyrrhonem*, ut in Cod. XI. huius Plutei §. I. Notandum praeterea est, Codicis pag. 19. post verba, ὡς ἐν τῷ περὶ τοῦ τέλους ἐπελογισάμην (quae pertinent ad Caput XXXI. Libri I.) quaedam repeti ex superioribus, nimirum a verbis ἄρα ἐστι πάντα. πρὸς τούτοις τῶν ὄντων, κ. λ. (edit. pag. 36. lin. 5.) usque ad verba, καταλήγομεν εἰς τὴν ἐποχὴν inclusive (edit. pag. 41. lin. 13.) desiderari vero reliquos tres versus praedicti Capitis XXXI. duobus interim foliis ante Caput XXXII. vacuis relictis.

II. pag. 80. *Eiusdem adversus Mathematicos Libri II. primores*, ut in cit. edit. a p. 215. ad pag. 310.

Codex Graecus chartaceus Ms. in folio, Saeculi XV. optime servatus. Constat foliis scriptis 119.

ΠΥΡΡΩΝΕΙΑΙ ΥΠΟΤΥΠΩΣΕΙΣ.

PYRRHONIAE SVBFIGVRATIONES.

Scilicet

Sexti Empirici Opera.

EAdem prorsus continet, ac Codex XIX. huius Plutei, nimirum, COD. XXIV.

I. p. 1. *Sexti Empirici Pyrrhoniani Compendii, sive Scepticarum institutionum Libros III.* cum tabulis definitionum in principio, Capitum elenchis, & Epigrammate *in Pyrrhonem* in fine.

II. pag. 100. *Eiusdem adversus Mathematicos Libros X.* Heic tamen nulla Capitum tabula praecurrit.

III. p. 343. *b. Fragmentum de bono, & malo Dorica lingua &c.* ut in dicto Cod. XIX. §. III.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saeculi XV. nitidissimus. Constat foliis scriptis 349.

ΣΥΡΙΑΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΗΠΟΡΗΜΕΝΩΝ ΕΝ ΤΩι Β΄. ΤΩΝ ΜΕΤΑ ΤΑ ΦΥΣΙΚΑ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.

SYRIANI DE HIS DE QVIBVS DVBITATVM EST IN SECVNDO METAPHYS. ARIST.

Seu potius

Syriani in quosdam Aristotelis Metaphysicorum Libros Commentarius.

I. pag. 1. ΣΥριανοῦ τοῦ Φιλοξένου περὶ τῶν ἐν τῷ β΄ τῆς μετὰ τὰ φυσικὰ Ἀριστοτέλους πραγματείας λογικῶς ἠπορημένων, καὶ διαίτης ἠξιωμένων. *Syriani Philoxeni F. de iis, de quibus in Lib. II. Metaphysicorum Aristotelis non immerito dubitatum est, quaeque disceptatione digna sunt.* Inc. Ἐν τῷ μείζονι α΄. τίς ἡ παροῦσα σκέψις εἰπὼν, κ. λ. Des. διαλεχθῆναι πειράσεται. COD. XXV.

II. pag. 77. Τοῦ αὐτοῦ ἐπισκέψεις τῶν Ἀριστοτέλους ἀποριῶν πρὸς τὰ μαθήματα, καὶ τοὺς ἀριθμοὺς τῶν ἐν τῷ μ΄. καὶ ν΄. τῆς μετὰ τὰ φυσικὰ πραγ-

πραγματείας. *Eiusdem animadversiones Aristotelis dubiorum in Mathematica, & numeros, de quibus in Metaphysicorum Libro XII. & XIII. agitur*. Inc. Οὐκ εἰμὶ τῶν φιλαπεχθημένων, κ. λ. Def. κᾳ ἐκείνοις κινήσεως. Hic Syriani Commentarius in Aristotelis Metaphysicorum Lib. III. XIII. & XIV. (1) in quo id agit potissimum, ut Platonem suum adversus Aristotelis, & Peripateticorum obiectiones defendat, Graece nondum vidit lucem; Ms. tamen exstat in variis bibliothecis Italiae & Galliae. Ex Hieronymi Bagolini interpretatione prodiit Latine Venetiis MDLVIII. in 4. in qua editione desiderantur in fine ea, quae in tribus postremis nostri Codicis paginis exstant *de Providentia* cum hoc titulo apposito: Εἰς τὰ περὶ προνοίας τινὰ συντελῦντα, ut monet etiam Fabric. Bibl. Graec. Vol. VIII. p. 451. de Holsteniano Codice loquens. Alia huiusce Commentarii exemplaria Graeca exhibet Biblioth. Coisliniana pag. 221. 222. & 446. quorum postremum cum nostro penitus concordat. Fuit autem Syrianus iste, patria Alexandrinus, philosophus eximius, & post praeceptorem Plutarchum Nestorii filium, magnum scholae Atheniensis decus, in qua Platonicam praecipue docuit philosophiam, & successore relicto Proclo discipulo, diem obiit circa annum Christi, ut coniicio CCCCL.

Clauditur Codex hac amanuensis nota: Τέλος εἰλήφει τὸ παρὸν βιβλίον ἐν ἔτει ͵αυηβʹ. μηνὸς Σεπτεμβρίυ κδʹ. ἐν Φλωρεντίᾳ ἀναλώμασι Πέτρυ τοῦ Μηδικοῦ. *Finem accepit praesens liber anno MCCCCXCII. mense Septembri die XXIV. Florentiae sumtibus Petri Medices*.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saeculi XV. in prima pagina ornatus una cum Mediceo stemmate. Constat foliis scriptis 253.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ ΠΕΡΙ ΦΥΤΩΝ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

THEOPHRASTVS DE HISTORIA PLANTARVM.

Seu potius

Theophrasti, Aristotelis, & Alexandri Aphrodisiei Opera varia typis impressa.

COD. XXVI. IN prima pagina statim legitur Graece & Latine tabula, in qua exhibentur

Eorum, quae in hoc libro continentur, nomina & ordo, nimirum:

Theophrasti de historia plantarum Libri decem.

Eiusdem de caussis plantarum Libri sex.

Aristotelis problematum sectiones duodequadraginta.

Alexandri Aphrodisiensis problematum Libri duo.

Aristotelis mechanicorum Liber unus.

Eiusdem metaphysicorum Libri quatuordecim.

Theophrasti metaphysicorum Liber unus.

Praemisso tamen elencho minime respondent Opera; desinit enim Volumen hoc in secundo Alexandri Problematum Libro: reliqua desiderantur. Est autem hoc quartum Operum Aristotelis editionis Aldinae Volumen, ut habet Cl. Maittaire Annal. Typogr. T. I. p. 79. Praecedit Aldi Manutii ad Albertum Pium Principem Illustr. Epistola Nuncupatoria, ex qua haec potissimum notatu digna decerpsimus: *Quibus imprimendis ea usus sum cura, ut si cui alius atque ego feci, constituendus ordo videbitur, facile id queat pro arbitrio suo. Quare autem nos hoc ordine usi sumus, alibi cognosces. Illud certo scias cum ceteris studiosis, omnia a nobis in dura hac & sumtuosa provincia fieri accuratissime. Quod sicubi non factum videbitur, quod quaedam dari meliora potuerint, videte ne sitis ingrati, &c.* Cura autem ea, quam Aldus se in hoc Volumine adhibuisse scribit, est haec, ut suo Auctores quique novo signaturarum & ciphrarum ordine incipiant.

Codex Graec. chartac. typis impressus in fol. *Venetiis in domo Aldi Manutii Romani, & Graecorum studiosi mense Februario M. III. D.* Constat foliis 384.

ΣΙΜΠΛΙΚΙΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΟ Βʹ. ΤΩΝ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΟΥΡΑΝΟΥ.

SIMPLICII COMMENTARIVS IN SECVNDVM LIB. DE CAELO ARIST.

SImplicii *Commentarius in secundum, tertium, & quartum Aristotelis librum de caelo*, diversis manibus exaratus. In Librum II. inc. Τῆς προκειμένης πραγματείας, ὡς εἴρηται πρότερον, σκοπόν. In quartum des. ἣν ἔχῃς πρὸς ἅπαντα τὰ ὑπὸ σοῦ παραχθέντα. Simplicii Commentarium in Libros IV. Aristotelis de caelo, Graece vulgavit Asulanus, & Alberto Pio Carporum Principi dicavit Venet. MDXXVI. fol. Latine vertit Guilelmus Morbetus Venetiis MDXL. fol. & Guil. Dorotheus ibid. MDXLIV. fol. Posteriores editiones a nescio quo recognitae, nomen interpretis omittunt, atque hunc titulum praeferunt: *Simplicii, philosophi acutissimi, commentaria in Libros de caelo noviter fere de integro interpretata, ac cum fidissimis Codicibus Graecis recens collata*, Venet. MDXLVIII. fol. apud. Hieron. Scotum. COD. XXVII.

Codex Graec. chartac. Ms. in fol. Saeculi XV. Constat foliis scriptis 186.

(1) Libri isti Metaphysic. qui in Graecis sunt II. XII. & XIII. in Latinis editionibus ex veteribus Argyropyli & Bessarionis versionibus sunt III. XIII. & XIV. ut videre est apud Fabric. Bibl. Graec. Vol. II. pag. 147. ubi variarum editionum circa ipsorum ordinem discrepantiam sub oculos ponit.

FINIS PLVTEI LXXXV.



BIBLIOTHECAE

MEDICEAE LAVRENTIANAE CATALOGVS.

PLVTEVS LXXXVI.

QVI CONTINET GRAECOS CODICES MSS. XXXII.
ET VNVM EDITVM.

CODEX I.

ΣΧΟΛΙΑ ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ ΕΙΣ ΤΑ ΜΕΤΕΩΡΟΛΟΓΙΚΑ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.

SCHOLIA OLYMPIODORI IN METEOROLOGICA ARISTOTELIS.

Ac praeterea

Meletii de Natura Hominis, & e Georgii Pachymerae Compendio philosophiae Libri quidam.

I. p. 1.  *Lympiodori Alexandrini iunioris in Aristotelis quatuor Libros Meteorologicon Commentarius, in πράξεις, sive lectiones LI. distributus*, de quo vide Cod. I. Plut. LXXXV. §. XX. cum ipso enim singulorum Librorum initium & finis concordat. In hoc tamen exemplari lectionum distinctiones ferme nullae sunt, aut saltem paucissimae. Interim amanuensis error notandus, qui Librum tertium male *primum* inscripsit, & quidem ita: Ἀριστοτέλους μετεωρολογικῶν βιβλίον πρῶτον, nulla πράξεως numerica nota apposita, quae λδʹ. (sc. *XXXIV.*) esse debuerat; ex quo factum esse arbitramur, ut Montfaucon. crediderit, hinc Aristotelis textum incipere: ait enim in suo Catalogo: *Olympiodori &c. in Meteor. Arist. Comment. cum textu ipsius Arist.* quibus postremis verbis videtur indicare voluisse, integrum philosophi textum in Codice exhiberi, quod non ita est, quum ipsius tantummodo verba quaedam identidem referantur.

II. pag. 157. *b.* Πόνημα ἐν συνόψει περὶ φύσεως ἀνθρώπου ἐξερανισθὲν κ̀ συντεθὲν παρὰ Μελετίου μοναχοῦ ἐκ τῶν τῆς ἐκκλησίας ἐνδόξων κ̀ τῶν ἔξω λογάδων κ̀ φιλοσόφων. *Meletii monachi Compendium de natura hominis, ex Ecclesiasticis & externis scriptoribus & philosophis collectum & concinnatum*: Praecedit prooemium, in quo tabula etiam Capitum continetur. Inc. Ἡ παροῦσα σύνοψις ἡ περὶ φύσεως ἀνθρώπου. Des. πόνημα δὲ τὸ ἐκ συνταγμάτων ἐπιλεγέν. Tum rubris litteris hoc subiicitur monitum: Ὁ Μελέτιος πόνημα τοῦτο συμπλέκει εἰς γνῶσιν εὐσύνοπτον εὐμαθεστάτων τὸ γνῶθι σαυτὴν εὖ σκοπὸν τεθειμένος. Liber inc. Τὰ περὶ τῆς ἀνθρώπου κατασκευῆς, κ̀ ἐξ ὅσων ἐστὶ φύσεων, κ̀ τίς ἡ τῆς ψυχῆς οὐσία, κ. λ. Des. ἀναλογοῦσαν ἔχων ψυχῇ μὲν τὴν ἔννοιαν, σώματι δὲ τὴν φράσιν. Δόξα Χριστῷ τῷ Θεῷ κ̀ εὐχαριστία τῷ συνεργῷ τῶν καλῶν κ̀ αἰτίῳ. Hic de natura hominis Liber prodiit Latine tantum Venetiis MDLII. 4. ex versione Nicolai Petreii Corcyraei. Ms. Graece habetur & in aliis bibliothecis, uti Bodleiana, Coislin. & Caesar. Vindobon. Cod. Medico VIII. Catal. Nessel. P. III. pag. 21. §. I. in quo Caput XXXV. *de Anima* quintuplo maius occurrit, quam in memorata editione. Meletius autem iste monachus, incertum diversus ne sit ab eo, ad quem Theodori Studitae epistolae supersunt inter ineditas illas CCLXXVII. quas Sirmondo haud visas servat Codex Biblioth. Coislinianae; vel ab alio, cuius de Azymis scriptum inter S. Io. Damasceni Opera edidit doctissimus Le Quien T. I. pag. 648. vel a Meletio medico, cuius Commentarii in aphorismos Hippocratis Mss. in Biblioth. Regis Galliae, & ἰατροσόφιον Capitulis CCXVII. constans in Caesarea Vindobonensi occurrunt.

III. pag. 219. Sequuntur *e Georgii Pachymeris paraphrasi in universam Aristotelis philosophiam, in duodecim distincta Libros, Excerpta tria*. Primum incipit a Capite VII. Tituli IV. Libri I. quod inscribitur Περὶ ὑποθετικῶν συλλογισμῶν, *De syllogismis hypotheticis*, & inc. Τῶν δὲ ὑποθετικῶν συλλογισμῶν. κ. λ.

De-

Desinit autem in verbis: ἢ τίς ἐπιςήμη πονηρὸν κατασκευάζεται . . . . quae pertinent ad Caput IV. Tituli X. eiusdem Libri, quod inscr. Περὶ τῶν κατὰ συμβεβηκὸς προβλημάτων. Secundum pag. 229. continet totum Librum VII. Περὶ ψυχῆς, *De anima*, & inc. Τούτων δὲ διωρισμένων. Des. οἰκονομίαν τῆς φύσεως. Tertium denique pag. 258. continet integrum Librum X. inscriptum. Τὸ μετὰ τὰ φυσικὰ, *Metaphysica*, cuius initium est: Μετὰ τὰ φυσικὰ, καὶ τὴν περὶ τούτων διδασκαλίαν, κ. λ. Finis: δέδεικται κἀνταῦθα καὶ ἐν τῇ φυσικῇ. Habes integrum hoc Opus in Codice sequenti, quem vide.

Codex Graecus membranaceus Ms. in fol. Saec. XV. nitidissimus, in cuius prima pagina auro, variisque coloribus elegantissime depicta, exhibetur Leo, Mediceum stemma dextro pede sustentans. Constat foliis scriptis 281.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΔΙΑΚΟΝΟΥ ΠΟΝΗΜΑ.

GEORGII DIACONI LABOR.

COD. II. *Georgii Diaconi Protecdici, & Dicaeophylacis Pachymerae Compendium philosophiae ex mente Aristotelis Libris constans XII. Titulis XLVII. Capitibus CCXXXVIII.* Praecedit p. 1. Προοίμιον τοῦ συγγραφέως καὶ πίναξ τοῦ παρόντος βιβλίου. *Prooemium scriptoris, & tabula praesentis Libri*. Inc. Ἦν χρόνος, ὅτε φιλοσοφία σχολάζων. Des. ἰςέον τοίνυν, ὡς περιέχει ἡ παροῦσα πραγματεία βιβλία ιβ'. φέροντα τίτλους μὲν μζ'. κεφάλαια δὲ σλη'. (1) τὰ τῆς Ἀριςοτελικῆς φιλοσοφίας ἁπάσης, ὡς ἐν τύπῳ περιέχοντα θεωρήματα. Tum immediate subditur Librorum ipsorum, Titulorum, ac Capitum index, & quidem non ab alio quodam, ut Vir Cl. Leo Allatius in Diatriba de Georgiis edit. Fabric. Bibl. Gr. Vol. X. pag. 708. opinatur, sed ab ipso Georgio Pachymere compositus, ut ex connexione cum Praefatione liquido patet. Pag. 4. *b.* legitur Τοῦ Βλεμμίδου περὶ τῶν ε' φωνῶν, διατί εἰσὶ μόναι, καὶ οὐ πλείους, ἢ ἐλάττους. *Blemmydae de quinque vocibus, cur sint hae solum, neque plures, aut pauciores*, Excerptum. Inc. Ἡ φωνὴ, ἢ ἔναρθρός ἐςιν, ἢ ἄναρθρος. Des. καὶ ἄγγελος ὢν μετὰ σώματος. Hoc opusculum Ms. exstat etiam in Biblioth. Caesarea Vindob. Cod. Philosoph. XCIX. Vid. Nessel. Catalog. P. IV. p. 57. §. IV. Tandem pag. 6. occurrit titulus totius Operis, rubris expressus litteris, & quidem ita: Πόνημα Γεωργίου διακόνου πρωτεκδίκου, καὶ δικαιοφύλακος τοῦ Παχυμερίου. *Opus Georgii Diaconi Protecdici, & Dicaeophylacis Pachymerae*. Caput I. Tituli I. Libri I. quod continet Prooemium in philosophiam, inc. Γεννᾶται παρ' Ἡσιόδῳ καὶ Ἶρις τῷ Θαύμαντι. Liber XII. des. εἰς τοῦτο δὴ ἀθροίζεσθαι. Haec universae Aristotelis philosophiae Epitome, quae eadem est cum Paraphrasi in dictam philosophiam, Ms. exstat in variis bibliothecis; Latine vidit lucem ex interpretatione Philippi Bechii philosophi ac medici, Basil. MDLX. fol. Ex hac prodiit Epitome Logices Aristotelis, ab Io. Bapt. Rasario Latine versa, Paris. apud Vascosanum MDXLVII. 8. Graece vero ibid. MDXLVIII. 8. & Gr. atque Lat. Oxonii MDCLXVI. item in 8. Aliud huiusce Operis exemplar habes infra Cod. XXII. huius Plutei.

Georgius hic Pachymeres, Constantinopolitano patre exsule Nicaeae circa A. C. MCCXLII. natus, ibique educatus, & postea undeviginti annorum iuvenis Constantinopolim a Michaële Comneno Palaeologo A. MCCLXI. recuperatam delatus, animum omni genere doctrinae imbuit, muneribusque insignibus in Ecclesia, & Aula Constantinopolitana functus, Diaconum, Patriarchae ἱερομνήμονα, & πρωτέκδικον, & Imperatoris δικαιοφύλακα gessit. Manuelis Phile praeceptor fuit, qui funus eius Carmine Graeco iambico deflevit, quod exhibet Allatius in Diatriba de Georgiis edit. paullo ante cit. pag. 718. Vitam non diu videtur produxisse ultra A. C. MCCCX. Eius opera fuse Fabricius recenset B. G. Vol. VI. pag. 459. seqq.

Codex Graec. chartac. Ms. in fol. minori, Saeculi XV. Constat foliis scriptis 262.

ΙΑΜΒΛΙΧΟΣ ΠΕΡΙ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΗΣ ΑΙΡΕΣΕΩΣ.

IAMBLICHVS DE PYTHAGORICA SECTA.

Ac praeterea

Marini Proclus, Aristotelis de mirabilibus auditionibus, Theophrasti Characteres, Aeschyli Persae, & Anonymi quaedam.

I. pag. 1. Continet primo hic optimae notae Codex *Iamblichi de Pythagorica secta Libros IV.* qui supersunt ex iis decem, quibus tota haec πραγματεία olim constabat. Horum tamen omnium argumenta (postremo Libro excepto) prima exhibet pagina, & quidem ita: Οἱ ἐννέα λόγοι Ἰαμβλίχου περὶ τῆς Πυθαγορικῆς αἱρέσεως. COD. III.

α'. περὶ τοῦ Πυθαγορικοῦ βίου.
β'. προτρεπτικὸς ἐπὶ φιλοσοφίαν.
γ'. περὶ τῆς κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιςήμης.
δ'. περὶ τῆς Νικομάχου ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς.
ε'. περὶ τῆς ἐν φυσικοῖς ἀριθμητικῆς ἐπιςήμης.
ς'. περὶ τῆς ἐν ἠθικοῖς ἀριθμητικῆς ἐπιςήμης.
ζ'. περὶ τῆς ἐν θεοῖς ἀριθμητικῆς ἐπιςήμης.
η'. περὶ γεωμετρίας τῆς παρὰ Πυθαγορείοις.
θ'. περὶ μουσικῆς τῆς παρὰ Πυθαγορείοις.

Iamblichi de Pythagorica secta Libri IX.
I. De Vita Pythagorae.
II. Adhortatorius ad philosophiam.
III. De communi mathematica disciplina.
IV.

(1) Haec ipsa verba refert Leo Allatius loc. mox citando, sed pro σλη'. habet σλε'. (sc. 235.) quod falsum est, quum revera sint Capita 238. Error quoque subrepsit apud Fabric. Bibl Gr. Vol. VI. pag. 466 §. 4. ubi Capita dicuntur esse 435 quod item falsissimum.

IV. De introductione in arithmeticam Nicomachi.
V. De ſcientia arithmetica in phyſicis.
VI. De ſcientia arithmetica in ethicis.
VII. De ſcientia arithmetica in divinis.
VIII De geometria iuxta Pythagoreos.
IX. de muſica iuxta Pythagoreos.

Titulis hiſce praemiſſis, ſequuntur in Codice Libri primores quatuor, quorum hae ſunt inſcriptiones, & initia:

I. pag. 2. *b.* Primus, praevio Capitum XXXVI. elencho, inſcribitur: Ἰαμβλίχυ Χαλκιδέως τῆς Κοίλης Συρίας περὶ τοῦ Πυθαγορείου βίου. *Iamblichi Chalcidenſis Coeleſyriae de vita Pythagorae*. Inc. Ἐπὶ πάσης. Deſ. αἱ πᾶσαι ιζ. Concordat quoad initium & finem cum editione Io. Arcerii Franekerae typis Aegidii Radaei in bibliopolio Commeliniano MDXCVIII. in 4. de qua inferius, a pag. 25. ad p. 224.

II. pag. 46. *b.* Secundus, cui praeit tabula Capitum XX. inſcr. Τοῦ αὐτοῦ Πυθαγορείων ὑπομνημάτων περιέχων τοὺς προτρεπτικοὺς λόγους εἰς Φιλοσοφίαν. *Eiuſdem Pythagoricorum Commentariorum* Liber ſecundus, *qui continet ſermones adhortatorios ad philoſophiam*. Inc. Περὶ μὲν Πυθαγόρου. Deſ. παράκλησιν τείνοντας λόγυς. In cit. edit. Part. II. a pag. 1. ad p. 160. In Codice clauditur hiſce verſiculis:

Θαυμαςὸν ἐξήνεγκε τῦτον τὸν λόγον
Γέμοντα πάσης γνωςικῆς θεωρίας,
Καὶ δείξεων ἔχοντα πίςεις εὐτόνους.
Mirabilem hunc edidit (Iamblichus) *librum,*
Plenum omni intellectuali ſpeculatione,
Et argumentorum firmas habentem perſuaſiones.

III. pag. 83. Tertius, Capitum XXXV. tabula inſtructus, hunc habet titulum: Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιςήμης. *Eiuſdem de communi mathematica ſcientia*. Inc. Ἡ μὲν πρόθεσις τῆς παρούσης ἐπισκέψεως. Deſ. τὴν διάγνωσιν. Hic Liber nondum in lucem prodiit.

IV. pag. 115. *b.* Quartus, cui nullus Capitum index, inſcr. Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς Νικομάχυ ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς. *Eiuſdem de introductione in arithmeticam Nicomachi*, adiectis praeterea hiſce verbis, tamquam totius libri ſummarium indicantibus: περιέχει τῆς ἁπλῶς μαθηματικῆς τοὺς ἀρχικοὺς διδασκαλικῶς λόγους. Inc. Ἀρχόμενοι τοῦ ἰδίου λόγου. Deſ. ἡ παράδοσις γένηται. Concordat quoad initium & finem cum Samuelis Tennulii editione Arnhemiae MDCLXVIII. 4. de qua item inferius, a pag. 1. ad pag. 162. In calce minutiſſimis characteribus exaratum legitur poſſeſſoris nomen hoc pacto: Τοῦ σοφωτάτου ἡ βίβλος ἥδε Δυκὸς τοῦ Βάρδα. *Hic liber eſt ſapientiſſimi Ducis Bardae*. Variis autem ſcholiis & gloſſis marginalibus hi quatuor Libri ſunt adſperſi.

Interim de ſingulis hiſce Libris pauca haec videntur adnotanda. Librum *de vita Pythagorica*, ſive primum λόγων περὶ τῆς Πυθαγορείυ αἱρέσεως, ut inſcribitur in Codice Caeſareo, & Regio Pariſienſi, e bibliotheca Cardinalis Antonii Perrenoti Granvellani, primus Graece in lucem protulit Ioannes Arcerius Theodoretus, ſive Theodori F. Friſius, addita verſione ſua, & notis Franekerae MDXCVIII. apud Aegidium Radaeum in 4. ſed Codice admodum mendoſo uſus, in interpretando etiam ſaepius lapſus eſt, ut Reineſius in Var. Lect. pag. 416. Rich. Montacutius T. I. Originum Eccleſ. pag. 167. Marcus Meibomius, & alii viri docti pridem animadverterunt. Meliorem verſionem adornavit, & paullo ante obitum praelis ſubiecit illuſtris vir Vlricus Obrechtus, Argentorati A. MDCC. 8. Pauca vero huius translationis Latinae exempla, ſine auctoris nomine, & loci notatione excuſa quum eſſent, Ludolphus Kuſterus, ope Ms. Codicis Regii Pariſ. plurimis mendis Iamblichum liberavit, notiſque illuſtravit, & expolitum cum Obrechti verſione recudit Amſtel. A. MDCCVII. 4. ſubiecta vita Pythagorae duplici, una ſcripta a Porphyrio, quem ſequi Iamblichus amat, cum Lucae Holſtenii verſione, altera compoſita ab Anonymo, & ex Photii Bibliotheca Cod. CCXLIX. depromta, quam idem Holſtenius Latine tranſtulit. Protrepticus vero ad philoſophiam, ſive Πυθαγορείων ὑπομνημάτων λόγος δεύτερος, *Commentariorum Pythagoricorum liber ſecundus*, ab eodem Arcerio editus eſt, & Latine verſus, non ſane magis feliciter. Meliorem editionem iam tum parari a Clariſs. Tiberio Hemſterhuſio teſtatus eſt Fabricius B. G. Vol. IV. pag. 289. Liber tertius Commentariorum Pythagoricorum, ſive περὶ κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιςήμης, *de mathematica communi diſciplina*, hactenus ineditus deliteſcit, exceptis fragmentis, quae tum ex hoc, tum ex duobus ſuperioribus libris excerpſit, & ex verſione ſua Latine edidit Nicolaus Scutellius ad calcem libri de Myſteriis Aegyptiorum Romae MDLVI. 4. Graece Ms. exſtat & in Vaticana, Caeſarea Vindobonenſi, Regia Pariſienſi, ac Bodleiana. Samuel Tennulius in notis ad Iamblichi Commentarium ad Inſtitutiones Arithmeticas Nicomachi Geraſeni, ſe etiam tertium hunc librum *de communi mathematica ſcientia* propediem in lucem prolaturum promiſit, ſed utrum hoc iam factum ſit, nec ne, me prorſus latet. Denique Liber quartus, ſive *Commentarius in inſtitutiones arithmeticas Nicomachi Geraſeni*, Graece ex Codicibus Memmiano, Regio, Romanoque, ſive Vaticano, & Claramontano editus eſt cum Latina verſione, & notis Sam. Tennulii, Arnhemiae, & Daventriae A. MDCLXVIII. 4. additis etiam Ioachimi Camerarii ad Nicomachi librum utrumque obſervationibus, ſymboliſque arithmeticis, quae una cum eius Libro de Logiſtica, & Graecis Latiniſque numerorum notis lucem viderant Lipſiae MDLXIX. 8. De poſterioribus ſex Iamblichi Libris, quorum titulos ſupra retulimus, vide quae diligenter adnotat Fabricius loc. mox cit. pag. 292. ubi de hoc etiam noſtro Codice obiter mentio fit. Fuit autem Iamblichus Chalcidenus, vi-

vixitque Constantini & Iuliani παραβάτου temporibus. Vsus est praeceptore Porphyrio philosopho Alexandrino, fuit Anatolii contubernalis, Platonicus, ut fere omnes tunc Syri philosophi. Varia scripsit, quae diligenter persequitur Fabric. loc. cit. p. 282. seqq. eumque ante annum Christi CCCXXXIII. e vita discessisse opinatur.

II. p. 163. *b.* Sequuntur *Tabulae duae Musicae*, manu diversa delineatae.

III. pag. 165. *Problemata quaedam arithmetica valde curiosa*, per interrogationem, & responsionem. Inc. Ψῆφος τῶν ὡρῶν. Τίς τινα ἐπερωτᾷ, ποία ἐςὶν ὥρα, κ. λ. Des. ὀφείλει λαβεῖν τῶν ϑ' μοδίων .... notam enim quamdam numericam, qua totum clauditur opusculum, nondum intelligere licuit.

IV. pag. 171. Μαρίνου Νεαπολίτου Πρόκλος, ἢ περὶ εὐδαιμονίας. *Marini Neapolitani Proclus, seu de felicitate*, Liber. Inc. Εἰ μὲν εἰς τὸ μέγεθος. Des. ἐντυγχανόντων αὐτοῖς. Marinus, qui Proclo in cathedra Atheniensi successit, patriam communem habuit cum S. Iustino martyre, Flaviam videlicet Neapolin Samariae, sive Palaestinae prope montem Garizim. Vide Ez Spanhemium Diss. IX. de usu & praestantia Numism. edit. in 4. Henricum Norisium Dis. V. de Epochis Syro-Macedonum, & Io. Harduinum in numis antiquis populorum, & urbium illustratis. Si fides Damascio habenda, initio Samaritanorum religioni deditus, a qua ad Gentilem defecit. Praeceptorem habuit Proclum, qui eum in Platonica & Aristotelica philosophia, more suo ac methodo instituit, & sibi habuit charissimum, quo duce etiam tantum in philosophia profecit, ut dignus haberetur qui tanto magistro in schola succederet. Quo eius amore incitatus, tanta illius veneratione captus est, ut vitam eius descripserit. Vid. Cl. Iacobi Bruckeri Histor. Critic. Philosophiae Period. II. P I. Tom. II. p. 337. Hanc vero Procli Vitam a Marino conscriptam dimidia parte mancam Graece cum nescio cuius versione Latina vulgavit primus Guil. Xylander, additam Marci Antonini praeclaris, quibus se ipsum monet, libellis Tiguri MDLVIII. 8. apud Andream Gesnerum. Recusa deinde ibidem utraque lingua cum eodem M. Antonino est A. MDXCIX. 8. & sex libris Theologiae Platonicae praemissa ab Aemilio Porto, Hamb. MDCXVIII. fol. Integram dare Holstenius quum voluisset, fato prohibitus, locum dedit Cl. Fabricio, qui ex Codice Gudiano descriptam, supplevit, ac cum versione sua, & notis separatim edidit Hamburgi MDCC. 4. recusam deinde ad calcem Bibliothecae suae Latinae, Londini MDCCIII. 8. Est autem scriptum lectu iucundum illis, qui res philosophorum illius aetatis cognoscere voluerint, totumque ita comparatum, ut ex virtutibus Procli, quarum omnes gradus eum implevisse contendit, vere felicem eum fuisse colligat. Hinc etiam libello titulum fecit Πρόκλος, sive, περὶ εὐδαιμονίας, ut ex nostro etiam Codice eruitur.

V. pag. 186. *b. Aristotelis de mirabilibus auditionibus*, ut in Paris. edit. alias cit. Tom. I. a pag. 1150. ad pag. 1167. Praeter tres primas paginas, reliqua omnia eleganti manu recentissime suppleta sunt, & quidem a Nicolao quodam Perdicca, ut ex ultimis verbis, quibus Codici finis imponitur coniicere iuvat.

VI. pag. 205. Θεοφράςυ χαρακτῆρες. *Theophrasti Characteres* ad Polyclem n. XV. Protheoria inc. Ἤδη μὲν ϗ πρότερον. Des. καθεςάναι (1). Primus περὶ εἰρωνείας, *de adulatione*, inc. Ἡ μὲν οὖν εἰρωνεία. Vltimus περὶ αὐθαδείας, *de contumacia*, sive *ferocitate*, des. in margine glossae ad instar: τοῖς ϑεοῖς μὴ ἀπεύχεσθαι. In editione Traiecti ad Rhenum apud Io. Evelt MDCCXXXVII. ex recensione Io. Cornelii de Pauw in 8. a pag. 2. ad pag. 139. Hos, ut in prima Codicis pagina adnotatum est, contulit Ant. Mar. Biscionius A. MDCCXLI.

VII. pag. 121. *Aeschyli Persae*, cum scholiis, & glossis interlinearibus. Initium & finis tragoediae concordat cum edit. Graeca MDLVII. ex officina Henrici Stephani; scholia vero eadem ferme sunt cum illis Codicis XXXVIII. Plut. XXXI. Catalogi nostri T. II. pag. 119. §. I. Vltima Codicis pagina, quae dramatis finem continet, ab eadem recenti manu, ut supra, suppleta est, quae scholiorum descriptionem claudit hisce verbis: ὦ Χριςὲ, βοήθει τῷ δούλῳ σου Νικολάως τῷ Περδικάς ἐςι. (sic) Quae verba vel Codicis possessorem, cui bene precatur interpolator, vel interpolatorem ipsum innuunt, qui tum Aristotelis Librum de mirabilibus auditionibus, uti diximus, tum varia huiusce Dramatis folia supplevit.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 4. Saeculi XIV. varia manu conscriptus. Constat foliis scriptis 231.

ΕΡΜΕΙΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΟΝ ΦΑΙΔΡΟΝ.

HERMETIS EXPOSITIO PHAEDRI.

COD. IV.

Hoc integrum Carmen Graece edidit Fabricius Vol. VI. B. G. pag. 790. feqq. ubi verfibus conftat CCLXVIII. neque diverfus eius auctor videtur ab Heliodoro, cuius Aethiopica habemus. In Vaticano enim Aethiopicorum Codice ita adnotatum reperit Gerhardus Falckenburgius: γράφει δὲ διὰ ςίχων ἰάμβων τὴν τοῦ χρυσοῦ ποίησιν πρὸς τὸν αὐτὸν Θεοδόσιον (ad Theodofium maiorem) ὥς φησι Γεώργιος ὁ Κεδρηνός. Idem non quidem in Cedreni edito Volumine, fed in alio Chronico anecdoto reperit Cangius, quem vide in voce ποίησις Etiam Chemicam artem in Aethiopicorum libris fub cortice amorum Theagenis & Charicleae latere, Petri Borelli parum credibilis fufpicio eft in Bibl. Chemica pag. 113. Praeterea Chirurgicum huius, an alterius Heliodori, opufculum defcripfiffe fe ex Codice Ms. huius Bibliothecae (2) teftatur, & locum ex illo Graece adfert Thomas Bartholinus lib. de Vnicornu Cap. I. pag. 7. Saltem verifimilius eft, hunc Heliodorum fcriptorem effe Chemici carminis Chriftianum, quam Heliodorum Hermiae & Aedefiae filium, Ethnicum philofophum. Reinefio tamen non abs re indignum utroque, & longe videtur effe iunioris fcriptoris; quamquam foloecifmi, errataque profodica, quae illi obiicit, librario potius, quam auctori tribuenda fint. Legitur hoc carmen etiam in Biblioth. Veneta S. Marci, ubi item conftat verfibus CCLXVIII. Vid. Fabric. loc. cit. Vol. XII. pag. 760. num. 1.

L. pag. 296. *b. Theophrafti philofophi Carmen Chemicum verfibus iambicis CCLX.* cui titulus:

Θεόφραςος φιλόσοφος τάδε φάσκει
Περὶ τῆς θείας γὰρ κ̀ ἱερᾶς τέχνης
Ἐκ τῶν φιλοσόφων ἰαμβικοῖς ςίχοις.

Inc.

Οἱ τῶν σοφιςῶν ἀνδρῶν, ὥσπερ ῥήτορες.

Def.

Σύμπαντας τὺς αἰῶνας αἰώνων, ἀμήν.

A Fabricio Vol. XII. pag. 763. num. 16. memoratur Theophrafti philofophi Carmen verfibus iambicis CCLXV. initio & fine huic noftro confimile. In Codice etiam Bibliothecae Venetae D. Marci conftat verfibus iambi-

(1) Fabric. loc. cit. pag 761. male vocat *politicos*.

(2) Forte illud eft, quod recenfuimus fupra pag. 87. §. XX. & XXI.

bicis CCLXV. Graece vero & Latine habetur & in biblioth. Vienn. ut patet ex Catalog. Nessel. Part. III. pag. 18. §. 30.

LI. pag. 301. *b. Hierothei philosophi Carmen item Chemicum versibus iambicis CCXXIII.* cui titulus:

Στίχοι ἴαμβοι λίθυ τῶν φιλοσόφων.

Carmen inc.

Ἀπάρξομαι προσπλέξας εὐφραδεςάτυ.

Des.

Εἰς κυκλικὺς αἰῶνας αἰώνων, ἀμήν.

Nomen auctoris, quod in nostro Codice nullum est, eruitur a Fabric. l. c. pag. 775. n. 56. Exstat & in Codice bibliothecae Venetae D. Marci Catal. T. I. p. 140 ubi numerantur versus CCXXX. nec non in Bibl. Caesar. Vindob. confer Catalog. Nessel. loc. cit. pag. 19. §. 31. Notat vero Fabric. loc. cit. p. 763. num. 17. hunc quoque scriptorem fateri, artem illam desiderantibus & digne petentibus a Deo tribui, dum ait:

Χριςοῦ Θεοῦ νέμοντος ἐξ ὕψυς χάριν.

LII. pag. 306. *b. Archelai philosophi Carmen alterum iambicum de arte Chemica versuum CCCXXX.* cui sequens titulus rubrica conscriptus:

Ἀρχέλαος γὰρ ὁ φιλόσοφος φάσκει
Περὶ τῆς θείας δὲ κ̀ ἱερᾶς τέχνης
Μετὰ γὰρ πόνυ διὰ ςίχων ἰάμβων.

Carmen inc.

Ἡ πάνσοφος θεία τέχνη τῶν πανσόφων.

Des.

Τῷ Πατρὶ σὺν Λόγῳ τῷ θείῳ Πνεύματι
Εἰς ἀπεράντυς κ̀ κυκλικὺς αἰῶνας
Ἀϊδίους αἰῶνας αἰώνων, ἀμήν.

Ex qua doxologia patet Christianum esse scriptorem. Memoratur a Fabricio loc. cit. pag. 764. num. 18. ubi ait constare versibus CCCXXII. totidemque continet etiam exemplar illud, quod occurrit in Codice biblioth. Venetae supra cit. Habes etiam in biblioth. Caesar. Catalog. Nessel. Part. III. pag. 19. §. 32.

Vtinam Corpus Chemicorum Graecorum, quod cum versione Latina in lucem dare voluit Leo Allatius, haberemus (1); multa enim de hoc absolutissimo Codice notare possemus; quem operae pretium esset, non antiquitatis tantum, sed & doctrinae, & operationum quarumdam caussa edi recensitum & explicatum a viro aliquo docto, artis Medicae, Chemicaeque pariter, & Graecae linguae bene perito; collatis inter se aliis Codicibus Mss. qui in bibliothecis pluribus Italiae, Germaniae, Galliae adhuc supersunt; quorum nonnulli indicantur a Fabricio loc. cit. p. 747. qui iudicium Thomae Reinesii de collectione Mss. Chemicorum Graecorum, quae exstat in bibliotheca Gothana, in medium profert. Opera & fragmenta, quae in nostro occurrunt Codice, partim obvia sunt, partim certis & haud dubiis auctoribus, partim aliis, quorum minime sunt, tribuuntur, partim ex similibus, sed haud nominatis scriptoribus sunt excerpta, & in hoc volumen collecta: omniaque tractant de divina quam vocant arte, de lapide philosophorum, sive magisterio magno, quomodo nempe metalla imperfectiora, ad perfectionem perduci, atque in aurum, vel argentum transmutari queant, nec non de vasis, caminis fornacibusque, & variis operationibus, quibus etiamnum hodie, qui in re Chemica laborant, solent uti; sed & breviter de ponderibus & mensuris agitur; item de gradationibus ignis, coloribusque & aliis ad hoc opus spectantibus, usitatisque operationibus. Et quoniam haec ars nullo non tempore per aenigmata, per parabolas, verbis allegoricis tradi, unde Zosimus λοξὰς γραφὰς, & Stephanus Alexandrinus praxi tertia ἀλληγορικὰς appellat, nec non per certos characteres & signa describi ac denotari consuevit, adiunctum quoque est Lexicon, in quo docetur quid per verba longe alio sensu apud Graecos auctores solita usurpari significetur, & characteres, signaque in hoc volumine obvia explicantur. Pleraque, quae in hoc Codice exhibentur, typis descripta nondum fuere, quod sane mererentur, quoniam multa non contemnenda ex antiquitate in illis continentur, & a quo tempore origines & initia artis huiusce repetenda sint, ex iis facile posset intelligi. Vniverse de scriptis hisce nosse iuvat, omnia illa a monachis quibusdam, aliisque doctis Alexandriae primum, deinde Constantinopoli, interiecto tempore composita, in unum collecta corpus, atque inde post Graeci imperii eversionem, in Italiam perlata, ibique esse adservata. Ex hisce nonnulli sunt Ethnici, alii Christiani, qui Athenis primum vixere circa A. C. cccc., deinde Alexandriae Aegypti, nutrice illa philosophorum, prae ipsis Athenis, ut Camerarius in vita Synesii demonstrat. Nam & ante illud tempus ibi, & in Persia, quum Imperator esset Diocletianus, ars auri conficiendi a Iudaeis, Christianis, atque Ethnicis exculta fuit, ut Suidas in voce Χημεία testatur, & constat Heliodorum, sub cuius nomine Carmen legitur supra p. 358. ortum Alexandriae, & a parentibus suis Hermia, Aedesiaque, una cum Ammonio fratre instituendum datum esse Proclo, clarissimo illius temporis philosopho. Alia plura ad hunc Codicem illustrandum pertinentia, peti possunt ex citato Thomae Reinesii de Chemicorum Graecorum Codice Gothano iudicio apud Fabric. loc. cit. p. 748. seqq.

Codex Graec. chartac. Ms. in 4. minori, Saeculi XV. exeuntis, mendosissime exaratus. Constat foliis scriptis 313.

(1) Confer Borrichium l. c. p. 41. §. XIV.

√

ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΟΣ ΛΑΞΕΥΤΗΡΙΟΣ, ΗΤΟΙ ΡΑΒΟΛΙΟΣ.

PYTHAGORICVS LAXEVTERIVS, SEV RABOLIVS.

COD. XVII. EAdem prorsus ad verbum continet cum illis, quae recensuimus supra in Codice XIV. huius Plutei: quare quum unum ab altero descriptum fuisse pro certo habeamus, nihil in huius recensione immorabimur. In fine Codicis ita amanuensis se subscripsit: Μιχαῆλις Α'ποςόλης Βυζάντιος ἄκων καὶ τουτὶ τὸ βιβλίον διὰ τὸ πᾶν ὑγιὲς ἔχειν ἐξέγραψα. *Michaël Apostolius Byzantinus invitus & hunc libellum eo quod omnino bene valerem exscripsi.* Huius Michaëlis manu exaratos plures alios in hac Bibliotheca Codices habemus.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. Constat foliis scriptis 262.

ΑΕΤΙΟΣ ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ.

AETIVS DE NATVRA.

Corrige

Vettius Valens de natura planetarum atque signorum.

COD. XVIII. EXterioris tituli σφάλμα, quod ab interiori Codicis inscriptione item erronea repetendum est, clariss. Ant. Cocchius αὐτοχειρὶ ita restituit in primo folio: *Excerpta ex libris astrologicis Vettii Valentis de natura planetarum: titulus male Aëtium pro Vectio scribit, & liber ad classem astrologorum & mathematicorum pertinet.* Titulus igitur Operis interior rubris litteris exaratus ita habet: Α'ετίου Α"λεντος Α'ντιοχέως ἐκ τοῦ πρώτε βιβλίε τῶν ἀνθολογιῶν περὶ φύσεως. *Aëtii Alentis* (corr. *Vettii Valentis*) *Antiocheni e libro primo Anthologiarum de natura planetarum atque signorum* Fragmentum. Inc. Ο῾ μὲν οὖν παντεπόπτης ἥλιος. Des. ἐπὶ τῶν λοιπῶν ζωδίων. In fine rubricatis litteris adnotatum est: Μετεγράφησαν κ̀ ταῦτα Οὐεναιτίαις παρ' ἐμοῦ Ι'ωάννε πρεσβυτέρου Ρ῾ώσου τοῦ Κρητὸς, χιλιοςῷ τετρακοσιοςῷ ἐνενηκοςῷ πρώτῳ, μηνὸς Μαΐου εἰκοςῇ ἑβδόμῃ. *Transcripta & haec sunt Venetiis a me presbytero Ioanne Rhoso Cretense anno MCCCCXCI.* (1) *mense Maio, die XXVII.* De hoc Vettio Valente haec habet Iosephus Scaliger Epist. CXIV. ad Casaubonum: *Vettius Valens Astrologus, de quo quaeris, scribebat tempore eodem, quo Claudius Ptolemaeus, sub Hadriano & Antonino, ut eius epochae testantur. Citat aliquot veteres eiusdem studii homines, tam mihi ignotos, quam ipse est, neque enim ullus veterum, qui hodie exstant, eius meminit. Alius Valens fuit tempore Constantini, a quo consultus de urbis novae Romae Byzantiae fato. Sed noster Vettius, ut vides, longe antiquior est. Habet multa quidem utilia, sed non pauca circulatricis divinationis nugatoria.*

Totum Opus in octo divisum est libros, & manu exaratum exstat in variis bibliothecis Angliae, Galliae, Germaniae, & Italiae. Editionem eius promisit iampridem illustris Huetius, notis ad Origenem p. 54. Loca ex eo Graece producunt nonnulli, de quibus consule Fabricium Bibl. Graec. Vol. II. pag. 508.

Cod. Graecus membranaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XV. nitidissimus. Constat foliis scriptis 19.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΣΧΟΛΙΑ ΕΙΣ ΤΑ Η' ΒΙΒΛΙΑ ΠΕΡΙ ΦΥΣΙΚΗΣ ΑΚΡΟΑΣΕΩΣ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.

SCHOLIA IN VIII. LIBROS ARISTOTELIS DE NATVRALI AVSCVLTATIONE INCERTI AVCTORIS.

Seu potius

Aristotelis Opera quaedam philosophica cum prolegomenis & interpretationibus variorum.

I. pag. 1. ΔΙαίρεσις κεφαλαιώδης τῶν βιβλίων τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως ἀρίςη κ̀ θαυμασιωτάτη, δι' ἧς κ̀ ἡ τοῦ φιλοσόφε σοφία δείκνυται, τοῦ ὕτω ταξιοῦντος τὰ αὐτοῦ, καὶ ἀγχίνοια τῶν κ̀ διελόντων, κ̀ ἐκθεμένων ἐνλαῦθα, ὡς ὁρᾶσθαι πρὸς γνῶσιν εὐσύνοπτον. *Divisio in capita librorum de physico auditu optima & maxime admirabilis, cuius ope & philosophi sapientia ostenditur, qui sua sic ordinavit, & industria eorum, qui eadem heic tum diviserunt, tum interpretati sunt, ut videtur, ad facilem inspectionem accommodata.* Liber I. cui titulus est, διαίρεσις τῦ πρώτου, ἤτοι τῦ ἄλφα, inc. Ε'ν τῷ παρόντι πρώτῳ βιβλίῳ δείκνυσιν, κ. λ. Desinit in Libro V. cuius postrema verba sunt: ὡς μίαν δεῖ κ̀ τὴν κίνησιν λογίζεσθαι. Auctor Anonymus. Clauditur deinde hoc pacto: Τέλος τῶν πέντε βιβλίων τῶν φυσικῶν. COD. XIX.

II. pag. 36. *b.* Προλεγόμενα κ̀ προθεωρέμενα ἐκ τοῦ Θωμᾶ. *Prolegomena & praemeditationes ex Thoma.* Inc. Ε'πειδὴ τὸ βιβλίον τῶν φυσικῶν, οὗ τὴν ἐξήγησιν προϊςάμεθα, πρῶτον βιβλίον ἐςὶ τῆς φυσικῆς ἐπιςήμης. Des. ἔςι δ' ὅτε κ̀ τῆς ποιητικῆς, ἡ δὲ φυσικὴ διὰ πασῶν. Sunt praeliminaria quaedam in Aristotelis Opera physica, ex D. Thoma desumta, & in Graecum translata forte a Georgio Scholario, qui multa eius scripta Graece est interpretatus.

III. pag. 37. Προλεγόμενα εἰς τὴν φυσικὴν ἀκρόασιν Α'ριςοτέλες. *Prolegomena in Aristotelis physicam auscultationem*, auctoris Anonymi. Inc. Η῾ φυσικὴ φιλοσοφία, περὶ ἧς ἐνταῦθα πρό-

(1) Corrige Montfauconium, qui in suo Catalogo ponit *MCCCCXLI.* pro *MCCCCXCI.*

πρόκειται σκοπεῖν, κ. λ. Def. εἰ ἄλλον τρόπον ἐςὶ νοητὴ, οὐκ εἶδον. Φωτίσαι ὁ Θεὸς τὴν καρδίαν μου. Tum subiiciuntur argumenta, de quibus in unoquoque ex octo huiusce Operis libris pertractatur.

IV. pag. 43. *b.* Ἐκ τῶν Σιμπλικίου προλεγόμενα τῆς Φυσικῆς ἀκροάσεως. *Ex Simplicio prolegomena in physicam auscultationem.* Inc. Τὸν σκοπὸν τῆς Ἀριςοτέλους Φυσικῆς ἀκροάσεως μαθεῖν ἐςὶ ῥᾳδίως. Def. οὕτω καὶ Θεοφράςῳ δοκεῖ.

V. pag. 46. *Aristotelis de Physico auditu Libri VIII.* ut in eius edit. Paris. anni MDCXIX. fol. alias citata, Tom. I. a pag. 315. ad pag. 430. Occurrunt in Codice scholia quaedam marginalia, in principio praesertim Libri I. quorum initium: Τὰ φυσικὰ ἀρχὰς ἔχει. τὰ ἀρχὰς ἔχοντα ἐπίςασθαι συμβαίνει ἐκ τοῦ τὰς ἀρχὰς αὐτῶν γνωρίζειν.

VI. pag. 110. *Eiusdem Artis Rhetoricae Libri III.* Ibid. Tom. II. a pag. 512. ad p. 607. (per error. 606.)

VII. pag. 167. *b. Eiusdem Rhetorica ad Alexandrum.* Ibid. a p. 608. ad pag. 652.

VIII. pag. 193. *b. Eiusdem de Virtutibus Libellus.* Ibid. a p. 291. ad p. 296.

IX. pag. 196. *Eiusdem Magnorum Moralium Libri II.* Ibid. a pag. 145. ad p. 194.

X. pag. 228. *Eiusdem de Anima Libri III.* quorum tertius in alios duos subdividitur. Ibid. Tom. I. a pag. 616. ad p. 661. (1)

XI. pag. 253. *b. Eiusdem de Mundo Liber.* Ibid. a pag. 600. ad pag. 616.

XII. pag. 262. Εἰς τὴν περὶ ψυχῆς πραγματείαν Ἀριςοτέλους ἐξήγησις τοῦ Θωμᾶ, ἑρμηνευθεῖσα παρὰ Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου καὶ πατριάρχου γεγονότος Κωνςαντινουπόλεως (2). *S. Thomae Aquinatis in libros Aristotelis de Anima interpretatio, in Graecum sermonem versa a Georgio Scholario, qui Patriarcha fuit Constantinopolitanus.* Inc. Ὥσπερ ὁ Φιλόσοφος διδάσκει ἐν τῷ ια'. περὶ ζώων. Def. καὶ ταῦτα μὲν περὶ ψυχῆς εἰρημένα τέως ἀρκείτωσαν. Supra adlato titulo praefigitur notula quaedam manu recentiori apposita, quae ita habet: Σημείωσαι, ὅτι ταύτην τὴν ἐξήγησιν ἥρπαξεν ὁ Θωμᾶς ἐκ τοῦ κυρίου Ἰωάννου τοῦ Φιλοπόνου, καὶ ἰδιοποιήσατο ταύτην ἔτος ὁ Θωμᾶς, ὡς τάχα οἴκοθεν φιλοπονήσας. εὗρε δὲ ταύτην Λατινικῶς γεγραμμένην ὁ κύριος Γεννάδιος ἀγνοῶν, καὶ μετεγλώττισεν. *Nota, quod hanc expositionem sustulit Thomas a Domino Ioanne Philopono, & suam fecit idem Thomas, ac si ipse de suo elaborasset: reperit autem hanc Latine scriptam Dominus Gennadius inscius, & transtulit in Graecum.* Hanc Thomae Aquinatis expositionem in tres Aristotelis libros de Anima recenset inter eius scripta Fabric. in Biblioth. Med. & Inf. Graecit. Lib. XIX. pag. 237. col. 1. atque, duos posteriores Thomae esse omnes iudicare, primum vero, scriptorum veterum iudicio, esse Reginaldi de Piperno; sed huic sententiae nostri Codicis refragatur auctoritas, qui omnes Thomae adiudicat. Hunc Codicem enunciat idem Fabric. loc. cit.

(1) Hosce Libros una cum sequenti de Mundo enunciare omisit Montfauc. in suo Catalogo.

Codex Graec. chartac. Ms. in 4. Saeculi XIV. minutissimis litteris exaratus, cum titulis rubricatis, sed ferme evanidis. Constat foliis scriptis 339.

ΜΕΛΕΤΙΟΥ ΣΥΝΟΨΙΣ ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ ΚΑΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΚΑΤΑΣΚΕΥΗΣ.

MELETII COMPENDIVM DE NATVRA ET DE HOMINIS CONSTITVTIONE.

Ac praeterea

Theophili & Stephani de Febribus Libellus.

I. pag. 1. Σύνοψις περὶ φύσεως καὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς. *Compendium de natura & constitutione hominis*: in margine vero adiicitur alia manu, Μελετίου μοναχοῦ, *Meletii monachi.* Inde alius sequitur titulus: Πόνημα ἐν συνόψει περὶ φύσεως ἀνθρώπου, ἐξερανισθὲν καὶ συντεθὲν ἐκ τῶν τῆς ἐκκλησίας ἐνδόξων, καὶ τῶν ἔξω λογάδων φιλοσόφων. *Opus in compendio de hominis natura, ex celebrioribus Ecclesiae Patribus, & ex externis philosophis, iisque selectis collectum & concinnatum.* Praefatio inc. Ἔςιν οὖν ἡ πᾶσα πραγματεία. Def. διευκρινῶν τοῖς ἀκούουσιν. Huic adnectitur tabula Capitum totius Operis n. XXXVI. Opus ipsum inc. Τὰ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς, καὶ ἐξ ὅσων, κ. τ. λ. Def. ἀπεψία τις οὖσα καὶ αὐτὴ τοῦ περικαρπίου. De hoc Meletii monachi Libello vide supra pag. 283. §. II. ubi aliud exemplar occurrit, in quo notandum, tam praefationem, quam ultimum Caput *de Anima* multo longiora esse, quam in hoc, praeter alia quamplurima discrimina quoad ordinem ac divisionem Capitum, quae obiter in utroque inter se conferendo animadvertimus. COD. XX.

II. pag. 64. Θεοφίλου καὶ Στεφάνου περὶ τῆς τῶν πυρετῶν διαφορᾶς. *Theophili & Stephani de febrium differentia* Libellus: in margine vero alia manu adiectum est: ἔκ τε Ἱπποκράτους καὶ Γαληνοῦ, *ex Hippocrate & Galeno* collectus. Inc. Σκοπὸν ἔχομεν ἐν τῷ παρόντι συγγράμματι περὶ τῆς τῶν πυρετῶν διαφορᾶς σύντομον ἐκθέσθαι παράδοσιν. Def. καίγε διὰ τὴν ἐπίτασιν τῆς θερμασίας αὗται γίνονται. Hunc Tractatum ex ore Theophili excepit Stephanus Atheniensis, ut videre est ex eius Commentariis in Galeni Librum I. Therapeut. ad Glauconem; unde in plerisque Codicibus vel Stephano tantum, vel Theophilo simul & Stephano tribuitur. Deest in Syntagmate veterum auctorum Graecorum, Arabum, & Latinorum de febribus, Venetiis a Gaspare Bindono A. MDLXXVI. edito in fol. Ste-

(2) Verba tituli καὶ πατριάρχου, κ. λ. addita fuerunt in margine ab eadem illa manu, quae monitum titulo praefixit.

Stephanus Atheniensis, Theophili discipulus, Heraclii Imp. suppar temporibus, non diversus fuisse videtur a Stephano Alexandrino medico & philosopho.

III. pag. 104. Σύνοψις ἀκριβεστάτη περὶ οὔρων ἑρμηνευθεῖσα ἐξ ἰατρικῆς τέχνης τῶν Περσῶν. *Synopsis accuratissima de Vrinis ex arte medica Persarum translata*. Inc. Δεῖ γινώσκειν, ὡς ὅτε τὸ οὖρόν ἐστιν ἐρυθρὸν καὶ θολὸν, δηλοῖ ἀπὸ αἵματος εἶναι. Des. ἐπεὶ ἡ μέλαινα χολὴ, ψυχρὰ καὶ ξηρά ἐστι.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saeculi XV. a pag. 64. usque ad finem diversa manu exaratus. Constat foliis scriptis 104.

ΟΠΠΙΑΝΟΥ ΑΛΙΕΥΤΙΚΟΝ.

OPPIANI LIBER DE PISCIBVS.

Seu potius

Oppiani Halieutica & Cynegetica.

COD. XXI. I. pag. 1. Continet primo hic nitidissimus Codex *Oppiani Libros V. de Piscatione*, quorum initium & finis concordat cum editis inter poëtas Graecos veteres heroici carminis scriptores cura & recensione Iacobi Lectii Aurel. Allobrog. MDCVI. in fol. Tom. II. a pag. 120. ad pag. 172. Libro secundo, tertio & quarto praemittitur index Capitum: scholia vero quaedam, ab eadem manu charactere minori exarata, praesefert liber secundus & tertius. Primum occurrit pag. 20. *b.* inter vers. 155. & 156. Libri secundi, ubi ad versum,

Μήχεται ἀστεμφὴς, μεγάρων ὀρόφοισιν ἐοικὼς,

adnotantur haec: Ὄροφος ὁ θάλαμος, παρὰ τὸ ὀρθεῖν εἰς φῶς, τουτέστιν ὑψοῦσθαι· τὰς γὰρ οἰκήσεις πάλαι ἐκ καλάμων ἔσκεπον. ἔνθεν καὶ στέγη, καὶ ὄροφον κάλοις περιφράξαντες· διὸ καλιαὶ λέγονται· κάλοις δὲ, ἤ οι ξύλοις.

II. pag. 79. *Eiusdem de Venatione Libri IV.* ut in dicto Tom. II. a pag. 87. ad pag. 119.

Codex Graec. membranaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XV. optimus. Constat foliis scriptis 122.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΔΙΑΚΟΝΟΥ ΠΟΝΗΜΑΤΑ.

GEORGII DIACONI LABORES IN PHILOSOPHIAM.

Seu potius

In Aristotelis Logica, Physica universa, Metaphysica, Ethica, &c. compendium.

COD. XXII. *Idem Georgii Pachymerae compendium philosophiae e mente Aristotelis, ut in Codice II. huius Plutei*. Heic tamen praecedit Tractatus Logicus, cui sequens titulus: Ἡ διαίρεσις τῶν τόπων τῶν διαλεκτικῶν, καθὼς διεῖλεν αὐτοὺς τῶν Ἰταλῶν τις καλούμενος Βοήτιος, οἳ δὴ καὶ μετηνέχθησαν πρὸς τὴν Ἑλλάδα διάλεκτον. *Divisio locorum dialecticorum, quemadmodum ipsos divisit Italorum quidam appellatus Boëtius, qui quidem in Graecam linguam translati sunt*. Inc. Εἰδέναι χρὴ, ὅτε τεττάρων ὄντων, κ. λ. Des. σαφηνίζει λόγῳ καὶ παραδείγματι. Quum autem circa huius Opusculi medium, folium unum vacuum fuisset relictum, diversa quaedam manus *Aristotelis vitam* exscripsit, quae inc. Ἀριστοτέλης τὸ μὲν γένος ἦν Μακεδών. Des. ἑξηκοστὸν γοῦν τρίτον ἔτος ἄγων ὁ Ἀριστοτέλης ἐτελεύτησεν. Pag 6. *b.* occurrit prooemium, & index Capitum, Titulorum, & Librorum dicti Operis, quem claudit ipsius Pachymerae *dodecastichon heroicum ad Eumorum*, cui opus hoc suum dicavit, quod habes editum apud Fabric. Bibl. Graec. Vol. VI. pag. 467. & Vol. X. pag. 716. in Leonis Allatii Diatriba de Georgiis, cum subiecta Philippi Bechii Latina interpretatione, de quo ita Allatius loc. cit. pag. 717. *Ferreus ipse sim, si quid est hisce carminibus in tota antiquitate durius. Chalybs ipse & incus, & si quid est in rerum natura asperum ac perversum, prae his carminibus mollius est & tractabilius*. Tandem pag. 12. sequitur *Compendium ipsum philosophiae*, quod item cum dicto Codice II. quoad initium & finem concordat, quem vide. Heic tantum adnotare lubet, quum hanc Epitomen laudatus Philippus Bechius e duobus Codicibus manuscriptis, & iis quidem, ut ipse testatur, valde lacunosis, mendosis & corruptis in Latinum sermonem transtulerit, & A. MDLX. Basileae typis Frobenianis in fol. Latine tantum ediderit, ope huius optimi atque integerrimi Codicis Graece simul & Latine longe meliorem & accuratiorem editionem posse adornari.

II. pag. 342. Στίχοι ἰαμβικοὶ ἐπιτύμβιοι εἰς τὸν Παχυμέρην τοῦ Φιλῆ. *Phile* (Manuelis) *versus iambici sepulcrales* (centum) *in Pachymerem*. Inc.

Ἄλλον μὲν ἄνδρα ζωγραφεῖν ἴσως θέλων.

Des.

Εἰς φῶς μετελθὼν εὐτυχῶς ἐξ ἑσπέρας.

Carmen hoc iambicum, quo Phile praeceptoris sui obitum non ineleganter deplorat, integrum adfert Allatius cit. loc. p. 718. seqq.

Codex Graecus chart. Ms. in 4. minori, Saeculi XIV. optime servatus. Constat foliis scriptis 344.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΕΡΙ ΕΝΥΠΝΙΩΝ ΣΥΝΕΣΙΟΥ.

NICEPHORI EXPOSITIO IN LIBRVM DE INSOMNIIS SYNESII.

Praecedit Τοῦ Φιλοσόφου Νικηφόρου τοῦ Γρηγορᾶ προθεωρία εἰς τὴν ἐξήγησιν, ἣν αὐτὸς πεποίηκεν εἰς τὸν περὶ ἐνυπνίων λόγον τοῦ Συνεσίου. COD. XXIII.

σίυ. *Philosophi Nicephori Gregorae protheoria in expositionem, quam ipse composuit in librum de Insomniis Synesii*. Inc. Οὐδὲν καινὸν, εἰ πολλά τε τοῖς πάλαι καλῶς. Des. τῶν δ' ἡμεῖς αἴτιοι. Tum pag. 5. alius titulus Operi praemittitur, & quidem ita: Νικηφόρου φιλοσόφυ τοῦ Γρηγορᾶ ἐξήγησις εἰς τὸν περὶ ἐνυπνίων λόγον Συνεσίυ τοῦ φιλοσόφυ, ἐπισκόπου Πενταπόλεως, κεφάλαια ἑκατὸν ἑβδομήκοντα. *Nicephori philosophi Gregorae expositio in librum de Insomniis Synesii philosophi, Episcopi Pentapolis, Capita continens CLXX.* Inc. Ὥσπερ τὰ τῶν βασιλέων κειμήλια. Des. εἰπόντες ὗτοι οἱ ποιηταί. Clauditur Opus una cum Codice sequenti subscriptione: Μετεγράφησαν καὶ ταῦτα παρ' ἐμοῦ Ἰωάννυ πρεσβυτέρου Ῥώσου Κρητὸς τὸ γένος χιλιοσῷ τετρακοσιοσῷ ἐνενηκοσῷ πρώτῳ, μηνὸς Μαΐυ τρίτῃ Οὐενετίαις. *Transcripta & haec sunt manu mea Ioannis presbyteri Rhosi genere Cretensis anno MCCCCXCI. mense Maio die tertia Venetiis.*

Exstat hic idem Commentarius in Codicibus Regiae Parisiensis Bibliothecae, & in lucem editus est a Petavio cum operibus Synesii Parisiis apud Seb. Cramoisy MDCXXXIII. fol. a pag. 351. ad p. 429. Latinus vero interpres Pichonius Gregoram in libri inscriptione Patriarcham Constantinopolitanum fecit, quum privatam vitam duxerit, & in monasterio consenuerit, defunctus anno Chr. MCCCLIX.

Codex Graec. membranaceus Ms. in 4. Saeculi XV. exeuntis, nitidissimus. Constat foliis scriptis 46.

ΩΚΕΛΛΟΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΠΑΝΤΟΣ ΦΥΣΕΩΣ.

OCELLVS DE NATVRA TOTIVS.

Titulum corrige.

Demetrii Phalerei de Elocutione Liber.

COD. XXIV. NIl aliud continet, quam *Libellum Demetrii Phalerei de Elocutione*, a Petro Victorio Florentiae impressum typis Iunctarum A. MDLII. in 8. Hoc tamen exemplar destitutum est primis paginis, in quibus titulus, Epistola nuncupatoria ad Alexandrum Farnesium S. R. E. Card. & accurata legitur eiusdem Victorii disquisitio de operis huiusce auctore (1). Hic vero liber videtur heic antiquitus intersertus loco alterius *de natura Vniversi*, auctore Ocello, cuius tantum externus titulus in ligneo Codicis integumento superest, & qui fortasse ab impia aliqua manu sublatus fuit.

Codex Graecus chartaceus typis impressus in 8. minori. Constat pag. 96.

(1) Consule Victorii Vitam praemissam editioni eius Epistolarum T. I. p. XCIII. quae cura nostra Florentiae prodierunt A. MDCCLVIII. 4.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΠΗΓΗ ΓΝΩΣΕΩΣ.

FONS COGNITIONIS INCERTI AVCTORIS.

Seu potius

Grammaticae artis Elementa, & Theocriti Idyllia quaedam cum scholiis.

I. pag. 1. GRammaticae Artis Elementa, auctore Anonymo, e diversis concinnata, cui titulus rubrica conscriptus: Τὸ παρὸν βιβλίον πηγὴ γνώσεως ὀνομάζεται. *Praesens libellus, fons cognitionis vocatur*. Incipit a quodam veluti compendio totius Operis, & quidem ita: Σύνταγμα λίαν εὐσύνοπτον καὶ σαφὲς τάδε περιέχον ἁπλωϊκῶς, τὰ ὀκτὼ μέρη τοῦ λόγυ τῆς γραμματικῆς, καὶ τὰς σημειώσεις ἑκάσου, κ. λ. Inseruntur a pag. 57. usque ad pag. 81. *b. quaedam Dionysii Thracis* τέχνης γραμματικῆς *Capita*, & in ea explanationes, sive scholia. Pag. vero 83. *b.* occurrunt Excerpta ex Theodori Prodromi interpretatione εἰς τὰ ἐρωτήματα (2). Huius Grammaticae postrema verba sunt: θέτις, μῆνις, πάρις, ἔχις, ὄφις τὸ ὄρνις. Multa autem foliorum confusio apparet, quae a bibliopegi incuria in huiusce compactione Codicis derivata est. COD. XXV.

II. pag. 112. Τὰ Βυκολικὰ τοῦ Θεοκρίτυ. *Bucolica*, sive *Eclogae quaedam Theocriti*, nimirum prima, & secunda, & pars quintae cum anonymi glossis interlinearibus, & scholiis. Praecedit *Vita Poëtae*, quae inc. Θεόκριτος ὁ τῶν βυκολικῶν ποιητὴς, Συρρακύσιος ἦν τὸ γένος, κ. λ. Des. Θεόκριτος ἐπεκλήθη. Tum *de inventione Bucolici Carminis* quaedam. Inc. Τὰ βουκολικά φασιν ἐν Λακεδαιμονίᾳ εὑρεθῆναι, κ. λ. Definit in Artemidori grammatici disticho, quod ita habet:

Βυκολικαὶ μοῖσαι σποράδες πόκα, νῦν δ' ἅμα πᾶσαι
Ἐντὶ μιᾶς μάνδρας, ἐντὶ μιᾶς ἀγέλης.

Sequitur deinde argumentum primi Idyllii. Inc. Εἰς Δάφνιν γράφεται, ὃς διὰ μὲν τύτου τῦ εἰδυλλίυ τέθνηκε, κ. λ. Clauditur epigrammate ex persona Theocriti, & quidem sic:

Ἄλλος ὁ Χῖος, ἐγὼ δὲ Θεόκριτος, ὃς τάδε γράψας
Εἷς ἀπὸ πολλῶν εἰμι Συρακυσίων,
Υἱὸς Πραξαγόραο περικλυτῆς τε Φιλίνης,
Μοῦσαν δ' ὀθνείην ὔ τιν' ἐφελκυσάμην.

His praemissis incipit Idyllion primum, Ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα, κ. λ. & in ipsum scholia, nimirum: Ἁδύ. Τινὲς λέγυσιν, ὅτι ψιλοῦται τὸ η τρεπομένυ εἰς α Δωρικῶς. καὶ εἰ μὲν ὗτοι ἀληθεύουσι, ψεύδεται ὁ Θεόκριτος, πάνθ' ἅλιος γράφων, κ. λ. Definit una cum Codice in versu:

Θρέψαι καὶ λυκιδεῖς, θρέψαι κύνας, ὥς τυ φάγωντι,

qui est trigesimus octavus Idyllii quinti. Vltimum autem scholion sequens est: παροιμία ἀπὸ

(2) De hisce vide supra Catalogi nostri Tom. II. pag. 245. §. II.

ἀπὸ Ἀκταίωνος τοῦ ὑπὸ τῶν ἰδίων κυνῶν βρωθέντος· τάσσεται δὲ ἐπὶ τῶν μὴ ὁμολογούντων χάριν τοῖς εὐεργέταις.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. maiori, Saeculi XV. valde oscitanter, nec sine mendis a Graeculo fortasse aliquo non in aliorum, sed in sui ipsius usum conscriptus. Constat foliis scriptis 154.

ΟΠΠΙΑΝΟΥ ΑΛΙΕΥΤΙΚΟΝ.

OPPIANI DE PISCIBVS.

COD. XXVI. Oppiani de Piscatione Libri V. admodum tamen mutili, ac foede iniuria temporum corrupti: quod maxime dolendum, quum hic Codex vetustatis sit non adspernandae. Quae omnino perierunt, ista sunt: nimirum ex Libro I. a versu 39. usque ad vers. 287. inclusive, & a versu 416. ad versum 503. item inclusive. Ex Libro II. supersunt quatuor tantum folia, initium Libri continentia usque ad versum 126. & a versu 289. usque ad versum 338. inclusive: reliqua huius Libri miserrime exciderunt. Libri III. folium secundum recentiori manu suppletum est. Libri V. versus ultimi decem ac novem ita sunt descripti, ut varias exhibeant crucis figuras, more veterum amanuensium Christianorum in calce librorum depingi solitas: nec desunt compendiariae notae ΙΣ. ΧΣ. Φ. Χ. Φ. Π. subscripta epigraphe:

Ἡ σαυρικὴ χάρις με πάντοτε σκέποις.
Φωτισμὲ χαίροις καὶ φύλαξ Χριστωνύμων.

In ultimo tandem folio legitur: Ἐκλογὴ, πῶς ὀνομάζεται τὰ ζῶα τά τε χερσαῖα καὶ τὰ ἔνυδρα, *Ecloga, quomodo nominentur animalia terrestria, & aquatilia*. Inc. Σελάχεια, μαλάκεια, μαλακόστρακα, κ. λ. Desinit imperfecte in verbis: ὅτα οὐκ ἐνηλλαγμένως ἔχει. τὰς ὀδόντας. τύτοις . . . . in quibus absolvitur etiam Codex. Varias habet marginales notulas, partim eiusdem aevi cum Codice, partim recentioris; ex quibus unam aut alteram speciminis loco descripsimus, ac paene ab interitu vindicavimus. Prima legitur ad vocem βλωθρῆσιν (Lib. IV. vers. 293.) & ita habet: Βλωθρὴ ἐτυμολογεῖται παρὰ τὸ εἰς αἰθέρα μολεῖν, μολαιθέρα τις οὖσα· καὶ κατὰ συγκοπὴν, καὶ τροπῇ τοῦ μ εἰς β διὰ τὸ ἀσύντακτον, καὶ ἐκτάσει τοῦ ο εἰς ω βλωθρή. Altera ad verba, Ἡ σέβας οὐκ ἐπιελπτὸν, κ. λ. (eiusdem Libri vers. 311.) sequens est: ἀντὶ τοῦ, ὄντως θαῦμα οὐκ ἐλπιζόμενον, ὁμόφρονα τεκεῖν ἀλλήλοις τὰ ὄρη, ἤγουν τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν. Haec non habentur inter scholia, quae subiecta leguntur editioni Operum Oppiani Lugd. Batav. MDXCVII. in 8.

Cod. Graecus bombycinus Ms. in 4. Saeculi XIII. emendatissime quidem conscriptus, sed partim tineis, partim madore ita corruptus, ut multa iam exciderint, alia in dies magis evanescant. Constat foliis scriptis 54.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟ ΤΟΥ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΥ ΘΩΜΑ ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΚΙΝΟΥ ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΟ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΙΝΑΙ ΚΑΙ ΟΥΣΙΑΣ.

EXPOSITIO IN LIBRVM D. THOMAE AQVINATIS DE ESSE ET SVBSTANTIA.

Adde etiam

De humana felicitate Sermo, auctore Georgio Scholario.

I. pag. 1. Post tabulam Capitum, quibus constat eiusmodi Expositio, quae sunt CXXXIV. occurrit statim titulus Operis: Ἐξήγησις εἰς τὸ τοῦ διδασκάλου Θωμᾶ ἀπὸ τοῦ Ἀκίνου βιβλίον τὸ περὶ τοῦ εἶναι καὶ τῆς οὐσίας. *Enarratio in Librum magistri Thomae Aquinatis de esse & essentia*; tum Epistola nuncupatoria ita inscripta: Γεώργιος ὁ Σχολάριος κυρίῳ Ματθαίῳ τῷ Καμαριώτῃ χαίρειν. *Georgius Scholarius Domino Matthaeo Camariotae salvere*. Inc. Ἀεί σου τὴν εἰς τὰ καλὰ προθυμίαν, καὶ τὸ φιλομαθὲς ἐπαινῶν. Des. σκοπῶν ἀκριβῶς, εἴ τι αὕτη προσέχει τῷ σοφωτάτῳ Θωμᾷ. Enarratio inc. Παντὸς μὲν οὖν ἔργου δεῖ τι πέρας εἶναι. Desinit in hac doxologia: ταύτῃ τῇ μακαρίᾳ τριάδι τῇ μιᾷ πάντων ἀρχῇ χάρις καὶ τοῦ παρόντος ἔργου. ὅτι ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα· αἶνός τε καὶ δόξα παρὰ πάντων αὐτῷ εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. Georgius iste Scholarius multa e lingua Latina in Graecam traduxit, ut refert Leo Allatius in Diatriba de Georgiis in calce Vol. X. B. G. Fabricii p. 783. eoque teste Angelus Iustinianus dicebat se habere opusculum Divi Thomae Aquinatis *de ente, & essentia, ab eodem auctore* (sc. Georgio) *Graece versum, & commentariis ab eodem illustratum*: quibus verbis hanc ipsam expositionem indicare fortasse voluit. Fuit autem Matthaeus Camariota Georgii nostri praeceptor, non indoctus homo, ut notatur in fronte libri Ioannis Zygomalae apud Allatium loc. cit. p. 768. Nota Latine versa ita habet: *Doctissimi & eruditissimi Matthaei Camariotae expositio in sapientissimi & reverendissimi Episcopi Synesii epistolas, manu ipsius scripta. Praeterea Commentariolum in eumdem Camariotam, quomodo patria Thessalonicensis, professione philosophus, huc Constantinopolim venerit ultimis regum Palaeologorum miseris temporibus, & heic post urbem amissam substiterit, postquam Scholarii, qui postea Patriarcha fuit Gennadius, & quorumdam aliorum optimatum circa medium regni Sultani Amuratae, praeceptor fuisset.* Nec dissentit Maximus Margunius Epistola ad Davidem Hoeschelium Synopsi Rhetoricae Matthaei Camariotae praefixa. *Scriptio, ut videtur, Matthaei Camariotae est viri pii, & lo-*

loquendi facundia diſerti. Eum inter alios audivit Gennadius Scholarius &c. Matthaeus ante excidium floruit, ſed paullo poſt excidium diem obiit. De diſcipulis & patria Matthaei Camariotae non nimis veroſimilia tradit Theodoſius Zygomala Epiſt. ad Martinum Cruſium de periculis & cladibus Conſtantinopolitanis in Cruſii Turco-Graec. pag. 90.

II. pag. 91. *b.* Τοῦ αὐτοῦ Γεωργίου, νῦν δὲ Γενναδίου, τοῦ Σχολαρίου, περὶ ἀνθρωπίνης εὐδαιμονίας, Ἀριστοτέλους καὶ Πλωτίνου συμβιβαστικόν. *Eiuſdem Georgii, nunc Gennadii, Scholarii de humana felicitate conciliatio Ariſtotelis & Plotini.* Inc. Ἐν πρώτῳ τῶν ἠθικῶν Ἀριστοτέλους, καθόλου μὲν τὴν εὐδαιμονίαν ὁριζόμενος. Deſ. ἐκ τούτων δῆλον, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Πλωτῖνος καλῶς λέγουσι περὶ εὐδαιμονίας, ἑκάτερος τῇ προθέσει τῶν λόγων οἰκείως. Nihil habent de hoc Opuſculo Fabricius & Allatius ll. cc.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. Conſtat foliis ſcriptis 93.

ΗΡΩΝΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΑ.

HERONIS ALEXANDRINI PNEVMATICA.

Ac praeterea

De Aſtrologia Dialogus, Hermippus inſcriptus.

COD. XXVIII I. pag. 1. ΗΡωνος Ἀλεξανδρέως πνευματικῶν πρῶτον. *Heronis Alexandrini Spiritalium Liber I.* Capita continens XXIV. Inc. Τῆς πνευματικῆς πραγματείας σπουδῆς ἠξιωμένης πρὸς τῶν παλαιῶν. Deſ. ἡ ἐπιστροφὴ γίνεται. Pag. 36. Liber II. cuius Capita ſunt XXX. inc. Ἀγγείου κατασκευή. Deſ. ἐκκρεμάσομεν τὸ βάρος. Omnia cum figuris elegantiſſime delineatis. Hero Alexandrinus, Cteſibii Aſcreni, qui Ptolemaei Philadelphi, & Evergetae I. temporibus Alexandriae floruit, diſcipulus, & mathematicus inſignis; in philoſophia vero, ut Bernardino Baldo in eius Vita obſervatum, Epicurum maxime probans, ſcripſit inter reliqua, Πνευματικὰ, ſc. *Spiritalia*, quae cum Friderici Comandini verſione & notis prodierunt Vrbini anno MDLXXV. in 4. & Amſtelod. MDLXXX. item in 4. figuriſque in aes inciſis Graece & Latine exhibentur & inter Mechanicos Pariſiis excuſos a pag. 145. ad 235. additis Io. Bapt. Aleotti quatuor theorematibus ſpiritalibus ex Italica lingua in Latinam converſis.

II. pag. 58. *Opuſculum Aſtrologicum*, dialogi forma conſcriptum Libris duobus, quorum ſinguli Capitibus conſtant viginti, ſub titulo *Hermippi*, qui in dialogo colloquens inducitur. Liber I. inc. Ἀλλ' οὐ τοιοῦτόν τι τὸ Πρωτέως ἦν παρ' Ὁμήρῳ φάσμα εἰς πολυειδεῖς μορφὰς ἐξαλλάττον, ὁποῖος ἐκ τῶν λόγων, ὦ Ἕρμιππε, ἡμῖν ἀναφαίνῃ. Deſ. καὶ λοιπὸν περὶ τῶν ἑπομένων τοῖς τοιούτοις ῥητέον. Liber II. p. 75. inc. Καὶ μήν, ὦ Ἕρμιππε, τὰ μὲν ἄλλα. Deſ. φροντίζων οὐδέν. Continet hic Dialogus Platonici, ſed Chriſtiani ſcriptoris, Paullo Alexandrino non multo iunioris, quamdam aſtrologicae ſcientiae commendationem, atque apologiam, tum explicationem quoque & ſynopſim. Neque vero auctor eſt ex iis, qui putant ab aſtris effici ſingula, ſed tantum innui, ac προσημαίνεσθαι. Itaque de ſtella, quae Chriſti Nativitatem indicabat, ita diſſerit Libro I. (Cod. pag. 64.) καὶ μὴν ὁ ἐπὶ τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου γενέσεως ἀστὴρ τοῖς μάγοις ἡγούμενος (καὶ μὴ μεμφέσθω τις τοιούτοις παραδείγμασι χρωμένους, ἀλλ' εἴ τις συνετὸς, φιλοκρινάτω τοῖς λεγομένοις, βέβηλοι δὲ θύρας ἐπίθεσθε) ἐκεῖνος τοίνυν οὐχ ὅτι γε ἐφάνη καὶ τοὺς μάγους συνεφελκύσατο, τὴν γένεσιν ἀπετέλεσεν, ἀλλὰ τοὐναντίον τελουμένην ἐσήμανεν, οἱονεί τις κήρυξ καὶ προαγγελεὺς τοῦ τοσοῦδε καλοῦ γεγονώς. Diſſerit etiam deinde de Eclipſi, quae tempore paſſionis Chriſti contigit, atque utrum neceſſarium fuerit ut Chriſtus crucifigeretur ab Iudaeis, quoniam hoc prophetae praedixerant. Hoc vero negat ille, ἀλλ' ἐγὼ φαίην ἂν, inquit (Cod. pag. 65.) ὡς οἷόν τ' ἦν καὶ τὸ πάθος μὴ γεγονέναι, καὶ τοὺς προφήτας οὐδὲν ἧττον εἶναι προφήτας, εἰ σωφρονεῖν ὅλως ἡ τῶν Ἰουδαίων πληθὺς ἠβούλετο, ὅπουγε κἀκεῖνοι δι' αὐτὸ τοῦτο σχεδὸν προειρήκασιν, ὅπως τοῦ τοιαῦτα τολμῆσαι δεινὰ οἱ Ἰουδαῖοι ἀπόσχωνται. Hunc vero Dialogum habuit ex hoc archetypo deſcriptum Fabricius, illumque publica luce donaturum ſe promiſit Vol. II. B. G. p. 514. Singulorum autem librorum Capita heic adponere iuvat, ut de argumento huius ſcriptoris tanto melius conſtet.

Τὰ κεφάλαια τοῦ α' λόγου.

α'. ὅτι οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς περὶ τοὺς ἀστέρας ἐπιστήμης περὶ τὸ θεῖον σφάλλεσθαι.

β'. ὁποῖόν τι κατ' ἀνθρώπους ἡ μαντική.

γ'. ὅτι οἱ ἀστέρες τὰ μέλλοντα σημαίνειν ἐγένοντο.

δ'. ὅτι οὐκ ἦν ἄλλως τὴν θέσιν τῶν σφαιρῶν τούτων τετάχθαι.

ε'. δι' ἣν αἰτίαν οἱ ἀπλανεῖς τῶν ἀστέρων ἐγένοντο.

ϛ'. περὶ τῆς τῶν στοιχείων τάξεως, καὶ ποῖον αὐτῶν ποιητικὸν, καὶ ποῖον παθητικόν.

ζ'. δι' ἣν αἰτίαν ἐναντίαι ἐγένοντο αἱ κινήσεις

Libri primi capita.

1. *Scientiam aſtrorum non inducere errorem circa res divinas.*

2. *Quid hominibus conferat divinatio.*

3. *Aſtra condita eſſe ad res futuras ſignificandas.*

4. *Non temere factam eſſe caeleſtium ſphaerarum poſitionem.*

5. *Ob quam cauſſam ſtellae inerrantes conditae ſint.*

6. *De ordine elementorum, & quale ex illis ſit agens, quale patiens.*

7. *Quare contrarii invicem ſint motus ſphaerae*

σεις ἀλλήλαις, ἤτε τῆς ἀπλανοῦς σφαίρας ϗ τῆς τῶν πλανουμένων.

η'. ὅτι οὐ δι' ὃ προσημαίνουσι τὰ μέλλοντα οἱ ἀστέρες, διὰ τοῦτο καὶ κυροῦσιν οὕτω ταῦτ' ἀποβαίνειν.

θ'. ὅτι ἐξ ἀρχῆς ἡ τοῦ μέλλοντος γνῶσις ἐκ τῆς περὶ τοὺς ἀστέρας ἐπιστήμης ἐγένετο.

ι'. ὅτι ἡ τῶν σωμάτων σύστασις ἤρτηται πρῶτον τῆς φύσεως, αὐτὴ δὲ τῶν ἀστέρων, οὗτοι δὲ τοῦ δημιουργικοῦ λόγου.

ια'. θεωρία σύντομος περὶ ζώων.

ιβ'. ὅτι τὸ θερμὸν πρῶτον ἡμῖν ἐστιν εἰς σύστασιν ϗ κυριώτατον, καὶ δεύτερον τὸ ὑγρόν.

ιγ'. ὅτι ἕκαστον μέρος τοῦ ἀνθρώπου ϗ τὰ ἐν αὐτῷ συμπτώματα εἰς ἕκαστον ἀνήκει τῶν ἀστέρων.

ιδ'. ὅτι ϗ τὸ σπέρμα ἐν τῇ νηδύϊ ἕκαστος αὐτῶν κατ' ἀριθμὸν ἐφορᾷ.

ιε'. ὅτι καὶ ἑκάστην ἡλικίαν.

ιϛ'. ὅτι νοεραί τινες οὐσίαι κατὰ τὰς τῶν πλανητῶν σφαίρας κεκλήρωνται, ϗ ἕτεραι ὑφειμέναι ὑπ' αὐτὰς, τούτων δὲ ἤρτηνται δαίμονες, ϗ ἑξῆς οἱ ἄνθρωποι.

ιζ'. δι' ἣν αἰτίαν ὁ τοῦ ἑρμοῦ ἀστὴρ ἐπιπλέον συνεγγίζει τῷ ἡλίῳ, ὁ δὲ τῆς ἀφροδίτης ἔλαττον, ϗ ἑξῆς οἱ ἕτεροι.

ιη'. ὅτι οὐκ ἀΐδιος ἡ τῶν ἀστέρων οὐσία.

ιθ'. ὅτι ὁ κατὰ περιττοὺς σχηματισμοὺς τῶν ἀστέρων σύμφωνος.

κ'. ὅτι ϗ ὁ νοῦς περιοδικῶς ἐνεργεῖ.

Τὰ κεφάλαια τοῦ β' λόγου.

α'. περὶ γενέσεως ζώων.

β'. δι' ἣν αἰτίαν τὸ θῆλυ ϗ τὸ ἄῤῥεν ἐν μὲν τοῖς φυτοῖς ἥνωται, ἐν δὲ τοῖς ζώοις κεχώρισται.

γ'. ὅτι ἕκαστον τῶν στοιχείων διαφορὰν ἐν τοῖς ζώοις πλεονάζον δείκνυσιν.

δ'. ὅτι τῶν κατὰ φύσιν μόνων συμβαμάτων ἡ ἀστρολογία προγνωστική.

ε'. ὅτι οὐδὲ τὴν ζωὴν οἱ ἀστέρες ὁρίζουσιν.

ϛ'. ὅτι τὰ περὶ ὑγείαν ϗ νόσον καὶ ζωὴν καὶ θάνατον πολυσχιδεῖς ἔχουσι τὰς ἀρχάς.

ζ'. ὅσα σημαίνουσιν οἱ ἀπλανεῖς τῶν ἀστέρων.

η'. περὶ ὧν ποιεῖ ἡ σελήνη.

θ'. δι' ἣν αἰτίαν ἐν ταῖς συνόδοις ποτὲ μὲν ὕει, ἄλλοτε δ' οὔ.

ι'. ὅσα σημαίνει κατὰ τὰς ἐκλείψεις αὐτῆς.

ια'. ὅτι οὐκ ἀπαραίτητον αὗται τὴν βλάβην ἐπανατείνονται.

ιβ'. θεωρία περὶ τῶν ἑπτὰ κλιμάτων καὶ μέχρι πόσου ἕκαστον ἐκτείνεται.

ιγ'. μέθοδος περὶ τῶν κατὰ πλάτος αὐτῶν θέσεων.

ιδ'. διὰ τί ἀναφέρονται πρὸς ὕψος οἱ πλάνητες.

ιε'. ὅτι πάντων τῶν ἐν γῇ οἱ σπερματικοὶ λόγοι ἐν οὐρανῷ.

ιϛ'. ὅτι οὐκ ἰσάριθμοι τοῖς ἄστροις αἱ ψυχαί.

ιζ'. θεωρία περὶ γενέσεως, ϗ ὅτι οὐκ ἔξωθεν εἰσδύεται ἡ ψυχή.

ιη'. περὶ πνευμάτων, ϗ πόθεν ἔχουσι τὴν σύστασιν.

rae inenarrantium errantiumque stellarum.

8. *Astra ideo, quod res futurae ab illis significantur, non etiam efficere ut illae contingant.*

9. *Quod a primis temporibus ex scientia astrorum ducta fuerit divinatio.*

10. *Corporum constitutionem primum a natura, hanc ab astris, illa a ratione opificis dependere.*

11. *Succincta de animalibus, sive signis Zodiaci praeceptio.*

12. *Quod primum & praecipuum locum in nostra constitutione teneat calor, secundum humor.*

13. *Singulas partes hominis, & quae ipsi accidunt singula singulis astris respondere.*

14. *Quod semen etiam in utero a singularibus astris suo numero respiciatur.*

15. *Quod singulae etiam aetates.*

16. *Quod substantiae quaedam intellectu praeditae inhabitandas sortitae sint erraticarum stellarum sphaeras, itemque aliae istis subiectae, a quibus dependent daemones, atque inde homines.*

17. *Quamobrem Mercurii stella plurimum semper vicina sit Soli, Veneris autem minus, atque ceterae deinceps.*

18. *Astrorum substantiam non esse aeternam.*

19. *Sideribus configurationes, quae ad numeros impares fiunt, esse convenientissimas.*

20. *Mentem, periodos sive orbes conficiendo operari.*

Capita libri secundi.

1. *De generatione animantium.*

2. *Quare genus masculinum & femininum in plantis coniuncta, in animalibus separata exsistant.*

3. *Quodlibet elementorum, si praevaluerit, differentiam in animalibus demonstrare.*

4. *Quod Astrologia non nisi naturales eventus praenoscat.*

5. *Quod vitae terminum non definiunt astra.*

6. *Quod multiplex sit astrorum potestas in valetudinem, morbos, vitam & mortem.*

7. *Quaenam per inerrantes stellas significentur.*

8. *Circa quaenam operetur luna.*

9. *Quare in coniunctionibus iam pluat, iam non pluat.*

10. *Quaenam in eclipsibus luna significet.*

11. *Quod eclipses non intendunt damnum inevitabile.*

12. *Praeceptio de septem climatibus, & quousque singula horum extendantur.*

13. *Methodus, eorumdem latitudinem describendi.*

14. *Quare planetae adscendant (& descendant.)*

15. *Omnium rerum terrestrium seminales rationes esse in caelo.*

16. *Animas numero non respondere siderum.*

17. *Praeceptio de generatione, & quod non extrinsecus anima immittitur.*

18. *De ventis, & unde fiant.*

ιθ'. περὶ τῆς τῶν μετεώρων σημειώσεως.

κ'. περὶ ἑβδομάδος, κ̀ ὅσον λυσιτελεῖ τὸ σχολάζειν περὶ τὴν ἐπιςήμην αὐτῶν.

19. *De meteororum significatione.*

20. *De septenario, & quantam utilitatem adferat scientiae huiusmodi rerum vacare.*

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. duabus diversis manibus diligentissime exaratus. Constat foliis scriptis 93.

ΙΑΜΒΛΙΧΟΣ.

IAMBLICHVS.

COD. XXIX. PRaecedunt inscriptiones quatuor Iamblichi Librorum de secta Pythagorica, quae ita habent: *Ι'αμβλίχου Χαλκιδέως λόγοι περὶ τῆς Πυθαγορικῆς αἱρέσεως.*

α'. Περὶ τοῦ Πυθαγορικοῦ βίȣ.

β'. Προτρεπτικὸς εἰς φιλοσοφίαν.

γ'. Περὶ τῆς κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιςήμης.

δ'. Περὶ τῆς Νικομάχȣ ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς, ὃς περιέχει καὶ περὶ ἀριθμητικῆς ἐπιςήμης, κ̀ περὶ γεωμετρίας, κ̀ περὶ μουσικῆς τῆς παρὰ Πυθαγορείοις.

Iamblichi Chalcidensis de secta Pythagorica Libri.

Primus de vita Pythagorica.

II. Exhortatio ad philosophiam.

III. de communi mathematica scientia.

IV. De arithmetica Nicomachi introductione, qui complectitur & de arithmetica scientia, & de geometria, & de musica apud Pythagoreos.

Singulis libris index Capitum praecurrit, ultimo excepto, & quoad initium & finem concordant cum Codice III. huius Plutei, quem recensuimus supra p. 286. seq. Heic quoque in calce Libri II. legitur tristichon iambicum, quod retulimus item supra pag. 287. §. II.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. optime exaratus. Constat foliis scriptis 278.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ ΕΠΙΤΟΜΗ ΤΗΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ.

IOANNIS MONACHI DAMASCENI COMPENDIVM PHILOSOPHIAE.

COD. XXX. I*Oannis Damasceni monachi Capita Philosophica LXVIII.* praevia Epistola inscripta: *Τῷ ὁσιωτάτῳ κ̀ θεοτιμήτῳ Κωσμᾷ ἁγιωτάτῳ ἐπισκόπῳ τοῦ Μαιȣμᾶ Ι'ωάννης μοναχός. Beatissimo & a Deo honorato Cosmae sanctissimo Episcopo Maiumae Ioannes monachus.* Inc. Τὸ μὲν ςενὸν τῆς διανοίας. Des. χορηγίαν ἀντίδοτε. Primum Caput περὶ γνώσεως, *de cognitione*, inc. Οὐδὲν τῆς γνώσεως, Vltimum inscriptum: Α'νάγκη ἐςὶ βίας αἰτία, *Necessitas violentiae caussa est*, des. διὰ νεύρων ἐσκευασμένη. Initium & finis concordat cum editione Parisiensi Michaëlis Lequien. T. I. a pag. 1. ad pag. 74. In reliquis autem omnibus quoad Capitum inscriptiones & divisionem convenit cum Codice XXIII. Plut. VII. §. I. cuius exactissimam recensionem vide Catalogi Tom. I. p. 273. & 274. Heic tantummodo deest tabula Capitum in principio.

II. pag. 57. *b.* Τοῦ αὐτοῦ ἔκδοσις ἀκριβὴς τῆς ὀρθοδόξȣ πίςεως. *Eiusdem traditio accurata orthodoxae fidei* Capitibus CIII. Primum Caput inscriptum, Ο῞τι ἀκατάληπτον τὸ θεῖον, κ. λ. inc. Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. Vltimum est, quod in cit. edit. habetur p. 217. & inscribitur πρὸς τȣ̀ς ἐρωτῶντας, κ. λ. desinit autem ὥςε ἡ διαφορὰ αἰτία τοῦ ἀριθμοῦ. Exstant omnia in cit. Tom. a pag. 123. ad pag. 304. Discrimina autem circa Capitum istorum Theologicorum seriem, quae inter Codicem & editionem intercedunt, vide in dicto Codice XXIII. §. II. cit. Catalogi Tom. pag. 274. & 275. quae enim de ipso distinximus, in hunc penitus convenire certo scias.

Codex Graecus bombycinus Ms. in 4. minori, Saeculi XIV. cuius primae XVIII. paginae, & postremae IX. alia manu recentiori, eadem nimirum, quae innumeros paene huius Bibliothecae Codices interpolavit, eleganter suppletae sunt. Constat foliis scriptis 208.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΕΠΙΤΟΜΗ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΦΥΣΙΚΩΝ ΑΙΤΙΩΝ ΚΑΙ ΜΕΤΕΩΡΩΝ.

NICEPHORI COMPENDIVM CAVSSARVM NATVRALIVM, ET METEORORVM.

NΙκηφόρȣ μοναχȣ̃ ϗ πρεσβυτέρȣ τοῦ κτίτορος εἰσαγωγικῆς ἐπιτομῆς περὶ τῶν φυσικῶν αἰτίων καὶ μετεώρων. *Nicephori monachi & presbyteri monasterii Creatoris Epitome Isagogica de naturalibus caussis, & de iis, quae fiunt in sublimi.* Idem omnino opus cum illo Codicis XV huius Plutei, de quo supra pag. 345. §. I. Clauditur vero hac amanuensis subscriptione: Ε'τελειώθη ἡ βίβλος αὕτη παρ' ἐμȣ̃ Λέοντος ἀναγνώςȣ ἐν μηνὶ Δεκεμβρίῳ τοῦ ἔτους ,ςωκγ'. κ̀ οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθέ μοι διὰ τὸν κύριον. *Absolutus est hic liber manu mea Leonis lectoris, mense Decembri, anno* 6823. (Christi MCCCXV.) *Qui legitis orate pro me Dominum.* De hoc Leone anagnoste, seu lectore nulla in Montfauconii Palaeographia Graeca occurrit mentio. COD. XXXI.

Codex Graecus bombycinus Ms. in 8. Saeculi XIV. cuius folia sex priora recentiori manu suppleta sunt. Constat foliis scriptis 210.

ΩΚΕΛΛΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΠΑΝΤΟΣ ΦΥΣΕΩΣ.

OCELLI DE NATVRA VNIVERSI.

COD. XXXII. OCelli *de Vniversitate Libellus*, cui maioribus litteris rubricatis hic titulus adponitur: *Τάδε συνέγραψεν Ὤκελος ὁ Λευκανὸς περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως, τὰ μὲν τεκμηρίοις σαφέσι παρ' αὐτῆς τῆς φύσεως ἐκμαθὼν, τὰ δὲ καὶ δόξῃ μετὰ λόγου τὸ εἰκὸς ἀπὸ τῆς νοήσεως στοχαζόμενος*. *Haec conscripsit Ocellus Lucanus de universi natura, alia quidem argumentis manifestis ab ipsa natura edoctus, alia vero & opinione cum ratione probabili a cogitatione adsequutus*. Inc. *Δοκεῖ γάρ μοι τὸ πᾶν*. Des. *τὰ γεννώμενα*. Ocellus, *Ὤκελλος*, sive *Ὄκελλος*, seu *Ὄκκελλος*, Lucanus, cuius nepotes convenisse se scribit Archytas Epist. ad Platonem, & ab eius nepotibus scripta Ocelli *περὶ νόμου, περὶ βασιλείας καὶ ὁσιότητος καὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως* accepisse, apud Laertium VIII. 80. Ex his tamen omnibus Ocelli scriptis superest tantum integer hic *de Vniversitate* Liber, qui primum Graece prodiit Parisiis MDXXXIX. 4. atque iterum apud Guil. Morellum MDLV. 8. Latine vertit Guilelmus Christianus, Francisci I. Medicus, Lugduni MDXLI. Deinde Graece cum versione sua & notis Ludovicus Nogarola, addita epistola ad Adamum Fumanum Canonicum Veronensem de viris illustribus genere Italis, qui Graece scripserunt, edidit Venetiis MDLIX. 8. Fallitur Nogarola, qui se primum Latine Ocellum dare credidit; sed non minus fallitur Gaddius, qui T. II. p. 128. adfirmat, Nogarolam non sui ipsius, sed Guil. Christiani versioni notas suas adiunxisse. Inde prodiit cum versione nova, paraphrasi, & commentariis Caroli Emmanuelis Vizanii Bononiensis, qui duobus Mss. Vaticanis, & uno Th. Bartholini Codice ad emendandum Graecum contextum usus est, Bononiae MDCXLVI. 4. Amstelod. MDCLXI. 4.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 12. Saeculi XV. vel XVI. cuius forma characterum ita eleganter expressa ac veluti depicta est, ut paene typis excusam diceres. Constat paginis 24. seu foliis 12. ipsorum enim utraque facies numeratur.

ΟΠΠΙΑΝΟΥ ΑΛΙΕΥΤΙΚΟΝ.

OPPIANI DE PISCIBVS.

OPpiani *de Piscatione Libri V.* cum Vita poëtae in principio, quae inter editas in prolegomenis Oppiani Operum edit. Lugd. Batav. MDXCVII. in 8. illa est, quae secundo loco adfertur ex Palatino Cod. Ms. minore descripta. Adcedunt pauca quaedam scholia in principio, & glossae interlineares per totum poëma, ita tamen minuto charactere conscriptae, ut vix legi possint. Singulis autem libris breves Capitum indices sunt praevii, quorum pars iniuria temporum evanuit. Liber II. hoc disticho iambico clauditur: COD. XXXIII.

Τῷ δόντι μοι νῦν τὴν τελευτὴν τῆς βίβλου
Δόξαν προσάγω τὴν προσήκουσαν Λόγῳ.
Danti nunc mihi finem libelli
Gloriam offero convenientem Verbo.

Liber V. in fine mutilus desinit una cum Codice in versu,

Ῥινὸς ὑπὲρ μελέων στερεὴ λάχεν, κ. λ.

qui est 378. Magnam autem Codicis factam fuisse mutilationem ex eo arguitur, quod in primo Codicis folio legitur haec epigraphe: *Ὀππιανὸς ποιητὴς περὶ ἰχθύων, καὶ ὁ Ἄρατος περὶ ἀστέρων*, Arati enim poëtae ne unicus quidem versus apparet. Ex scholiis unum illud speciminis loco sit, quod sub initium primi Libri ita habet: *Ἔθνεα, καὶ οὐκ εἶπε πλήθη, ἢ φῦλα, διὰ τὸ γινώσκειν τὰ θαλάσσια ζῶα ἀλλήλων ἐσθίοντα δίκην ἐθνῶν, ἢ διὰ τὸ, ὥσπερ τὰ ἔθνη, ἄλλοσε καὶ ἄλλοσε κατοικεῖν. ἀλλαχοῦ γὰρ οἱ Πέρσαι, καὶ ἀλλαχοῦ οἱ Σκύθαι, καὶ ἄλλα ἄλλως· οἱ μὲν ἐν αἰγιαλοῖς, ἕτεροι δὲ ἐν πόντῳ, καὶ ἄλλοι ἐν προποντίδι, καὶ ἁπλῶς οἱ καθέκαστον ἴδιον τόπον πρὸς οἴκησιν ἔχουσι*. Concordat cum illis, quae habentur ad calcem cit. edit.

Codex Graecus bombycinus Ms. in 4. Saeculi XIV. scriptura partim ob vetustatem evanida, partim madore corrupta. Constat foliis scriptis 37.

FINIS PLVTEI LXXXVI.

BIBLIOTHECAE

MEDICEAE LAVRENTIANAE CATALOGVS.

PLVTEVS LXXXVII.

QVI CONTINET GRAECOS CODICES MSS. XXVI. ET VNVM EDITVM.

CODEX I.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

ARISTOTELIS DE HISTORIA ANIMALIVM.

Ac praeterea

De generatione eorumdem.

I. p. 1. *Ristotelis de historia animalium Libri X.* Concordant quoad initium & finem cum editis in citata edit. T. I. a pag. 761. ad pag. 966.

II. pag. 66. *Eiusdem de generatione animalium Libri V.* Ibid. a pag. 1047. ad pag. 1149. Hos autem Libros quinque diversae manui debemus.

Codex Graecus chartaceus Ms. in folio, Saeculi XV. nitidissimus. Constat foliis scriptis 132.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

ARISTOTELES DE HISTORIA ANIMALIVM.

Ac praeterea

Alia tum eiusdem, tum Theophrasti Opera.

COD. II. IN hoc nitidissimo Volumine nonnulla Aristotelis Opera continentur, quae ab Aldo editorum secundam partem constituunt. Quum vero quinque Volumina Operum Aristotelis ab Aldo impressa habere integra, difficillimum sit, ideo heic accuratam singulorum descriptionem subiicere non iniucundum studiosis putavimus.

Anno igitur MCCCCXCV. ex eius officina prodiit Aristotelis Organum, cui praeeunt Aldi Manutii Romani Dedicatoria ad Albertum Pium, Principem Carpensem, Epistola Latina, & duae Graecae ad lectorem Praefationes, haec Scipionis Carteromachi Pistoriensis, illa Alexandri Bondini, cum Graecis Epigrammatibus, altero Carteromachi tetrasticho, altero Aldi hexasticho. Huic Volumini adponuntur signaturae infra paginas, quaternionum indices. Ad calcem Porphyrii, *Ἔπαινος, τιμὴ ϗ δόξα Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ λυτρωτῇ ἡμῶν*. Ad calcem Aristotelis Categoriarum, *δόξα Πατρὶ ϗ Υἱῷ ϗ Ἁγίῳ Πνεύματι. Ἀμήν*. Ad calcem denique totius libri, *τῷ Θεῷ δόξα τε καὶ χάρις. Ἀμήν*. *Registrum operis. Impressum Venetiis dexteritate Aldi Manucii Romani. Calendis Novembris. MCCCCLXXXXV.* Hoc autem Volumen in nostra servamus privata bibliotheca.

Anno MCCCCXCVII. prodierunt

I. pag. 2. *Libri novem de historia*,

II. pag. 146. *Quatuor de partibus*,

III. p. 205. *Vnus de incessu animalium*. (1)

IV. pag. 214. *b. Tres de Anima*.

V. pag. 247. (per errorem 547.) *Parva ut vocant naturalia*, quae undecim constant libellis, & quidem hoc ordine, nimirum:

I. *de sensu & rebus sensibilibus*.

II. p. 260. *de memoria & reminiscentia*.

III. pag. 264. *de somno & vigilia*.

IV. pag. 269. *de insomniis*.

V. pag. 273. *b. de divinatione per somnum*.

VI. pag. 275. *b. de motu animalium*.

VII. pag. 362. *b. de longitudine & brevitate vitae*.

VIII. pag. 365. *b. de iuventute & senectute, vita & morte*.

IX.

(1) Hic unus est ex undecim libellis, qui Parva Naturalia constituunt.

IX. pag. 368. *b. de respiratione*.

X. pag. 379. *b. de spiritu animali*.

XI. est *de animalium incessu*, quem ante libros tres de anima collocatum innuimus supra §. III. inter illum vero de motu animalium, & alium de longitudine & brevitate vitae inserti sunt

VI. pag. 282. *De generatione animalium Libri V*.

VII. pag. 385. *b. De coloribus Liber*.

VIII. pag. 394. *b. De physiognomia*.

IX. pag. 404. *b. De admirandis narrationibus*.

X. pag. 419. *De Xenophanis, Zenonis & Gorgiae dogmatibus*.

XI. pag. 426. *b. De lineis insecabilibus*.

XII. pag. 435. *b. Theophrasti de piscibus*.

XIII. pag. 437. *De vertiginibus*.

XIV. pag. 439. *De lassitudinibus*.

XV. pag. 441. *b. De odoribus*.

XVI. pag. 451. *b. De sudoribus*.

Et hoc est secundum Volumen, quod prae manibus habemus, & a nobis etiam privatim servatur, eidem Alberto, cui etiam tres proximi, dicatum. In Aldi Epistola haec sunt notanda: *Quod si hos de animalibus libros cum iis conferes, quos miro successu Theodorus Gaza, licet Graecus homo, tamen & Latine & Graece eruditorum omnium aetatis suae facile princeps, fecit Latinos, brevi quantum profeceris non poenitebit. Ibi enim utriusque linguae proprietatem licet cognoscere; quod & nobis, & Graecis est apprime necessarium. Nullus est, mihi crede, Graecus liber, in quo facilius disci Graeca lingua possit ab hominibus nostris propter Theodorum. Sic Graece didicit Hermolaus Barbarus, sic Picus Mirandula avunculus Tuus, sic Hieronymus Donatus, sic Angelus Politianus, summo viri iudicio, summo ingenio, ac undecumque doctissimi; sic denique quicumque Graecas litteras callet temporibus nostris. Idem & Tibi, mi Alberte, censeo faciendum, ut, quum & Tu non mediocri sis ingenio, iis, quos praedixi, & eloquio par fias, & scientia rerum. Consuluit labori nostro Franciscus Caballus, multi homo studii, philosophusque doctissimus, ac excellens Venetiis medicus. Is enim libellum de ordine librorum Aristotelis in philosophia accurate quidem & erudite composuit, quem ipsi brevi excusum formis publicabimus* (1). Huic Volumini apponuntur, non tantum signaturae, sed & ciphrae in adversa quaque foliorum pagina supernae, & reclamantes, ut vulgo appellantur, voculae. Ad calcem *registrum quinternionum*, Α῎παντά εἰσι πεντάδια πλὴν τȣ͂ XX τελευταίȣ, ὅπέρ ἐςι τετράδιον. *Omnes sunt quinterni praeter* XX. *quaternum*. Ε'ν Ε'νετίαις, ἐν οἰκίᾳ Α῎λδȣ τοῦ Μανουτίȣ. X. HHHH (2) ΔΔΔΔΠΠ. γαμηλιῶνος φθίνοντος τρίτῃ. *Venetiis in domo Aldi Manutii Ianuarii die XXIX. M. III. D.* Heic in fine Voluminis seorsim impressus est *Aristotelis Liber X. de animalium historia* (3) cum hac monitione: *En, Tibi, lector charissime, fragmenta ea, quae Gaza in prooemio de animalibus in nonnullis Codicibus tum Graecis, tum Latinis inveniri ait; quae suo fortasse loco impressa legeres, si suo tempore in manus nostras venissent. Nunc vero hoc loco adiecta maluimus, quam Te iisdem qualibuscumque fraudari. Vale*. Notandum huius decimi libri finem diversum ab illo esse, quem Graece exhibet editio Du-Vallii Tom. I. pag. 965. Heic enim habetur textus Graecus etiam paragraphi LII. cuius Latina tantum versio legitur inibi sub initium pag. 966.

Eodem anno paullo post subsequuti sunt Libri Aristotelis octo de Physico auditu, quatuor de Caelo, duo de generatione & corruptione, quatuor de Meteorologicis, unus de Mundo ad Alexandrum; Philonis de Mundo; Theophrasti de igne, ventis, lapidibus; Anonymi de signis aquarum & ventorum. His praemittuntur Vita Aristotelis ex Laërtio, & Ioanne Philopono, Theophrasti ex Laërtio, & Historia Galeni de philosopho. Ad calcem Α῎παντα τετράδιά ἐςι πλὴν τοῦ ✻ ϗ CΓ ϗ K. ἐκεῖνα γὰρ τριάδια. *Sunt omnes quaterni exceptis* ✻ *&* CΓ *&* K. *illi enim terni*. Ε'γράφη ἐν Ε'νετίαις τῇ καττιτερίνῃ χειρὶ ἐν οἰκείᾳ (repone οἰκίᾳ) Α῎λδȣ τοῦ Μανȣτίȣ Ρ῾ωμαίȣ ϗ φιλέλληνος, θαργηλιῶνος φθίνοντος X. HHHH |Δ| ΔΔΔΔΠII. ,α.υ.ϥ.ζ΄. *Exscriptum Venetiis manu stannea in domo Aldi Manutii Romani & Graecorum studiosi mense Februario. M. III. D.*

Eodem pariter anno post spatium trimestre editi sunt Libri Theophrasti decem de plantis, & quatuor de plantarum caussis; Aristotelis, & Alexandri Aphrodisiensis Problemata; Aristotelis Libri de Mechanicis; eiusdem & Theophrasti de Metaphysicis. Ad calcem tabula quinternorum, quaternorum, & ternorum. Ε'γράφη ἐν Ε'νετίαις, ἐν οἰκείᾳ (repone, uti prius, οἰκίᾳ) Α῎λδȣ τοῦ Μανȣτίȣ, ἑκατομβαιῶνος νȣμηνίᾳ. X. HHHH. |Δ| ΔΔΔΔΠII. ,α. υ. ϥ. ζ΄. *Exscriptum Venetiis in domo Aldi Manutii, Calendis Iunii M. III. D.* & hoc privatim habemus.

Anno demum MCCCCXCVIII. finitum est Aristotelis quintum & ultimum Volumen, Libros eius Ethicos, Politicos, & Oeconomicos complectens. Ad calcem, *Registrum*, Α῎παντα πεντάδια, πλὴν KKKK δυαδίȣ, XXXX ϗ ΓΓΓΓ τριαδίων, ΨΨΨΨ ϗ KKKK ἑξαδίων. *Omnes quinterni praeter* KKKK *duernum*, XXXX *&* ΓΓΓΓ *ternos*, ΨΨΨΨ *&* KKKK *sexternos*. *Venetiis M. II. D. mense Iunio apud Aldum*.

Codex Graecus chartaceus ab Aldo Venetiis impressus A. MCCCCXCVII. in folio. Constat foliis 465.

API-

(1) Hunc Caballi librum nondum vidi.

(2) Heic omittitur |Δ|.

(3) Montfauconius in suo Catalogo XX. appellat, propterea quod littera K' denotetur, quae tamen Peripateticorum morei n numeratione librorum usitato, non XX. sed X. significat.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΓΕΝΕΣΕΩΣ.

ARISTOTELES DE GENERATIONE ANIMALIVM.

Seu potius

Aristotelis fragmentum de generatione animalium, ac Plotini Enneades sex.

COD. III.

I. pag. I. IN primis duobus foliis continetur *fragmentum ex primo Aristotelis Libro de generatione animalium*, cum scholiis marginalibus. Inc. Ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἄλλων. Desinit in verbis: καὶ οἱ ἰχθύες, ὅσοι ὠοτοκοῦσιν εἰς τὸμ . . . . . . quae pertinent ad Cap. III. & incidunt in cit. edit. T. I. pag. 1049. lin. 50. Scholia vero inc. Σκοπὸς τῷ Ἀριστοτέλει ἐν τῇ προκειμένῃ πραγματείᾳ περὶ τοῦ ποιητικοῦ αἰτίυ διαλαβεῖν. ἐν γὰρ τῇ περὶ ζώων μορίων περὶ μόνυ τοῦ ὑλικοῦ, καὶ προσέτι τοῦ τελικοῦ, ὃ δὴ τῷ εἰδικῷ ἐπὶ τῶν φυσικῶν συντρέχει πραγμάτων, διείληφε, κ. λ.

II. pag. 3. Πορφυρίυ περὶ Πλωτίνου βίυ, καὶ τῆς τάξεως τῶν βιβλίων αὐτῦ. *Porphyrii de vita Plotini, eiusque librorum serie*, sive *Plotini Enneades VI.* praevia *ipsius vita ac librorum serie*, auctore Porphyrio. Vita inc. Πλωτῖνος ὁ καθ' ἡμᾶς γεγονὼς φιλόσοφος. Des. αὐτὸ σημαίνει τὸ ἔργον. Pag. 11. Enneadis primae Liber I. praevio indice, inc. Ἡδοναὶ καὶ λῦπαι, φόβοι τε καὶ θάῤῥη. Enneadis VI. Liber IX. & ultimus des. φυγὴ μόνυ πρὸς μόνον. Concordat initium & finis singulorum librorum cum editione Graec. Lat. Basil. MDLXXX. fol. ex officina Petri Pernae cum versione, argumentis & analysi Marsilii Ficini. Interim notandum, in postremis quinque Codicis foliis nonnulla, quae suo loco fuerant ab exscriptore praetermissa, fuisse reddita: ea vero sunt pars Libri quinti, & totus Liber sextus Enneadis quartae incipiendo a verbis, καὶ οἱ ἐκχέοντες δὲ τὰς ὄψεις, κ. λ. cit. edit. p. 442. lin. 47. usque ad illa, οὔτε οἱ ἀσώματον. Ibid. pag. 455. lin. ult. Horum vero omissio incidit in Codicis paginam 108. *b.* ubi propterea adscriptum est in margine λείπει. Vitam Plotini a Porphyrio conscriptam, & Enneadibus praemissam, praeter memoratam edit. Basileens. exhibet quoque Graece & Latine Fabricius Bibl. Graec. Vol. IV. pag. 91. seqq.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saeculi XIII. cum notis & correctionibus marginalibus manu fortasse Marsilii Ficini: de hoc enim Codice ita in prima adnotavit pagina αὐτοχειρὶ Holstenius: *Hoc exemplari usus est Marsilius Ficinus, ut ex eius correctionibus notisque marginalibus apparet*. Constat foliis scriptis 198.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΓΕΝΕΣΕΩΣ.

ARISTOTELIS DE GENERATIONE ANIMALIVM.

Adde etiam

Alia eiusdem Opera philosophica.

COD. IV.

I. pag. I. A*ristotelis de generatione animalium Libri V.* ut in edit. cit. T. I. a pag. 1047. ad pag. 1149.

II. pag. 70. *b. Eiusdem de historia animalium Libri IX.* (1). Tom. cit. a pag. 761. ad pag. 957. Primus inc. Τῶν ἐν τοῖς ζώοις μορίων. Vltimus des. προϊούσης δὴ τῆς ἡλικίας. Aliquod tamen discrimen in ipsorum divisione ac dispositione deprehendimus: ex secundo enim Libro duo fiunt in Codice, quorum prior desinit in verbis σαρκὸς τὴν φύσιν (edit. pag. 787. lin. 6.) alter incipit a verbis: Τῶν δ' ἐνύδρων ζώων, κ. λ. (quae sunt prima Cap. XIII.) septimus vero Liber, qui inc. Περὶ δ' ἀνθρώπων γενέσεως, κ. λ. & des. προϊούσης δὴ τῆς ἡλικίας, est ultimus in Codice. Clauditur Opus sequenti heptasticho iambico:

Πόνημα πλεῖστον τῆς γραφῆς τοῦ βίβλίυ,
Δόσις δὲ μικρά· τὴν ἀτυχίαν βλέπε,
Καὶ μᾶλλον εἰπεῖν, τὴν τοσαύτην μωρίαν.
Σὺ δ' ὁ βλέπων νόησον, εἰ θέλεις, φίλε,
Καὶ τῷ κόπῳ δίδοιο ναὶ καὶ τὴν δόσιν.
Δόξεις γὰρ ἡμῖν προσφιλέστατος πλέον.
Οἱ γὰρ λόγοι πόνημα τῷ λόγων δότῃ.
Labor plurimus scriptionis libelli,
Merces vero exigua: infortunium vide,
Et ut verius dicam, talem stultitiam.
Tu vero haec videns sapito, si vis, amice,
Ac labori redde utique mercedem;
Ita enim videberis nobis amicus maxime:
Verba enim labor sunt verba danti.

III. pag. 145. *Eiusdem Problemata physica* κατ' εἶδος συναγωγῆς, *collectionis forma*. Inc. Διὰ τί αἱ μεγάλαι ὑπερβολαὶ, κ. λ. Desinunt imperfecte in verbis: ὅτε τὸ ἐναντίον . . . . . Cit. edit. Tom. II. pag. 677. seqq. Vltima autem verba, quae retulimus, incidunt in p. 802. lin. 13. & pertinent ad sectionem XXVI. In Codice folia quatuor vacua ad supplendum defectum relicta sunt. Ex hisce autem Problematis nova Codicis quaternionum numeratio fit, ita ut ex alio Codice in hunc translata videantur; manus vero eadem apparet.

IV. pag. 191. *Eiusdem de animalium incessu Liber*. Tom. I. pag. 733. In margine vero legitur titulus sequens Latine manu vetusta exaratus: *Eiusdem de motu animalium quadrupedum, & animalium habentium duos pedes, & de motu aliorum animalium non habentium pedes*. Hic liber una cum sequenti, diversa manu conscriptus est, & glossis interlinearibus, ac scholiis marginalibus abundat.

V. *Eius-*

(1) Corrige Montfauc. qui in suo Catalogo *libros tantum priores octo* contineri in hoc Codice adserit.

V. *Eiusdem de sensu & sensili*. Ibid. pag. 662. (per error. 638.)

VI. pag. 206. *Eiusdem de animalium motione*. Ibid. a pag. 700. ad pag. 709.

VII. pag. 211. *b. Eiusdem de longitudine & brevitate vitae liber*. Ibid. a pag. 710. ad p. 714.

VIII. pag. 213. *b. Eiusdem de senectute & iuventute, vita & morte, & de respiratione*. Ibid. a pag. 714. ad pag. 732.

Codex Graecus papyrac. Ms. in 4. maiori, Saeculi XIV. Ioannicii manu, praeter ea, quae §. IV. & V. continentur, exaratus. Constat foliis scriptis 222.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΦΥΣΙΚΑΙ ΑΚΡΟΑΣΕΙΣ ΜΕΤΑ ΣΧΟΛΙΩΝ ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΧΥΜΕΡΙΟΥ.

ARISTOTELIS PHYSICAE AVSCVLTATIONES CVM SCHOLIIS GEORGII PACHYMERII.

COD. V.

CONtinet *Aristotelis Physicae auscultationis*, seu *doctrinae naturalis Libros VIII. cum expositione marginali Georgii Pachymeris*, ut in primo folio Latina manus his verbis adscripsit · *Aristotelis Physicae commentarii Georgii Pachymeris*. Mutilus tamen est in principio tam Aristotelis textus, quam Georgii Commentarius. Ille enim incipit a verbis... ὥσπερ Δημόκριτος, τὸ γένος ἓν, κ. λ quae pertinent ad Cap. II. Libri I. & incidunt in cit. edit. Tom. I. pag 316. lin. 7. Commentarii vero initium ita habet: Δημόκριτος Ἴων κ̀ Α'βδηρίτης ἦν, κ̀ τῶν πάντων καταγελῶν· ὅμως περὶ ἀρχῶν διαλαμβάνων φυσικῶν, τὸ μὲν γένος τέτων ἐτίθει ἓν, κ. λ. Desinit Expositio in Librum octavum hoc pacto: σὺ δὲ κ̀ ἀμερὲς εἴποις ἂν αὐτὸ καὶ ἀμέγεθον, ὡς μηδὲν ἔχον σῶμα, κ̀ ἄπειρον αὖθις, ὡς ὑπ' οὐδενὸς περιεχόμενον. τί γὰρ ἂν τῶν κτισμάτων τὸν κτίσαντα περιέχοι. Inter expositores horum Aristotelis librorum nulla de Georgio Pachymere mentio fit apud Fabricium Bibl. Graec. Vol. II. pag. 125. Huic autem tribuit Latina, quam mox retulimus, epigraphe, propterea quod in fine leguntur versus quidam heroici in laudem libri, adscripto nomine Τοῦ Παχυμέρη. Ii vero sunt:

Φύσιος ἥψαο ἀκαμάτοισι νόοιο μενοιναῖς
Α῎τε τελῆεν σχὼν κέαρ ἐν νοΐ, σῶμά τε φύσει
Ο῎σσά τε καπφύσιν ὥσπερ ἑὴν φύσιν οὔτοι ἀπέδρα
Ὡ'ς σὸς ἀλυκτοπέδας οὐκ ἔκφυγεν, ὥς ἐγένοντο,
Ὥςε γεγῶτ' ἔνι, κ̀ ὡς φθιτῆς ἔμμορε μοίρης.
Ταῦτ' ἄρα θείαις μή τισι φύσιος ὄντα ἄποινα
Αἰὲν ἀθύρματ' ἔασσι παλιμπλάγκτοιο χρόνοιο,
Σεῖο δ' ἐπιφροσύνης πυκινὰ σπουδάσματα κλυτά.
Μετρεῖ ταῦτα φύσις, μετρεῖ χρόνος. οὐδέ σε λήθει
Μέτρον ἔχοντα χέρεσσιν ἀειμνήστοιο σοφίης,
Α'τὰρ ἔγνως ἔγνως καὶ ὅσ' οὐκ ἔδαέν γε βέβηλοι.
Καί γε τὸ σῆς σφεδανῆς διζήσιος ἆθλον ἀπηύρας,
Εὗρες καὶ πόλον, οὔτι γ' ἔρημον ἐόντα προνοίης,
Εὗρες νώνυμον ἀΐδιον κράτος ἀμερὲς αἰὲν
Ὡ'σαύτως ἔχον, ἠδ' ἀκίνητον ὑπ' οὐδενὸς ἄλκαρ,
Ε'κτὸς ἐὸν πόνυ, ὡς δὲ πάσης μεταβλήσιος ἔξω.
Καί ἑ καθίζεις ἄνω, ὅπυ τιμιώτατον αὐτῷ.
Στῆθι, πέρα μὴ ζήτεε, ἄβατόν ἐςι τὸ πόρσω
Καί γε σοφοῖς πᾶσι καί γ' ἀσόφοις κενὸς ὅς γε μαςεύσει
Ἠ'ύτε σὺ δὲ σοφὸς, σοφίης μέτρα οἶσθα βροτείης,
Καὶ οἱ προσκύρσας ὅσ' ἐρύματ' ἀδηρίτῳ ἔςης
Στήσω γραφίδα καὐτὸς ἄρ' ἐνθάδε, ἠΰτε κώπαν,
Α῎λα διερχόμενος μειλίγματ' ἄγων πνοιῶν σῶν.
Ο῎ττι κινῶν ἔςης, ἀμενηνὸς ἐγὼ γεγαώς τις
Πλεῖον ἔχων ἢ σὺ ὕμνον ἄνειν πατρὶ ἁπάντων.
Ταῦτ' ἄρα σοὶ χριςώνυμος ἱερὸς αἰὲν ἀλιτρὸς
Α'χρεῖόν τε Γεώργιον, ἀλλ' ἀγαθοῖο φυτυργοῦ,
Καὶ πάχος οὖλος, ὕλη τ' οὐκ ἐκ μέρεος πλέα αἴσχυς
Ἥμμενὸς ὀφφικίων ἱερῶν ῥιπαῖσιν ἀχράντοις.
Καί γε φέρων ἐν ἱρῷ μεγάλῳ πρωτέκδικον αὖχος,
Ε῎κδικος οὔποτε δειχθεὶς πρώτης εἰκόνος ἀμῆς·
Καὶ φυλακήν γε δικαίυ πιςευθεὶς ἐν ἀνάκτων.
Οὔποτ' ἐμαυτὸν ἀπ' ἐχθρῶν δικάσας ὀλεθρίων,

Codex Graecus chartaceus Ms. in folio, Saeculi XIV. difficilis & intricatae scripturae. In primis novem foliis glossae etiam Latinae interlineares occurrunt: in ultimo vero subscriptio, quam in aliis etiam reperimus: *Gorus Prior sante Crucis, Zamerarius Generalis, & Dominus Lucensis Episcopus*. Constat foliis scriptis 155.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΤΗΣ ΦΥΣΙΚΗΣ ΑΚΡΟΑΣΕΩΣ ΤΟ Δ'.

ARISTOTELIS PHYSICAE AVSCVLTATIONIS LIBER IV.

Adde

Ioannis Philoponi in ipsum Commentarius.

COD. VI.

COntinet hic antiquissimus Codex *Aristotelis Librum quartum naturalis auscultationis*, sive *de naturalibus principiis, cum amplissimo Commentario Ioannis Philoponi*, qui singulis philosophi textus sectionibus, quae alphabeti Graeci litteris invicem distinguuntur, subiectus est. Textus initium & finis concordat cum cit. edit. Tom. I. a pag. 351. ad pag. 373. Commentarius vero inc. Τὸ μὲν προκείμενον ἐν τύτῳ τῷ βιβλίῳ περὶ τόπου κ̀ χρόνου. Des. τὰ μέν τοι μετρέμενα διάφορα el-

εἶναι. In Libros quatuor priores huius Aristotelici Operis Commentarius Ioannis Philoponi Graece lucem vidit, teste Fabric. Bibl. Graec. Vol. II. pag. 125.

In calce ultimae paginae legitur: *Anno Domini MCCCCXV. V. mensis Septembris ego presbyter Christoforus de Bondelmontibus de Florentia emi hunc librum in monte Iucta in monasterio S. Salvatoris insulae Cretae hyperperis XI.*

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XI. optime servatus, praeter tria folia in principio, madore ac tineis aliquantum consumta. Constat foliis scriptis 326.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΦΥΣΙΚΗ ΑΚΡΟΑΣΙΣ.

ARISTOTELIS NATVRALIS AVSCVLTATIO.

Adde etiam

De Caelo, de generatione & corruptione, & meteorologicorum Libros.

COD. VII. I. pag. 1. *Aristotelis naturalis auscultationis, sive de naturalibus principiis Libri VIII.* ut in edit. cit. T. I. a pag. 315. ad pag. 431.

II. pag. 121. *Eiusdem de Caelo Libri IV.* Ibid. a pag. 431. ad pag. 493.

III. pag. 200. *b. Eiusdem de generatione & corruptione Libri II.* Ibid. a pag. 493. ad pag. 527.

IV. pag. 247. *Eiusdem meteorologicorum Libri IV.* Ibid. a pag. 528. ad pag. 600. In Codice tamen Liber quartus a tertio minime seiungitur.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XIV. Ioannicii manu, ut videtur, exaratus, glossis interlinearibus & scholiis marginalibus abundans. Constat foliis scriptis 302.

ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΣ.

ARTEMIDORVS.

COD. VIII. I. pag. 1. Continet hic antiquissimus atque optimus Codex *Artemidori Daldiani Oneirocritica*, sive *de somniis Libros V.* quorum primos tres in gratiam illustris cuiusdam viri Cassii Maximi conscripsit; postremos vero duos ad Artemidorum filium misit. Praecedunt autem singulis Praefationes, sive Epistolae nuncupatoriae, & Capitum tabulae, primo Libro & ultimo exceptis, qui nullam habent tabulam praemissam. Primus Liber, cuius Capita sunt LXXXIX. inc. Πολλάκις προετράπην. Def. τῆς βίβλȣ λόγον ἀποδώσω. In editione Graec. Lat. Nicolai Rigaltii Parisiis ex officina Claudii Morelli MDCIII. 4. a pag. 1. ad p. 78.

II. pag. 43. Liber II. praevia Capitum LIX. tabula, inc. Ἐν μὲν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ, Def. ἡμῖν φασιν. Ibid. a pag. 79. ad pag. 161.

III. pag. 81. *b.* Liber III. cui Capitum LXXXII. tabula praecurrit, inc. Ἐπειδὴ, Κάσσιε Μάξιμε. Def. ἀποδίδωμι αὐτήν. Ibid. a p. 162. ad pag. 193.

IV. pag. 97. Liber IV. post tabulam Capitum LXXX. inc. Ἐπειδὴ κατὰ δαίμονα. Def. ἄλλο σοι βιβλίον ποιῆσαι. Ibid. a pag. 194. ad pag. 251.

V. pag. 125. Liber V. qui est de somniorum eventibus, inc. Ἀξίως μὲν, ὦ τέκνον, ἐγκαλεῖν. Def. ἀδόξως κατέλυσεν. Ibid. a pag. 252. ad pag. 269. Artemidorus hic, qui Daldianus, quam Ephesius vocari maluit, licet paterno genere Ephesius, materno Daldianus esset, Hadriani & Antonini Pii temporibus vixisse se innuit Lib. I. Cap. XXVIII. & alibi, ut observat Rigaltius. Ex hisce autem quinque Libris, priores duo continent divinationem e somniis per rerum classes, de quibus obtingunt somnia; tertius sub titulo Φιλαλήθης ἐνοδίῳ paralipomena quaedam eiusdem argumenti complectitur, itemque quartus; quintus vero narrationes somniorum prope centum cum eorum eventibus persequitur. Praeter hoc Opus, οἰωνοσκοπικὰ etiam & χειροσκοπικὰ scripsisse Artemidorum testatur Suidas.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. maiori, Saeculi XI. in fine quatuor foliis nova manu suppletus. Constat foliis scriptis 134. In Codicis integumento haec minutissimis litteris adscripta sunt: *Iacobus Tollius e Grinnibus Traiectinus M. D. & Professor hist. Gr. Lat. & eloquentiae ordinarius in Academia Clivorum Teutoburgensi contuli hunc Codicem cum Rigaltii editione, ut hinc emendatiorem ederem. A.* CIↃ. IↃ. CLXXXVII. *mense Octobri.* Nos vero in recensione nostra multas variantes lectiones ab editione Rigaltii, praecipue circa divisionem & numerum Capitum in praemissis tabulis animadvertimus.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΑΦΡΟΔΙΣΙΕΩΣ ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΑ ΜΕΤΕΩΡΑ ΤΟΥ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.

ALEXANDRI APHRODISIEI COMMENTARIVS IN METEORA ARISTOTELIS.

Continet hic nitidissimus Codex *Alexandri Aphrodisiei in quatuor Libros Aristotelis de Meteoris Commentarium.* Aristotelis quidem textus non adfertur integer, sed innuuntur tantum loca, quorum explanatio fit, eaque rubris utplurimum litteris distinguuntur. Inc. Ἀρχόμενος τῶν μετεωρολογικῶν, πρῶτον μὲν ὑπομιμνήσκων εἰρημένων ἤδη περὶ τῶν ἐν τῇ φυσικῇ πραγματείᾳ, κ. λ. Def. λέγει γὰρ ἐν αὐτῷ πρῶ- COD. IX.

πρῶτον μὲν περὶ τῶν ὁμοιομερῶν μορίων, ἔπειτα περὶ τῶν ἀνομοιομερῶν, ἃ ἐςὶν ἐκ τέτων. Editus est Graece a Francisco Asulano una cum libro de mistione, & Ioannis Philoponi commentariis ad libros de generatione & interitu Venetiis MDXXVII. folio, ac Latine deinceps item Venetiis non una vice. Vide plura de hoc apud Fabric. B. G. Vol. IV. p. 69.

Codex Graecus chartac. Ms. in fol. minori, Saeculi XV. Constat foliis scriptis 111.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΦΥΣΙΚΗ ΑΚΡΟΑΣΙΣ.

ARISTOTELIS AVSCVLTATIO NATVRALIS.

Nec non

De generatione & corruptione Libri duo, tum Gregorii cuiusdam aneponymi, Pselli, Aphthonii, Tryphonis, Polybii Sardiani, Pythagorae, Hesiodi, Lycophronis, & Anonymi varia.

COD. X. I. pag. 1. IN primo folio leguntur statim sex versiculi valde obscuri, nimirum:

. . . (1) διττὸν οὐκ ἔχων τῶν πνευμάτων
Φέρει τὸ τριττὸν οὐδαμῶς τῶν σωμάτων.
Αὐτὸς μετασχὼν οὐ ῥεύσης τετράδος
Αἰσθήσεων πέφυκεν ἔξω πεντάδος,
Κίνησιν οὐ πάσχων δὲ διπλῆς ἑξάδος
Φέρει τὸ σεπτὸν τῆς ἀρίςης ἑπτάδος.

Tum sequuntur Excerpta quaedam dialectica valde brevia, & alia Geometrica, in quibus de Hippocrate Chio, & Antiphonte Geometra mentio fit, ac de quadratura circuli & lunularum ab ipsis reperta.

II. pag. 2. *b. Aristotelis Naturalis Auscultationis Libri VIII.* ut in edit. cit. Tom. I. a pag. 315. ad pag. 430. Scholiis autem marginalibus & glossis interlinearibus abundant.

III. pag. 60. *Eiusdem de generatione & corruptione Libri duo*, item cum scholiis usque ad totam paginam octavam, in qua vetus scriptura desinit: reliqua recentissima manus supplevit. Ibid. a pag. 493. ad pag. 527.

IV. pag. 88. Σύνοψις τῶν τεττάρων φιλοσόφων μαθημάτων. *Synopsis quatuor disciplinarum philosophicarum*, cui instar tituli praecedunt ista: Ὁ ταπεινὸς τάδ' ἔγραψεν ἐν μονοτρόποις Γρηγόριος τοῖς φιλομαθέσι, κ. λ. ut in Cod. XX. Plut. LVIII. Catalogi nostri Tom. II. p. 461. §. IV. quem vide. Tum sequitur alius titulus: Συνοπτικὸν σύνταγμα φιλοσοφίας. *Philosophiae Compendium*. Inc. Ὥσπερ οἱ ἀναγινώσκοντες. Des. πᾶσαν καὶ τέχνην ἰχνηλατεῖν. Exstat hoc Gregorii monachi aneponymi syntagma & in Biblioth. Caesar. Nessel. Catalog. Part. IV. Cod. XCIX. pag. 57. §. V. & pag. 96. Cod. CLXXIV. §. III. Prodiit sub Nicephori Blemmydae nomine Latine, Georgio Valla Placentino interprete, Basileae A. MDXLII. 8. sub Gregorii autem Aneponymi nomine Gr. & Lat. cura Io. Wegelini Augustani, Augustae Vindel. MDC. in 8. cum amplissimis eiusdem Wegelini ac doctissimis scholiis.

V. pag. 110. *b.* Sequitur deinde Liber quadripartitus *de quatuor mathematicis scientiis, Arithmetica, Musica, Geometria, & Astronomia*, ut in dicto Codice XX. Michaëli Psello tribuitur in memorato Codice CLXXIV. Biblioth. Vindob. p. 96. cit. §. IV.

VI. pag. 138. *b.* Δόξαι περὶ ψυχῆς. *Sententiae de anima*. Inc. Ὅτι τῶν ψυχικῶν δυνάμεων, αἱ μὲν εἰσιν ἄλογοι. Des. νῦν δὲ τοὐναντίον λεπτομερέςερος γίνεται. Agitur autem de anima eiusque facultatibus per dubitationes, & responsiones iuxta Aristotelis sententiam, qui saepissime nominatur. Hic Liber, in quo celebriorum philosophorum de anima opiniones referuntur, inscribitur alias περὶ δυνάμεων τῆς ψυχῆς, *de animae facultatibus*, & Michaëli Psello tribuitur ab Allatio in Diatriba de Psellis edit. Fabric. in calce Vol. V. Bibl. Graec. pag. 29. §. XLII. ex quo coniicere licet, etiam superiorem de quatuor mathematicis disciplinis tractatum eidem Psello adiudicandum omnino esse. Editus autem est Graece & Latine a Ioanne Tarino Andegavo versus, cum Origenis Philocalia; Zachariae Scholastici, Episcopi Mitylenensis, de Mundi Opificio; & Anastasii Sinaitae de hominis ad imaginem Dei & similitudinem creatione, Lutetiae Paris. apud Sebast. Cramoysi MDCXXIV. 4. Ni fallor, idem ipse est, quem Psello pariter tribuunt *de animo secundum variam philosophorum opinionem* Index Augustanus, & in Bibliotheca Viennensi Spachius.

VII. pag. 156. Ἀφθονίου σοφιςοῦ προγυμνάσματα. *Aphthonii sophistae progymnasmata* cum scholiis, & glossis valde crebris. Inc. Ὁ μῦθος ποιητῶν μέν. Des. ἀλλ' ἀρχὴ γενήσεται πάθος. Scholia incipiunt: Προετάγη τῶν λοιπῶν προγυμνασμάτων ὁ μῦθος, ἢ ὅτι τοῖς νέοις ἄρτι τῶν ποιητικῶν παυσαμένοις, ἃ ἐςι μυθώδη, ὡς γνώριμόν τι καὶ οἰκειότατον δέλεαρ, κ. λ. Vltima pagina quum de novo suppleta fuerit, scholia non habet.

VIII. pag. 178. Περὶ διαφόρων μέτρων. *De diversis metris* Anonymi Excerptum. Inc. Τρισύλλαβοι ὀκτὼ ἅπαντες. Des. τροχαῖος, ὡς οὖλος, καὶ πυῤῥίχιος.

IX. pag. ead. Πάθη λέξεων Τρύφωνος. *Tryphonis de dictionum adfectionibus* Libellus. Inc. Τὰ τῆς λέξεως πάθη εἰς δύο γενικώτατα διαιροῦνται. Des. οὐ δύο συλλαβῶν, ἀλλὰ μιᾶς. Alibi etiam occurrerunt.

X. pag. ead. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ τρόπων. *Eiusdem de figuris*. Inc. Τοῦ λόγου εἴδη δύο, τὸ μὲν κυριολογία κ. λ. Des. ἠδ' ἐγένοντο.

XI. pag. 179. *b.* Τὰ τοῖς θεοῖς ἀνατιθέμενα ζῶα. *Animalia diis sacra*, seu brevissimum Excerptum Anonymi de animalibus, quae cui-

(1) Primae litterae ob marginem interiorem Codicis corruptum perierunt.

cuique Numini dicata poëtae fabulantur.

XII. pag. ead. Quaedam pauca de dialecto Ionica circa verborum coniugationes.

XIII. pag. 180. Πολυβίου Σαρδιανοῦ περὶ σολοικισμοῦ. *Polybii Sardiani de soloecismo*. Inc. Σολοικισμός ἐστιν ἡμαρτημένη λέξεως σύνθεσις. Des. ἀντὶ τοῦ ὁ Ἀλκιμέδων.

XIV. p. ead. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν τῆς κατασκευῆς εἰδῶν. *Eiusdem de speciebus ornamentorum orationis*. Inc. Περὶ ὁμοιώσεως. Ὁμοίωσίς ἐστι λόγος, καθ' ὃν ὁμοιοῦμεν ἕτερον ἑτέρῳ, κ. λ. Des. τόσον βοάα ποτὶ χέρσον, καὶ τὰ ἑξῆς. Nulla de hoc Polybio Sardiano mentio fit a Fabricio in catalogo Grammaticorum editorum & ineditorum.

XV. pag. 181. *Quaedam chronologica ab ortu Moysis usque ad Eliam & Elissaeum*. Inc. Ἔτους μὲν διαγεγονότος. Des. Λυκοῦργος ἐνομοθέτει Λακεδαιμονίοις.

XVI. pag. ead. *b.* Γένος Ὁμήρου. *Vita Homeri*. Inc. Ὅμηρος ποιητὴς κατὰ μέν τινας Μαίωνος ἦν καὶ Υ῾ρνηθοῦς, κ. λ. Desinit in disticho, quem in eius tumulo sculpserunt, nimirum:

Ἐνθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει

Ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ὅμηρον.

XVII. pag. 182. *Quaedam astronomica de Phaenomenis, & de Sphaera*. Inc. Τὴν μὲν δεῖξιν τῶν φαινομένων δέον ποιεῖσθαι πρὸς τῷ νότῳ. Des. ἐν ἀμφοτέροις τοῖς ἡμισφαιρίοις. Subiungitur deinde brevis explicatio Arati phaenomenorum.

XVIII. pag. 183. *b.* Πυθαγορικὰ ἔπη τὰ οὕτω καλούμενα, στοιχείωσιν περιέχοντα τῆς τελειοτάτης τῶν Πυθαγορικῶν φιλοσοφίας. *Pythagorica quae vocantur carmina, continentia absolutissimae Pythagoreorum philosophiae elementa*. Inc. Ἀθανάτους. Des. οὐκέτι θνητός. Alibi etiam occurrunt. Heic vero scholiis quibusdam marginalibus instructa sunt.

XIX. pag. 184. Versus quidam ex Hesiodi Theogonia desumti, quorum primus est:

Ποιμένες ἄγραυλοι κάκ' ἔγχεα γαστέρες οἷον.

Vltimus vero:

Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες, ὁ δ' ὄλβιος, ὅν τινα μοῦσαι

Φιλέονται.

XX. pag. ead. *b.* Eiusdem alii versus excerpti ex Carmine inscripto *Opera & Dies*. Inc.

Ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης ἀθανάτων βουλαῖσιν ἔριν τι.

Des.

Λαοὶ φημίζουσι, θεὸς νύ τίς ἐστι καὶ αὐτή.

XXI. pag. 185. *b.* Excerptum paucorum versuum ex *Lycophrone*. Inc.

Σφιγγὸς κελαινῆς γῆρυν ἐκμιμούμενος,

Des.

Ἔγνω δ' ὁ τλήμων σὺν κακῷ μαθὼν ἔπος

Ὡς πολλὰ πέλει μ . . .

Reliqua desunt mutilato in fine Codice. Notandum tam Hesiodi, quam Lycophronis versus instar solutae orationis fuisse exaratos.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 4. Saec. XIV. difficillimo charactere conscriptus, nonnullis vero locis eleganter suppletus. Constat foliis scriptis 185.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΦΥΣΙΚΗ ΑΚΡΟΑΣΙΣ.

ARISTOTELIS NATVRALIS AVSCVLTATIO.

Ac praeterea

Alia eiusdem Opera Physica.

I. pag. 1. Aristotelis de Physico auditu Libri VIII. ut in edit. cit. T. I. a p. 315. ad pag. 430. COD. XI.

II. pag. 91. *Eiusdem de Caelo Libri IV.* Ibid. a pag. 431. ad p. 493.

III. pag. 144. *Eiusdem de generatione & corruptione Libri II.* Ibid. a pag. 493. ad pag. 527.

IV. pag. 173. *Eiusdem Meteorologicorum Libri IV.* Ibid. a pag. 528. ad p. 600.

V. pag. 237. *Eiusdem de sensu & sensili Libri II.* Ibid. a pag. 662. (per err. 638.) ad pag. 678. ubi unicus tantum Liber est; in Codice vero duo, quorum secundus incipit a Capite V. quod est περὶ ὀσμῆς καὶ ὀσφρήσεως.

VI. pag. 252. *b. Eiusdem de Anima Libri III.* Ibid. a pag. 616. ad p. 661.

VII. pag. 289. *Eiusdem de memoria & recordatione*. Ibid. a pag. 678. ad p. 684.

VIII. pag. 294. *Eiusdem de somno & vigilia Liber*. Ibid. a p. 684. ad p. 691.

IX. p. 299. *b. Eiusdem de insomniis Liber*. Ibid. a pag. 691. ad pag. 696.

X. pag. 304. *b. Eiusdem de divinatione per somnum*. Ibid. a pag. 697. ad p. 700.

XI. pag. 307. *Eiusdem de motu animalium*. Ibid. a p. 700. ad p. 709.

XII. pag. 314. *Eiusdem de longitudine & brevitate vitae Liber*. Ibid. a pag. 710. ad p. 714.

XIII. pag. 317. *Eiusdem de iuventute & senectute, vita & morte Liber*. Ibid. a pag. 714. ad pag. 718.

XIV. pag. 320. *Eiusdem de respiratione Liber*. Ibid. a pag. 718. ad p. 732.

Codex Graecus chartac. Ms. in folio minori, Saeculi XV. Videtur autem scriptus manu Ioannis Rhosi. Constat foliis scriptis 331.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΤΑ ΜΕΤΑ ΤΑ ΦΥΣΙΚΑ.

ARISTOTELIS METAPHYSICA.

Adde

Alexandri Aphrodisiensis in eadem Commentarium.

Aristotelis Metaphysicorum, sive postnaturalium Libri XIV. cum Commentario COD. XII.
Ale-

Alexandri Aphrodisiei, qui totum Codicis marginem undequaque ambit. Textus litteris grandioribus exaratus est, & concordat quoad initium & finem singulorum Librorum cum edit. cit. Tom. II. a pag. 838. ad pag. 1006. excepto quatuor posteriorum Librorum ordine, qui diversus est in Codice: qui enim in editione sunt decimustertius & decimusquartus, ii in Codice sunt undecimus & duodecimus; & contra qui in edit. sunt undecimus & duodecimus, ii in Cod. decimitertii & deciminquarti locum tenent: quorum postremus littera *N* denotatur, quae *XIII.* significat, propterea quod libri duo priores, qui in editione sub duobus numeris distinguuntur, in Codice littera *A* designantur, quorum alter *A* μεῖζον, alter *A* ἔλαττον nuncupantur, ut videre est etiam in tabella diversum istorum Librorum ordinem continente, quam exhibet Fabricius Bibl. Graec. Vol. II. pag. 147. atque haec quidem quoad Aristotelis textum breviter dicta sufficiant. Commentarius vero Alexandri inc. Ἐπειδὴ ἡ γνῶσις τελειότης ἐστὶ τῆς ψυχῆς. Des. εἰ οὖν ἐστι τὸ μὴ τιθέναι τὸ ἀγαθὸν ἐν ταῖς ἀρχαῖς. Notandum, huius Commentarii magnam partem recentissima manu & eleganti fuisse suppletam, scilicet dimidium Commentarii in librum XII. in totum XIII. & XIV. qui in edit. sunt XIV. XI. & XII. Textus vero Aristotelis totus adhuc superest vetusta manu exaratus. Alexandri Aphrodisiensis ὑπόμνημα in Libros XII. Metaphysicorum Latine tantum hactenus prodiit ex versione Ioannis Genesii Sepulvedae Cordubensis, Romae MDXXVII. Paris. MDXXXVI. Venetiis MDXLIV. & MDLXI. fol. Scholia vero, seu paraphrasis Graeca in XIII. & XIV. nondum, quod sciam, lucem vidit neque Graece, neque Latine. Sunt qui Commentaria haec in Aristotelis Metaphysica Alexandro Aegaeo, vel alteri cuicumque, aut Michaëli Ephesio maluerunt tribuere, veluti Franciscus Patricius & Antonius Scaynus; Aphrodisiei tamen dictionem & stylum sapere contendunt Antonius Possevinus Biblioth. Selectae Lib. XII. cap. 25. & Syrianus, qui saepe eadem adlegat.

Initio Codicis legitur: *Ex parte Occidentis de B. p.* (sc. *de bancho primo*) tum paullo infra subiungitur:

Iste liber est Conventus Sancti Marci de Florentia Ordinis Fratrum Praedicatorum, quem dicto Conventui donavit Magnificus vir Cosmas Iohannis de Medicis civis clarissimus Florentinus. Ponatur in B. p. ex parte Occidentis librariae minoris. Mox quum prima pagina Commentarii temporis vetustate corruisset, ab alia manu suppleta fuit.

Codex Graecus membranaceus Ms. in folio, Saeculi XIII. optimus. Constat foliis scriptis 603.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ ΠΕΡΙ ΚΟΣΜΟΥ.

ARISTOTELES DE MVNDO.

Ac praeterea

Michaëlis Pselli Omnifaria Doctrina, & Anonymi quaedam dialectica &c.

I. pag. 1. ARistotelis de Mundo Liber ad Alexandrum. Cit. edit. T. I. pag. 600. COD. XIII.

II. pag. 7. *Eiusdem de anima Liber primus* cum scholiis marginalibus uberrimis. Ibid. p. 616. Desinit imperfecte in verbis ὁμοειδῆ τοῖς μορίοις . . . quae incidunt in pag. 628. Cap. VIII. lin. 13.

III. pag. 16. Sequuntur Capita quaedam satis multa *de rebus physicis, ac theologicis, de meteoris, de mundo, de anima &c.* prorsus anepigrapha, quae tamen ad Michaëlem Psellum pertinere tandem comperimus, eaque esse, quibus eius παντοδαπὴ διδασκαλία, *Omnifaria* sc. *doctrina* constat, licet ordine prorsus diverso ab iis, quae Graece & Latine exhibet Fabricius in calce Vol. V. Bibl. Graec pag. 71. seqq. Primum enim Caput est περὶ ἀπείρου, *de infinito*, & inc. Τὸ ἄπειρον λέγεται πενταχῶς· ἕνα μὲν τρόπον, τὸ ἀμερὲς, κ. λ. Vltimum τί ἐστιν ὁ βούλιμος; *quid sit bulimos?* & des. διὰ συνδρομὴν θερμοῦ λειποψυχίαν ποιοῦν.

IV. pag. 72. Dialectica quaedam auctoris Anonymi, cum tabulis methodicis ad finem; tum prolegomena in philosophiam, in categorias Aristotelis, & alia Logica, in fine mutila. Horum omnium initium est: Ἰστέον, ὅτι τὸ αἴτιον ἑπταχῶς, ποιητικὸν αἴτιον, κ. λ. Finis vero: ὅτι τὰ μὲν δύο δηλονότι μόρια. λέγει δὲ τὰς ἐκ μεταθέσεως . . . . . . Mutilus enim in fine Codex est.

Codex Graecus chartaceus Ms. in folio minori, Saeculi XIV. intricatis litteris, & varia manu exaratus. Constat fol. scriptis 138.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΚΟΣΜΟΥ.

ARISTOTELIS DE MVNDO.

Nec non

Ioannis Damasceni, Isocratis, Polemonis Sophistae, Theophrasti, & Philostrati quaedam.

I. pag. 1. ARistotelis de Mundo Liber. In cit. edit. Tom. I. a pag. 600. ad pag. 616. COD. XIV.

II. pag. 8. *b.* Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ. *Ioannis Damasceni* Physica quaedam Capita de igne, aëre, aquis, &c. Inc. Τὸ πῦρ ἓν τῶν τεσσάρων στοιχείων ἐστί. Des. εἰ προσλάβοι τὴν χάριν τοῦ πνεύματος. Excerpta fortasse sunt ex eius Capitibus Philosophicis.

III.

III. pag. 12. *Isocratis Orationes XI.* quarum prima est *Helenae laudatio*, ut in editione Gr. Lat. ex recensione Hieronymi Wolfii Basileae ex officina Oporini MDLXX. fol. p. 301.

IV. pag. 18. *Evagoras*. Ibid. p. 276.

V. pag. 25. *b. Busiridis laudatio*. Ibid. pag. 324.

VI. pag. 30. *Panegyricus*. Ibid. pag. 60.

VII. pag. 46. *Areopagiticus*. Ibid. pag. 205.

VIII. pag. 52. *b. Plataicus*, hoc est, *Plataeensium exsulum ad Athenienses Oratio*. Ibid. pag. 436.

IX. pag. 57. *b. Archidamus*. Ibid. pag. 169.

X. pag. 67. *Adversus Sophistas*. Ibid. pag. 428.

XI. pag. 69. *Philippus*, sive, *ad Philippum Oratio*. Ibid. pag. 120.

XII. p. 80. *b. Panathenaicus*. Ibid. p. 341.

XIII. pag. 101. *b. De permutatione*. Inc. Εἰ μὲν ὅμοιος ἦν. Des. περαινέτω τὴν ψῆφον. Ibid. a pag. 456. ad pag. 509. In Codice tamen multo longior est: nam inter verba μᾶλλον τὴν αὐτοῦ διάνοιαν ἀσκήσει, & πολλῶν δ' ἐφεςώτων μοι λόγων, κ. λ. (edit. pag. 505. lin. 24.) multa alia interseruntur in Codice, quorum initium est; Ποιησάμενος οὖν ἀρχὴν, ᾗ ἐγὼ τελευτὴν ἀνάγνωθι καὶ τέτε τοῦ λόγου τὸ λοιπὸν μέρος αὐτοῖς ἐκ τῶν πρὸς Νικοκλέα ὑποθηκῶν. μάλις' ἂν αὐτὸς ὑπὸ σαυτοῦ παρακληθείης, κ. λ. Finis vero: καὶ τὴν δημοκρατίαν διαφυλάττειν ἐν τοῖς τοιύτοις ἔνεςιν, ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς συκοφάνταις. Quae decem & octo circiter foliis continentur. Initio igitur adfertur fragmentum ex *Oratione ad Nicoclem de regno* duorum circiter foliorum, quod incipit a verbis, μάλιςα δ' ἂν αὐτὸς ὑπὸ σαυτοῦ παρακληθείης, κ. λ. quae incidunt in edit. p. 24. lin. 36. & pertingit usque ad illa, σοφὺς νόμιζε, μὴ τὺς περὶ μικρῶν ἀκριβῶς ἐρίζοντας, ἀλλὰ τὺς εὖ περὶ μεγίςων λέγοντας, quae incidunt in pag. 32. lin. 19. Continet autem varia praecepta de regno bene administrando, strictius tamen aliquanto, quam in editione pertractata. Tum post alias paucas lineas, adscripta in margine notula, τέλος τῶν παραινέσεων, & a littera maiori ac rubra exordiens ita prosequitur Codex: Βούλομαι δ' ὑμῖν διὰ βραχέων ἀπολογήσασθαι περὶ ἑκάςυ, καὶ ποιῆσαι μᾶλλον ἔτι καταφανὲς, ὡς ἀληθῆ καὶ τότε προεῖπον καὶ νῦν λέγω περὶ αὐτῶν. καὶ πρῶτον μὲν ποῖός τις ἂν γένοιτο λόγος ὁσιώτερος ἢ δικαιότερος τύτυς προγόνυς ἐγκωμιάζεσθαι ἀξίως τῆς ἀρετῆς τῆς ἐκείνων καὶ τῶν ἔργων τῶν πεπραγμένων αὐτοῖς· ἔπειτα τίς ἂν πολιτικώτερος καὶ μᾶλλον πρέπων τῇ πόλει τοῦ τὴν ἡγεμονίαν ἀποφαίνοντος ἔκ τε τῶν ἄλλων εὐεργεσιῶν καὶ τῶν κινδύνων ἡμετέραν οὖσαν μᾶλλον, ἢ Λακεδαιμονίων· ἔτι δὲ τίς ἂν ἢ περὶ καλλιόνων πραγμάτων τῦ τοὺς Ἕλληνας ἐπί τε τὴν τῶν βαρβάρων ςρατείαν παρακαλῦντος, καὶ περὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμονοίας συμβουλεύοντος. ἐν μὲν τοίνυν τῷ πρώτῳ λόγῳ περὶ τύτων τυγχάνω διειλεγμένος· ἐν δὲ τοῖς ὕςερον περὶ ἐλαττόνων μὲν, ἢ τηλικύτων, οὐ μὴν περὶ ἀχρηςοτέρων, οὐδ' ἧττον τῇ πόλει συμφερόντων γνώσεσθε τὴν δύναμιν αὐτῶν, ἢν παραβάλλητε πρὸς ἕτερα τῶν εὐδοκιμέντων καὶ τῶν ὠφελίμων εἶναι δοκύντων, κ. λ. Specimen autem paullo longius exhibuimus, ut unusquisque investigare possit, ex qua Isocratis Oratione desumta fuerint, quae hoc loco leguntur inserta; quod nobis adhuc adsequi minime datum est.

XIV. pag. 134. *Polemonis Sophistae Declamationes duae in Callimachum, & Cynaegyrum*, quales recensuimus in Codice I. Plut. LVI. Catalogi nostri Tom. II. pag. 292. §. VI. & VII.

XV. pag. 144. Θεοφράςυ χαρακτῆρες. *Theophrasti Characteres*. Sed praeter prooemium & primum characterem, qui est *de Ironia*, reliqua desiderantur. Theophrasti Characteres Ethicos edidit nuperrime cum notis Io. Cornel. de Pauw Traiecti ad Rhenum apud Io. Evelt MDCCXXXVII. 8.

XVI. pag. ead. *b.* Φιλοςράτου. *Philostrati* quaedam pauca *de epistolico charactere*. Inc. Τὸν ἐπιςολικὸν χαρακτῆρα τοῦ λόγου μετὰ τὺς παλαιοὺς ἄριςά μοι διεσκέφθαι δοκῦσι φιλοσόφων μὲν ὁ Τυανεὺς, κ. λ. Des. τὰ δὲ κοινὰ κοινῶς. Inter Philostrati Opera a Fabric. recensita non occurrunt.

Codex Graecus papyraceus Ms. in 4. Saeculi XIII. madore & tineis multis in locis male redactus, in cuius prima pagina indiculus adponitur manu Lucae Holstenii. Constat foliis scriptis 145.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΦΥΣΙΚΑ ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΑ.

ARISTOTELIS PROBLEMATA NATVRALIA.

ARistotelis *Problematum naturalium sectiones duae de quadraginta*, ut in editione cit. T. II. a pag. 677. ad p. 838. COD. XV.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. optime scriptus, in quo sectionum tituli desiderantur, spatio vacuo ad id relicto. Constat foliis scriptis 178.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΚΟΣΜΟΥ.

ARISTOTELIS DE MVNDO.

Adde etiam

Eiusdem alia Opera, necnon Georgii Choerobosci, Nicephori Blemmydae, Nicephori Callisti Xanthopuli, Michaëlis Pselli, Gregorii Theologi, Euclidis, & aliorum Opera quaedam.

I. pag. 1. ARistotelis *de Mundo liber ad Alexandrum Regem*. Cit. edit. T. I. pag. 600. Clauditur tetrasticho iambico, quod retulimus Catalogi nostri Tom. II. pag. 386. §. X. COD. XVI.

II.

II. pag. 14. Ὑγιεινὰ παραγγέλματα σύντομα. *Praecepta brevia de sanitate tuenda*, versibus senariis LXXXIV. contenta, qui temporis diuturnitate fere evanuerunt. Inc.

Εὐεξίας τράπεζαν, εἰ θέλεις μάθε.

Des.

Καὶ κιννάμωμος λατρόφωνος εὑρέθη.

Habes etiam in Codice L. Plut. LVII. Catalogi nostri Tom. II. pag. 432. §. X. ubi sunt tantummodo XXV. Asclepiadi & Dioscoridi tribuuntur in Codice philosophico CLXXVIII. Biblioth. Caesar. iuxta Nessel. Catalog. Part. IV. pag. 99. §. XIII.

III. pag. 16. Schedula quaedam in illud, *Ego dormio & cor meum vigilat*. Inc. Τί σημαίνει μυστήριον, ἐγὼ καθεύδω, καὶ ἡ καρδία μου γρηγορεῖ, ἔφησέ τις τῶν παλαιῶν, κ. λ. Des. πρὸς τὸ νοούμενον ἔχοντας.

IV. p. ead. *b. Definitio gnomonis* ex XXVIII. libro Euclidis desumta.

V. pag. ead. *Quotupliciter caussa dicatur, ubi assignantur septem genera caussarum*. Inc. Ἰστέον, ὅτι τὸ αἴτιον ἑπταχῶς. ποιητικὸν αἴτιον, ὡς ὁ τέκτων τῆς κλίνης, κ. λ. Des. πόῤῥω τῆς θείας καὶ ἀπειροδυνάμου φύσεως.

VI. pag. 17. *De duodecim signis Zodiaci, & quorum planetarum sint*. Inc. Ἄγε, φιλομαθέστατε, τὰ περὶ γῆν ἐάσας, τὰς ὄψεις ἀναπέτασον οὐράνιον εἰς ὕψος. Des. ἤτοι πάλιν ηὐχήκασιν οἰκήτορα τὸν πλάνητα τὸν μέγαν.

VII. pag. ead. Μέθοδος διὰ στίχων πολιτικῶν (1) περὶ τῆς εὑρέσεως τοῦ κύκλου τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης, καὶ προσέτι τοῦ πάσχα καὶ τῆς ἀπόκρεω καὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἡμερῶν τῶν νηστίμων τῶν ἁγίων ἀποστόλων. *Methodus versibus politicis expressa de inventione cycli Solis & Lunae, nec non Paschatis, & Carnisprivii, ac numeri dierum, quibus ieiunia celebrantur SS. Apostolorum*, auctore Anonymo. Inc.

Ἐπείπερ εἶ φιλομαθὴς, φιλόμουσος, φιλίστωρ,
Φιλερευνητικώτατος, ἀναμανθάνειν θέλων.

Des.

Εἰ τέσσαρας τετράδα δὲ κἂν πέντε πάλιν πέμπτην
Καὶ καθεξῆς ὁμοίως δὲ καὶ κα . . . .

Mutilum est Carmen in fine.

VIII. pag. 18. Εἴδησις περὶ θεμελίων καὶ κύκλων τῆς σελήνης καὶ τοῦ ἡλίου, ὁμοίως καὶ ἰνδικτιῶνος καὶ τοῦ βισέξτου. *Notitia de fundamentis & cyclis Lunae Solisque, similiter & de indictione & bissexto*, per interrogationem & responsionem, auctore Anonymo. Post enumerationem Capitum, prima ἐρώτησις est: Πόσον ἐστὶ τὸ θεμέλιον τῆς σελήνης; ἀπόκρισις, ιβʹ. κ. λ. Des. καὶ μέλλεις ἀναντιῤῥήτως εὑρεῖν τὴν μʹ. τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Subditur breve Excerptum de mensura miliarii, & monitum quoddam scriptoris litteris grandioribus ad discipulum, ut bene scribat.

IX. pag. 24. *Porphyrii Introductio*, ut in cit. Aristotelis edit. Tom. I. a pag. 1. ad pag. 14.

X. pag. 31. *Aristotelis Categoriae*. Ibid. a pag. 14. ad pag. 36.

XI. pag. 44. *b. Eiusdem de Interpretatione*. Ibid. a p. 36. ad p. 51.

XII. pag. 53. *b. Eiusdem analyticorum priorum Liber I.* non integer; definit enim in verbis: καὶ πρὸς ἀλλήλους οἱ ἐκ τῶν ἑτέρων σχημάτων, quae postrema sunt Capitis VII. cit. loc. pag. 60. Haec autem omnia Porphyrii, & Aristotelis Opera scholiis aliquot marginalibus sunt instructa.

XIII. Sequuntur a pag. 62. ad pag. 64. *b.* quaedam parvi momenti, a Graeculo quodam exercitationis gratia exarata. Inter haec legitur pag. 63. notitia de Lascare Imperatore: Ἐβασίλευσεν ὁ βασιλεὺς Λάσκαρις ἐξόριστος Κωνσταντινουπόλεως ἔτη ιηʹ. *Regnavit Imperator Lascares exsul a Constantinopoli annos XVIII.* Pag. ead. *b.* alia haec: Ἑάλω ὑπὸ τῶν Λατίνων ἡ Κωνσταντινούπολις ἔτει ,ϛψιαʹ. μηνὶ Ἀπριλλίῳ ιβʹ. *Capta fuit a Latinis Constantinopolis anno* 6711. (Chr. MCCIII.) *mense Aprili die XII.* Χειροῦται αὖθις ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐλέει Θεοῦ ἔτει ,ϛψξθʹ. *Liberata est iterum a Romanis Dei misericordia anno* 6769. (Chr. MCCLXI.) Ἐκρατεῖτο γοῦν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν χρόνους νηʹ. *Dominati igitur sunt super eam inimici annos LVIII.* Μετέστη τῶν τῇδε ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης ὁ Δούκας ἐν ἔτει ,ϛψξγʹ. *Excessit e vita Imperator Ioannes Ducas A.* 6763. (Chr. MCCLV.) Ἰωάννης δεσπότης ὁ Παλαιολόγος ,ϛψπβʹ. *Ioannes Despota Palaeologus A.* 6782. (Chr. MCCLXXIV.) ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ ὁ Παλαιολόγος ,ϛψϞαʹ. *Imperator Michaël Palaeologus A.* 6791. (Chr. MCCLXXXIII.) Tum sequuntur p. 64. definitiones quaedam, nimirum quid τέρατος, quid σημείου, quid τεκμηρίου nomine &c. intelligendum sit.

XIV. pag. 64. *b.* Ἐπιστολὴ τοῦ λογιωτάτου κυρίου Σάβα πρὸς τὸν σοφώτατον Βλεμμίδην. *Epistola eloquentissimi viri Domini Sabae ad sapientissimum Blemmydam*. Inc. Νῦν ἔγνων, ὦ θεσπεσίη καὶ ἐρασμιωτάτη μοι κεφαλὴ, κ. λ. Des. καὶ τὰ παρ' ἡμῶν μὴ ἀπαξιῶν, ὡς οἰκείων παίδων ψελίσματα. In fine legitur suprascriptio, quae in principio Epistolae poni debuerat, quatuor ut videntur versibus expressa, & quidem ita:

Ἡ ἐπανωγραφή.

Ἀξιόπρωτον Νικηφόρον εὖχος θεοσοφίης
Ἐκ κραδίης πεφιλημένον γήραος ἄλκαρ ἐμοῖο
Ἐσχατόπρωτος ἀριπρεπέως Θεόδωρος ἀείδω,
Ἀλλ' ἀλαπαδνὸν λόγων ἐς ἀγῶνας μή με καλεῦντα.

XV. pag. 65. *b.* Γεωργίου, οὗ τὸ ἐπίκλημα Χοιροβοσκὸς, περὶ τρόπων ποιητικῶν. *Georgii, quem Choeroboscum vocant, de tropis poëticis*. Inc. Τρόποι ποιητικοί εἰσιν εἰκοσιεπτά. Des. πρῶτον γὰρ βιοῖ τις καὶ οὕτω τελειοῦται. Vbi notandum, Libellum hunc minutissimo charactere exaratum fuisse in pagina vacua, quae inter superiorem epistolam, & sequens Nicephori Opus relicta fuerat.

XVI. pag. 66. *Domini Nicephori monachi & presbyteri Blemmydae compendiariae Introductionis Libri II.* quorum primus Logicam continens, praevia Capitum quadraginta tabu

(1) Corrigendus Montfauconius, qui in suo Catalogo prima huiusce tituli verba ita vertit: *Methodus quatuor litterarum civilium de inventione &c.* quum pro διὰ στίχων legisset δʹ. στοίχων.

bula, incipit: Ἐπειδήπερ ἡ λογική. Des. ἔλεγχοι δέκα καὶ τρεῖς. Alter pag. 143. in quo Physica pertractantur, Capitibus constans XXXII. inc. Πᾶν τὸ αἴτιον, ᾗ ἀρχή. Des. ὁμολογήσαιεν τῷ Θεῷ, quae postrema sunt Epilogi, quo clauditur Opus. Habes etiam in Codice VIII. Plut. LXXI. supra pag. 6. §. I. & II. ubi finis secundi Libri diversus est, quia desideratur in illo pars Capitis postremi, & Epilogus totus.

XVII. pag. 226. Τοῦ αὐτοῦ περὶ πίστεως, βιβλίον τρίτον. *Eiusdem Liber tertius, qui est de Fide.* Inc. Τοῖς ὁσίοις τοῦ δεσπότου Χριστοῦ τοῦ ὄντος καὶ ἐκλεκτοῖς φοιτηταῖς ὁ κατ' εὐδοκίαν αὐτοῦ ᾗ χρηστότητα κτήτωρ τοῦ καθ' ἡμᾶς ἱεροῦ Φροντιστηρίου Νικηφόρος ἐν μονάζουσιν ἱερεὺς γηραιὸς, ἀσθενὴς, κ. λ. Des. καὶ διὰ ταῦτα κυρίως ᾗ ἀληθῶς ὢν μόνος αὐτός. Hanc de Fide Orationem ad Monachos monasterii a se exstructi, cuius inde κτήτορα in adlato initio se vocat, memorat Labbeus in Bibl. Nov. Mss. pag. 88. seq. & 94.

XVIII. p. 229. *b.* Anonymi Carmen iambicum (1) *de septem Synodis oecumenicis, ac de haeresibus per ipsas sublatis*, quod sequens est:

Θεοστυγοῦς μάνθανε τόλμαν Ἀρείου.
Τὸν συμφυῆ τε ϗ συνάναρχον λόγον,
Σχόντα μὲν ἀρχὴν τὴν κατ' αἰτίαν μόνην,
Ὄντα δὲ ταὐτὸν οὐσίᾳ ᾗ δυνάμει,
Κτιστὸν νομίσας πατρὸς ἀπαλλοτρίου.
Ἀλλ' ἀπελέγχει σύνοδος θεηγόρων
Συνεργίαις ἄνακτος ἰσαποστόλου.
Μακεδόνιος δεύτερος τολμητίας
Κτίσμα τὸ πνεῦμα Πατρὸς, Υἱοῦ, ϗ ξένον
Θρασυστομῶς ἔφασκε, φεῦ φληναφίας;
Ἀνδρῶν ἐλέγχει τοῦτον εὐσεβῶν σῖφος
Ταῖς ὑποθήκαις τοῦ σοφοῦ Γρηγορίου,
Θεοδοσίου σκηπτοκρατοῦντος τότε.
Νεστόριος ἄνθρωπον ἁπλοῦν δοξάσας
Τὸν προσκυνητὸν ᾗ θεάνθρωπον λόγον
Εἰπὼν χριστοτόκον τε τὴν Θεοτόκον
Ἔλεγχον εὗρε τῶν ἑαυτοῦ δογμάτων
Θεοδοσίου βασιλεύοντος νέου.
Τὴν δ' αὖ ἀληθῆ τοῦ Θεοῦ παρουσίαν
Καὶ φυσικὴν γέννησιν ἐκ τῆς παρθένου,
Ὑπὲρ δὲ φύσιν ὡς συναφείας δίχα
Δύστηνος εἶπεν Εὐτυχὴς φαντασίαν,
Καὶ τόνδε συνέλευσις ἀνδρῶν ἐνθέων
Ἠλλοτρίωσεν εὐσεβῶν συναυλίας,
Τοῦ Μαρκιανοῦ προσλαβόντος τὸ κράτος.
Δίδυμος, Εὐάγριος, ὡς Ὠριγένης
Ἀνανεοῦντες τοὺς τερατώδεις λόγους,
Μοίρᾳ καθῃρέθησαν εὐσεβοφρόνων,
Κρατοῦντος Ἰουστινιανοῦ τοῦ πάνυ.
Ἄνθρωπον ἔννουν προσλαβὼν Θεὸς λόγος
Διπλῆν μὲν ἔσχεν ὡς θέλησιν ᾗ φύσιν,
Ὑπόστασιν δὲ φύσεων δυοῖν μίαν,
Διπλῶς ἐνεργῶν ἐν διπλαῖς ταῖς φύσεσιν,
Ἀλλὰ συνῆψαν εἰς μίαν ὡς οὐκ ἔδει,
Διόσκορος μὲν . . . . (2) κακῶς φύσεις,
Τὰς δ' αὖ θελήσεις, Σέργιός τε ᾗ Πύῤῥος.
Πλῆθος θεόπνουν ἀπελᾷ τούτους ἅμα,
Πωγώνατος δὲ τοῦ κράτους εἶχε σέφος
Κώνσταντος υἱὸς εὐσεβὴς Κωνσταντῖνος.
Τὸ δ' ἕβδομον σύνταγμα τῶν θεοφόρων
Κατ' ἀθετητῶν τῶν σεβασμίων τύπων.
Ἄρχοντες ἦσαν Κωνσταντῖνος, Εἰρήνη,
Μόνα τὰ θεῖα σύμφρονες μήτηρ, γόνος,
Ἀντίφρονες καὶ κακόφρονές σφισι.
Τὰς ἑπτὰ σεπτὰς ἅπας ἡγοῦ συνόδους,
Καὶ δογμάτων σφῶν ἀντέχου σωτηρίων,
Ἐφ' οἷς κἀγὼ πέποιθα τὴν σωτηρίαν
Ἀκραιφνὲς ἔνθεν εἰς θεὸν πλοῦτον σέβας,
Κἂν προσέτηκα τοῖς κάτω κτήνους δίκην,
Κἂν πλημμελῶ συχνάκις ἐξ ἀβουλίας.

XIX. pag. 231. *Aristotelis de physico Auditu Libri VIII.* ut in cit. edit. Tom. I. a pag. 315. ad pag. 430.

XX. p. 319. *Carmen iambicum de Imperatoribus Orientis a Constantino I. ad Constantinum XV.* Inc.

Τῶν Χριστιανῶν τοὺς βασιλεῖς μοι σκόπει.

Des.

Λόγος παλαιὲ παντάναξ παντοκράτορ.

Sub finem tamen post versum,

Τῆς εὐσεβείας Ἀνδρόνικος ὁ στύλος,

desunt in Codice versus XIII. Huiusce Carminis postremos versus eodem servato ordine recitat Ioannes Langus in Annotatione praefixa interpretationi Latinae Historiae Ecclesiasticae Nicephori Callisti Xanthopuli, quem tamquam auctorem illius iambici Carminis laudat, atque inde firmare nititur Nicephorum vixisse sub Andronico seniore, qui Michaëlem filium, atque Andronicum nepotem ad imperium promoverat. Exhibetur autem hoc idem Carmen Tom. I. Histor. Byzantinae edit. Venetae A. MDCCXXIX. p. 17.

XXI. p. 320. *b. Aliud Carmen iambicum de Patriarchis Constantinopolitanis*, cuius initium:

Καὶ πατριάρχας τῆς νέας Ῥώμης βλέπε.

Finis:

Φερωνύμως Κάλλιστος ἔνθεος τρόπους.

In Codice tamen post versum, Ὁ κακὸς Ἀκάκιος, κ. λ. subiicitur versus:

Σὺν Εὐφημίῳ Μακεδονίου κλέος.

Item post versum, Πάλιν ὁ Πύῤῥος, alius occurrit, nimirum:

Θωμᾶς ὁ λαμπρὸς, δυστυχὴς Ἰωάννης.

Tandem post versum, Χάρις θεοπρόβλητος, κ. λ. legitur hic alius:

Ὁ Ἀγαπητὸς τουτίκλην Ἰωάννης,

qui in editione cit. p. 18. desiderantur. Haec duo Carmina iambica, nec non illud de septem synodis, quod retulimus supra §. XVIII. diversa ac recentiori manu exscripta fuerunt in foliis quibusdam, quae vacua superant. Singulis autem tum Imperatorum, tum Patriarcharum nominibus superscriptae sunt notae quaedam numericae annos indicantes, quibus vel Imperium, vel Patriarchatum tenuerunt. In margine vero Concilia sub ipsis celebrata designantur.

XXII. pag. 323. *Canones Paschales, sive de ratione inveniendi legitimum Pascha*, scripti, ut apparet, anno 6781. (Christi MCCLXXIII.) Inc.

(1) Carmen hoc male innuit Montfauconius, dum ait: *Versus senarii de Arii dogmate.*

(2) Huius Carminis scriptura ita inter se complicata ac perversa est, ut quum reliqua vix exsculpserimus, unius tamen verbi vim adsequi hoc loco minime licuerit.

Inc. Εὑρὼν τὸν κύκλον τῆς σελήνης. Des. ἑβδομάδος εὑρίσκονται.

XXIII. pag. 324. *b.* Ποίημα τοῦ μακαριωτάτου Ψελλοῦ περὶ τῆς κινήσεως τοῦ χρόνου, τῶν κύκλων τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης, τῆς ἐκλείψεως αὐτῶν, καὶ τῆς τοῦ πάσχα εὑρέσεως. *Beatissimi Pselli Opus de motu anni, & cyclis Solis & Lunae, eclipsibus ipsorum, & inventione Paschatis* per interrogationem & responsionem: sive de praedictis rebus quaestiones cum suis solutionibus, in duos Libros divisae. Primi Libri quaestio prima est: Διατί ὁ ἅπας χρόνος νυχθήμερα ἔχει τξε', κ. τ. λ. Solutio inc. Πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων τοῦτο χρὴ πάντας γινώσκειν περὶ τοῦ δημιουργοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, κ. λ. Vltima est: Πότε ἐκλείπει ὁ ἥλιος, καὶ πότε ἡ σελήνη, καὶ πῶς ἡ ἔκλειψις ἀμφοτέρων συμβαίνει γίνεσθαι; Responsio vero inc. Εἰ μὲν τοὺς τρόπους ἐρωτᾷς τῶν ἐκλείψεων, κ. λ. Quae quidem ultima quaestio innuitur ab Allatio in Diatriba de Psellis cit. edit. Fabricianae in calce Vol. V. Bibl. Graec. pag. 50. Liber secundus incipit a pag. 339. *b.* & inscribitur περὶ τῆς τοῦ χρόνου ἐπινεμήσεως. *De anni indictione.* Huius prima quaestio est: Διατί τῆς κοσμοκτισίας κατὰ τὸν Μάρτιον μῆνα τὴν ἀρχὴν εἰληφυίας, ὁ χρόνος ἀπ' ἀρχῆς τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς ἀπάρχεται; Responsio inc. Διὰ τὸ καλεῖσθαι χρόνους ὁ χρόνος, κ. λ. Et haec item innuitur ab Allatio loc. cit. p. 57. Vltima est: Πῶς καὶ πόθεν ἡ εὕρεσις ἡμῖν εὐδιάγνωστος ἔσται τῆς ὥρας καὶ τοῦ λεπτοῦ, καθ' ἃ ἡ ἀπόχυσις γίνεται; Solutio vero inc. Πρὸ τῶν ἄλλων τοῦτό σε δεῖ εἰδέναι· ἐπεὶ ὁ ὅλος χρόνος ἔχει νυχθήμερα τξε', κ. λ. Des. ιθ'. εἰσὶν οἱ κύκλοι τῆς σελήνης, καὶ οὐ πλείονες. Hoc Psellianum Opus, quod valde diffusum est, indicat fortasse Allatius iis verbis: *De motu temporis, de circulo Solis & Lunae, de inventione diei Paschatis &c.* quae leguntur loc. cit. pag. 39. §. LIX.

XXIV. pag. 347. Περὶ τῶν βαθμῶν τῆς συγγενείας. *De gradibus consanguinitatis* brevis Anonymi Tractatus. Inc. Συγγένεια γενικόν ἐστιν ὄνομα. Des. εἴγε ἀληθές ἐστι τοῦτο. Tum subiiciuntur tabulae graduum consanguinitatis. Adnectitur manu diversa definitio *irascibilis & concupiscibilis animae facultatis.*

XXV. p. 349. *Gregorii Theologi Epistolae X. ad diversos* (1), nimirum primae tres *ad Nicobulum*, quarta *ad Ecclesiam Caesariensem*, quinta *ad Episcopos*, reliquae *ad Magnum Basilium*: sunt autem inter editas Lutet. Paris. MDCIX. fol. ex recensione Iac. Billii, sub numeris CCIX. III. II. XXII. (2) XXIII. XXI V. XI. XXV. & VIII.

XXVI. pag. 352. *Diogenis Cynici apophthegmata quaedam, ac mulierum quarumdam Graecarum.* Inc. Πατῶν αὐτοῦ τὰ στρώματα, κ. λ. Des. μὴ τὴν γῆν ἐσθίεις.

XXVII. pag. 353. *Septem Sapientum sententiae* versibus XIII. septem hexametris, sex pentametris expressae. Inc.

Ἑπτὰ σοφῶν ἀίοις ἐριηχέα δόγματα, κοῦρε.

Des.

Ἐγγύη ἀγχίθυρος ναίει κακομήχανος ἄτη.

XXVIII. pag. ead. Ποσιδίππου, οἱ δὲ Πλάτωνος τοῦ Κωμικοῦ, εἰς ἀποτροπὴν τῶν βιωτικῶν. *Posidippi, sive, ut alii aiunt, Platonis Comici, de variis vitae humanae conditionibus dehortatio*, versibus X elegiacis. Inc.

Ποίην τις βιότοιο τάμοι τρίβον; εἰν ἀγορῇ
μὲν, κ. λ.

XXIX. pag. ead. Μητροδώρου εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἐκ τοῦ ἐναντίου. *Metrodori in idem argumentum e contrario* aliud decastichon elegiacum. Inc.

Παντοίην βιότοιο τάμοι τρίβον, εἰν ἀγορῇ
μὲν, κ. λ.

Haec duo Epigrammata habes in Anthologia Lib. I. Cap. XIII. primum vero exstat & in Biblioth. Caesar. Catalogi Nessel. Part. I. pag. 282. §. XXVIII. Heraclito philosopho tributum.

XXX. pag. ead. Κασσίας. *Cassiae* (3) *praecepta moralia*, versibus iambicis, aut ferme iambicis (4), instar tamen solutae orationis exaratis. Inc.

Φύσις πονηρὰ χρηστὸν ἦθος οὐ τίκτει.

Des.

Δυστυχῶν εὐτύχησεν εἰς τὸν αἰῶνα.

XXXI. pag. ead. *b.* Τῆς αὐτῆς περὶ μοναχῶν. *Eiusdem de monachis*, item versibus iambicis, ut supra. Inc.

Μοναχός ἐστιν ἑαυτὸν μόνον ἔχων.

Des.

Θεὸν ποιεῖσθαι τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ τέλος.

Forte Cassia haec eadem est, atque illa, quam inter Graecorum Melodos accenset Fabric. Biblioth. Graec. Vol. X. pag. 131. aitque dictam quoque fuisse *Cassianam* & *Icasiam*, & in confiniis octavi & noni saeculi claruisse. Vide Allatium de Libris Ecclesiast. Graecorum pag. 74. seqq. & Nic. Rayaei S. I. Dissertationem praeliminarem ad Acta SS T. II. Iunii pag. XXI. Interim lubet ex primo iambico carmine nonnullos versus excerpere, in quibus ita de Armeniis loquitur:

Τῶν Ἀρμενίων τὸ δεινότατον γένος,
Ὕπουλόν ἐστι καὶ φαυλῶδες εἰσάγαν,
Μανιῶδές τε καὶ τρεπτὸν καὶ βασκαῖνον,
Πεφυσιωμένον πάμπλειστα καὶ δόλου πλῆρες.
Εἶπέ τις σοφὸς περὶ τούτων εἰκότως,
Ἀρμένιοι φαῦλοι μὲν, κἂν ἀδοξῶσι,
Φαυλότεροι δὲ γίνονται δοξασθέντες,
Πλουτήσαντες δὲ φαυλότατοι καθόλου,
Ὑπερπλουτισθέντες δὲ καὶ τιμηθέντες
Φαυλεπιφαυλότατοι δείκνυνται πᾶσι.

XXXII. pag. 354 *b.* In hac, & sequenti pagina quaedam sunt parvi momenti, diversis manibus exarata, inter quae versus quidam retrogradi, nimirum:

C c Ἀθλή-

(1) Corrige Montfauc. qui novem tantum Epistolas enunciat. quinque Gregorio Theologo, quatuor Basilio tribuens.

(2) Haec Epist. XXII. in duas dividitur in Codice, quarum secunda anepigrapha incipit a verbis: Πείθομαι μὲν καὶ ἄλλως.

(3) Non video, unde Montfauconius legat *Cassiani*.

(4) Servato enim syllabarum numero, nulla ipsarum quantitatis ratio habetur.

Α'θλήσας ἤδη πώλῳ πηδήσας ἦλθα.

Α'μήσας ἄρδην ὀροφήφορον ἤδρασα σῆμα.

& alter omnes orationis partes in se continens, scilicet:

Πρὸς δ' ἐμὲ τὸν δύςηνον ἔτι φρονέοντ' ἐλέαιρε.

XXXIII. pag. 356. *Euclidis Elementorum Liber I.* cum figuris geometricis. Inc. Σημεῖόν ἐςι, κ. λ. Des. ὅπερ ἔδει δεῖξαι. Huius ferme dimidium recentissima manu suppletum est.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saeculi XIII. variis manibus exaratus, charactere utplurimum minuto, intricato, & evanido. Constat foliis scriptis 383.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ ΠΕΡΙ ΟΥΡΑΝΟΥ.

ARISTOTELES DE CAELO.

Ac praeterea

Alia eius Opera philosophica, nec non Plutarchi, & Platonis quaedam.

COD. XVII. I. pag. 1. *Aristotelis de Caelo Libri IV.* ut in edit. cit. T. I. a pag. 431. ad pag. 493.

II. pag. 76. *Eiusdem de generatione & corruptione Libri II.* Ibid. a pag. 493. ad pag. 527.

III. pag. 116. *Eiusdem de Mundo Liber ad Alexandrum.* Ibid. a p. 600. ad p. 616.

IV. pag. 131. *b.* Ὅτι ὁ νοῦς οὐκ ἔςι κοινὸς πάντων ἀνθρώπων, ὥς τινες οἴονται δοξάζειν Α'ριςοτέλην, κυρίου Γεωργίου φιλοσόφου τοῦ Α'μηρούτζη. *Quod intellectus non sit communis omnium hominum, ut quidam existimant sensisse Aristotelem, Domini Georgii Amerutzae* schedula. Inc. Το εἶδος, ὥπερ ὑφίςαται τὸ ἄτομον. Des. ὁ δὲ ἀμαθὴς καὶ ἀνόητος.

V. pag. 132. *Aristotelis magnorum Moralium Libri II.* In cit. edit. Tom. II. a pag. 145. ad pag. 194.

VI. pag. 182. *Eiusdem de anima Libri III.* Ibid. Tom. I. a p. 616. ad p. 657.

VII. pag. 232. *Eiusdem de animalium incessu Liber.* Ibid. a p. 733. ad p. 747.

VIII. pag. 248. Εἰς τὴν περὶ ψυχῆς πραγματείαν Α'ριςοτέλους ἐξήγησις τοῦ Θωμᾶ, ἑρμηνευθεῖσα παρὰ Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου, ἣν ὁ Θωμᾶς προήρπαξε παρὰ Ι'ωάννου φιλοσόφου τοῦ Φιλοπόνου, καὶ ὡς ἰδίαν ἐποιήσατο, κ. λ. *In Aristotelis Tractatum de Anima interpretatio Thomae, in Graecum translata a Georgio Scholario, quam Thomas a Ioanne philosopho Philopono furatus est, & propriam fecit &c.* Inc. Ὥσπερ ὁ φιλόσοφος διδάσκει ἐν τῷ ια' περὶ ζώων. Desinit imperfecte in verbis: ἤ τις ἴσως οὐ κεῖται, τίθεσθαι δὲ δύναται . . . quae incidunt circa medium Libri II. Integram hanc expositionem recensuimus in Codice XIX. Plut. LXXXVI. supra pag. 363. §. XII. quem vide. Notandum, inter pag. 326. & 332. perperam inserta fuisse folia quinque ad sequens Plutarchi fragmentum de placitis philosophorum pertinentia.

IX. pag. 340. *b. Plutarchi de placitis philosophorum Liber V.* ut in eius edit. Graec. Lat. Paris. MDCXXIV. fol. Tom. II. a pag. 904. ad pag. 911.

X. pag. 345. *Platonis Euthyphron, sive de sanctitate dialogus.* In eius Operum edit. alias cit. pag. 1.

XI. pag. 357. *Eiusdem Apologia Socratis.* Ibid. pag. 14.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XIV. nova manu variis in locis diligenter suppletus. Constat foliis scriptis 379.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΤΑ ΜΕΤΑ ΤΑ ΦΥΣΙΚΑ.

ARISTOTELIS METAPHYSICA.

COD. XVIII. *Aristotelis Metaphysicorum Libri XIV.* ut in edit. cit. Tom. II. a pag. 838. ad pag. 1006. Eorum ordo idem est cum illo Codicis XII. huius Plutei supra pag. 393. Heic quoque habentur scholia illa duo, quae exhibebat Codex I. Plutei LXXXI. supra pag. 220. §. XIV.

Codex Graecus papyrac. Ms. in 4. Saeculi XIV. tineis ac vetustate valde detritus, ac duobus foliis in fine nova manu suppletus. Constat foliis scriptis 105.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΜΕΤΑ ΤΑ ΦΥΣΙΚΑ.

ARISTOTELIS METAPHYSICA.

COD. X.X. *Aristotelis Metaphysicorum Libri XIV.* ut in Codice praecedenti. Heic tamen scholia illa duo, quae inibi innuimus desiderantur.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. Constat foliis scriptis 152.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ.

ARISTOTELES DE ANIMA.

Ac praeterea

Eiusdem alia Opera philosophica; nec non Theophrasti, Themistii, Prisciani philosophi, & Pselli varia.

COD. XX. I. p. 1. *Aristotelis de Anima Libri III.* ut in edit. cit. Tom. I. a pag. 616. ad pag. 661. Plurimis autem abundant glossis interlinearibus, & scholiis marginalibus rubro charactere exaratis.

II. pag. 73. *Themistii paraphrasis trium Aristotelis Librorum de Anima*, in principio mutila. Inc. . . . . χωρίζεται ἀπ' ἀλλήλων. πολλὰ γὰρ τρέφεται, κ. λ. Des. πρὸς τὸ σημαίνειν ἑτέρῳ. Habes Graece editam cum

aliis

aliis Themistii operibus, Venetiis apud Aldum curante Victore Trincavello, anno MDXXXIV. in fol. a pag. 64. ad pag. 95. Prima autem verba, quae retulimus, incidunt in pag. 65. lin. 2. unius fortasse folii iactura. Notandum interim est, quod Paraphrasim hanc, tribus distinctam libris in editione, in septem minores distribuit Codex, ita ut ex primo editionis libro duos, totidemque ex secundo, ex tertio vero tres efficiat. Eamdem Librorum divisionem, teste Fabric. Bibl. Graec. Vol. VIII. pag. 29. not. 1. habent etiam Suidae Codices: τοῦ περὶ ψυχῆς ἐν βιβλίοις ζ'. quare non video, cur ipse errorem in numerica illa nota suspicans, pro ζ' reponendum γ' arbitretur.

III. pag. 115. *Aristotelis de sensu & sensili Liber*, ut in cit. Tom. a pag. 662. (per err. 638.) ad pag. 678.

IV. pag. 127. *Eiusdem de memoria & reminiscentia Liber*. Ibid. a pag. 678. ad pag. 684.

V. p. 129. *b. Eiusdem de somno & vigilia Liber*. Ibid. a pag. 684. ad p. 691.

VI. pag. 133. *Eiusdem de insomniis Liber*. Ibid. a pag. 691. ad p. 696.

VII. pag. 135. *b. Eiusdem de divinatione per somnum Liber*. Ibid. a pag. 697. ad pag. 700.

VIII. pag. 137. *Eiusdem de longitudine & brevitate vitae Liber*. Ibid. a pag. 710. ad pag. 714.

IX. pag. 138. *b. Eiusdem de iuventute & senectute, vita & morte, & de respiratione Liber*. Ibid. a pag. 714. ad pag. 732.

X. pag. 147. Θεοφράστου περὶ αἰσθήσεων. *Theophrasti de sensibus Liber*. Inc. Περὶ δ' αἰσθήσεως, αἱ μὲν πολλαὶ καὶ καθόλου δόξαι. Des. δεῖταί τινος λόγου καὶ πίστεως. Ioanne Baptista Camotio curante prodiit primum a Friderico Turrisano editus Venetiis anno MDLII. in 8. apud Aldi Filium, quae quidem editio Operibus Aristotelis in quinque Tomos distributis, tamquam sextum Volumen subiicitur: in reliquis Theophrasti editionibus Graecis & Graecolatinis desideratur.

XI. pag. 157. Πρισκιανοῦ φιλοσόφου Λυδοῦ μετάφρασις τοῦ περὶ φαντασίας Θεοφράστου. *Prisciani philosophi Lydi metaphrasis Theophrasti de phantasia*. Inc. Ἡ φαντασία, περὶ ἧς ἑξῆς ἀκολούθως τῷ Ἀριστοτέλει ἐπεξεργάζεται. Des. οὐ γὰρ δύναμις ἐκεῖνος, οὐδὲ τὸ ὅταν γένηται. Graece edita est in Oporiniana Theophrasti Operum editione Basileensi MDXLI. in fol. ex recensione Ioach. Camerarii pag. 284.

XII. pag. 163. Τοῦ αὐτοῦ μετάφρασις τῶν Θεοφράστου περὶ αἰσθήσεως. *Eiusdem metaphrasis Theophrasti de sensu*. Inc. Περὶ αἰσθήσεως αὐτῷ ὁ σκοπὸς ἐφεξῆς. ἐπεὶ δὲ ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν κινούμενα τὰ αἰσθητήρια. Des. τὰ λοιπὰ τοῦ πέμπτου βιβλίου ἐπεξεργαζόμενοι. Ibid. pag. 275. Hic autem Priscianus philosophus Lydus, Simplicii & Damascii aequalis memoratur ab Agathia Lib. II. pag. 65. quem perinde ut Plutarchum Nestoris filium, γνησίους τοῦ Ἀριστοτέλους ἐξηγητὰς appellat pag. 289.

XIII. pag. 171. Θεοφράστου περὶ πυρός (1). *Theophrasti de igne*. Inc. Ἡ τοῦ πυρὸς φύσις ἰδιωτάτας ἔχει δυνάμεις. Des. ἀκριβέστερον δὲ πάλιν ἐν ἄλλοις ἐροῦμεν περὶ αὐτῶν. Ibid. p. 223. Tum subditur: Τέλος Θεοφράστου περὶ πυρὸς, καὶ τῶν αὐτοῦ μεταφράσεων.

XIV. pag. 179. *Aristotelis de caelo Libri IV.* cum scholiis marginalibus uberrimis. In cit. edit. Tom. I. a p. 431. ad p. 493.

XV. pag. 211. Τοῦ πανυπερτίμου καὶ σοφωτάτου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ λόγος περὶ δαιμόνων, ἀσωματοῦσιν, ἢ ἐν σώματί εἰσιν. ὡσαύτως καὶ περὶ ἀγγέλων, καὶ εἰ διαφορὰν ἔχουσι τὰ ἀγγελικὰ σώματα πρὸς τὰ δαιμόνια. *Honoratissimi & sapientissimi Domini Michaëlis Pselli sermo de Daemonibus, utrum corporis expertes, an corporei sint: item de Angelis, & an discrimen intersit inter Angelorum corpora, & Daemonum*. Inc. Ἐπεὶ φιλοπευστῶν τὰ πολλὰ, καὶ πᾶσαν φύσιν ἐξανιχνεύων, εἰπεῖν σοι καὶ περὶ δαιμόνων ἠνάγκασας ἡμᾶς, ἰδοὺ καὶ ταυτηνὶ σου πληροῦμεν τὴν αἴτησιν. καὶ ἴσθι, ὦ δαιμόνιε τὴν ὀξύτητα, ὡς οὐκ ἀσώματον φῦλόν ἐστι τὸ δαιμόνιον, κ. λ. Des. ἢ ταῖς ἀντιπαθείαις ἐκτροπιάζοντες, ἢ ταῖς συμπαθείαις μειλίττοντες. Forte idem est hoc Opus, atque illud, quod in Bibliotheca Regis Christianissimi exstare adserit Leo Allatius in Diatriba de Psellis in calce Vol. V. Biblioth. Graec. Fabric. pag. 39. §. LIX. illis verbis: *de Angelis & Daemonibus*.

XVI. pag. 216. Θεμιστίου περὶ τῆς Ἀριστοτέλους φυσικῆς ἀκροάσεως. *Themistii de Aristotelis physico auditu*, seu, *e Themistii paraphrasi in Librum I. Aristotelis de physico auditu fragmentum*. Inc. Πρόκειται τῇδε τῇ συγγραφῇ ἐπιστήμην τινὰ πορίσασθαι. Desinit in verbis, χρυσὸς μὲν καὶ ἄνθρωπος φανερῶς ..... adiecto in calce paginae verbo ζητει. Haec autem postrema incidunt in cit. Themistii Operum edit. pag. 21. *b*. lin. 16.

XVII. pag. 224. *Aristotelis physica problemata*. Inc. Διὰ τί τρίψαντες τὸν ὀφθαλμὸν, παυόμεθα τῶν πταρμῶν, κ. λ. Des. καὶ ὁ διπλασίων ἀσκὸς πρὸς τὸν ἥμισυ. Non sunt integrae sectiones XXXVIII. quotquot sunt in editione, sed ipsarum tantummodo pars, & ea diverso prorsus ordine ab edito: nam prima verba, quae retulimus, sunt initium sectionis XXXI. edit. pag. 822. Vltima vero, finis sectionis XIX. edit. pag. 770. lin. ultima.

Codex Graecus bombycinus Ms. in 4. maiori, Saeculi XIV. nonnullis in locis vetustate ac madore corruptus, & in fine alia manu suppletus. Constat foliis scriptis 240.

(1) Titulum hunc, qui in principio ob superiorem marginem corruptum deperiit, ex ipsius in calce repetitione ita supplevimus.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΑΙΣΘΗΣΕΩΣ ΚΑΙ ΑΙΣΘΗΤΟΥ.

ARISTOTELIS DE SENSV ET SENSILI.

Ac praeterea

Alia eiusdem Opera philosophica ; tum Nicolai Hydruntini disputationis de processione Spiritus Sancti fragmentum.

COD. XXI. I. pag. 1. A*ristotelis de sensu & sensili Liber*, ut in edit. cit. Tom. I. a pag. 662. (per error. 638.) ad p. 678.

II. pag. 21. *Eiusdem de memoria & reminiscentia Liber*. Ibid. a pag. 678. ad pag. 684.

III. pag. 27. *Eiusdem de somno & vigilia Liber*. Ibid. a pag. 684. ad p. 691.

IV. pag. 34. *b. Eiusdem de insomniis Liber*. Ibid. a pag. 691. ad p. 696.

V. pag. 40. *b. Eiusdem de divinatione per somnum Liber*. Ibid. a pag. 696. ad 700.

VI. pag. 43. *Eiusdem de animalium motione Liber*. Ibid. a pag. 700. ad 709.

VII. pag. 52. *Eiusdem de lineis insecabilibus liber*. Ibid. a pag. 1221. ad pag. 1227.

VIII. pag. 59. Σύνοψις σὺν Θεῷ ἐκ τῶν κατὰ πλάτος δογμάτων περὶ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκπορεύσεως ἐκ τῶν θείων καὶ ἱερῶν γραφῶν παρὰ τῶν ἁγίων καὶ θεοφόρων πατέρων δογματισθέντων, οὐ μὴν ἀλλὰ καί τινων διδασκάλων καὶ φιλοσόφων, εἶθ' ὕστερον κατὰ τοῦ παρὰ Λατίνοις καινοφανοῦς δόγματος, ἐν διαλέξει μετὰ καὶ ἀληθῶν ἀποδείξεων, ἐν τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων καὶ ἐν ἄλλοις τόποις καὶ πόλεσι, συλλεγεῖσα καὶ συνταχθεῖσα παρὰ Νικολάου Ὑδρούσης· ἔπειτα δὲ καὶ ἐξ Ἑλληνικῆς εἰς Ῥωμαϊκὴν διάλεκτον ἑρμηνευθεῖσα ἐν Κωνσταντινουπόλει, προτροπῇ τοῦ κυροῦ Βενεδίκτου τοῦ καρδηναρίου καὶ τοποτηρητοῦ τότε ὑπάρχοντος Ἰννοκεντίου τοῦ τρίτου πάπα Ῥώμης. *Synopsis cum Deo dogmatum circa processionem Spiritus Sancti, quae ex divinis & sacris scripturis fusius tradiderunt non solum Sancti ac Deiferi Patres, sed & quidam magistri ac philosophi, contra recens exortum Latinorum dogma, in forma disputationis una cum veris demonstrationibus, in regina urbium, & in aliis locis & urbibus, collecta & composita a Nicolao Hydruntino; deinde vero e Graeco in Latinum sermonem translata Constantinopoli, hortatu Domini Benedicti Cardinalis ac Legati Innocentii tertii Romani Pontificis*. Inc. Ὁ ὁμοούσιος καὶ συναΐδιος λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ὁ μονογενὴς υἱὸς κ. λ. Desinit imperfecte, mutilato in fine Codice, in his verbis: ἅπερ τὴν πραγματικὴν ἐν ἡμῖν γεννῶσι πρὸς ἀλλήλων διαίρεσιν. καλῶς οὖν τῷ Θεολόγῳ . . . . . . Sunt quinque tantummodo folia, & continent initium primae partis Commentariorum Nicolai sacerdotis Hydruntini, seu, ut alii vocant, Tarentini, in qua dialogus Graecum inter & Latinum de processione Spiritus Sancti exhibetur. Hoc Opus, inscriptione & principio mutilum ob unius folii defectum, habebatur supra in Codice XXXVI. Plutei V. Catalogi nostri Tom. I. pag. 61. col. 1. §. V. quem vide: quare eo libentius titulum integrum attulimus, ut ex hoc fragmento illius Codicis defectus suppleri commode queat.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 8. Saeculi XV. cuius erasa antiquiori scriptura, nova superinducta est. Constat foliis scriptis 64.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ.

ARISTOTELES DE ANIMA.

A*ristotelis de Anima Libri III.* ut in edit. cit. Tom. I. a pag. 616. ad p. 661. COD. XXII.

Codex Graecus chartaceus Ms. in folio, Saeculi XV. nitidissimus. Constat foliis scriptis 30.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ.

ARISTOTELIS DE ANIMA.

Adde etiam

De generatione & corruptione.

I. pag. 1. A*ristotelis de anima Libri III.* ut in Codice superiori. COD. XXIII.

II. p. 47. *b.* Προλεγόμενα τῶν Ἀριστοτέλους περὶ ψυχῆς. *Prolegomena in Aristotelis Libros de anima*, incerti Auctoris. Inc. Τῶν περὶ ψυχῆς πραγματευσαμένων, οἱ μὲν μαθηματικώτερον. Des. ἐλλείποι ἡ αἴσθησις ἀρκοῦντες.

III. pag. 50. *b.* Themistii paraphraseos in Aristotelis Librum I. de Anima fragmentum trium circiter foliorum. Inc. Περὶ ψυχῆς, ὅσα δυνατόν. Des. καὶ ταῦτα ἄρα τὰ . . . . adscripto in margine ζήτει, & quinque foliorum spatio vacuo relicto. Vltima autem verba in Aldina editione, quam citavimus supra in Codice XX. huius Plutei, incidunt in pag. 64. *b.* lin. ult.

IV. pag. 54. *Aristotelis de generatione & corruptione Libri II.* ut in edit. cit. T. I. a p. 493. ad pag. 527. In fine adnotatur: γέγραπται ἀπὸ πάνυ ἐσφαλμένου πρωτοτύπου. *Descriptus est ab exemplari valde mendoso.*

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. maiori, Saeculi XV. Constat foliis scriptis 92.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΦΥΣΙΚΗΣ ΑΚΡΟΑΣΕΩΣ ΒΙΒΛΙΑ Γ'. ΤΟΥΤ' ΕΣΤΙΝ ΑΠΟ ΤΟΥ Ζ'. ΕΩΣ ΤΟΥ Θ'.

ARISTOTELIS NATVRALIS AVSCVLTATIONIS LIBRI III. A VI. SCILICET AD VIII.

HAbentur in hoc antiquissimo Codice *Aristotelis Naturalis Auscultationis Libri* COD. XXIV.
tres

tres postremi, ut in edit. cit. T. I. a pag. 383. ad p. 430. In ultima pagina manu multo recentiori & ineleganti Codicis forte possessor haec adnotavit: Ὅςις ἂν ἀφέληται τὸ παρὸν βιβλίον φυσικὴ ἀκρόασις ἀπὸ τȣ̃ τόπȣ, ἔνθα κεῖται τὸ ταπεινὸν σῶμα ἐμοῦ Θεοδοσίȣ τοῦ Πρίγκιπος, ἔςω ἀφορισμῷ ἀλύτῳ καθυποβεβλημένος ἀπὸ πατρὸς, ὑοῦ, ϗ ἁγίȣ πνεύματος, καὶ ἡ μερὶς αὐτοῦ μετὰ Ἰούδα τοῦ προδότου. *Quicumque sustulerit librum hunc Physicae Auscultationis ex loco, ubi iacet humile corpus mei Theodosii Principis, sit sententia indissolubili separatus a Patre, Filio & Spiritu Sancto, eiusque portio sit cum Iuda proditore.*

Codex Graecus membranaceus Ms. in 8. minori, Saeculi XIII. Constat foliis scriptis 178.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ, ΚΑΙ ΘΕΜΙΣΤΙΟΥ ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ.

ARISTOTELIS DE ANIMA, ET THEMISTII PARAPHRASIS.

COD. XXV. I. pag. 1. A*ristotelis de anima Libri III.* ut in edit. cit. Tom. I. a p. 616. ad pag. 661.

II. pag. 80. *Scholium Anonymi*, seu potius, *breve summarium trium Aristotelis Librorum de Anima*. Inc. Ἰςέον, ὅτι Ἀριςοτέλης ἐν τρισὶ λόγοις τὸν περὶ ψυχῆς ἐξέθετο λόγον. Des. ἐνταῦθα πεποίηκεν.

III. p. 82. *Themistii paraphrasis in tres Aristotelis Libros de anima*, & quidem in Libros VII. divisa, ut in Cod. XX. huius Plutei supra p. 404. §. II. Liber I. inc. Περὶ ψυχῆς ὅσα δυνατὸν σὺν ἐπιςήμῃ λαβεῖν. Vltimus des. καὶ πρὸς τὸ σημαίνειν ἑτέρῳ. Exstat in cit. edit. Aldina a pag. 64. ad pag. 95. ubi tribus constat Libris. Clauditur tetrasticho illo elegiaco, quod retulimus in Cod. XLIV. Plut. LIX. Catalogi Tom. II. pag. 575. §. XVI. Heic inscribitur: Τοῦ αὐτοῦ Θεμιςίȣ ςίχοι εἰς ἑαυτὸν, ὅτε ἔπαρχον αὐτὸν ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς Ἰȣλιανός.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 8. Saeculi XIII. optime servatus. Constat foliis scriptis 284.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΜΕΤΕΩΡΑ.

ARISTOTELIS METEORA.

Nec non

Metaphysica.

I. pag. 1. A*ristotelis Meteorologicorum Libri IV.* ut in edit. cit. Tom. I. a p. 528. ad p. 600. COD. XXVI.

II. pag. 79. *Eiusdem Metaphysicorum Libri XIV.* eodem ordine, ut in Cod. XII. huius Plutei.

Codex Graecus bombycinus Ms. in 4. Saeculi XIV. cum scholiis quibusdam Graecis, & alicubi Latinis in margine, quae videntur esse Francisci Philelphi. Constat foliis scriptis 235.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΓΕΝΕΣΕΩΣ.

ARISTOTELIS DE GENERATIONE ANIMALIVM.

Ἀ*ριςοτέλους περὶ ζώων ἱςορίας. Aristotelis de animalium historia Libri X.* Primus inc. COD. XXVII. Τῶν ἐν τοῖς ζώοις μορίων. Vltimus des. τὸ δὲ περιέλιπε τὸ πολλαπλάσιον. In cit. edit. Tom. I. a pag. 761. ad pag. 966. ubi notandum, Libri X. paragraphum ultimum, qui in editione Latine tantum exhibetur, in Codice Graecum esse: praeterea Librum editionis VII. esse in Codice IX. Libri vero editionis noni (in Codice VIII.) Caput ultimum abesse in Codice. Reliquorum series, nec non initium & finis, eadem in utroque sunt.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saeculi XV. nitidissimus, cum notulis aliquot marginalibus in principio. Constat foliis scriptis 235.

FINIS PLVTEI LXXXVII.

IN QVO DESINVNT

CODICES GRAECI BIBLIOTHECAE LAVRENTIANAE.

CODICES GADDIANI GRAECI
IN LAVRENTIANAM TRANSLATI
PLVTEVS LXXXIX. Sup.

CODEX XXII.

IOANNIS CLIMACI SCALA.

I. p. 1. Ontinet hic antiquissimus Codex *Ioannis Climaci Scalam Paradisi*, cum prolegomenis, quae sunt: primo *Ioannis praesidis coenobii Rhaithuni ad Ioannem praefectum sancti montis Sina Epistola*, ut in Codice XXI. Plut. VIII. Catalogi nostri Tom. I. pag. 366. §. I. secundo *Prologus una cum tabula graduum XXX. quibus Scala constat*; tertio *Vita Ioannis Climaci a Daniele monacho conscripta*; quarto *Epistola ipsius Ioannis ad alterum Ioannem Rhaithunum*, ut ibid. §. II. Tandem pag. 6. *b.* occurrit Scala ipsa, cui titulus: Λόγος ἀσκητικὸς τοῦ ἀββᾶ Ἰωάννου τοῦ ἡγουμένου τῶν τῷ Σινᾷ ὄρει μοναχῶν, ὃν καὶ ἀπέστειλε τῷ ἀββᾷ Ἰωάννῃ τῷ ἡγουμένῳ τῆς Ῥαϊθοῦ προτραπεὶς παρ' αὐτοῦ συντάξαι. *Sermo asceticus Abbatis Ioannis praefecti monachorum montis Sina, quem misit Abbati Ioanni Rhaithuni monasterii Praefecto, quum eius hortatu ipsum conscripsisset.* Initium & finis concordat cum dicto Codice loc. cit. §. III. In calce rubrica exhibetur Scala ipsa graduum triginta delineata, una cum titulis Capitum, quae in eadem pertractantur, retrogrado ordine digestis.

II. pag. 129. *Eiusdem Ioannis Sermo ad Pastorem*, ut in dicto Cod. §. IV. Volumen claudunt sequentes versiculi:

Ἄκοσμε κόσμε, τί προβάλλῃ τὴν πλάνην
Τέρψει, βυθίζων σοῖς μυχοῖς ἀφεγγέσι,
Ἀποστερῶν τε τῆς ἀσυγκρίτου πάτρης
Τοὺς ἀπροσέκτως σοῖς βρόχοις πεδουμένους;
Ὦ παντεπόπτα, τοὺς ποθοῦντας τὸν κόσμον
Σοφῶς ἀπείργοις τῆς Ἐδὲμ τῶν ἀνθέων.
Δόξα τῷ Θεῷ πάντων ἕνεκα ἀμήν.

Tum ipsius amanuensis subscriptio, quae ita habet: Μνήσθητι, κύριε, τοῦ κεκτημένου τὴν ἱερὰν ταύτην καὶ ψυχωφελῆ θείαν δέλτον.....(1) καὶ κληρονόμον αὐτὸν ἀνάδειξον διὰ τῶν σῶν θείων ἐντολῶν τῆς ἐπουρανίου βασιλείας σοῦ, ἅμα τῷ γράψαντι Κωνσταντίνῳ ἐλαχίστῳ ἱερεῖ. *Memento, Domine, possidentis sacrum hunc & animabus utilem librum .... & ipsum heredem institue propter tua divina praecepta regni caelestis, una cum Constantino minimo sacerdote, qui hunc scripsit.*

Codex Graecus membr. Ms. in 4. Saec. X. optime servatus, cum scholiis aliquot marginalibus. Constat foliis scriptis 139.

MOSCHOPVLI SCHEDOGRAPHIA.

I. pag. 1. M*Anuelis Moschopuli Schedographia*, quae incipit, ut in COD. XXV.
Codice VII. Pl. LV. Catalogi Tom. II. pag. 245. §. IV. Finis vero diversus ita habet: τοῦ σημαίνοντος τὸ λέγω. ὥσπερ γὰρ ἀπὸ τοῦ τιθῶ, mutila enim est, ac continet tantum schedas sex.

Codex Graecus bombycinus Ms. in 4. Saeculi XIV. pessime exaratus, temporis vetustate detritus, madore corruptus, & a muribus etiam in ultimis foliis fede conrosus. Constat foliis scriptis 38.

CLAVDII PTOLEMAEI MAGNA CONSTRVCTIO.

Cum prolegomenis Barlaami monachi, Theonis & aliorum; nec non scholiis Anonymi. Accedunt eiusdem Barlaami Logisticae Libri VI.

I. pag. 1. ΚΑτασκευὴ καὶ χρῆσις κυκλικοῦ ἀστρολάβου. *Constructio & usus* COD. XLVIII.
circularis astrolabii, cum figuris geometricis accurate delineatis, auctore Anonymo. Inc. Λαβόντες κύκλους τρεῖς ἀκριβῶς τετορνευμένους. Des. πρὸς ἕνα τινὰ τῶν προδιοπτευθέντων πλανωμένων, ἢ μή. Quoniam vero huius astrologici tractatus auctor ignoratur, ut de ipso iudicium ferre possis, amice lector, placet Capitum titulos, quibus constat, ut in Codice iacent exhibere. Ii vero sunt:

Χρῆσις τοῦ τοιούτου ὀργάνου.
Περὶ τῆς τῶν ὡρῶν καταλήψεως.
Περὶ τοῦ τῆς ἡμέρας μεγέθους.
Περὶ τοῦ, πῶς δεῖ λαμβάνειν τὴν ὥραν· ἐν ᾧ καὶ ὅτι ἰσημερινὴ λαμβάνεται.
Περὶ τῶν καιρικῶν ὡρῶν.

(1) Heic nomen possessoris erat appositum, quod deinde penitus abrasum fuit.

Περὶ μοίρας ὡροσκοπούσης καὶ μεσουρανούσης.

Πῶς ἐστιν ἐκ τοῦ ὀργάνου λαβεῖν τὸ μέγιστον ὕψωμα ἑκάστης τῶν ἐν τῷ ζωδιακῷ μοιρῶν, ὃ θεωρεῖται ἐν τῷ μεσημβρινῷ.

Περὶ τοῦ, πῶς δεῖ λαμβάνειν τὰς τῆς νυκτὸς ὥρας.

Περὶ τῶν καθ' ἕκαστον τῶν κλιμάτων ἀναφορῶν.

Περὶ τῆς τῶν ιβ' τόπων εὑρέσεως.

Περὶ τῆς τοῦ ἡλίου ἐποχῆς.

Περὶ τοῦ, πῶς δεῖ λαμβάνειν τὴν τῆς σελήνης ἐποχὴν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων πλανωμένων καὶ ἀπλανῶν ἀστέρων.

II. pag. 4. *b.* Τοῦ Βαρλαὰμ, πῶς δεῖ ἐκ τῆς μαθηματικῆς τοῦ Πτολεμαίου συντάξεως ἀκριβέστερον ἐπιλογίζεσθαι ἡλιακὴν ἔκλειψιν. *Barlaami, quomodo oporteat ex mathematica Conſtructione Ptolemaei accuratius deprehendere ſolarem eclipſim*. Inc. Αἱ μὲν αἰτίαι καὶ αἱ πρῶται ἀρχαὶ τῶν κατ' οὐρανὸν γινομένων συμπτωμάτων, αἵ τε τούτων διακρίσεις καὶ καταλήψεις, ἄριστα καὶ ὡς ἔνι μάλιστα ἀκριβῶς τῆς προσηκούσης ἔτυχον παρὰ τοῦ Πτολεμαίου ἀκριβείας. ἐπεὶ δὲ αὐτὸς τὰς τῶν ἡλιακῶν ἐκλείψεων διακρίσεις ἄνευ ὑποδείγματος ἐν τῇ συντάξει ἐξέθετο, ἐξ οὗ συμβαίνει δυσμεταχείριστον εἶναι καὶ δυσδιάκριτον τοῖς μετιοῦσι τὸν τῶν ἐπιλογισμῶν τρόπον, ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἐκθέσθαι σοι, ἄριστε φίλων, κ. λ. Deſ. μεταξὺ θερινῆς ἀνατολῆς καὶ ἀπαρκτίου. Innuitur hoc Opus a Fabricio Bibl. Graec. Vol. III. pag. 418. citans Labbeum Biblioth. Nov. Mss. pag. 202. & Vol. X. pag. 432. num. 8. in recenſione Barlaami Operum, ubi tamen pro *Solari eclipſi* habet *Lunari eclipſi*: initium vero fit a verbis, ἀναγκαῖον ἡγησάμην, κ. λ. Nondum editum eſſe ex ipſo colligimus. Fuit autem Barlaamus iſte ex urbe Seminaria Calaber, & perinde ac Gennadius Scholarius, duas vel tres perſonas prorſus diverſas egiſſe unus deprehenditur, unde factum ut in duos Barlaamos a quibuſdam diſcerperetur. Sed unus idemque eſt qui pro Latinis initio & eorum cum Graecis unione, & qui deinde acriter contra Latinos, ac denique ex monacho S. Baſilii factus Epiſcopus in regno Neapolitano Gyracenſis, ſeu Hieracenſis, iterum pro Latinis ſcripſit, eruditione, eloquentia & philoſophiae cognitione nulli aetatis ſuae ſecundus. Idem Heſychaſtarum & Gregorii Palamae in ſynodo anno MCCCXXXVII. Conſtantinopoli habita vehemens fuit cum Gregorio Acindyno adverſarius.

III. pag. 7. Θέωνος καὶ ἑτέρων σοφῶν καὶ μαθηματικῶν ἀνδρῶν προλεγόμενα εἰς τὴν μεγάλην σύνταξιν τοῦ Πτολεμαίου. *Theonis & aliorum ſapientum & mathematicorum virorum prolegomena in magnam Conſtructionem Ptolemaei*. Inc. Τὴν ἀστρονομίαν ἐν τοῖς πρὸς Σύρον γενεθλιαλογικοῖς τέτρασι βιβλίοις, κ. λ. Deſ. διὰ τῶν προειλημμένων ἐσπουδάζετο κατὰ τὸ δυνατόν. Exſtant & in Codice I. Plut. XXVIII. Catalogi noſtri Tom. II. p. 9. §. I. ubi finis diverſus, quum ibi poſt verba mox relata, alia pauca ſubſequerentur tamquam prolegomena, e quorum poſtremis finem ipſorum deſumſimus.

IV. pag. 20. Κλαυδίου Πτολεμαίου μαθηματικῆς συντάξεως. *Claudii Ptolemaei de mathematica Conſtructione Libri XIII.* Prooemium inc. Πάνυ καλῶς. Vltimi libri finis eſt: καὶ σύμμετρον εἰλήφοι τὸ τέλος ἡ παροῦσα πραγματεία. Concordat in reliquis cum dicto Codice I. Plut. XXVIII. Figuris elegantiſſimis geometricis inſtructus eſt Codex, & uberrimis ſcholiis in margine adſcriptis, quorum ſpecimen eſto, quod legitur initio prooemii pag. 20. Ἰστέον, ὅτι τὸ προοίμιον ἔπαινον ἀστρονομίας περιέχει, ἥ τις εἶδός ἐστι τοῦ θεωρητικοῦ μέρους τῆς φιλοσοφίας. καὶ διὰ τοῦτο ἐπαινεῖ τοὺς περιπατητικοὺς φιλοσόφους, τοὺς περὶ Ἀριστοτέλην δηλαδὴ, ὡς καλῶς διελόντας τὴν φιλοσοφίαν εἴς τε τὸ θεωρητικὸν καὶ τὸ πρακτικόν· καὶ ἔτι τὸ θεωρητικὸν εἰς τὸ φυσιολογικὸν, τὸ θεολογικὸν, καὶ τὸ μαθηματικόν· καὶ τὸ μαθηματικὸν αὖ εἰς ἀστρονομίαν, γεωμετρίαν, ἀριθμητικὴν, καὶ μουσικὴν, κ. λ. Auctor ſcholiorum Anonymus.

V. pag. 169. Βαρλαὰμ μοναχοῦ λογιστική. *Barlaami monachi Logiſticae*, ſive *Arithmeticae ſubtilius demonſtratae libri VI.* Prooemium inc. Πολλῶν ὄντων, οἷς ἀστρονόμοι χρῶνται. Deſ. καὶ τοῖς ἐν τῇ γραμμικῇ στοιχειώσει ἀποδεδειγμένοις. Liber I. inc. Μέρος ἐστί. Liber VI. deſ. ἔστιν ἄρα ὡς ὁ α, ε, πρὸς τὸν γ, οὕτως ὁ γ πρὸς τὸν ε, β. ὅπερ ἔδει. In ultimo folio quaedam pauca leguntur aſtronomica, quae ad hoc quidem Barlaami Opus nullo modo videntur pertinere. Hi Libri ſex Logiſticae editi ſunt Graece a Ioanne Chambero Collegii Etonenſis apud Anglos Socio Pariſ. MDC. 4. & Latina verſio ſeparatim, ibid. ad Reginam Angliae Eliſabetham. Idem Opus puto, quod Geſnerus geometricam demonſtrationem de numeris appellat.

Codex Graecus papyraceus Ms. in folio minori, Saeculi XIV. optime ſervatus, charactere quidem exili, ſed manu valde perita & docta exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 192.

ARISTOTELIS ORGANVM VNA CVM PORPHYRII INTRODVCTIONE IN QVINQVE VOCES.

I. pag. 1. INtroductio *Porphyrii in quinque voces*. Exſtat praefixa Operibus Ariſtotelis edit. Pariſ. alias cit. Tom. I. pag. 1. Huic ſubiicitur p. 16. *b.* ſcholion, ſeu explicatio, *cur ſint quinque voces*. Inc. Διὰ τί εἰσι πέντε φωναί. Deſ. ὑποστῆναι οὐ δύναται. COD. LXXVII.

II. pag. 18. *Ariſtotelis Categoriae*. Ibid. pag. 14.

III. pag. 51. *Eiuſdem de Interpretatione*. Ibid. pag. 36.

IV. pag. 71. *b. Eiuſdem Analyticorum priorum Libri II.* Ibid. a pag. 51. ad pag. 129.

V. p. 187. *b. Eiuſdem Analyticorum poſterio-*

rio-

riorum Libri II. Ibid. a pag. 130. ad pag. 180.

VI. pag. 255. *b. Eiusdem Topicorum Libri VIII.* Ibid. a pag. 180. ad pag. 281. Octavo autem Libro, qui desinit ut in edit. subiicitur Caput inscriptum περὶ τῶν τοῦ συμβεβηκότος τόπων, quod nonum Topicorum librum constituere videtur, quum designetur verbis Τοπικῶν θ'. incipit autem: Σκοπεῖν εἰ τὸ ὡς γένος ὑπάρχον ὡς συμβεβηκὸς ἀποδέδωκεν. Des. αὔξεται δὲ οὐκ ἀεί. Duobus circiter foliis continetur.

VII. pag. 402. *Eiusdem de sophisticis elenchis*, sive *argumentationibus Liber*. Ibid. a p. 281. ad pag. 314. ubi in duos dividitur Libros.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XVI. optime servatus. Constat foliis scriptis 450.

PLATONIS DIALOGI TRES.

COD. LXXVIII. I. pag. 1. PLatonis Gorgias, vel de Rhetorica. Exstat Oper. cit. edit. p. 302.

II. pag. 75. *Eiusdem Euthyphron, sive de sanctitate*. Ibid. pag. 1.

III. pag. 89. *Eiusdem Crito, sive de eo quod agendum est*. Ibid. pag. 32.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 8. maiori, Saeculi XV. nitidissimus, in cuius primo folio legitur: Τὸ βιβλίον τοῦ Πέτρου Παύλυ τῦ Βοργάνιυ. Constat foliis scriptis 100.

AESOPI PHRYGIS FABVLAE GRAECAE, ET BASILII MAGNI SERMO VNICVS.

COD. LXXIX. I. pag. 1. AE*sopi Fabulae CXLVIII.* Prima ἀετὸς κ̀ ἀλώπηξ, *aquila & vulpes*, inc. Ἀετὸς κ̀ ἀλώπηξ φιλιωθέντες. Vltima λύκος κ̀ γέρανος, *lupus & grus*, des. ταύτας ἀπονέμουσι χάριτας. In his recensendis usi sumus editione Graeca Basileensi per Ioannem Hervagium MDL. in 8. ubi sunt Fabulae CIL. eodemque prorsus ordine digestae, uti exhibentur in Codice. Notandum igitur est, deesse in hoc postremas editionis quinque Fabulas: nam ultima Codicis, est CXLIV. in edito: inter LXVII. vero & LXVIII. inseri unam, quae in edit. non adparet; itemque inter LXXIII. & LXXIV. alias tres ex Gabria, & sunt inter eius tetrasticha iuxta cit. edit. sub numeris 13. 14. & 28. Quae igitur deest in edit. hanc integram adferre libuit, quae sequens est:

Γυνή.

Γυνή τις θυγατέρων οὖσα δυοῖν μήτηρ, ἀνδράσι συνῆψε ταύτας, τὴν μὲν κηπωρῷ, θατέραν δὲ κεραμεῖ. ἐλθοῦσα τοίνυν ποτὲ πρὸς τὴν τῷ κηπωρῷ ἐγαμημένην, τά τε ἄλλα ὡμίλει, κ̀ πῶς ἂν ἔχοι διηρώτα. ἡ δὲ, τὰ μὲν ἄλλα, μῆτερ, ἔφη, καλῶς, εὔχου δ' ὑετῶν ἡμῖν φορὰν, ὡς τοῖς λαχάνοις ἐξ ἀρδείας αὔξησις ἡ κατὰ λόγον προσγένοιτο ἐκεῖθεν δ' ἐξελθοῦσα, πρὸς τὴν συνοικοῦσαν τῷ κεραμεῖ ἀφικνεῖται. ταῖς δ' αὐταῖς χρησαμένη κ̀ πρὸς ἐκείνην, ἤκουσεν, ὡς τὰ μὲν ἄλλα καλῶς ἡμῖν, ὦ μῆτερ, ἔχει· εὔχου δ' αἰθρίαν ἡμῖν κ̀ ἡλίους γίνεσθαι θερμοτέρους τε καὶ καθαρωτέρους, ὡς ἂν θᾶττον οἱ κέραμοι ψύχοιντο· καὶ ἡ μήτηρ πρὸς ταῦτα . . . . . Mutila est, ac decem circiter versus vacui relicti sunt. Collectio fabularum Aesopicarum valde diversa ab editis exstat in Codice Biblioth. S. Mariae monachorum D. Benedicti Florentiae, de quo Montfauc. in Museo Italico. Duplicem habemus collectionem prosaicam Fabularum Aesopicarum Graecam, utramque ordine alphabetico digestam, alteram fabularum CXXXVI. quam ex Biblioth. Palatina primus edidit, Latine vertit, notisque illustravit Neveletus; alteram fabularum CXLIX. quam una cum vita Aesopi a Maximo Planude scripta Graece & Latine primus edidit Aldus Manutius Venetiis MDV. fol. Harum fabularum, quales in citatis duabus Collectionibus exhibentur, auctorem faciunt plerique Planudem monachum Constantinopolitanum, qui annis abhinc quadringentis vitam Aesopi composuit. Vide Fabric. B. G. Vol. I. pag. 400.

II. pag. 39. *Magni Basilii Sermo ad iuvenes, quomodo e profanis scriptoribus utilitatem capere possint*. In eius Operum edit. Paris. anni MDCCXXI. Tom. II. pag. 173.

Codex Graecus membr Ms. in 8. maiori, Saeculi XV. nitidissimus, in cuius prima pagina possessoris nomen, licet litura obliteratum eruitur ita: *Hic liber est Raphaëlis Bernardi de Minervectis A. D. MDLXXV.* Constat foliis scriptis 55.

MEDICINALE PSELLI.

TOῦ σοφωτάτυ Ψελλοῦ πρὸς Κωνςαντῖνον τὸν Πορφυρογέννητον κ̀ βασιλέα. *Sapientissimi Pselli ad Constantinum Porphyrogenitum & Imperatorem* Opus Medicinale. Praecurrit prooemium, quod heic ut modum tractationis habeas, integrum proferimus. Ita igitur habet: COD. LXXXIII.

Τὰς προςαχθείσας ἐπιτομὰς παρὰ τῆς σῆς θειότητος, ἐκ Θεοῦ αὐτοκράτωρ, περὶ τῆς τῶν ἰατρικῶν θεωρημάτων συναγωγῆς ἔσπευσα κατὰ τὸ δυνατὸν διὰ συντομίας ὁμοῦ κ̀ σαφηνείας πᾶσαν τὴν ἰατρικὴν ἐπελθεῖν, μηδὲν κατὰ δύναμιν τῶν ἀναγκαίων ὑπερορᾶν, ἕκαςον ἐκθέμενος τῶν παθημάτων, πρῶτον μὲν τὰς αἰτίας ἐπαγορεύων σαφῶς, δεύτερον τὰς σημειώσεις, δι' ὧν ῥαδίως γνωσθήσονται, εἶθ' ἑξῆς τὴν θεραπείαν, δι' ἣν πάντα κατὰ τέχνην θεραπεύσομεν· πρότερον ἀπὸ κεφαλῆς ἀρξάμενοι, διὰ τὸ ἐκεῖσε ἱδρύεσθαι τὸ ἱερὸν τῆς λογικῆς ψυχῆς. *Iussu tuo mihi, divinissime Imperator, compendia de Meditationum Medicarum collectione demandata, pro virium mearum modulo, compendiose atque perspicue omnem medicinae facultatem percurrens, nullumque ex necessariis negligens, sed universos morbos exponens, absolvere nisus sum. Primum enim caussas aperte enuncio; secundo per quas non difficulter dignoscentur, notas; tandem media, per quae omnia artificiose curabimus.*

Prius

Prius a capite, quod in eo sacra pars animae inhaereat, exordiamur. Primum Caput περὶ τριχῶν ῥευσῶν, *de capillis fluentibus*, inc. Ἀποῤῥέουσιν αἱ τρίχες, κ. λ. ultimum περὶ ποντίου μέλιτος, *de melle Pontico*, des. ἢ ἀβρότονον, ἢ χαμαίπιτυν. Tum subiicitur index Capitum totius Operis, quae sunt CCXCI. Habes etiam in Codice VI. Plut. LXXV. supra p. 147. §. I. ubi aliquanto brevius occurrit, quum Capitibus constet CCL. Post Caput igitur περὶ κεραυνῶν, *de fulminibus*, quod ibi erat CCL. heic vero est CCLXVI. sequuntur alia usque ad numerum, uti diximus, CCXCI. in quibus agitur de animalibus virus eiaculantibus, ac remedia contra ipsorum morsus proponuntur; ac propterea caput CCLXVII. inc. Περὶ τῶν ἰοβόλων ζώων μέλλοντες γράφειν, πρότερον προφυλακτικὰ βοηθήματα παραδώσομεν, κ. λ. Finem vero iam dedimus. De Opere hoc, ac de ipsius auctore iudicium vide loc. cit.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. erroribus quamplurimis scatens, in cuius prima pagina possessoris nomen ita notatum legitur: Τὸ βιβλίον τοῦ Πέτρου Παύλου τοῦ Βοργανίου, καὶ τῶν φίλων. Constat foliis scriptis 103.

HARMENOPVLI PROMTVARIVM IVRIS ET ALIA; NEC NON IVSTINIANI IMP. LEGES GEORGICAE.

COD. LXXXV.

I. pag. 1. IN primo Codicis folio, & in alio, quod cum ipso integumento ligneo compactum est, leguntur *Interpretationes dictionum quarumdam, quae in Legalibus libris occurrunt*, ex. gr. ἐνέχυρον, κυοφορούμενος, ἀπελεύθερος, κ. λ. Pag. 2. exhibentur I. *Septem philosophorum apophthegmata, seu sententiae*, quorum nomina sunt, Menander, Cleobulus, Chilo, Pittacus, Solon, Bias, & Thales. II. *De mensuris* brevissimum excerptum. Inc. Ὅτι ὁ δάκτυλος, πρῶτός ἐστιν, ὥσπερ καὶ ἡ μονὰς ἐπὶ τῶν ἀριθμῶν κ. λ. III. *De quatuor maximis fluminibus, Istro, Nilo, Tigri, & Euphrate*, & in fine *de Nili alluvione*. Inc. Ὅτι ὁ Ἴστρος ὁ ποταμὸς, λεγόμενος Φισῶν παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ, κ. λ. Des. κατὰ τοὺς εὐκράτους τόπους. Pag. 3. *De primis artium inventoribus*. Inc. Ὁ Εὐκλείδης γεωμετρίαν. Ὁ Ἀπελῆς τὰς βοτάνας, κ. λ. Tandem pag. ead. *b*. Εἰς κριτὴν στίχοι Ἀνδρέου χαρτοφύλακος τοῦ Λιβαδιναρίου. *In iudicem versus Andreae Chartophylacis Libadinarii*, qui sunt:

Τὸ τῆς δίκης πῦρ ἐνεργῶν πρὸ τῆς δίκης,
Λόγοις, δικαστὰ, μὴ προληφθῇς τὴν φρένα.
Πῦρ γὰρ πέφυκε τῶν λόγων ἡ λαμπρότης,
Τοὺς τὴν δίκην κλέπτοντας ἐνδίκως φλέγον.

II. pag. 4. Sequitur *Constantini Harmenopuli promtuarium Iuris*, in sex divisum Libros, ut in Codice XIX. Plut. LXXXI. cui praecedit I. *Praefatio ad Iudices eiusdem Harmenopuli*, II. *Condemnatio*, seu *exsecratio ipsorum a Leone & Alexandro Impp. promulgata*, III. *Protheoria*, IV. *Index Titulorum totius Hexabibli*; quae omnia eodem ordine habentur in dicto Codice §. I. Libri primi Titulus I. qui est *de legibus*, inc. Κατὰ τοὺς παλαιοὺς χρόνους, κ. λ. Vltimus *de consecratione Episcoporum, presbyterorum, & clericorum, & de rebus Ecclesiasticis*, qui in dicto Codice mutilus erat in fine, heic desinit: δίχα τῶν προσώπων δηλονότι τῶν ἐκ τῶν ἄλλων νόμων κεκωλυμένων. Tum subditur: Τέλος πάσης τῆς ἑξαβίβλου. Hic, ut in dicto Codice innuimus, in editione inibi citata non apparet.

III. pag. 206. *b*. Θέσπισμα τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου περὶ τοῦ πάπα Ῥώμης. *Edictum & effatum divinum Magni Constantini de Pontifice Romano*. Inc. Θεσπίζομεν σὺν πᾶσι τοῖς σατράπαις. Des. καὶ τοὺς αὐτοῦ διαδόχους. Est Constantini Magni Donatio facta Silvestro Pontifici, a Constantino Harmenopulo Graece versa, ut notat Nesselius Viennens. Biblioth. Catalogi Part. II. pag. 27. Integram refert Fabric. Biblioth. Graec. Vol. VI. pag. 5. qui pluribus de hac ipsa Donatione edisserit. Huic subditur subscriptio quaedam a recentiori Graeculo analphabete exarata, quam uti potuimus διορθωθέντες heic exhibemus: Τὸ παρὸν βιβλίον ἀνακαινίση ὑπὸ τοῦ πανιερωτάτου μητροπολίτου Κάφα κυρίου Μαρτυρίου ἔτους ζοέ. ἰνδ. ι'. πατριαρχοῦντος κυρίου Μητροφάνους τῆς νέας Ῥώμης. *Praesens liber restauratus est sub sacratissimo Metropolita Capha D. Martyrio anno* 7075. (Christi MDLXVII.) *indict. X. patriarcha novae Romae D. Metrophane*.

IV. pag. 208. *Epitome divinorum ac sacrorum Canonum ab eodem Constantino Harmenopulo confecta*, cum protheoria & indice in principio, ut in dicto Codice §. II. cum quo etiam initium & finis concordat.

V. pag. 244. Τοῦ αὐτοῦ περὶ πίστεως ὀρθοδόξου, καὶ περὶ αἱρέσεων. *Eiusdem de Fide orthodoxa, ac de haeresibus*. Caput *de Fide orthodoxa* inc. Πιστεύειν δεῖ τὸν ὄντως χριστιανὸν, κ. λ. Des. εἰς τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν κόλασιν ἀτελεύτητον. Hoc deest in dicto Codice. Est autem Fidei Confessio, quae in editionibus Libello de Haeresibus subiici solet, in Codicibus vero Mss. praemitti instar prooemii, ut in hoc nostro, & in Caesareis, ut notat Lambecius VI. pag. 35. & 39. Hanc bis memoriter recitasse dicitur Harmenopulus morti vicinus (1), ut notat Fabric. Bibl. Graec. Vol. X. pag. 278. §. IV. quem vide.

VI. pag. 245. *b*. Sequitur Libellus *de Haeresibus*, cuius initium & finis cum dicto Codice concordat §. III.

VII. pag. 250. Νόμοι γεωργικοὶ κατ' ἐκλογὴν βιβλίου τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ βασιλέως. *Leges colonariae, sive georgicae selectae ex libro divinae memoriae Iustiniani Imperatoris*. Prima περὶ γεωργῶν, *de colonis*, inc.

 Χρὴ

(1) Obiit Constantinopoli sub Manuele Palaeologo Kal. Mart. anno Christi MCCCLXXX. vel MCCCLXXXIII. aetatis suae LXIII.

Χρὴ τὸν γεωργὸν ἐργαζόμενον, κ. λ. Septima περὶ δένδρων, *de arboribus*, desinit imperfecte in verbis, ὁ χερσὶν οἰκείαις τέμνων ἐνέχεται... Mutilus enim est in fine Codex. Editae sunt in Iure Graec. Rom. Io. Leunclavii Tom. II. pag. 256. Subiiciuntur etiam Harmenopuli Promtuario Iuris. Latine vertit Symon Schardius, & utraque lingua edidit Basileae MDLXI. in 8. emendatiores & auctiores ex Codice Antonii Augustini.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. Constat foliis scriptis 254.

PLVTEVS LXXXX. Sup.

DEMOSTHENIS ORATIONES VARIAE CVM LIBANII ARGVMENTIS.

COD. XVI. I. pag. 1. Λιβανίου ὑπόθεσις τῶν λόγων Δημοσθένους. ὁ βίος αὐτοῦ. *Libanii argumentum Orationum Demosthenis. Vita ipsius*. Inc. Ἐπειδὴ κράτιστε. Des. κατὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἑκάστων ἰδιότητα. Est Libanii ad proconsulem Montium praefatio, qui ab eo tum vitam Demosthenis, tum argumenta omnium eius Orationum sibi scribi iusserat: habeturque Graece & Latine in Tom. II. Operum Demosthenis Aurel. Allobrog. cura Hieron. Wolfii MDCVII. fol. post Vlpiani Enarrationes pag. 275.

II. p. 4. *b*. Sequuntur Libanii Argumenta in quasdam Demosthenis Orationes, quae sunt:

I. *in Philippicam primam*, ut in cit. edit. Tom. I. p. 15.

II. pag. 5. *in Philippicam secundam*. Ib. pag. 24.

III. pag. 6. *b. in Orationem de Haloneso*. Ibid. pag. 29.

IV. pag. 7. *b. in Orationem de Corona*. Ibid. p. 311.

V. pag. 9. *in Orationem de falsa legatione*. Ibid. pag. 197.

III. pag. 9. *b. Demosthenis Oratio prima in Philippum*, ut in dicta edit. T. I. pag. 15. In hac Oratione ad eum locum, ubi leguntur verba, πόρου ἀπόδειξις, *Pecuniaria ratio*, haec in margine notula apposita est: Ἐντεῦθεν Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἑτέρου λόγου εἶναι ἀρχὴν, προοίμιον δέ φησιν οὐκ ἔχει, ἐπειδὴ δευτερολογίας ἐστὶν, ἐν αἷς ὡς ἐπιτοπλεῖστον οὐκ εἰσὶ προοίμια.

IV. pag. 21. *Eiusdem Philippica II*. Ibid. pag. 25.

V. pag. 28. *b. Eiusdem Oratio de pace, cum Libanii argumento*. Ibid. pag. 19.

VI. pag. 33. *b. Eiusdem Oratio de Haloneso*. Ibid. pag. 29.

VII. pag. 42. *b. Eiusdem Oratio de Cherso- neso cum Libanii argumento*. Ibid. p. 35.

VIII. pag. 56. *Philippi ad populum Atheniensem Epistola*. Ibid. pag. 61.

IX. pag. 61. *Demosthenis Oratio de Corona*. Ibid. pag. 313.

X. pag. 127. *b. Eiusdem de falsa legatione*. Ibid. p. 200.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. nitidissimus, cum glossis aliquot in margine minio exaratis. Constat foliis scriptis 202.

DEMOSTHENIS ORATIONES DVAE.

I. pag. 1. Sine ullo titulo occurrit *Demosthenis Oratio contra Ctesiphontem*, ut in cit. edit. a pag. 274. ad p. 311. Hic Codex quum male compactus a bibliopego fuerit, mirum in modum confusa sunt omnia; numeratio vero, quam paginis adiecimus, lectorem in viam reducit. COD. LXII.

II. p. 39. Τοῦ αὐτοῦ λόγος περὶ τοῦ στεφάνου. *Eiusdem Oratio de Corona*, seu potius fragmentum incipiens ab initio usque ad verba, ἐπὶ ταύτην ἀπηντηκὼς ἐμοί.... quae incidunt in cit. edit. p. 314. linea ultima.

Codex Graec. papyrac. Ms. in 8. maiori, Saeculi XV. cum brevibus notulis & castigationibus in margine. Constat foliis scriptis 40.

PLVTEVS LXXXXI. Sup.

HOMERI ILIAS.

Continet hic Codex *Homeri Iliadem Libris XXIV*. cui hypothesis praecurrit, posterius tamen adiecta. Primus Liber ob Codicem in principio mutilum, est acephalus, & incipit a versu 313. COD. I.

Λαοὺς δ' Ἀτρείδης ἀπολυμαίνεσθαι ἄνωγεν.

Ad primum & secundum librum adsunt in margine scholia, sed adeo minutis characteribus & evanescentibus exarata, ut vix legi possint: ipsorum praeterea pars a bibliopego in compingendo Codice nonnullis in locis recisa est. Incipiunt a versu 315.

Ἔρδον δ' Ἀπόλλωνι τελήεσσας ἑκατόμβας,

& quidem ita: Τέλειος κοινὸν, τελείης ποιητικὸν, ἀπὸ τοῦ τέλος, τελέεις· ὡς ἀπὸ τοῦ κρύος κρυόεις, καὶ τροπῇ τοῦ ο εἰς η, τελήεις, τὸ θηλυκὸν ἡ τελήεσσα, κ. λ.

Codex Graecus bombycinus Ms. in 8. Saeculi XIV. variis in locis tineis corrosus, ac senio confectus. Constat foliis scriptis 315.

HOMERI ILIAS ET ODYSSEA.

I. p. 1. Homeri *Iliados Libri XXIV*. quorum ultimus est imperfectus: desinit enim in versu 144. COD. II.

Βάσκ' ἴθι, Ἶρι ταχεῖα, λιποῦσ' ἕδος οὐλύμποιο.

Primus liber scholiis optimis marginalibus ubique refertus est, sed minutis & intricatis characteribus exaratis, quorum etiam pars

tineis

tineis corrosa deperiit. Horum primum ita habet: Μῆνις· οὐκ ἐκ τοῦ μαίνεσθαι, ἀλλ' ἐκ τοῦ μένειν μῆνις· ἐκ δὲ τοῦ μαίνεσθαι ἡ μανία, φρενῶν ἔκστασις οὖσα, ἢ ἐκ τοῦ μὴ ἕν· στερεῖ γὰρ τῆς ἑνότητος διϊστῶσα τοὺς . . . ζοντας· οὐδὲ παρὰ τῷ ποιητῇ ὀνόματα ἐπὶ τῶν παροξυνομένων θυμὸς, χόλος, μῆνις, κότος· θυμὸς δὲ παρὰ τὸ θύειν, καὶ τὸ αἷμα, θύαιμός τις ὤν· ὁ χόλος παρὰ τὴν χολήν· ἡ δὲ ὀργὴ παρὰ τὸ ὀρέγω· καὶ γὰρ ἀντὶ λυπήσεώς ἐστιν ὄρεξις· θυμὸς, χόλος, καὶ ὀργὴ συνώνυμα· ταὐτὸν γὰρ σημαίνει. In alios autem Libros scholia rarissima: hypotheses etiam quibusdam praefixae sunt.

II. pag. 167. *Eiusdem Odysseae Libri XIV. priores*, quorum postremus item mutilus est, ac desinit in vers. 422.

Ἀλλ' ὅγ' ἀπαρχόμενος, κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλεν.

Nulla in hos scholia leguntur.

Codex Graecus bombycinus Ms. in 4. maiori, Saeculi XIII. tineis ac senio variis in locis male adfectus. Constat foliis scriptis 216.

AESCHYLI TRAGOEDIAE DVAE.

COD. V.

I. pag. 1. PRima Tragoedia est *Prometheus Religatus*. Praecedit *Aeschyli Vita*, cuius initium: Αἰσχύλος ὁ τραγικὸς γένει μὲν ἦν Ἀθηναῖος, Ἐλευσίνιος τὸν δῆμον. Finis: οὐκ ὀλίγας δὲ καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν ἀπηνέγκατο. Vitam excipit *Promethei argumentum*, quod inc. Προμηθέως ἐκ Διὸς κεκλοφότος τὸ πῦρ. Des. ἡ δὲ ἐπιγραφὴ τούτου, Προμηθεὺς δεσμώτης. Tum sequitur Tragoedia ipsa, in cuius calce legitur Epigramma iambicum *in Prometheum & Aeschylum*, quod inc. Ἀνθ' ὧν τὸ πῦρ δέδωκας, κ. λ. Des. ἐκφυγεῖν τιμωρίας. Habes in Codice XXV. Plut. XXVIII. Catalogi nostri Tom. II. pag. 45. §. II. ubi longius est. Scholiis autem marginalibus, & glossis interlinearibus abundat. Primum scholion in vocem τηλουρὸν ita habet: ὑψηλὸν, μακρὸν, ἀφ' οὗ τῆλε καὶ μακρὰν ὁρᾷν τις δύναται. λέγει δὲ τὸν Καύκασον, ἢ τὸ μακρόθεν ὁρώμενον, ἢ τὸ ἐπιπολὺ διῆκον καὶ ἕλκον τὰ οἰκεῖα ὅρια, κ. λ.

II. pag. 41. Secunda Tragoedia est, quae inscribitur: *Septem apud Thebas*. In hanc quoque glossae interlineares sunt, & scholia marginalia, quorum primum in voces ὑμνοῖθ' ὑπ' ἀστῶν, κ. λ. ita inc. Βουλόμενοί τινες ἀτιμᾶσαι αὐτὸν, καὶ ὑβρίσαι, τὸ ὑμνοῖτο ἀντὶ τοῦ ἀτιμάζοιτο ἐκλαμβάνουσιν. ὅτι δὲ ἀληθές ἐστι τοῦτο, καὶ οὐχ' ὥσπερ ἐκεῖνοί φασι, μαρτυρεῖ τὸ οἰμώγμασι, κ. λ. Clauditur hoc disticho:

Δεινοπροσωπήσασα τέμνεται ξίφει
Δυὰς ἀδελφῶν ἡ μιαιφονωτάτη.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XIV. in cuius ultima pagina legitur: *MCCCCXXXI. die XXI. Aprilis Liber iste emptus per me Nicolaum de Martinotiis a papate* . . (1) *hyperperis* 1. ½. Constat foliis scriptis 75.

SCHOLIA IN EVRIPIDIS HIPPOLYTVM, ALCESTIDEM, MEDEAM, ET ANDROMACHEN.

COD. VI.

I. pag. 1. SCholiis *in Hippolytum* praecedit argumentum, cuius initium: Θησεὺς μέν. Finis vero: τῷ δὲ Ἱππολύτῳ τιμὰς ἔφη γῆς ἐγκαταστήσασθαι. Habes in editione Euripidis Genevensi apud Paullum Stephanum cum versione Gulielmi Canteri, notisque Io. Brodaei, Stiblini, Aemilii Porti, & eiusdem Gul. Canteri ann. MDCII. in 4. Tom. I. p. 497. Tum post personas fabulae, alia pauca subiiciuntur, quae quum in editione desiderentur, integra adferimus, & ita habent: Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Θήβαις. ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἀμείνονος ἄρχοντος ὀλυμπιάδι πζ'. ἔτει δ'. πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰοφῶν, τρίτος Ἴων. ἔστι δὲ οὗτος ὁ Ἱππόλυτος δεύτερος, καὶ στεφανίας προσαγορευόμενος. ἐμφαίνεται δὲ ὕστερος γεγραμμένος· τὸ γὰρ ἀπρεπὲς καὶ κακηγορίας ἄξιον ἐν τούτῳ διώρθωται τῷ δράματι. τὸ δὲ δράμα τῶν πρώτων. Scholion primum est in verba, ὅσοι τε πόντου, & inc. Ἐπὶ μέγιστον ηὔξησε τὸ κατηγόρημα τοῦ νεανίσκου, κ. λ. ultimum in vocem μᾶλλον, est, Μᾶλλον δὲ ἀντὶ τοῦ μάλιστα, συγκριτικὸν ἀντὶ τοῦ ὑπερθετικοῦ. In cit. edit. a pag. 499. lin. 7. ad pag. 605.

II. pag. 53. Scholia *in Alcestidem*, quibus item pracit Tragoediae argumentum, quod inc. Ἀπόλλων ᾐτήσατο, κ. λ. & post verba, ἔδειξεν ἣν ἐπένθει, in quibus editio desinit, per alios novem versus progreditur in Codice hoc pacto: Ἄλκηστις ἡ Πελίου θυγάτηρ ὑπομείνασα ὑπὲρ τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς τελευτῆσαι, Ἡρακλέους δὲ ἐπιδημήσαντος ἐν τῇ Θετταλίᾳ διασώζεται βιασαμένου τοὺς χθονίους θεοὺς καὶ ἀφελομένου τὴν γυναῖκα. Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Φέραις μιᾷ πόλει τῆς Θετταλίας· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἔκ τινων πρεσβυτῶν ἐντοπίων, οἳ καὶ παραγίνονται συμπαθήσοντες ταῖς Ἀλκήστιδος συμφοραῖς. προλογίζει δὲ ὁ Ἀπόλλων. Tum subiiciuntur dramatis personae. Scholia inc. Θῆσσαν) θητικὴν δίαιταν. Αἰνέσαι) εὐαρεστῆσαι, καταδέξασθαι. Οὗ δὴ χολωθεὶς) ἀνθ' οὗ τοῦ Ἀσκληπιοῦ, κ. λ. Des. Νόστιμον δ' ἔλθοις πόδα) γράφεται καὶ δόμον καὶ ὁδόν. In cit. edit. a pag. 606. ad pag. 671.

III. pag. 65. Medeae praecedit *Aristophanis grammatici argumentum*, ut in edit. cit. pag. 403. In superiori margine huius paginae scholion adscribitur eiusdem argumenti, cuius initium est: Ἰστέον, ὅτι ἡ Κόρινθος πατρῷον ἦν κτῆμα Μηδείας τῷ λόγῳ τούτῳ, κ. λ. Des. ταῦτα δὲ ἀπὸ τοῦ ἀνεπιγράφου ὑπομνήματος τοῦ εἰς Πίνδαρον ἔγραψαν. Scholia in Fabulam ipsam incipiunt: Τὸ ὤφελε τινὲς ἐπιρρηματικῶς δέχονται. Des. Μάτην ἔπος) μάτην εἶπας τοῦτο. Ζεῦ τάδ' ἀκούεις,) γράφ. Ἰὼ Ζεῦ τάδ' ἀκούεις. Πολλῶν ταμίας) ταῦτα ὡς ἀπὸ τοῦ χοροῦ ἐστι λεγόμενα. Ibid. a pag. 405. ad pag.

(1) Ibi erant alia quaedam pauca antiquitus exarata, quae deinde fuerunt penitus expuncta.

pag. 497. sed finis diversus in Codice, quum paullo sint longiora.

IV. pag. 98. Scholia *in Andromachen*, quibus nullum praeit argumentum, inc. Σχῆμα) κάλλος, εὐπρέπεια, κόσμος, ἀξίωμα, δόξα, κ. λ. Des. εἰς σηπίαν μεταβληθεῖσαν. Ibid. a pag. 673. ad p. 746.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. minori, Saeculi XV. nonnullis paginis alia manu suppletus, & aquis pluvialibus maculatus, quibus etiam factum est, ut tituli minio conscripti, ac Euripidis verba omnino evanuerint, in cuius primo folio legitur: *Monasterii Angelorum Petrus Candidus*: in secundo vero antiqua manu alia haec notata sunt: *Quaedam etiam adnotamenta praeter haec addidi in impresso, tum in hanc Tragoediam, tum in reliquas tris*. Constat foliis scriptis 109.

ARISTOPHANIS COMOEDIAE IV.

COD. VII. I. pag. 1. PRima est *Plutus*. Praecedit *Aristophanis vita*, ut in edit. Amstelod. Ludolphi Kusteri A. MDCCX. fol. inter Prolegomena pag. XIV. Thomae magistro tributa. Inc. Ἀριστοφάνης ὁ κωμῳδοποιός. Des. ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνους. Vitam excipit argumentum Pluti, quod inc. Βουλόμενος. Des. πλοῦτος Ἀριστοφάνους. Ibid. pag. 1. Inde scholia duo *de Comoedia*, quorum primum inc. Τὸ παλαιόν. Des. τὸ εἰς γέλωτα. Inter dicta prolegomena pag. XII. Alterum inc. Ὅτι ὁ γέλως. Des. εἰς ξανθίαν. Ibid. p. XIII. usque ad lineam tertiam columnae secundae: quae enim in Codice subsequuntur & inc. Σκολιὰ λέγεται παροίνια, μέλη τὰ ἐπὶ τῷ συμποσίῳ ᾀδόμενα, κ. λ. Des. καὶ μὴ ἐπ' εὐθείας τῆς λύρας περιφέρειαν, σκολιὰ ἐλέγετο, in edit. non adparent. Pag. 3. aliud Aristophanis grammatici argumentum versibus iambicis, sed ad instar solutae orationis exaratum. Inc. Μαντεύεται δίκαιος ὤν τις καὶ πένης Des. τἀγαθά. Ibid. p. 2. Tum alia haec: Ὑποκριταὶ Ἀριστοφάνους δύο, Καλλίστρατος καὶ Φιλωνίδης, δι' ὧν ἐδίδασκε τὰ δράματα ἑαυτοῦ, διὰ μὲν Φιλωνίδου τὰ δημοτικὰ, διὰ δὲ Καλλιστράτου τὰ ἰδιωτικά. quae excerpta sunt ex alia poëtae vita, quae habetur loc. cit. pag. XIII. incidunt autem in pag. XIV. lin. 36. Tandem alia duo adiiciuntur argumenta, quae sunt in edit. p. 1. sub numero 2. & 3.

II. pag. 38. *Eiusdem Nubes*, cum variis argumentis praeviis, quae licet ordine aliquantum diverso, exhibentur etiam in edito pag. 50. seq. quae igitur habentur in Codice, ea sunt quae in edit. distinguuntur marginalibus numeris 1. 2. 3. 7. 4. 5. 6. & 10. ubi notandum, argumentum illud versibus iambicis expressum, in Codice instar solutae orationis esse exaratum. In principio huius dramatis scholia quaedam occurrunt, quorum primum inc. Ἰοὺ, ἰού. Σχετλιαστικὸν ἐπίρρημα, διὰ τὸ ἐγρηγορέναι, κ. λ. ut in edit. p. 57. Progrediuntur autem usque ad vers. 25.

III. pag. 83. *b. Eiusdem Equites* cum tribus argumentis. Primum, quod in edit. p. 173. metricum est, & num. 7. designatur, in Codice prosaice exaratum est. Alterum duobus constat paragraphis, qui numero 6. & 8. in edito distinguuntur. Tertium denique, quod in edit. primum, paragraphos continet 1. 2. 3. & 4.

IV. pag. 124. *Eiusdem Ranae*. Tria & heic argumenta praecurrunt: primum versibus politicis, solutae tamen orationis ad instar exscriptum; alia duo sunt, quae in edit. marginalibus numeris 4. 5. 6. 7. 1. 2. & 3. denotantur.

In fine haec amanuensis subscriptio legitur rubris litteris expressa: Τουτὶ τὸ βιβλίον μετεγράφη ἐν Ῥώμῃ ὑποτροπῇ μὲν καὶ ἐξόδῳ τοῦ εὐγενοῦς καὶ λογίου ἀνδρὸς κυρίου Φραγκίσκου Σαλβήκτου (1) τοῦ ἐκ τῆς Φλωρεντίας τὸ γένος, χειρὶ δὲ Ἰωάννου πρεσβυτέρου Ῥώσου τοῦ Κρητὸς, ἔτει ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ὀγδοηκοστῷ πέμπτῳ, μηνὸς Μαρτίου εἰκοστῇ. *Praesens liber transcriptus est Romae hortatu quidem & sumtibus nobilis & docti viri Domini Francisci Salvecti Florentini genere, manu vero Ioannis presbyteri Rhosi Cretensis, anno a Christi Nativitate MCCCCLXXXV. mensis Martii die XX.*

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Saeculi XV. nitidissimus, cum argumentis & titulis comoediarum rubrica exaratis, in cuius prima pagina legitur manu recentiori: *Francisci Salvetti* καὶ τῶν φίλων: qui quidem videtur in subscriptione supra relata veri possessoris nomine, pro quo Codicem scripsit Rhosus, expuncto, proprium substituisse. Constat foliis scriptis 167.

THEOCRITI IDYLLIA. MOSCHI AMOR FVGITIVVS. EPIGRAMMATA QVAEDAM. APOLLONII RHODII ARGONAVTICA.

I. pag. 1. T*Heocriti Idyllia XVIII. impressa* sine ulla anni & loci nota, sed fortasse Florentiae typis Philippi Iunctae: characteres enim omnino similes sunt aliis eiusdem editionibus, quae anno MCCCCXCVII. ex eius officina in lucem prodiere. Habent autem scholia aliquot marginalia & interlinearia, Graeca manu exarata. Idyllia vero ista sunt: COD. VIII.

I. *Thyrsis, seu Cantio*.
II. pag. 3. *b. Pharmaceutria*.
III. pag. 6. *b. Caprarius, vel Amaryllis*.
IV. pag. 7. *b. Battus, & Corydon*.
V. pag. 8. *b. Viatores Comatas & Lacon*.
VI. pag. 11. *Damoetas & Daphnis*.
VII. pag. 12. *Thalysia, seu vernum iter*.
VIII. pag. 15. *Bucoliastae Daphnis, & Menalcas*.

(1) Hae duae voces Φραγκίσκου Σαλβήκτου alia manu recentiori sunt suffectae vetustioribus expunctis.

IX.

IX. pag. 16. *b. Pastor, sive bubulci, Daphnis & Menalcas.*

X. pag. 17. *b. Operarii, vel Messores.*

XI. pag. 18. *b. Cyclops.*

XII. pag. 20. *Aëtes.*

XIII. pag. ead. *b. Hylas.*

XIV. pag. 22. *Cyniscae amor, sive Thyonichus.*

XV. pag. 23. *b. Syracusiae, sive Adoniazusae.*

XVI. pag. 26. *Charites, sive Hieron.*

XVII. pag. 28. *Laudatio Ptolemaei.*

XVIII. pag. 30. *b. Helenae Epithalamium.* In fine τέλος τοῦ Θεοκρίτυ. *Finis Theocriti.* Huc usque Codex est impressus, & foliis constat 31. quae sequuntur, manuscripta sunt.

II. pag. 32. *Moschi Amor fugitivus.* Inc. Α' Κύπρις τὸν ἔρωτα. Des. περὶ πάντα βέβαπται.

III. pag. ead. *b. Epigrammata quaedam ex Anthologia desumta,* quorum tituli & initia ita habent:

I. inscribitur Εἰς Αἴαντα.
Inc. Α῞δ' ἐγὼ ἀδαμῶν ἀρετὰ, κ. λ.

II. Πλάτωνος.
Α'σὴρ μὲν πρὶν ἔλαμπες.

III. Τοῦ αὐτοῦ.
Α' Κύπρις Μέσαισι.

IV. Τοῦ αὐτοῦ.
Αἱ Χάριτες τέμενός τι.

V. Anepigraphum.
Πάλλας τὴν Κυθέρειαν.

VI. Νικάρχου.
Παρθένε τριτογένεια.

VII. Α'δριανοῦ Καίσαρος, οἱ δὲ Γερμανικοῦ.
Ε῞κτορ ἀρήϊον αἷμα.

VIII. Πρὸς ὃ ἀντέγραψεν ἀνὴρ Σπαρτιάτης Δημάρατος.
Θαρσύνοι, οὐ γὰρ ἐμῆς, κ. λ.

IX. Anepigraphum.
Τί καὶ δακρυόεις.

X. Εἰς Α'ρχίλοχον.
Νῦν πλέον ἢ τὸ πάροιθεν.

XI. Anepigraphum.
Ε῎πταρον ἄγχι τάφοιο.

XII. Anepigraphum.
Α'ρχιλόχου τόδε σῆμα.

XIII. Λεοντίυ.
Κεῖται ἐνὶ Τροίῃ.

XIV. Anepigraphum.
Οὐ σὸν μνῆμα τόδε.

XV. Λεωνίδου εἰς Η῎ριννα.
Παρθενικὴν νεανοιδόν.

XVI. Φιλίππυ.
Κολχίδα τὴν ἐπὶ παισίν.

XVII. Anepigraphum.
Πικρὴν ἀλλήλοις.

XVIII. Anepigraphum.
Η' βραδύπυς βυλή.

XIX. Λουκιανοῦ.
Ω'κεῖαι Χάριτες.

XX. Anepigraphum.
Οὐκ ἐθέλυσα τύχη.

XXI. Ω'ς ἀπὸ τῦ Πανὸς Γαυράδα.
Α'χὼ φίλα μοι.

XXII. Anepigraphum.
Εἴπασιν ἥλιε χαῖρε.

XXIII. Εἰς Ε῎ρωτα ἀροτριῶντα Μόσχου.
Λαμπάδα θεὶς ϗ τόξα.

XXIV. Anepigraphum.
Τὸν λύκον ἐξ ἰδίων.

XXV. Anepigraphum.
Ο῎μματ' ἔχεις Η῞ρης.

XXVI. Ζηνοδότυ.
Τίς λύψας τὸν ἔρωτα.

XXVII. Εἰς εἰκόνα Διδῦς ἀδέσποτον.
Α'ρχέτυπον Διδῦς ἐρικυδέος.

XXVIII. Α'ντιπάτρυ εἰς Ο'ρφέα.
Οὐκ ἔτι θελγομένας.

XXIX. Φιλίππου.
Ε'ν Θήβαις Κάδμου.

XXX. Εἰς εὐχαρίσους ϗ ἀχαρίσυς Α'ντιπάτρου.
Α'ντίπατρος Πίσωνι γενέθλιον.

XXXI. Ποσειδίππου, οἱ δὲ Κράτητος τοῦ Κυνικοῦ.
Ποίην τίς βιότοιο τάμοι τρίβον.

XXXII. Ε'κ τοῦ ἐναντίυ πιθανὰ Μητροδώρυ.
Παντοίην βιότοιο τάμοις τρίβον.

XXXIII. Α'ρχίου εἰς τὺς τέσσαρας ἀγῶνας.
Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες.

XXXIV. Σιμωνίδυ.
Ι῎σθμια ϗ πυθοῖ.

XXXV. Α'ρχίυ.
Θρήϊκας αἰνείτω.

XXXVI. Λουκιανοῦ.
Ο'κτὼ τὰ τῶν θνητῶν.

XXXVII. Παύλου Σιλεντιαρίυ.
Μήτε βαθυκτεάνοιο.

XXXVIII. Ε'πὶ τῶν ψευδῆ δόξαν ἐχόντων.
Πολλοί τοι ναρθυκοφόροι.

XXXIX. Ο'ρέσυ.
Α'μβαίνων Ε'λικῶνα.

XL. Τίνας ἂν εἴποι λόγυς πρὸς Πρόκνην τὴν ἀδελφὴν Φιλομήλη.
Σός με πόσις κακόεργος.

XLI. Εἰς τὸ αὐτό.
Χαῖρε Πρόκνη.

XLII. Εἰς ἀσεβεῖς, εἰς τὸν φθείραντα τὴν ἑαυτοῦ μητρυίαν.
Μὴ θάψῃς τὸν ἄθαπτον.

XLIII. Εἰς ἄσωτον Λυκιανοῦ.
Τὸν πατρικὸν πλῦτον.

XLIV. Τίνας ἂν εἴποι λόγους Δηϊδάμεια, τοῦ Πύῤῥου πορθήσαντος Τροίαν.
Πᾶσαν ἐμῆς κραδίης.

XLV. Τίνας ἂν Α'γαμέμνων ὁπλισθέντος Α'χιλλέος.
Ι῎λιος ὀφρυόεσσα.

XLVI. Τίνας ἂν Ε῞κτωρ.
Πηλείδην κοτέυσα.

XLVII. Τίνας Ε῞κτωρ πρὸς Πάτροκλον μὴ δυνηθέντα φέρειν τὸ δόρυ.
Ε'ζημίωσας ὃ σθένων.

XLVIII. Τίνας ἂν εἴποι λόγυς Ε῞κτωρ τιτρωσκόμενος ὑπὸ Ε'λλήνων.
Βάλλετε νῦν μετὰ πότμον.

XLIX.

XLIX. Τίνας Θέτις Τηλέφυ σκελίσθεντος ὑπ' ἀμπέλυ.

Α῎μπελε τί πρηξώμενος.

L. Anepigraphum.

Ε῎κτορι δ' Αἴαντι ξίφος.

IV. pag. 38. *Apollonii Rhodii Argonauticorum Liber primus, secundus, & pars tertii:* desinit enim in versu,

Κάλλεος ἱμερθείς. ἀμφ' ἀσραγάλοισι δὲ τώγε, qui in edit. Lugduni Batav. ex officina Elzeviriana MDCXLI. 8. est versus 117. Libri III.

Codex Graecus chartaceus in 4. maiori, partim impressus, partim Ms. Saeculi XVI. Constat, quoad impressa foliis 31. quoad Mss. foliis 54.

THEOCRITI BUCOLICA.

COD. IX. THeocriti *Idyllia octo*, quibus praecedit brevis Poëtae vita. Inc. Θεόκριτος ὁ τῶν βυκολικῶν ποιητὴς Συρακόσιος ἦν τὸ γένος. Des. ἐπεκλήθη, ut in editione Paris. A. MDXLIII. 4. apud Christian. Wechelum pag. 123. Subiiciuntur deinde quaedam de bucolica poësi, quae in cit. edit. non occurrunt. Inc. Θεόκριτος εἰδύλλια βυκολικὰ, λέγεται δὲ εἰδύλλιον τὸ μικρὸν ποίημα. Des. ἀνδρὸν ᾗ ὑπέροινον τῆς ποιήσεως. Inde sequuntur Idyllia, cum scholiis aliquot brevibus marginalibus & interlinearibus rubrica conscriptis, quae iuxta editionem Cantabrigiae apud Ioan. Field MDCLXI. inter Poëtas minores Graecos Radulphi Wintertoni 8. sunt

I. *Thyrsis pastor, & Caprarius.*
II. *Pharmaceutria.*
III. *Caprarius, vel Amaryllis, vel Comastes.*
IV. *Comatas & Lacon*, in edit. sub n. V.
V. *Battus & Corydon*, in edit. sub n. IV.
VI. *Damoetas & Daphnis.*
VII. *Thalysia, seu vernum iter.*
VIII. *Daphnis, Menalcas, & Caprarius.*

Codex Graecus membranaceus Ms. in 8. Saeculi XV. In calce ultimi Idyllii legitur rubris litteris: *Ego . . . . . .* (1) *transcripsi & explevi hunc Theocriti librum anno Domini MCCCCLX. die vigesimo nono mensis Martii.* Τέλος. Tum in ultimo folio haec alia subscriptio: *Questo Theocrito in grecho è di me Alfonso Pitti, il quale scrissi di mia propria mano nel* 1462. quod omnino falsum esse, tum ex expuncto vero scriptoris nomine, tum ex anno supra notato, ac diversitate characteris liquido eruitur. Constat foliis scriptis 33.

VETERUM GRAMMATICORUM OPERA VARIA, NEC NON HESIODI, NICANDRI, AC LUCIANI QUAEDAM.

COD. X. I. pag. 1. ΠΕρὶ τρόπων λέξεως. *De tropis, seu figuris dictionis.* Inc. Ε῎λλειψις, οἷον σκηπτοῦχος. Des. Φράσις, οἷον γὰ ἐμὰ, ταμὰ, ὅ ἐστιν ἀλλοίωσις τῶν φωνηέντων. Mutilus initio videtur hic Tractatus; titulus enim supra relatus recentissima manu fuit adiectus.

II. pag. ead. Α᾽ρχὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ τῶν συντάξεων, πῶς δὴ ὀφείλει συντάσσειν ῥηματικὰς λέξεις ἐν ταῖς τοῦ ὀνόματος πτώσεσιν. *Initium cum Deo sancto constructionum, quomodo nimirum construendae sint verbales dictiones cum nominum casibus:* verba autem ordine litterarum exhibentur disposita. Inc a littera A. Α᾽γορανομῶ, γενικῇ. Des. in littera Ω. Ω᾽φελῶ τὸ βοηθῶ, δοτικῇ. τοῖς δεομένοις ὠφελεῖν προθυμήθητι, ἀντὶ τοῖς καταπτοουμένοις.

III. p. 11. *b.* Φράσις Τρόπων ποιητικῶν· οὗτοι μὲν οὖν οἱ τρόποι τῆς γραμματικῆς τὴν κοινὴν συνήθειαν παραβαίνοντες. *Explicatio figurarum poëticarum: quae quidem figurae communem grammaticae usum praetergrediuntur*, auctore Choerobosco, cuius nomen in calce Opusculi legitur appositum. Inc. Φράσις ἐστὶ λόγος ἐγκατάσκευος. Des. ἀπηρτισμένον τὸν τῆς φράσεως νῦν.

IV. pag. 14. *b.* Ε῎τεροι τρόποι ποιητικοὶ κζ'. δηλοτικοὶ συνεσκιασμένης φράσεως, ῥητορικῆς καὶ λογικῆς παιδεύσεως. *Aliae figurae poëticae XXVII. demonstrativae locutionis figuratae, rhetoricae & logicae institutionis.* Post singularum enumerationem inc. Υ῾περβολή ἐστι φράσις ὑπεραίρυσα τὴν ἀλήθειαν αὐξήσεως χάριν. Des. καὶ ἐν τρώεσι ἔσῃ κυβιστῆρες ἔσσι, quae pertinent ad declarationem figurae, quae dicitur ἐπικερτόμησις, quaeque in ipsarum serie penultima est, quare mutilum videtur hoc Opusculum. Auctor fortasse idem Georgius Choeroboscus, quum eiusdem de XXVII. tropis & figuris poëticis Ms. exstet etiam in Vindobonensi.

V. pag. 17. Τοῦ ὑπερτίμυ ἐν φιλοσόφοις κυρίυ Μιχαὴλ σύντομος ἐξήγησις περὶ συντάξεως, ἤτοι περὶ τοῦ μὴ σολοικίζειν, καὶ περὶ βαρβαρισμοῦ· ἐν τῷ μεταξὺ τέτων ᾗ περὶ συντάξεως προθέσεων ἐ ῥημάτων. *Honoratissimi inter philosophos D. Michaëlis* (Pselli) *brevis explicatio de constructione, seu de non soloecizando & de barbarismo: inter quae etiam de constructione agitur praepositionum & verborum.* Inc. Ο᾽κτώ εἰσι πάντα τὰ μέρη τοῦ λόγυ, ὄνομα, κ. λ. Des. ἐν τῇ τελείᾳ μάθης γραμματικῇ. Inter Michaëlis Pselli scripta non recensetur ab Allatio in Diatriba de Psellis edit. Fabric. in calce Vol. V. Biblioth. Graecae: nam quae de hoc argumento scripsit, ea sunt versibus politicis expressa.

VI. pag. 25. *Apollonii Alexandrini*, cognomento *Dyscoli, de constructione orationis Liber I.* non integer. Praecedit ipsius Vita, qualis legitur in edit. Francof. apud Andreae Wecheli heredes MDXC. in 4. pag. 1. tum index Capitum Libri I. item ut in dicta edit. pag. 2. 3. & 4. Tandem Liber ipse, qui desinit in verbis: αὐτῶν τε ἐ τῶν ἄρθρων, quae postrema sunt Capitis XXVII. ibid. pag. 64.

(1) Heic nomen scriptoris fuit expunctum.

VII.

VII. p. 43. *Hesiodi Theogonia*, in fine mutila; desinit enim in versu 706.

Σὺν δ' ἄνεμοι ἔνοσίν τε κόνιν θ' ἅμα ἐσφαράγιζον.

VIII. pag. 67. Ἐκ τῶν ποιητῶν καὶ μάλιστα Ὁμήρου κανονίσματα. *Ex poëtis, & praesertim Homero Canonismata*, hoc est, *de derivatione quorumdam verborum & nominum, quae apud poëtas, ac praesertim Homerum occurrunt, & de reductione eorum ad communes inflexionum regulas*, Excerpta satis diffusa. Inc. Ἄειδε, ᾄδειν, τὸ ψάλλειν, καὶ τὸ φημίζειν, καὶ παθητικῶς ᾄδεται μέλος, ἤτοι ψάλλεται, κ. λ. Des. εὐθύνω καὶ ἀπευθύνω, τὸ ἐπ' εὐθείας ἄγω, καὶ τὸ τιμωρῶ. διευθύνω, τὸ δι' εὐθείας. κατευθύνω, τὸ κατ' εὐθείαν. In calce primae paginae huius tractatus legitur: *Conventus S. Romani de Luca Ordinis Praedicatorum*. Pag. vero 80. occurrit sequens nota: Μηνὶ Φεβρουαρίῳ κδ'. ἔτους ,ϛωοδ'. ἰνδ. τῆς αὐτῆς ἐγεννήθη μοι παῖς. *Mense Februario die XXIV. anno* 6874. (Chr. MCCCLXVI.) *indictione eadem natus est mihi filius*.

IX. pag. 87. *Lexicon verborum & nominum ordine alphabetico, ipsorum constructione adposita iuxta varias dialectos*. Incipit a littera A. Ἄγαμαί σου, Ἀττικῶς. ἄγαμαί σε, Ἑλληνικῶς. Ἀὴρ βαθεῖα, Ἀττικόν. ἀὴρ βαθὺς, Ἑλληνικόν. Desinit in littera Ω hoc pacto: Ὡς οἷόν τε, Ἀττικοί. ὡς δυνατὸν, Ἕλληνες. οὗ δὲ κοινὸν Ἰώνων καὶ Ἀττικῶν, οὕτως Ἑλληνικῶν.

X. pag. 93. *b.* Φιλήμονος. *Philemonis fragmentum Lexici*. Incipit a littera A. Ἀφέλετο, ἀφείλατο βάρβαρον. Ἀρτύεται, ὡς κονίεται. Desinit in Δ. nimirum: Διέπαυσε, κατέπαυσε. δείλης ὀψίας οὐδεὶς ἐρεῖ. In calce a Graeculo quodam historiola *de Sardanapalo* subiecta est. Philemon iste Atticus inter Grammaticos Graecos accensetur a Fabric. Biblioth. Graec. Vol. VII. pag. 68. eiusque Ἀττικὰς λέξεις, sive φωνὰς, Ἀττικὰ ὀνόματα, Ἀττικὰς γλώσσας allegat Athenaeus, unum, ut opinor, opus diversis, sed idem significantibus insigniens titulis.

XI. pag. 95. Ἁρποκρατίωνος. *Harpocrationis* Excerpta ex eius Lexico. Inc. Γενηθῆναι ἀντὶ τοῦ γενέσθαι παρ' Ἐπιχάρμῳ, καὶ ἔστι Δώριον. ἀλλ' ὁ Ἀττικίζων γενέσθαι λεγέτω. Des. ἑτάζω, τὸ βασανίζω. ἑταιρίζομαι, τὸ ἑταιρεῖν.... Imperfecta sunt in fine ob mutilationem Codicis inter folium 104. & 105. Vtrum autem omnia haec, quae foliis decem comprehenduntur, ad Harpocrationem pertineant, non ita facile quis diiudicet.

XII. pag. 105. Fragmentum unius ferme paginae, partem continens postremi Capitis Schedographiae Manuelis Moschopuli, incipiens a verbis . . . . . παριᾶσι· ἐφίημι, ἐφίησιν, ἐφιᾶσι, κ. λ. & desinens, καὶ Μοσχίωνος, καὶ μέγα. Habes integrum hoc Opus in Codice VII. Plut. LV. Catalogi Tom. II. pag. 245. §. IV. & alibi.

XIII. pag. ead. Ἐκ τῶν τεχνολογιῶν κυρίου Μαξίμου τοῦ Πλανούδη. *Ex Technologia D. Maximi Planudis* Excerpta. Inc. Ἐντέτηκεν ἀντὶ τοῦ ἐγκάθηται, οἷον ἐντέτηκέ μοι ἔρως. Des. χάρις, τοῦ προσώπου ἡ εὐμορφία, καὶ ἡ ὡραιότης· ὅθεν καὶ χαρίεν πρόσωπον. In calce ipsorum legitur manu diversa haec nota: Δέδωκα τῷ δημάρχῳ τοῦ ἁγίου Εὐδοκίμου ... ιδ'.

XIV. pag. 119. Sequuntur alia multa item Grammaticalia *de verborum nimirum ac nominum derivatione & constructione*, anepigrapha prorsus & acephala. Inc. . . . Εἰ ἐκτεινόμενόν ἐστιν. εἰ δὲ μὴ ἐκτεινόμενον τοῦτό ἐστι, συναιροῦσι, κ. λ. Des. ὡς ἄνεως, ὡς Μενέλεως. ἐνήνοθε κανόνισον.

XV. pag. 138. Τοῦ Φίλωνος. *Philonis* Excerptum historicum. Inc. Λέγονταί τινες παρ' αὐτοῖς ὄνομα Ἐσσαῖοι πλῆθος ὑπὲρ δ. . . κατ' ἐμὴν δόξαν οὐκ ἀκριβεῖ τύπῳ διαλέκτου Ἑλληνικῆς παρώνυμοι ὁσιότητος, τοῦ θείου θεραπευταὶ, κ. λ. Des. τὸ δ' αὐτὸ ἔπαθον τὸ δι . . . . . . mutilum in fine.

XVI. pag. 141. Carmen iambicum Anonymi ut videtur *de piscibus*, cum uberrimis glossis marginalibus. Inc.

Ὁ τὴν πόδαργον ψύλλαν ἡνιοστροφῶν.

Expositio inc. Τὸ δεῦρο λαμβάνεται καὶ ἀντὶ τοῦ ἐνταῦθα, καὶ ἀντὶ τοῦ ἄγε παρακελευσματικοῦ. Des. Poëmatium·

Δεινὰς ἀπειλὰς καὶ πυριφλέκτους βλάβας.

Expositio desinit: σύρουσαν, συρομένην ἐν τῇ θαλάσσῃ.

XVII. pag. 143. *b.* Παροιμίαι πάνυ ὀλίγαι. *Proverbia valde brevia*. Inc. Κινεῖς τὴν καμαρίναν, καὶ κινεῖς τὸν ἀνάγυρον. καμαρίνα πηγὴ, κινουμένη μὲν βαρεῖαν ἀποφορὰν ἐκδιδοῦσα. Des. ὥσπερ ἐπὶ πάντα βελτίστῳ κατεχρῶ τῷ σώματι, ἡνίκα ὑγιῶς εἶχον, οὕτω καὶ νῦν χρῆσαι τούτῳ καλῶς.

XVIII. pag. 145. Νικάνδρου Θηριακά. *Nicandri Theriaca*, cum glossis interlinearibus & marginalibus. Inc. Ῥεῖά κέ τοι μορφάς τε. Des. νιφόεσσα πολίχνη. Initium scholiorum sequens est: Θηριακὰ Νικάνδρου. Οὗτος κατὰ χρόνον ἤκμασε Ἀττάλου τοῦ τελευταίου ἄρξαντος Περγάμου, ὃς κατελύθη ὑπὸ Ῥωμαίων, ᾧ προσφωνεῖ λέγων οὕτω:

Τευθρανίδης ὦ κλῆρον ἀεὶ πατρῷον ἰάχων
Κέκλυθι, μηδ' ἄμνηστον ἀπ' οὔατος ὕμνον ἐρύξῃς, κ. λ.

Notandum interim est, folium 147. quod heic insertum fuit, restituendum esse Alexipharmacis, quae sequuntur. In folio vero 158. *b.* quod vacuum supererat, ab alia manu descripti sunt singulorum mensium dies, quibus a sectione venae abstinendum est, adscripto titulo: Τοῦ προφήτου Κοδράτου, ὅταν οὐ δεῖ φλεβοτομεῖσθαι.

XIX. p. 162. *Eiusdem Alexipharmaca* cum glossis interlinearibus. Carmen inc. Εἰ καὶ μὴ, κ. λ. Des. ξενίοιο φυλάσσοις. Glossae inc. Εἰ καὶ μὴ σύνεγγυς ἔχομεν τοὺς κλήρους τῶν πόλεων ἐπὶ τῆς Ἀσίας· ἀπέχουσι γὰρ ἀλλήλων οὐκ ὀλίγον Κύζικον καὶ Κολοφὼν, κ. λ.

XX. pag. 172. *Luciani Pseudosophista, sive Soloecista*. Inc. Ἆρ' ὁ γνῶναι τὸν σολοικίζοντα, κ. λ. Des. νῦν δὲ διαλύσωμεν τὸν διάλογον.

XXI. pag. 174. Excerpta quaedam brevia mul-

multiplicis argumenti, nimirum *de quodam lapide* παντάρβη *dicto, de draconum venatione apud Indos; ac de duabus margaritarum speciebus, earumque piscatione;* quae fortasse sunt particula quaedam Commentariorum in Oppiani Halieutica. Horum omnium initium est: Ἔςι τις λίθος παντάρβη ὄνομα, κ. λ. Finis. ϗ μὴ ἐᾶν ἐμπελάζειν ταῖς ναυσίν.

XXII. p. 175. Excerptum quoddam historicum *de Menippo Lycio, & Apollonio Tyanensi*. Inc. Μένιππος ὁ Λύκιος γνώριμος ἦν Ἀπολλωνίῳ τῷ Τυανεῖ ἔτη μὲν γεγονὼς πέντε ϗ κ΄. γνώμης δὲ ἱκανῶς ἔχων. Des. ἐπειδὴ ἀκραιφνὲς αὐτοῖς τὸ αἷμα. Subiiciuntur quaedam pauca *de Nerone, de regionibus Aethiopiae, Indiae &c.*

XXIII. pag. 176. *Regulae inflexionum quorumdam verborum*, quales in Graecanicae linguae rudimentis proponi tironibus solent.

XXIV. pag. 218. *b.* In ultimo folio legitur brevissimum excerptum *de variis poëtarum speciebus.*

Codex Graecus chartaceus Ms. in 8. Saeculi XIV. diversis manibus & intricatissimis characteribus exaratus, seu potius ex pluribus diversorum Codicum fragmentis simul compactis compositus. Constat foliis scriptis 218.

Tertium hoc Volumen, quo Bibliothecae Laurentianae Codicum Graecorum recensio absolvitur, claudat illud Theophrasti fragmentum, quod ex eius decimo de historia plantarum libro iam deperdito superest adhuc, habeturque in duobus huius bibliothecae Codicibus, III. nimirum, & XXII. Plut. LXXXV. Fateor equidem me illud suo loco (1) publici iuris facere voluisse, Latina Iani Planci Ariminensis, Medicinae, Anatomes, & Botanicae Professoris celeberrimi, interpretatione donatum: sed quum ipsius interpretis monitu comperissem pleraque ex iis, quae in hoc fragmento pertractantur, circa dimidium Libri noni reperiri, illius edendi curam tunc abiecisse, quum iam non decimi, sed noni libri partem esse existimarem. Nunc vero re melius considerata, in eam sententiam adducor, ut credam, ad Librum quidem decimum pertinere, & in nonum fuisse nescio quomodo intrusum; quemadmodum in Aldina etiam editione anni MCCCCXCVIII. fol. innuitur, ubi post adlatum Libri X. initium, quod quindecim lineas non excedit, subiicitur sequens monitum: Ταῦτα μόνα τοῦ δεκάτε ἐν τοῖς ἀντιγράφοις εὑρήκαμεν· εἰ μὴ ἄρα τῷ ἐννάτῳ συγκέχυνται τὰ λοιπά. Vtcumque tamen se res habeat, gratum lectori fore arbitror, integrum hoc loco exhibere, ut & ipse utri dictorum librorum adscribendum sit iudicare possit. Latina igitur interpretatio est Iani Planci, in qua peragenda fatetur se ad ipsius Tyrtami dictionem, qui ab Aristotele Euphrastus, & Theophrastus dictus est, quam maxime accessisse. Fragmenti initium inde sumimus, ubi Aldina desinit editio; nam post verba τὰς πολλὰς πόας καλῦσιν οἱ ῥιζοτόμοι, in quibus editionis illius fragmentum absolvitur, ita in dictis duobus Codicibus continuatur:

Ὁ μὲν ὖν ὀπισμὸς γίνεται τῶν ὀπιζομένων ὡς ἐπιτοπολὺ τοῦ θέρους τὸ μὲν ἐνισαμένου, τὸ δὲ προεληλυθότος. ἡ δὲ ῥιζοτομία γίνεταί τινων καὶ ὑπὸ πυροτομίας, καὶ μικρῷ πρότερον οὐ μὴν, ἀλλ' ἤγε πλείων τοῦ μετοπώρου μετ' ἀρκτοῦρον, ὅταν φυλλοῤῥοήσωσιν· ὅσων δὲ καὶ ὁ καρπὸς χρήσιμος, ὅταν ἀμερθῶσι τὸν καρπόν. ἔςι δὲ ὁ ὀπισμὸς καὶ ἀπὸ τῶν καρπῶν, ὥσπερ τοῦ τιθυμάλλου καὶ τῆς θριδακίνης, καὶ σχεδὸν τῶν πλείςων, ἢ ἀπὸ τῶν ῥιζῶν, ἢ τρίτον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, ὥσπερ τῆς μήκωνος· ταύτης γὰρ μόνον οὕτω καὶ τοῦτ' ἴδιον αὐτῆς. τῶν μὲν οὖν καὶ αὐτόματος ὁ ὀπὸς συνίςαται δακρυώδης τις, ὥσπερ καὶ τῆς τραγακάνθης. ταύτην γὰρ οὐδὲ τέμνειν ἐςί. τῶν δὲ πλείςων, ἀπὸ τῆς ἐντομῆς· ὧν ἐνίους μὲν εὐθὺς εἰς ἀγγεῖα συνάγουσιν, ὥσπερ καὶ τὸν τοῦ τιθυμάλλου, ἢ μηκωνίου· καλοῦσι γὰρ ἀμφοτέρως καὶ ἁπλῶς ὅσα πολύοπα τυγχάνει. τῶν δὲ μὴ πολυόπων, ἐρίῳ λαμβάνουσιν, ὥσπερ καὶ τῆς θριδακίνης· ἐνίων δ' οὐδ' ὀπισμὸς, ἀλλὰ χυλισμός ἐςιν· ὥσπερ ὅσα κόψαντες ἢ τρίψαντες, ϗ ὕδωρ ἐπιχέαντες, ἀποθῦσι ϗ λαμβάνυσι τὴν ὑπόςασιν· ξηρὸς δὲ δηλονότι ϗ ἐλάττων ὁ χυλισμὸς τούτων. ἔςι δὲ τῶν μὲν ἄλλων ῥιζῶν, τὸ χύλυσμα ἀσθενέςερον τῦ καρποῦ· τῦ κωνείυ δὲ ἰσχυρότερον, καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν ῥᾳδίως ποιεῖ ϗ θᾶττον. ποιεῖ μικρὸν

Succorum igitur, qui e plantis profluunt collectio fit plerumque aestate incipiente, aut non admodum praeterlapsa; radices vero quaedam contingit ut praecidantur, aut decerpantur sub tritici messem, idque etiam paullo ante, sed hoc ut plurimum autumno post Arcturum, quando folia defluere solent: quarum quidem semen est utile, idque iam decerptum fuit. Est igitur succi collectio, aut ab ipsis seminibus, veluti a tythymallo, lactucaque, & fere a quamplurimis aliis, aut a radicibus, aut tertio loco ab ipsomet capite, ut in papavere accidit, & huius tantum hoc est peculiare. Quorum quidem succus sponte, velut lacruma quaedam concrescit, ut in tragacantha, seu caprina spina fit. Hanc enim vulnerare nefas. Sed in quamplurimis vulnera infliguntur; quorum succos statim in vasa colligunt, ut faciunt ex eo, qui fluit ex tithymallo, aut ex papavere, idque fit plerumque, & facile, ubi plantae multum succo abundant; sed in iis, in quibus succus non est tantus, hunc lanarum floccis detergunt, quemadmodum in lactuca. Aliquarum non est succus, sed humor quidam, quem chylum vocant, ut in iis, quae caeduntur aut teruntur, & aquam affundentes, quam abiiciunt, & sedimentum reponunt. Densus videlicet & minor est harum rerum humor; est autem in aliis radicibus humor debilior quam in fructu: cicutae

(1) Scilicet supra pag. 248. ubi Codicem III. Plut. LXXXV. recensemus.

κρὸν πάνυ κατὰ πότιον δοθέν· ἐνεργότερον δὲ καὶ εἰς τὰς ἄλλας χρείας. ἰσχυρὸν δὲ καὶ τῆς θαψίας· τὰ δὲ ἄλλα πάντα ἀσθενέστερα. οἱ μὲν οὖν ὀπισμοὶ σχεδὸν τοσαυταχῶς γίνονται. τῆς δὲ ῥιζοτομίας οὐκ ἔστι τοιαύτη διαφορά· πλὴν ἐν ταῖς ὥραις θέρους, ἢ μετοπώρου, καὶ τῷ τάσδε τῶν ῥιζῶν, οἷον τοῦ ἐλλεβόρου τὰς κάτω τὰς λεπτάς· τὰς γὰρ ἄνω τὴν παχεῖαν τὴν κεφαλώδη φασὶν ἀχρεῖον εἶναι καὶ διδόναι ταῖς κυσὶν, ὅταν βούλωνται καθαίρειν. καὶ ἐφ' ἑτέρων δέ τινων τοιαύτας λέγουσι διαφοράς. ἔστι δ' ὡς οἱ φαρμακοπῶλαι καὶ οἱ ῥιζοτόμοι τὰ μὲν ἴσως καὶ οἰκείως, τὰ δὲ καὶ ἐπιτραγῳδοῦντες λέγουσι. κελεύουσι γὰρ τοὺς μὲν καταρώμενον ἱσταμένους τέμνειν, ὥσπερ ἑτέρας τέ τινας καὶ τὴν θαψίαν, ἀλειψάμενον λίπα, τὸ γὰρ σῶμα ἀνοιδεῖν, ἐὰν ἐξεναντίας· κατ' ἄνεμον δὲ καὶ τοῦ κυνὸς βάτου συλλέγειν τὸν καρπόν· εἰ δὲ μὴ κίνδυνον εἶναι τῶν ὀφθαλμῶν· τὰς δὲ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, ἐνίας δὲ πρὶν τὸν ἥλιον ἐπιβάλλειν, οἷον καὶ τὸ κλύμενον· καὶ ταῦτα μὲν καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις τάχ' ἂν οὐκ ἀλλοτρίως δόξαιεν λέγειν. καὶ πινεῖς γὰρ ἐνίων αἱ δυνάμεις· ἐπεὶ καὶ ὁ ἐλλέβορος ταχὺ καρηβαρεῖν ποιεῖ, καὶ οὐ δύνανται πολὺν χρόνον ὀρύττειν. διὸ καὶ ἐσθίουσι σκόροδα, καὶ ἄκρατον ἐπιπίνουσιν. ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα, ὥσπερ ἐπίθετα πόῤῥωθεν, οἷον τὴν παιονίαν· οἱ δὲ γλυκυσίδην καλοῦσι· νύκτωρ κελεύουσιν ὀρύττειν. ἐὰν γὰρ ἡμέρας καὶ ὀφθῇ τις ὑπὸ δρυοκολάπτου τὸν μὲν καρπὸν ἀπολέγων, κινδυνεύει τοῖς ὀφθαλμοῖς· τὴν δὲ ῥίζαν τέμνων ἐκπίπτει τὴν ἕδραν. φυλάττεσθαι δὲ καὶ τὴν κενταυρίδα κόπτοντα τριόρχην, ὅπως ἂν ἄτρωτος ἀπέλθῃ, καὶ ἄλλας δέ τινας αἰτίας. τὸ δ' ἐπευχόμενον τέμνειν, οὐθὲν ἴσως ἄτοπον· ἀλλ' εἴ τι καὶ ἄλλο προστιθέασιν, οἷον ὅταν τὸ πανακὲς τὸ ἀσκλήπιον καλούμενον· ἀντεμβάλλειν γὰρ τῇ γῇ πανκαρπίαν μελιττοῦντα. ὅταν δὲ τὴν ξίριν, τριμήνους μελιττοῦντας ἀντεμβάλλειν μισθὸν, τέμνειν δὲ ἀμφήκει ξίφει περιγράψαντα εἰς τρεῖς· καὶ ὅτι ἂν πρῶτον τμηθῇ μετέωρον ἔχειν, εἶθ' οὕτω τὸ δεύτερον τέμνειν· καὶ ἄλλα δὲ τοιαῦτα πλείω. περιγράφειν δὲ καὶ τὸν μανδραγόραν εἰς τρεῖς ξίφει, τέμνειν δὲ πρὸς ἑσπέραν βλέποντα, τὸν δὲ ἕτερον κύκλῳ περιορχεῖσθαι, καὶ λέγειν ὡς πλεῖστα περὶ ἀφροδισίων. τοῦτο δ' ὅμοιον εἴρηκε τῷ περὶ τοῦ κυμίνου λεγομένῳ κατὰ τὴν βλασφημίαν, ὅταν σπείρωσι. περιγράφειν δὲ καὶ τὸν ἐλλέβορον καὶ τὸν μέλανα, καὶ τέμνειν ἱστάμενον πρὸς ἕω καὶ κατευχόμενον. ἀετὸν δὲ φυλάττεσθαι καὶ ἐκ δεξιᾶς καὶ ἐξ ἀριστερᾶς. κίνδυνον γὰρ εἶναι τοῖς τέμνουσιν, ἐὰν δὲ ἐγγὺς μὴ διατέμῃ (sic), ὁ ἀετὸς ἀποθνήσκει ἐνιαυτῷ. ταῦτα μὲν οὖν ἐπιθέτοις ἔοικεν, ὥσπερ εἴρηται· τρόποι δ' οὐκ εἰσὶ τῶν ῥιζοτομιῶν πλὴν οὓς εἴπομεν. ἔτι δ' ὥσπερ ἐλέχθη, τῶν μὲν πάντα χρήσιμα καὶ ἡ ῥίζα καὶ ὁ καρπὸς καὶ ὁ ὀπὸς, ὥσπερ ἄλλων τε καὶ τοῦ πάνακος· τῶν δὲ ἡ ῥίζα καὶ ὁ ὀπὸς, ὥσπερ τῆς σκαμμωνίας, καὶ τῆς κυκλαμίνου, καὶ τῆς θαψίας, καὶ ἑτέρων, καθάπερ καὶ τοῦ μανδραγόρου· τοῦ μὲν

φύλ-

tae autem est valentior, & lethum inducit facilius & ocyus: hoc infert paullo debilius, si instar pilularum propinetur: at validior est in alios usus. Validus est & thapsiae humor: reliqui omnes debiliores. Succorum rationes igitur his habentur modis. Radicum praecisionis, seu dissectionis non est tanta differentia; fit enim tantum tempore aestivo, vel autumnali, & quando & quales praecidendae sunt, ut in elleboro, quae inferiores, & exiliores sunt, praecidendae. Quae in superiori parte sunt locatae, & caput crassius habent, inutiles esse ducuntur, & canibus tantum exhibendae, quando eos purgare volumus: & de quibusdam aliis alias huiusmodi esse circumstantias aiunt. Circa has res & seplasiarii herbariique modo aeque ac familiariter loquuntur, modo rem narrant exaggerantes. Iubent enim stantes imprecatoriis verbis radices secare, ut & alias quasdam, & praesertim thapsiam, pinguedine oblinire corpus: intumescere enim, si ex adverso; & contra ventum fructum rubi canini colligere, aliter periculum esse in oculis; & alias noctu, & ante diem, alias vero decerpere prius quam sol adscendat, ut de clymeno. Et haec quidem & alia his similia, fortasse non aliena dicere videntur; etenim mirae quarumdam rerum videntur virtutes; quandoquidem & elleborus statim grave reddit caput, & nequeunt ad multum tempus effodere, quare comedunt allium, & merum bibunt; aliaque tamen huiusmodi, quasi e longinquo adiecta ut est paeonia (alii glycysidem vocant) noctu iubent effodere: si enim interdiu adspiciatur aliquis a pico Martio fructum legere, oculis periclitatur: radicem autem secando decidit sedes. Cavere autem in secanda centaurea buteonem triorchida, ut invulneratus abeas, & alias quasdam caussas. Secare autem orantem, non erit fortasse absurdum: sed si quidpiam aliud addant, ut quum panacem asclepium vocatum; vicissim enim in terra reponere placentam mellitam ex variis fructibus confectam: quando enim xiridem, tunc trimestres mellitas placentas reponere in mercedem, & eam secare ancipiti gladio, circumscribendo in tres partes, & quod primum sectum est suspensum habere, deinde & alterum secare, & quaedam huiusmodi alia plura. Circumscribere & mandragoram in tres partes gladio, & secare circa vesperam circumspiciendo, & alterum in gyrum circumsaltare, & dicere quamplurima de rebus venereis. Hoc autem simile dicitur circa cyminum dictum secundum imprecationem, quando serunt. Circumscribere & elleborum, & maxime qui niger est, & secare stando versus orientem, & imprecando: aquilam autem cavere & a dextra, & a sinistra: periculum enim esse secanti, si prope adsit aquila, ut moriatur eodem anno. Haec quidem commentis videntur similia, ut dictum est. Modi extractionis sectionisque radicum non sunt praeter eos, quos diximus; & harum quidem partim omnia sunt utilia, radix, fructus, & succus, ut aliarum rerum, & panacis: partim vero, radix & succus, ut scammoniae, & cyclamini, & thapsiae, & aliarum quarumdam, quemadmodum & mandragorae, cuius quidem

fo-

φύλλον χρήσιμον εἶναί φασι πρὸς τὰ ἕλκη μετ' ἀλφίτου· τὴν δὲ ῥίζαν πρὸς ἐρυσίπελας ξυσθεῖσαν, καὶ ὄξει δευθεῖσαν πρὸς τὰ ποδαγρικὰ καὶ πρὸς ὕπνον καὶ πρὸς φίλτρα. διδόασι δ' ἐν οἴνῳ, ἢ ὄξει· τέμνουσί τε τροχίσκους, ὥσπερ ῥαφανίδος, καὶ ἐνείραντες ὑπὲρ γλεύκους, ἐκρέμασαν ἐπὶ καπνῷ. ὁ δὲ ἐλλέβορος ἐπὶ ταῦτα τῇ ῥίζῃ καὶ τῷ καρπῷ χρήσιμος. εἴπε οἱ ἐν Ἀντικύρᾳ καθάπερ φασὶ τῷ καρπῷ καθαίρουσιν. ἔχει δὲ σισαμώδη τοῦτον. πλείω δὲ καὶ τοῦ πάνακος τὰ χρήσιμα, καὶ οὐ πάντα πρὸς τὰ αὐτά· ἀλλ' ὁ μὲν καρπὸς πρὸς τὰς ἐξαμβλώσεις καὶ τὰ σπάσματα καὶ τοὺς τοιούτους πόνους, ἔτι τε πρὸς τὰ ὦτα καὶ τὰς φωνασκίας· ἡ δὲ ῥίζα πρός τε τοὺς τόκους καὶ τὰ γυναικεῖα, καὶ πρὸς ὑποζυγίων φύσεις· χρησίμη δὲ καὶ πρὸς τὸ ἤρινὸν μύρον διὰ τὴν εὐωδίαν· ἰσχυρὸν δὲ περὶ Συρίαν, καὶ τέμνονται περὶ πυραμητόν. τοῦ δὲ κυκλαμίνου ἡ μὲν ῥίζα πρὸς τὰς ἐκπνεύσεις τῶν φλεγμονῶν, καὶ πρόσθετον γυναιξὶ, καὶ πρὸς τὰ ἕλκη ἐν μέλιτι· ὁ δὲ ὀπὸς πρὸς τὰς ἀπὸ κεφαλῆς καθάρσεις ἐν μέλιτι ἐκχεόμενος, καὶ πρὸς τὸ μεθύσκειν, ἐὰν ἐν οἴνῳ διαβρέχων διδῷ τις πίνειν. ἀγαθὴν δὲ τὴν ῥίζαν καὶ ὠκυτοκεῖον, περίαπτον καὶ εἰς φίλτρα· ὅταν δὲ ὀρύξωσι κατακαίουσιν, εἶτ' ἐν οἴνῳ δεύσαντες, τροχίσκους ποιοῦσιν, ὥσπερ τρυγὸς, ᾗ ῥιπτόμεθα. καὶ τοῦ σικύου δὲ τοῦ ἀγρίου τὴν μὲν ῥίζαν, ἀλφοὺς καὶ ψώρας βοσκημάτων· τὸ δὲ σπέρμα χυλισθὲν ποιεῖ τὸ ἐλατήριον· συλλέγεται δὲ τοῦ φθινοπώρου· τότε βέλτιστον γάρ. τῆς δὲ χαμαίδρυος τὸ μὲν φύλλον πρὸς τὰ ῥήγματα καὶ πρὸς τὰ τραύματα ἐν ἐλαίῳ τριβόμενον, καὶ πρὸς τὰ νεμόμενα ἕλκη· τὸν δὲ καρπὸν καθαίρειν χολήν· ἀγαθὸν δὲ καὶ ὀφθαλμοῖς, πρὸς δὲ τὰ ἄργεμα προσάγειν τῷ φύλλῳ τρίψαντα ἐλαίῳ. ἔχει δὲ φύλλα μὲν οἷά περ δρῦς, τὸ διάστημα τῆς ὅλης, ὅσον σπιθαμιαῖον, εὔοσμον δὲ καὶ ἡδύ. τὸ μὲν οὖν μὴ πρὸς τὸ αὐτὸ πάντα τὰ μέρη χρήσιμα τυγχάνειν, οὐκ ἴσως ἄτοπον, θαυμασιώτερον, οἷον καὶ τῆς θαψίας καὶ τῆς ἰσχάδος· οἱ δ' ἄπιον καλοῦσι· καὶ τῆς λιβανωτίδος. ὅσα γὰρ αὖ καὶ κάτω ἢ καὶ ἄνω τὰ αὐτὰ δύναται καθαίρειν· ὥσπερ τὸ ἐλατήριον, οὐθὲν ἄτοπον. ἔχει δὲ ἡ θαψία φύλλον μὲν ὅμοιον τῷ μαράθρῳ, πλὴν πλατύτερον, καυλὸν δὲ ναρθηκώδη, ῥίζαν δὲ λευκήν. ἡ δ' ἰσχὰς ἡ ἄπιος φύλλον μὲν ἔχει πηγανῶδες βραχὺ, καυλοὺς δὲ ἐπιγείους τρεῖς, ἢ τέτταρας, ῥίζαν δὲ οἵαν περ ὁ ἀσφόδελος, πλὴν λεπυρώδη· φιλεῖ δὲ ὀρεινὰ χωρία καὶ κοχλακώδη· ξυλλέγεται δὲ τοῦ ἦρος. τοῦτο μὲν ἴδιον τῶν εἰρημένων. ὁ δ' ἐλλέβορος ὅτε μέλας καὶ ὁ λευκὸς, ὥσπερ ὁμώνυμοι φαίνονται, καὶ τῇ ὄψει παραπλήσιοι εἶναι, πλὴν τῆς ῥίζης. αὕτη δὲ τοῦ μὲν λευκὴ, τοῦ δὲ μέλαινα· τὴν δὲ μορφὴν αὐτῶν τοίαν· καυλὸν μὲν ἀνθρακώδη, βραχὺν σφόδρα, φύλλον δὲ πλατύσχιστον, ὅμοιον τῷ τοῦ νάρθηκος, μῆκος ἔχον εὐμηκες, εὐθὺ δὲ ἐκ τῆς ῥίζης ἠρτημένον καὶ ἐπιγειόφυλλον, πολύριζον εὖ μάλα ταῖς πλείσταις καὶ χρησίμοις· ἀναιρεῖν δὲ τὸν μέλαινα καὶ ἵππους καὶ ὗς· διὸ καὶ οὐδὲ νέμεσθαι

folium utile esse dicunt ad ulcera una cum farina; radicem vero ad erysipelas rasam, & aceto adsperſam ad dolores podagricos, & ad somnum, & ad res amatorias: dant autem cum vino, aut aceto, secantque in rotulas, uti raphani, & traiicientes suspendunt super fumum musti. Elleborus praeterea radice, & semine utilis, ut aiunt ii, qui in Anticyra degunt, qui & semine purgant. Idem valet & sesamum. Plura autem sunt & panacis utilia, sed non omnia ad eadem: at semen quidem ad abortus, & ad convulsiones, & ad huiusmodi morbos; praetereaque & ad aures, & ad roborandam vocem: radix vero ad partus, & ad muliebria, & ad iumentorum morbos; utilis est & ad nasale unguentum propter suavitatem odoris. Validum autem est circa Syriam, & secant circa tritici messem. Cyclamini autem radix ad exspirationes phlegmonicas quidem, & exhibetur mulieribus, & ad ulcera cum melle: succus vero ad fluxiones capitis melle commixtus, & ad ebrietatem, si dederis ad bibendum una cum vino: optima autem eius radix, partum enim promovet, & ad res amatorias (1) pro amuleto: ubi effoderint adurunt; deinde vino irrigantes, pastillos faciunt instar faecis vini, qua maculae deterguntur. Et cucumis silvestris radix quidem ad impetiginem & ad scabiem erodentem: fructuum succus in humorem concretum redactus elaterium facit: colligitur autumno; tunc enim optimus. Chamaedrii folium ad rupturas, & ad vulnera in oleo tritum, & ad ulcera depascentia: semen vero purgat bilem: optimum & oculis, & ad ulcera oculorum, addendo folia trita in oleo: habet autem folia ut quercus: altitudo eius tota est unius spithamae, boni odoris, & suavis: haec autem herba habet partes utiles omnes, non tamen ad idem; nec forte absurdum, etsi hoc est mirabilius, ut & partes thapsiae, & ischadis, quam quidam apium vocant, & libanotidis: haec enim omnia & infra, & supra possunt purgare, ut facit elaterium, & hoc non est absurdum. Habet autem thapsia folium simile foeniculo silvestri, sed amplitudine maius, & caulem ad narthecis similitudinem, radicem vero albam. Ischas autem dicta, folium habet rutaceum breve, caules vero ad terram tres, aut quatuor, & radicem, ut asphodelus, sed squamosam: amat loca montana, & petrosa: colligitur vere. Hoc est proprium rerum dictarum. Elleborus autem, sive niger, sive albus, ut cognomines apparent, ita visu similes sunt, praeterquam in radice: haec autem unius est alba, alterius vero est nigra, facies tamen illorum est eadem: caulem quidem habent rutilum, brevem valde, folium vero amplissimum, simile illi narthecis, longitudinem habens bene multam, statim a radice dependentem, & folia ad terram appropinquantia, multiplici radice & bene multis utili: sed occidere nigrum & equos, & sues aiunt, quare ipsos neque hoc pasci:

(1) Plin. Lib. XXV. Cap. IX.

μεσθαι τῦτον· τὸν λευκὸν δὲ νέμεσθαι τὰ πρόβατα, καὶ ἐκ τούτου πρῶτον συνοφθῆναι τὴν δύναμιν καθεμένων ἐκείνων. ὡραῖος δὲ μετοπώρυ· τοῦ δὲ ἦρος, ἄωρος. ἀλλὰ πρὸς τὴν Πυλαίαν οἱ ἐκ τῆς Οἴτης συλλέγουσι· πλεῖϛος γὰρ ἐνταῦθα φύεται ϗ ἄριϛος· μοναχοῦ δὲ φύεται τῆς Ο῎ρθης περὶ τὴν Πυράν· μύσγεται δὲ πρὸς τὴν πόσιν, ὅπως εὐεμέσῃ, τὸ τῆς ἐλλεβορινῆς σπέρμα. τοῦτο δ' ἐϛὶ ποάριον· φύεται δ' ὁ μὲν μέλας πανταχοῦ· καὶ γὰρ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ ϗ ἐν Εὐβοίᾳ, καὶ παρ' ἄλλοις· ὁ δὲ λευκὸς ὀλιγαχοῦ. βέλτιϛοι δὲ καὶ οἷς . . . .

pasci: albo vero pasci oves, & ex hoc primum conspici virtutem, dimittentibus ipsis. Tempus vero opportunum est autumnus: ver autem inopportunum: sed ad Pylaeam qui sunt ex Oeta colligunt: plurimus enim illic nascitur & optimus: solummodo provenit ex Ortha circa Pyram: miscetur ad potionem, ut bene vomas, elleborines semen. Haec autem est parva herba. Nascitur autem niger ubique: etenim in Boeotia, & in Euboea, & apud alias gentes: albus autem raro. Optimae ibi sunt oves . . . .

CODICVM GRAECORVM

QVI IN CELEBERRIMA MEDICEA BIBLIOTHECA RELIGIOSISSIME ADSERVANTVR,

RECENSIO

INCEPTA MENSE IVLIO DIE VIGESIMA QVARTA

ANNO MDCCLX.

DIE VERO DECIMAQVINTA MENSIS APRILIS A. MDCCLXIX.

COMPLETA

FELICITER EXPLICIT.

INDEX GENERALIS

IN TRIA CATALOGI GRAECORVM CODICVM VOLVMINA

QVO SINGVLORVM AVCTORVM NOMINA ET OPERA IN IIS RECENSITA, ALPHABETICE SVB OCVLOS PONVNTVR.

Nota quod numerus Romanus maior Tomum, Arabicus columnam, sive paginam, Romanus vero minor paragraphum designat.

A

supra Thebas, Persae, Agamemnon, & Eumenides, cum poëtae vita in principio, argumentis in primam, quartam & quintam, glossis interlinearibus, & scholiis marginalibus. II. 83. II. Tragoediae septem, nimirum, Persae, Agamemnon, Choëphori, Prometheus, Eumenides, septem supra Thebas, & Supplices, item cum scholiis marginalibus antiquissimis, argumentis, & poëtae vita in fine. 133. II. Prometheus. 173. III. De Nili adscensu, seu adluvione sententia. 583. II. & 610. VI. Persae cum scholiis. III. 290. VII. Cit. in florilegio sententiarum. I. 253. & in violar. composit. 549.

AESOPI e Phrygia fabulatoris, qui saeculo ante Christum VI. floruit, Fabulae centum ordine alphabetico dispositae, cum duplici eius vita in principio, quarum prima auctorem fortasse habet Maximum Planudem. II. 383. III. Eaedem Fabulae cum unica Aesopi vita. 464. IV. Proverbia. 466. XI. Fabulae sexaginta una. 555. II. Fabulae impressae Venetiis in 4. sine anni indicio. 608. Cod. XVII. Sententiae. III. 325. XXII. Fabulae centum quadraginta octo. 415. Cod. LXXIX. Cit. in violar. composit. I. 549. & in florileg. sententiar. 253.

AETII Amideni, medici celeberrimi, & Comitis Opsicii, qui aliquanto iunior est Oribasio, & a nonnullis cum Aëtio Antiocheno haeresiarcha perperam confunditur, syntagmatis medicinae ex veteribus contractae, quod Tetrabiblos nuncupatur, libri septem, a nono scilicet usque ad decimum quintum inclusive. III. 139. I. & seqq. Eiusdem Operis libri tres, scilicet sextus, septimus & octavus. 146. I. & seqq. Ex libro secundo & tertio eiusdem Operis capita quaedam excerpta. 146. IV. Eiusdem Operis libri quatuor posteriores. 151. I. & seqq. Accuratissima synopsis de urinis, translata e medica arte Persarum. 153. II. De significatione ex pulsibus Excerptum. 153. III. Eiusdem Operis medici liber decimus, undecimus, & pars duodecimi. 157. VII. Priores libri tres. 159. I. & seqq. Libri tres posteriores. 160. I. & seqq. Libri quinque, nempe nonus, decimus, undecimus, duodecimus, & decimus tertius. 166. Cod. XVIII. Libri priores quinque. 168. I. & seqq. Libri posteriores octo. 169. I. & seqq.

AFRICANAE Synodi Canon adlegatur ab Iustiniano Imp. in anecdoto a nobis edito. I. 193. Epistola ad Caelestinum Papam. 73. XXII. Ad Bonifacium Romae Papam Epistola. 478. IV.

AFRICANVS. Vide *Sextus Iulius Africanus*.

AGAPETI, Diaconi magnae Ecclesiae Constantinopolitanae, Liber ad Imp. Iustinianum Magnum de Imperio bene administrando, Capitibus constans LXXII. quorum primae litterae reddunt verba, *Τῷ θειοτάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ ἡμῶν Ἰουστινιανῷ Ἀγαπητὸς ὁ ἐλάχιστος διάκονος*. II. 261. XX. & 533. XXIV. & III. 109. XXXVIII. & 298. III. Cit. in florileg. sentent. I. 253.

AGATHAE S. Martyrium. I. 23. II.

AGATHANGELI cuiusdam (nescio an illius, ex cuius narrationibus excerpta refert Allatius in Diatriba de Georgiis) Vita S. Gregorii Armenii. I. 276. II.

AGATHARCHIDIS Cnidii, peripatetici, quem sub Ptolemaeo Philometore ac deinceps vixisse observat Vossius de Hist. Gr. & alii, Excerpta quaedam brevia de proprietatibus quorumdam populorum. III. 326. XXV.

AGATHIAE Myrinaei, Memnonii rhetoris & Pericleae filii, professione scholastici, & religione Christiani, qui saeculo post Christum sexto claruit, Excerptum de Phocensium in Massaliam transmigratione, & de Francis, ex eius chronographia desumtum. II. 530. IX. In Plutarchum sepulcrales versus heroëlegi. 626. I. Ex eius historiae libris quinque, varia Excerpta. III. 113. LXIV.

AGATHODAEMONIS Chemici ad Osiridem Aegypti regem quartum de rebus Chemicis liber. III. 355. XXXVIII.

AGATHONIS cuiusdam poëtae incertae aetatis distichon iambicum de Deo. III. 224. Cod. VII.

AGATHONIS Papae ex confessione fidei missa ad VI. Synodum. I. 122. XXXVI. Eiusdem & cum eo sextae synodi Canon de azymis, quae offerunt Latini. 416. XXIX. Cit. in expositione sacrorum praeceptorum. 98. in florilegio sententiar. 253. in thesauro orthodoxae fidei. 432. & in violar. comp. 549.

AGESILAVS &

AGRIPPINVS, Fabricio ignotus, citantur in viol. comp. I. 549.

ALBINI, philosophi Platonici, Galeni aequalis, & qui certe post Thrasyllum & Dercyllidem scripsit, Introductio in Platonis Dialogos. II. 485. III. & III. 258. VI.

ALCAEVS cit. in violar. composit. I. 549.

ALCIDAMANTIS Eleatis, qui saeculo ante Christum V. floruit, Oratio inscripta Vlysses contra Palamedem proditionis. I. 533. VII. & II. 339. XXXIV. & 435. III. Oratio contra Sophistas. II. 338. XXXIII. & 435. III.

ALCINOI, philosophi Platonici celeberrimi, incertae aetatis, sermo didascalicus, seu Compendium philosophiae Platonicae. I. 443. XIV. II. 485. V. III. 23. X. & 257. III.

ALCIPHRONIS rhetoris ac sophistae, incertae aetatis, antiquioris tamen Aristaeneto, Epistolae Piscatoriae & Amatoriae quinquaginta una. II. 492. XXI.

ALCMAN lyricus cit. in violar. compos. I. 549.

ALDRICHII Caroli Epistola ad Ant. M. Salvinum Oxoniae Cal. Ianuar. MDCCIX. scripta. II. 436.

ALEXANDRI Aphrodisiensis, medici & phi-

Apo-

(1) Harum tertia tribuitur Libanio in Cod. XXX. Plut. LXIX. §. IX.

